# IOANNE ANTONIO
# MANGILIO
## TRACTATVS
## DE

## SVBHASTATIONIBVS.

# DE SVBHASTATIONIBVS ET LICITATIONIBVS

## Tractatus absolutissimus.

**IOANNE ANTONIO MANGILIO**
I·C·ET ARCHIDIACONO PISAVRENSE AVTHORE·

*VNA CVM DECISIONIBVS SACRAE ROTAE ROMANAE ad eundem Tractatum collectis.*

IN QVO HABENTVR FREQVENTIORA, & practicabiliora in hac materia.

*OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS VALDE VTILIS, ET NECESSARIVS,*

CVM LOCVPLETISSIMIS INDICIBVS QVAESTIONVM, DECISIONVM, & rerum notatu dignarum, quæ tàm in tractatu, quàm in Decisionibus continentur.



PERILLVSTRI, ET EXC.MO D.

IO. FRANCISCO CLEANO

I. V. D. DE SPILINBERGO.



VENETIIS, Apud Paulum Balleonium. M.DC.LXVII.

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.*

# PERILLVSTRIS, ET EXC.ME D.

VT mei exemplum obſequij erga te Exc.me Domine mundo exhiberem hoc volumem tibi dicare ratus ſum. Africam opus eſſe ſuis nouitatibus orbatam reddere, vt dignè tributa ferrem magnitudini animi non ignoro, qui forſam iuſtè longiùs Alexandri reales, atque eximias nutrit paſſiones. At equidem vnà ſcio empireum gratas accipere etiam Paruulorum oblationes, eàdemque thura eſſe, ac lumina, quibus altaria venerantur, ac denique mare, licet ſolumodò aquarum, vectigali, quorumcumque fluminum lætari.

Nihilominus totum tibi fore cordi, titulus quem fronte geſtat hic Liber, laudabile Auctoris decus, & interminus tuæ venuſtatis ſtylus mihi ſuaſerunt. Cleanorum nomen inclytum ſub mei torculares non peruenit aduena; famigerabiles enim tui Maiores ex Martis enſe, ex lance æquiſſima Aſtreæ tot ſibi honores adoptarunt, vt defeſſam reddiderint famam, & rebus geſtis ſuiſq; dictatis magis abditos Spilimbergi, immò remotiores vniuersè Forilulij impleuerint Angulos. Hoc vtique tui nomen inſcriptum quaſi caput Meduſeum conficit maledicos, eoſque elingues,

a 2 nec

nec non inuidos reddit inanimos. Tibi ergo tum propter singulares planèque diuinas animi tui dotes, tùm etiam ob propensam, atque beneficam in litteratorum opera voluntatem, ac deinde, vt opinioni meæ satisfacerem hoc totum dedicaui, quod mei seruitutis clarè presefert testimonium. Plurimum igitur te deprecor Exc:me vt hoc oblatum gratum habeas, quod tui nominis inscriptione, ac signo liberè curret semita eternitatis, ac insimul hæc humilima benignè aspicias, benignèque recipias obsequia. Sis felix, ac in annos florens Nestoreos, & incolumis: Vale.

Venetijs Kal. Maij M.DC.LXVII.

Perill.ris & Exc.mæ Dominationis Tuæ

*Addictissimus Famulus*

Paulus Balleonius.

# INDEX
## ARGVMENTORVM
### Quæſtionum omnium, quæ in hoc opere continentur.

# *Index Quæstionum.*

*Quæ-*

Fru-

Quæ-

*Quæstio* 110. Emphiteusis concessa Titio, ac Meuio fratribus cum pacto, quod alienari non possit altero non prius requisito, si à creditoribus Titij fuerit capta, & sub hasta publica proposita, & alteri deliberata, an valeat alienatio non intimato, nec requisito Meuio. Emphiteusis pignori capi potest, & præmissis subhastationibus vendi. Venditio voluntaria dicitur, quæ accidit ex debito alterius. Subhastatio, & deliberatio facta ex ære alicuius prohibiti alienare, nisi cum certo, dicitur nulla. Portio vocati ad inuestituram consolidata, cum proprietate non potest subhastari, ac deliberari per cessionarium, qui alteri cessit, stante pacto, quod res vendi non possit, non requisito prius Domino directa, quatenus præferri valeat.

*Quæstio* 111. Nominandi ius an cedi, & subhastari valeat.

*Quæstio* 112. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij an possit vendere bona hæreditaria absque subhastatione.

Datio in solutum an sit ipso iure nulla non præcedente subhastatione, vel appellatione opus sit.

Et quibus in casibus absque ea remaneat valida.

Iudex præcedens tamquam super notorio quando recte agat.

Res data in solutum, quando est maioris pretij, & valoris, quam sit debitum, quando sit nulla.

Quid quando Iudex exequitur non bene regulato arbitrio.

*Quæstio* 113. Executor testamenti an res hæreditarias pro vltimæ voluntatis executione vendere possit absque subhastatione.

Executor bona defuncti alienare non potest vltra, quam vrget necessitas.

Prout nec tutor, nec curator.

*Quæstio* 114. Executor testamento an, & quando vendere valeat bone hæreditaria absque subhastatione ex facultate sibi à testatore concessa ea vendendi.

Venditionem impugnans prætextu subhastationum non factarum audiri non debet, nisi prius restituto pretio, vel realiter oblato cum factis molioramentis.

*Quæstio* 115. Res vendi, ac subhastari debet ab executore præsente pecunia, non autem habita fide de pretio.

Et quando hoc procedat.

Prout nec procurator ad vendendum ad certam causam potest habere fidem de pretio, nisi confitendi ei fuerit data licentia.

Nec sufficit, quatenus esset simpliciter ad vendendum constitutus, nisi aliunde appareat pretium fuisse verè numeratum.

Verbum, pecunia, in venditione, ac suhastatione qualiter sit accipiendum.

*Quæstio* 116. Pecuniæ si ab executore non soluantur in causam sibi demandatam, est tamen emptor securus.

Prout & emptor rei minoris est securus, qui soluit tutori, vel curatori, si pretium non soluatur creditori minoris.

Idem dicitur in emptore rei Ecclesiæ.

Et ostenditur huiusmodi alienationem à principio vtilem non reddi nullam, ex eo, quod non probetur, pretium versum esse in vtilitatem Ecclesiæ.

Nec emptor probare tenetur versionem.

Subhastatione, ac venditione facta per creditorem habita fide de pretio, eidem datur actio aduersus emptorem.

Quod non accidit fauore executori, cui non permittitur vendere, nisi præsente pecunia.

Sicut nec admittitur administratori, ac similibus.

*Quæstio* 118. Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro solutione æris alieni testatoris, nec requiritur subhastatio. Etiam, quod testator alienationem prohibuerit, & signanter pro ære alieno soluendo.

Et pro debito hæredis etiam valet alienatio, quamuis non fecerit inuentarium. Sufficit pro dictæ alienationis validitate ostendere nulla alia extitisse bona libera, & pretium fuisse versum in solutionem creditorum.

Et prædicta locum habent etiam si agatur de alienatione alicuius rei particulariter legatæ.

*Quæstio* 119. Filij hæredes patris cum beneficio legis, & inuentarij, an valeant retrahere bona hæreditario publicè licitata.

Retrahens non impugnat, sed potius approbat contractum.

Emptor, à quo retrahitur res iure retractus agnatitij immunis recedit restitutis sibi expensis omnibus ac meliorationibus,

Nec quatenus res vendita per agnatum recuperata euincatur ab eo per aliquem extraneum tenetur illi agnato de euictione etiam pro pretio habito.

*Quæstio* 120. In datione in solutumu vi subhastationis, an sit locus retractui.

Datio in solutum vim venditionis obtinet, siue voluntaria sit, siue etiam necessaria, hoc est facta vigore subhastationis.

Et adducuntur ad inuicem contrariæ opiniones, & ostenditur, quæ sit verior, & magis communis.

*Quæstio* 121. Prælatio competens censuario ex Bulla Sanctiss. Pij V. in re censui supposita, an locum habeat, quando fundus censuatur à Iudice ipsimet creditori, ad cuius instantiam sub hasta ponitur.

Et quid si alicui extraneo tamquam plus licitanti liberatur.

Constitutio iuris congrui an locum habeat in venditione necessaria facta per subhastationem.

Et qualiter accipienda.

Sponte quando dicatur quid fieri.

*Quæstio* 122. Bona vt subhastari valent, an sufficiat debitum esse chirographarium.

Ius offerendi an credatur creditori chirographario.

*Quæstio* 123. Adindicatio vi subhastationis quando fieri possit tam creditori hypothecario, quam etiam chirographario.

Creditor chirographarius quando obtinere possit fieri subhastationem.

Hypotheca quando concedatur creditori chirographario.

Pro hypotheca non requiritur scriptura, sed sufficiunt duo testes.

*Quæstio* 124. Datio in solutum quando substineatur absque subhastatione.

Forma an impleri possit per æquipollens.

Regula 8. Cancellariæ requirens sigillum Episcopi in acceptatione alternatiuæ impleri potest per subscriptionem eiusdem in instrumento publico factam.

Offerens, quando non possit obicere non fuisse seruata requisita ad subhastationem.

Subhastationi per æquipollens satisfieri potest.

*Quæstio* 125. Ius offerendi secundo creditori aduersus primum creditorem qui emit sub hasta, an. & quando concedatur. Et quid quando emit vt extraneus.

Creditor comparens facta subhastatione an amittat ius hypothecæ.

Morot. de iur. offer. impugnatur, & declaratur in dictis, ibid. num. 40. & infra.

Cautela traditur pro secundo creditore, quando vult offerre, & non habet pecuniam in promptu.

*Quæstio* 126 Subhastatio bonorum, in quibus immissus est ex Saluiano interdicto, an concedatur.

Et quid si ex hypothecaria.

Couar. lib. 3. var. resol. cap. 18. numer. 4. qualiter procedat.

Res per Saluianum abducta, vt subhastari possit, quæ requiruntur.

*Quæ-*

etiam

# F I N I S.

# INDEX
## RERVM AC VERBORVM
### Quæ in hoc Tractatu continentur.

Et

## B

C



me

# INDEX.



Declara-

Etiam

Cen-

Et

debitor

Inuito

D

&

Diligentia,

per

F



missio

G



H

I

Eius

## L



d

Lici-

M

N



O

P

Ser-

Ter-

## Q



## R

Decla-

Saluia-

S



Spo-

etiam

Re

Non

V



Et

FINIS.

# DE SVBHASTATIONIBVS ET LICITATIONIBVS

## Tractatus Absolutissimus.



### EPITOME.

Subhastatio quid sit. Vnde dicta, & quare. Et quo iure sit introducta.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio est rei venialis publica expositio.*
*Est etiam venditio publica, n. 2. & 9.*
*Et est, quando aliquid venditur plus offerenti pretio ex eo redacto vsque ad mensuram debiti assignato Creditoribus, n. 3.*
*Qui actus vulgo appellatur Subhastatio, n. 4.*
*Et dicitur auctio, & quare, n. 5.*
6 *Subhastatio vnde dicta.*
7 *Hasta est symbolum Regiæ Maiestatis, & n. 8.*
10 *Creditoribus non licet inuadere, & occupare bona debitoris, sed iuris ordo seruandus est, vt prius condemnetur debitor, deinde Iudicis auctoritate procedatur ad captionem pignorum mobilium, & tenutæ immobilium.*
11 *Bona in tenutam capta, quatenus emptorem non inueniant, adiudicantur in solutum Creditori pro suo credito.*
12 *Tenuta bonorum debitoris ad Creditoris instantiam accipi debet pro mensura debiti, & non vltra.*
*Fallit in Creditoribus hypothecarijs, in quorum arbitrio est, quam rem velint ex pignoratis persequi. num. 13.*

### QVÆSTIO I.

SVbhastationum, & Licitationum Tractatum aggrediens opportunum fore existimaui, primum quærere, Quid sit Subhastatio; Diffinitio enim pro sui natura quidditatem, & essentiam rei diffinitæ designat, sicuti dixit *Bald. in l. 1. ff. de vsufruct.* Deinde subijciam, quare subhastatio ita vocetur, & quo iure, & ordine ad eam procedatur.
1 Subhastatio igitur est rei venalis publicè expositio.
*Fabian. de Mont. in tractat. de empt. & vend. q. 5. princ. n.*
*83. Vinc. Franch. dec. 54. n. 4. & ante hos Luc. de Penn. in*
*l. quacumque, num. 2. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib.*
2 10. vbi ait, quod est venditio publica, & quod sub-
3 hastatio est, quando aliquid venditur plus offerenti
pretio ex eo redacto vsque ad mensuram debiti assignato creditoribus, vt probatur in *Authen. hoc in porrectum, vers. quod si nolit creditor, C. de sacrosanct. Eccl.*
*& tradit Matthe. Coler. de Process. & execut. p. 3. quæst.*
4 *9. num. 66.* qui actus vulgò appellatur *Licitatio*, vt clarè *Bar. in l. licitatio, num. 4. ff. de publican. & vectig.* est tex. *in l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10.* ac notat *Bald. in l. ordo, per illum tex. vers. diu subbastatus, C. de execu. rei iudic.*
5 Quare *Luc. de Penn. in dict. l. quacunque*, subijcit subhastationem dici auctionem propter, videlicet, augumentum, quod contingit ex oblationibus, quas faciunt ementes, ita quod licitatio sit, quando emptor super venditio facit augumentum. Quare *Sueton. in Iul. Cæsar. c. 50.* scribit Bello ciuili, inquit, super alias donationes (quas scilicet Iulius Cæsar fecerat Seruiliæ matri M. Bruti, qua abutebatur) amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo addixit.
6 Subhastatio quoque dicitur, quia hastarium est locus, vbi venduntur bona proscriptorum, secundum *Hug.* insuper subhastatus est sub hasta fisci comparatus, secundum *Pap.* vel subhastatus, quasi titulatus; subhastatæ, quasi plurium possessiones sub hasta fiscali statutæ secundum eumdem, quem refert. *Luc. de Penn. in l. quia interdum n. 4. C. de fid. instr. lib.* 10. & tetigit *Fabian. de Mont. in dicto tractatu de empt. & vendit. dictu quæst. 5. num. 84.*
7 Quod quatenus velimus altius exordiri, non ab re dicere possumus, Hastam esse symbolum Regiæ Maiestatis, si quidem Romani, Quirites dicti sunt à Quirino Romulo, qui ita vocabatur ab hasta, quam Reges ferebant, præsertim Sabini, Curetes ab hasta dicti, quæ illis Curis dicitur, vt inquit *Festus*, & *Ouidius Fast. 2.*

*Siue quod hasta Quiris priscis est dicta Sabinis*
*Bellicus à t lo venit in astra Deus.*
*Siue suo Regi nomen posuere Quirites.*
*Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.*

8 Vnde & iudicium sub hasta, veluti populare Romanorum, & vulgi dicebatur, eratque ordinarium, & proprium, & municipale Tribunal Romanorum, Et ipsius hastæ insignia populum admonebant iudicij rerum
9 quotidianarum, & vulgarium causarum. Quibus factum est vt publica venditio, ad quam quilibet admitti posse, fieri auctionibus, & licitationibus sub hasta, *tot. tit. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. C.* & solemnis ven-

ditio

ditio fieri dicitur habitis, *l.1. & 4. C. eod.tit. & l.2.C.si aduer.fisc.*

10 Præterea notandum est, quod tam ex forma iuris
communis,quam statutorum, præsertim huius Ciuitatis Pisauri *sub rub. 63. lib. 2.* non licet creditoribus au-
ctoritate propria inuadere pro suis creditis bona suorum debitorum, *l. legis, C.de cession.* sed iuris ordo ser-
uandus est,vt nempè prius condemnetur debitor, *l.1.C. de execut.rei iudic.* postea Iudicis auctoritate procedatur ad captionem pignorum mobilium,ac tenutæ immobilium, *l.à Diuo Pio,§.si pignora, ff. de sent. & re iudic.* publicè vendenda pro satisfactione creditorum, vt
in *d.§.si pignora, & in l. pro debito, C.de bon.auth.Iud. possiden.* Potest enim Iudex in extinctionem æris alieni
11 rem debitoris subhastare; & vbi emptorem non inueniant,in solutum adiudicanda creditori pro suo credito,vt in hoc Tractatu,Deo dante, suis locis latius dicemus,& omnia alia facere vsque ad finalem solutionem, satisfactionem ipsius *Thanut. de inuentar. par. 1. num. 269.Surd. consil.49. num. 1. lib.1. Menoch. consil.68. num.15.lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.gl.14. num.13.cum seq.* & qui si simpliciter pro suo credito in solutum acceperit, pro toto accepisse videbitur, *d.§.si pignora, & ibi per Bar. & Doct.*

Sciendum tamen,quod de iure communi olim ante Iustinianum debitore latitante creditori licebat inuadere possessionem bonorum omnium debitoris ex primo decreto cum sequestratione fructum, vt tædio affectus veniret ad respondendum in iure, *l.1. & l. Fulcinius,ff.ex quibus caus.in possess.eatur. & l.cum propo-*
12 *nas,C.de bon.auth.Iudi.possiden.* Cæterum de iure nouo per Iustinianum missio in possessionem bonorum debitoris fuit restricta pro mensura debiti, *§.si verò in auth.de exhiben.reis*, a quo desumpta est *auth. & qui iurat,C. de bon. auth. iudi. possiden.* sic quoque per dictum nostrum statutum, *d.rubr.63.lib. 2.* Ex hæc restri-
13 ctio,seu limitatio rectè procedit in debitoribus, non autem in creditoribus hypothecarijs, in quorum arbitrio est eligere,quam rem venit ex pignoratis, *l. creditores,de distract. pign.* etiam si ea possideantur à tertio, *Bar.in l.Moschis. n. 1.ff. de iur.fisc.* Et ideo *gl. & Bal.in d. l. cum proponas*, limitant Iustiniani præordinationem, vt dictum ad creditores personalis actionis. At secus in hypothecarijs,per *tex.in l. pro debito, C.eod.* & eamdem limitationem tradunt *glo. & Ang.in d.§.si verò,Bal.in d.l.Fulcinius in ver. item videamus. Alex.qui de communi testatur in cons. 4. sub num. 22. vers. dato, lib.2. & dicit Bal.in l.1.C.commun.de leg.* quod regulariter pro minima parte debiti tota res est obligata,citat *l.in executione,§ pro parte,ff.de verb. oblig. & in l. si residuum,ff.de distract. pign.latè Surd. cons. 209. num.5. lib.2.*

---

# E P I T O M E.

## Subhastationes, quæ desiderant, vt legitimè fiant.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio, vt concedatur, constare debet de credito.*
*Neque partium assertioni standum est.num.2.*
3 *Aes alienum Ecclesia probandum est in alienatione rei illius.*
4 *Creditor si vendat pignus tamquam creditor, non sufficit offerere se creditorem, nisi etiam id doceat.*
*Ampliatur magis procedere, vbi agitur de præiuditio tertij,num.6.*
5 *Asserenti aliquid scripturæ interuenisse creditur, quãdo scriptura,vel instrumentum id continet dispositiuè, & non aliter,*
7 *Assertioni alicuius non statur, quando non potest liberè actum exercere.*
8 *Patris confessio non nocet filio in sua legitima.*
*Ampliatur etiam si fiat præsente parte, vel notario pro ea stipulante,n.9.*
*Ne aperiatur via fraudandi filios.n.10.*

## Q V Æ S T I O II.

SVbhastationes plura desiderare scribunt Doctor. priusquam ad eas deueniatur in *l.si quos, per illum text.C.de rescind.vendit. & in l.1.ac toto tit.C.de fide instrum. & iur.hast.fisc. lib.10.* quorum aliqua hic recensebo,alia discussurus in hoc ipso Tractatu.

Primò igitur legitimè constare debet de credito illius,qui bona subhastari prætendit.

Secundò,quod debitor citatus, & interpellatus fuerit,& in solutione debiti cessauerit.

Tertiò, quod fiant subhastationes duraturæ per viginti dies.

Quarto, quod fiant præsente pecunia non habita fide de pretio, seu promissione de accollando.

Quinto, quod bona fide res, & bona licitentur.

Sextò,quod adsit præsentia licitantis.

Septimo, quod pro paruo debito non subhastentur res magni valoris.

Octauo, quod licitentur pro iusta præcedenti æstimatione,

Nonò, quod de omnibus fiat scriptura.

Decimo, quod in licitatione ne dum adsit pretium, sed etiam quod illud sit certum.

Vndecimò, quod licitatio fiat cum solemnitatibus statutorum,& rescriptorum.

Duodecimò, quod ex abrupto non admittatur, sed re bene pensata,& ex causa concedatur.

Redeundo ad primum, quod dicitur legitimè con-
1 stare debere de credito illius, qui bona subhastari prætendit, cum alias eo non constito reus absoluendus sit,
2 *ad l.qui accusare.C.de eden.* Non enim in his standum est assertioni partium,cum fingi possint debita, contra *l.Cum hi §. si cum lis, ff. de transact. Curt. iun.cons.24. col.2.facit Paul.de Castr.cons.74.sub.n.1. vers. Secundo*
3 *videndum, lib.1.* Concludens in alienatione rei Ecclesiæ non sufficere narrationem æris alieni, sed probari debet,& quidem plenè *Barbat.in l.si forte, ff.de castren. pecul.Feder.de Sen.cons.3.circa fi. Alex.cons.160. nu.5. lib.6.Rebuf.de alien.rer.eccl.n.75.Rol.cons.15.n.19.lib. 1.Rot.diuer.dec.181.n.3.p.1. & dec.473.n.1.p.1. & per Card.Seraph.decis.1109.n.2.Mysing.cons.30.n.11.17. & seq.* vbi dicit debere quoque constare de solemnitatibus aliter, quam per assertionem partium,& magis in specie inquit *Bar. in cons.90. n.10.in fi.lib.1. per tex.in l.1.*
4 *C.credi.euit.pign non debe.* Quod si creditor vendat pignus tamquam creditor,& sic inter partes fuit conuentum,& assertum,quod esset creditor,id non sufficit,nisi etiam doceat se esse creditorem quod si non docuerit, habetur perinde, ac si nõ esset creditor,sequitur *Osasc. in dec.Pedem.172.n.3.qui n.16.* ait non obstare *glo.in l.*
5 *1.C.de fid. instr. & iur. hast.fisc. lib.10.* dicentem credi scripturæ asserenti aliquid interuenisse, quia intelligi debet,quando scriptura,siue instrumentum id continet dispositiuè,sicuti illa intelligit. *Bar.communiter approbatus in d.l.1. n.2. & seq. & dict.gl. esse communi calculo reprobatã dicit Ang.in repet.l.sciẽdũ,col.4.in princ.ff.de*
6 *verb.Obl.* quæ maximè procedũt, vbi ageretur de præiudicio tertij, vt notat *Osasc.d.dec.172. sub n.2. post Ias.*
7 *cõs.227.col.3.ver.Tertio facit*, dicẽs standũ non esse assertioni alieuius, quando nõ potest liberè actũ exercere,quoniam tunc suspecta est, & præsumitur in fraudẽ

legis

legis facta, sic etiam dicimus de paterno debito, quod præualet legitimæ filiorum, quando de eo legitimè constat aliter, quam per patris confessionem; Nam sicut patris expressa confessio, se esse alicuius certæ per-
8 sonæ debitorem, non nocet filio in sua legitima, quamuis confessio illa probaret contra patrem, ex *Bart. doctrina in l. si quis decedens, §. codicillis, ff. de l. 3. post Specul. ab eo ad dictum, quos sequutus est conf. 57. col. 3. &*
9 *conf. 153. col. 1. lib. 5.* vbi intelligit illam doctrinam, ctiã quod parte præsente, vel notario pro absente solemniter stipulante confessio illa emanasset, quia vt inquit
10 *Ofasc. d. dec. 172. n. 12.* sequeretur absurdum, ex quo esset aperta via fraudandi filios, *Rol. conf. 29. n. 21. lib. 3. comprobat Peregr. conf. 94. num. 6. lib. 3. & in eodem casu conf. 96. n. 4. lib. 4. vbi addit Ceph. conf. 85. n. 29. & Barz. in decis. Ferrariten 86. num. 17.*

## EPITOME.

Citatio qualiter, & quando requiritur in subhastatione, & quid de interpellatione, seu denunciatione.

### SVMMARIVM.

1 *Citatio debitoris, qui cessauit in solutione requiritur in subhastationibus faciendis. Declara vt num. 13. & 14.*
*Fallit quando capiuntur pignora, & bona subhastantur, & de ratione n. 2.*
3 *Praxis citationis faciendæ occasione dationis in solutum, & adiudicationis.*
4 *Debitor, antequam conueniatur, ex vrbanitate requirendus est.*
5 *Denunciatio est necessaria, quando venditur pignus.*
*Fallit primo, vbi actum est, vt creditor absque citatione vendat, num. 6.*
*Fallit secundo, quando versamur in antiquis, n. 8.*
*Fallit 3. in debito liquido fiscali, n. 9.*
10 *Subhastatio, vbi fit in causa plurium interesse habentium, & vnus solum citatur, nulla est ne dum quoad non citatos, sed etiam quoad citatum ratione indiuiduitatis.*
*Intellige vt num. 13.*
*Idem est, quando plures sunt possessores, & vnus solum citatur, & alter non, n. 11.*
*Limita, quando sententia, & mandatum exequi potest super portione citati, absque eo, quod præiudicet portioni non citati, num. 12.*

### QVÆSTIO III.

1 Supradictis succedit videndum de citatione debitoris, qui in solutione cessauit, quam omnino requiri censuerunt plures per *l. 2. & 3. C. si prop. publi. pensit. & l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. & est tex. in l. d Diuo Pio §. 2. & ibi per gl. in ver. iubentur, ff.*
2 *de re iudic. & l. creditor la 2. C. de distract. . ign.* Licèt secundum alios, ea non requiratur, quando capiuntur pignora, & bona subhastantur, cum præiudicium nullum fiat debitori, & omni in casu illud reparari possit in vltimo actu, quem facit Iudex interponendo Decretum super alienatione, seu adiudicatione, quo tempore pars necessariò citanda est, cum agatur de magno præiudicio, hoc est dominij translatione, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Rota decis. 476. num. 4. p. 2. in*
3 *recent.* Quare inoleuit praxis, quod citatio fiat parti, vt infra duos dies veniat ad reluendum pignus, & debitum soluendum, aliàs ad allegandum causam, quare vendi non debeat, vel creditori dari insolutum, aut adiudicari non valeat, vt docuit *Alber. in l. creditor, per illum tex. C. de distract. pign. & glos. in l. debitores*
4 *præsentes, in ver. conueniendi, C. de pign. & hypothe.* vbi dixit, quod, antequam debitor conueniatur, ex vr-
5 banitate requirendus est. Sed quando venditur pignus
6 denunciatio facienda est necessario, *l. fin. C. de iur. dom. impetr.* Nisi actum sit, vt creditor absque denunciatione vendat, *gl. in d. l. creditor, in ver. testator. C. de distract. pign. sequuntur Marant. in specul. p. 6. in 3. & vlt. actn. in ver. & post omnia aduertatur circa executionem, n. 19. Afflict. dec. 358. n. 3. & 4. & ibidem Vrsill. ad fin. Asin. in praxi §. 7. limit. 11. num. 9. Trentacinqu. var.*
7 *resolut. lib. 1. tit. de iur. fisc. resolut. 6. num. 7.* Quin etiam citatio sola non sufficit, nisi etiam intimetur debitori, (priusquam ad vlteriora in executione procedatur) tempus datum ad reluendum fuisse lapsum; Nam aliàs ea omissa potest prætendi spolium, latè *Felin. in c. cum olim n. 11. de sent. & re iudic. Alex. post Bar. in l. Labeo sub n. 3. & ibid. Ias. n. 1. de iureiuran. idem Alex. conf. 34. n. 6. lib. 1. & Menoc. conf. 131. num. 9. lib. 2.*
8 Quod vltimum de denunciatione. Secundo fallit, quando versaremur in antiquis, quia tunc præsumitur talem solemnitatem interuenisse spatio decem annorum; Vel Iudicis arbitrio in iudicialibus, quamuis in extraiudicialibus maius tempus requiratur. *Aret. conf. 36. num. 6. Alex. conf. 218. num. 9. lib. 6. & consil. 94. num. 7. ad fin. lib. 7. Aym. de antiquit. temp. part. 3. §. vidimus, sub num. 18. Menoch. de recuper. poss. remed. 17. n. 19. facit Rota diuers. decis. 780. in fin. p. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 42. num. 6.*
9 Tertio fallit in debito liquido Fiscali, in quo nullus ordo iudiciarius requiritur propter specialem fisci fauorem, licèt aliter dicendum esset, quando liquidè non constaret de debito. *Bal. in l. 2. in princ. C. quando fisc. vel priua. debi. & in l. quoniam la prima, num. 1. C. de appellat.* quasi tunc redacti sint in numero debitorum ex contractu, vel delicto, quod facit, vt sine vlla frustratione, seu dilatione, sed in continenti ad soluendum, & satisfaciendum cogatur ex notatis per *Alex. in addi. ad Bart. in l. hi qui, C. de connen fisc. debit. lib. 10. per textum in l. 2. C. de exact. trib.* ita vt tales debitores, si non soluant, constituantur in mora ipso iure, & ipso facto sine interpellatione. *gl. in l. cum quidam, §. ex locato, in verb. Inferunt, de vsur. Bald. in l. 1. sub num. 3. C. de his quib. vt indign. cum alijs per Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 1.*
10 Item nota ad ea, quæ dixi de citatione, adeo vera esse, vt si contra plures processum sit ad subhastationem, & vnus tantum sit citatus, licitatio sit nulla non solum quoad non citatos, *dicta l. creditor, cum alijs prællegatis*, verum etiam quoad citatum ratione indiuiduitatis, *Bald. in l. 1. sub num. 63. vers. aut continet quid indiuiduum, C. de error. calcul. Fulgos. in l. in hoc, sub num. 2. ff. fam. ercisc. Ruin. conf. 120. num. 12. & 13. lib. 5. Hier. Gabr. conf. 56. num. 17. lib. 1. Rota decis. 451. num. 3. par. 2. in recent. & coram Sanctis. decis. 319. num. 1. eadem Rot. alios cumulans decis. 561. num. 13. par. 1. in recentior. &* de venientibus pluribus eodem iure, fuit tantum in *Maceraten. hæreditatis 13. Maij coram Card. Caualerio.*
11 Vnde si plures possessores sunt, & vnus solum citetur, & alter non, processus redditur nullus in totum, etiam respectu citati, vt fuit dictum in *Romana spolij domus 15. Decembris 167. coram R. P. D. Pirouano.*
12 Quod limitatur, quando sententia, & mandatum exequi possit super portione citati, absq; quod præiudicetur portioni non citati, vt censuit *Rota in Romana pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozetto.*

A 2 13 Ad

13 Ad dicta supra *num.1.& 10.* adde, quod citationis defectus licèt sit insanabilis, etiam stante Clausula, Arbitrio Rotæ, quia ea fieri debet ad videndum mandari consignari pignora Cursori ad effectum, ea deliberandi, quod Decretum fit Nisi per totam; *Rota coram Gregorio XV. decis. 416. numer. 2.* & dicatur nulla quoad citaros, & non citaros, & præsertim quando esset in judicio hæreditatis diuisorio, vt fuit dictum in vna *Melenitana conseruæ 17. Decembris 1610. coram Ortembergo.* Tamen secus esset, quando sententia, & mandatum exequi posset super portione citati, absque eo, quod præiudicetur portioni non citati, quia tunc processus valeret respectu citati, vel etiam quando interesse non esset connexum, quia tunc defectus citationis quoad vnum, non nocere quoad alterum legitimè citarum, vt fuit dictum in *Romana de Columna 21. Aprilis 1617. coram Dunozetto,* & voluit *Rota dec. 561. num. 33. part. 1. in recent.* & propterea videmus, quod quando possessores bonorum in eorum subhastatione non sunt citari, tunc non datur manutenrio ei, qui illa per viam subhastationis emit, vt inquit *Rota coram Buratto decis. 614. numer. 1.* ea ratione, quia tali casu possessio emptori non acquiritur. Quæ eo præsertim sibi tribuerent, vbi commissum esset spolium, quia spoliator in spolio non est confouendus. *Rota decis. 365. numero 9. part. 1. in recent. & in Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1613. coram Cardin. Caualerio, & in Romana spolij 26. Iunij 1618. coram Manzanedo.*

Quando antem eo casu locus non sit arbitrio ad sanandam nullitatem habetur per *adden. decis. 416. num. 7. Gregor. XV.*

14 Rursus id, quod fuit dictum de citatione necessaria in subhastatione, declaratur non procedere, quando appellatio esset deserta, & executio fieret super eadem re, & causa non esset appellabilis, neque personæ, neque Iudicis mutatio adesset, quia tunc sententia potest executioni mitti, non citato vlterius appe lante, ex adductis per *Cassador. decis. 6. de caus. possess. & propr. Gratian discept. lib. 1. cap. 40. num. 52. & 53. Rota decis. 365. numer. 5. part. 1. recent. & in Romana S. Thomæ 17. Decembri 1605. coram D. Coccino, & alia Romana spolij domorum 17. Nouembris 1617. coram Card. Verospio, & in Romana spolij 21. Iulij 1606. coram Cardinale Lancelotto.*

---

## E P I T O M E.

### In subhastationibus, An citatio generalis, per proclama, Vel edictum sufficiat, præsertim, quando Creditores sunt certi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Citatio generalis per proclama, Seu edictum in subhastationibus sufficit, quando adest multitudo creditorum, licet personæ sint certæ.*

*Sed contra num. 2. etiam quod essemus in persona incerta, dummodo aliquo modo certificari possit. ibid.*

3 *Possessor, de cuius agitur præiudicio, nominatim citandus est. Quod præsertim locum habet in iudicio, in quo principaliter agitur de transferendo possessionem in alium; & de ratione, n. 4.*

*Ampliatur procedere, etiam si adesset statutum disponens, vt quando proceditur ad dationem in solutum aliquorum bonorum fiat proclama generale, n. 5.*

6 *Creditores certi in inuentario nominatim citari debent.*

## Q V Æ S T I O IV.

DVbium est, An in subhastationibus faciendis sufficiat citatio per generale proclama, Vel edictum, vt quicunque debet quid recipere ab ipso debitore, cuius bona licitantur, vel dantur insolutum, compareat infra certum terminum, sufficiat, quando certi sunt creditores.

In qua quæstione affirmatiuè concludendum videtur.

Nam quod, quando adest multitudo creditorum, non requiratur aliqua particularis citatio illorum, quamuis personæ sint certæ, sed sufficiat generalis per proclama, Vel edictum, voluerunt *Caccialup. in l. Cunctos populos col. 50. C. de sa rosanct. Eccles.* quod perpetuo notandum tanquam paucis notum, de inuentario loquens, dicit *Rol. à Vall. cons. 9. num. 10. lib. 1.* & hoc casu, quæ sit multitudo, statur Iudicis arbitrio, *Rebuff. in l. in vsu iuris col. 2. vers. Quarto notata, ff. de verb. signific. per glos. in cap. latores, de Cler. excommun. Luc. de Pen. in l. Nominationum, colum. 2. vers. Qui autem dicantur de Simon. Cardin. in Clemen. 3. in fin. de iureiur.*

2 Sed contra, quod imò exreceptiori non sufficiat proclama generale, quando creditores sunt certi, sed specialiter, & in indiuiduo sint citandi, senserunt *Bal. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Anchar. in cap. fin. de electione in 6. Alex. cons. 107. col. 1. lib. 5. Ruin. cons. 62. num. 20. lib. 5. Capic. decis. 87. num. 6 Andr. Gayll. sing. obseru. lib. 2. obseruat. 130. sub num. 3. vers. Antequam autem, Menoch. de recuper. possess. remed. 8. num. 102. Surd. cons. 173. num. 67. libr. 2.* etiam quod versaremur in persona incerta, dummodo aliquando verificari possit *idem Surd. cons. 181. sub num. 6. lib. 2. post Alex. cons. 5. num. 2. lib. 2. & Ruin. cons. 25. num. 3. lib. 4. Gratian. discep. lib. 1. cap. 194. num. 3. Rol. cons. 72. num. 12. lib. 3.* & ante illum
3 *Soc. Sen. cons. 16. num. 10. lib. 4.* asserens possessorem, de
cuius agitur præiudicio, nominatim citandum esse, alio-
quin generalem citationem non sufficere per notata
per *Bar. & posteriores in l. fin. C. de iur. deliber.* quod
4 præsertim locum habet in iudicio, in quo principaliter
agitur de transferendo possessionem in alium, & de eo
pars possit verisimiliter certificari, ita vt non sit probabilis ignorantia, quasi agens sit in culpa; non quærendo possessorem. *Bar. cons. 86. Bal. in dict. l. fin. quæst. 4. C. de edict. Diu. Adr. to l.* & quod citatio per edictum non sufficiat, quando scitur, vel sciri potest, quis sit possessor, *Felin. in c. cum olim numer. 11. de re iudic. Aym. consil. 319. in fin. versic. Tertio respondeo, Paris consil. 25. num. 42. lib. 1. Rol. cons. 64. num. 4. lib. 2.* exemplum
5 ponens in Vasallis, dicens, quod vbi certi sunt Vasalli,
nominatim citari debent; quod & locum sibi tribuit, licèt adesset statutum disponens, vt quando proceditur ad dationem in solutionem aliquorum bonorum, fiat proclama generale; quod habens ius in dictis bonis, vel volens illa defendere, veniat infra aliquod certum tempus, quoniam intelligi debet quoad eos, qui habent ius in re, & de facili ignorantur; at secus quoad possessorem, cuius scientia absque difficultate haberi potest, vt per *Alex. dicto cons. 5. vers. Et statutum etiam lib. 2. Cardin. cons. 76. colum. 2. & seq. & cons. 154.* quem sequitur *Ruin. cons. 63. num. 24. lib. 5. & Rol. dicto cons. 72. num. 12. lib. 3. per doctrinam Bar. in dicta l. fin. C. de iur. delib.*
6 inferentes ad inuentarij confectionem, vt si creditores
sint certi, nominatim citari debeant, *Dec. cons. 351. & 633. Aym. cons. 225. cum alijs per Asin. de execut. §. 8. c. 35. num. 6. Sim. de Prat. cons. 132. num. 80. libr. 1. Franc. Becc. cons. 12. num. 19. Monter. decis. Aragon. 21. num. 21.* Pro quibus videnda erunt, quæ dicam in seq. quæstione.

EPI-

## E P I T O M E.

Subhastatio facta lite pendente, An subsistat?
Citatio An, & quando requiratur emptoris, qui emit rem litigiosam?
Citationem non fuisse factam qualiter probetur.
Et quando citatio inducat litis pendentiam.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Executio fit contra possessorem non citatum sine alio processu in reali principali condemnato, qui rem alienauit lite pendente.*
*Quasi tunc dicatur alienatio facta in fraudem creditorum nu. 2.*
*Et hac sententia aquior videtur. nu. 3.*
*Primo fallit, quando adesset ignorantia litis tempore adiudicationis. nu. 4.*
*Secundo fallit, quando facta non fuit citatio tertij, qui rem litigiosam emit. nu. 7. & 9.*
5 *Creditor actor probare debet debitorem in fraudem alienasse, & quod is, in quem facta est alienatio, sciuerit litem esse motam, & vtrumque participasse de fraude.*
*Et ista frandis probatio fieri debet in iudicio executionis. nu. 6.*
7 *Citatio est necessaria, vt liqueat, An adsit scientia possessoris in venditione rei litigiosa, & participauerit de fraude, & nu. 8. 9. & 10.*
11 *Citatio non requiritur, cum certum est nullam competere defensionem.*
12 *Citatio non inducit litis pendentiam, nisi sit certa, & in ea sint expressa illa, per qua possit reus instrui.*
*Et dummodo exprimatur causa. nu. 13.*
*Declaratur procedere quoad collitigantes, secus quoad alios, nu. 14.*
15 *Statutum disponens, quod proximiores agnati citentur, de speciali citatione intelligitur, non de generali, vt est ea, qua fit per edicta, & proclamata. Et de ratione.*
16 *Citationem non fuisse factam constat ex reuolutione actorum.*

## QVÆSTIO V.

MOdo quarto, quid concludendum sit, quando subhastantur, super quibus lis pendebat, & sic sumus in emptore rei litigiosæ.
Nam in actione reali, principali debitore condemnato, qui rem alienauit lite pendente, contra possessorem fieri potest executio etiam non citatum, & sine alio processu, cum alienatio rei litigiosæ ipso iure sit Prohibita, quo stante æquum non videtur actorem nouis litibus implicari, *Auth. nunc si hæres, & l. final. C. de litigios. Bar. in l. Creditores num. 23. C. de pign. & hypothec. Soc. Iun. consl. 92. num. 8. lib. 3. Cephal. cons. 195. num. 14. & seq. lib. 2. & cons. 41. num. 9. Couar. pract. qq.*
2 *cap. 15. numer. 6.* quasi tunc alienatio facta videatur in fraudem creditorum, quæ tunc fieri dicitur, quando facta cernitur, post cæptum iudicium, vt inquit *Paul. de Castr. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 8. de re iudic.*
3 *Capic. decis. 128. num. 11. Chartar. decis. 35. nu. 5.* Et hæc sententia æquior videtur ad euitandos circuitus secundum *Herculanum in d. §. si super rebus, Capic. dicta decis. 128. num. 12. & Chartar. dicta decis. 55. num. 5. Cephal. Couar. & cæteri proximè adducti.*

4 Nota tamen, quod vbi adesset ignorantia litis tempore subhastationis, & adiudicationis, dici non posset accipiens & emens sub hasta rem litigiosam, qui debet esse particeps fraudis, adhoc, vt vitium litigiosi obstet. Non enim sola fraus alienantis lite pendente sufficit, quod & fatetur *Paul. de Castr. in dicta l. à Diuo Pio, §. si*
5 *super rebus num. 8. de re iudic.* cum dixit, quod actor debet probare debitorem in fraudem alienasse, & quod is, in quem facta est alienatio, sciuerit litem esse motam, & ita vtrumque participasse de fraude, *l. qui autem, §. hoc edictum de his, quæ in fraud. credit.* & hoc probato subdit *Castrens.* non expedit aliter alienatio-
6 nem rescindere. Et ista fraudis probatio facienda est in iudicio executionis, & ea facta procedetur ad execu-
7 tionem. Ex quibus patet necessariam esse citationem, vt liqueat, an adsit scientia possessoris de dicta fraude, quod & sensere, *Franc. Marc. decis. 76. numer. 2. par. 1. Capic. dicta decis. 128. numer. 12. & 13. Aym. cons. 235. sub numer. 2. vers. Et hoc procedit, Decian. cons. 109. numer. 8. lib. 3. Chartar. d. dec. 55. numer. 13. Surd. cons. 405. sub numer. 10. lib. 3. Afflict. decis. 55. numer. 13. Surd. cons. 405. sub numer. 10. lib. 3. Afflict. decis. 396. numer. 9.* vbi quod reliqui *Doct.* tenent contra *Cin. & Bal. de Castr.* licet ipse teneat cum *Cin.* ob capitulum Regni, quod ita disponit, quamuis hanc *Afflict. assertionem aduersus Cin. & Castr. non probet Osasc. decis. 64. numer. 4.* quodque requirantur citatio tenent
8 *Canonistæ in cap. quia,* & ibi præsertim *Felin. num. 4. de iud. Philipp. Franch. in cap. ex ratione numer. 92. de appell. Rota. decis. 3. vt lit. penden. in nou. Natt. cons. 350. numer. 4. Menoch. cons. 319. num. 12. lib. 4. Rim. Iun. cons. 100. num. 4. libr. 1. Hier. Gabr. cons. 31. num. 10. 20. lib. 2. Lancellott. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 462. Honded. consi. 20. numer. 48. & infra lib. 1.* qui cæteros adducit, penes quos habetur, quod & si executio ista fierit potest absque nouo processu, non tamen fieri valet sine citatione tertij, qui rem litigiosam emit; Etenim ante executionem requiritur cognitio, an lite pendente tertius, tum ex actis id liquere debeat, & habere causam à litigante, & ei nul-
10 lam omnino competere defensionem, cum alias reputatur citatio, vt liquidentur necessaria quæ citatio si non interueniat, executio erit nulla, & posses-
11 sori nullum fieri poterit præiudicium. Vbi autem ex actis iustificetur nullam competere defensionem, tunc citatio omitti posset, iuxta quæ habentur per *Asin. in prax. §. 7. limit. 89. nu. 1. Dec. consil. 191. in causa num. 9. Natt. cons. 529. num. 33. Vestr. in pract. lib. 8. tit. vlt. num. 4.* & contrarijs latè respondet *Honded. dicto cons. 20. num. 51. ad 54. lib. 1. Surd. decis. 276. nu. 4. Rota Lucen. per Magon. decis. 41. & fuit decisum in Romana emphyteusis 25. Februar. 1589. coram Card. Blanchetto, & in Romana vineæ d: Pannellinis 26. Febr. 1603. coram Card. Millino.*
12 Sciendum quoque est, quod sola citatio non inducit litis pendentiam, nisi sit certa, & in ea sint expressa ea, per quæ possit reus instrui, *Balb. de præscript. 3. par. 6. par. qu. 4. sub nu. 21. vers. 3. limitatur. Mandos. regul. 34. qu. 35. nu. 16.* Et idem in casibus, in quibus per solam citationem res efficitur litigiosa, quia intelligitur, modò per eam reus factus sit certus de re ipsa, pro qua
13 conuenitur in iudicio, & dummodo exprimatur causa. *Salyc. in l. 3. in fin. C. de litigios. Paul. de Castr. in l. 1. n. 6. vers. dummodo C. comm. diuidun. Pereg. in tr. de iur.*
14 *fisc. tit. 6. lib. 4. sub n. 3. in fi.* vbi declarat, quoad collitigantes, secus quoad alios post *Bal. & Ang. in l. 2. C. de præsc. 30. ann. Grat. discept. l. 1. c. 194. n. 9. & Ang. in cons.*
15 292. vbi cõcludit, quod statutũ disponens proximiores agnatos citãdos esse de speciali citatione, intelligi debet, nõ de generali, vt est ea quę fit per edicta, & proclamata: Et ratio est, quia cũ vox præconis paucis innote-

ſcat, *auth. qui ſemel, C. quomodo, & quand. iud.* ſæpè poſſeſſores damnum indebitè paterentur, & excluderentur ab illorum poſſeſſione, quodque ſpecialis citatio requiratur, nec ſufficiat generalis per edictum, vel proclama, respondit *Bart. conſ. 91. incip. in quæſtione in Curia Capitanei, Aug. conſil. 289. nu. 2. & Aſin. in tract. de exec. c. 35. per tot.*

16 Quando verò negatur citationem fuiſſe factam, opportunè probatur ex eo ſolum, quod ex reuolutione, & inſpectione actorum non apparet, *Bal. in l. abſentem, num. 3. C. de accuſ. Bar. in l. 2. num. 2. C. de error. aduocat. Dec. conſ. 483. num. 4. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 14. Rota diuerſ. deciſ. 64. numer. 2. par. 2. & in vna Pampilonen. penſionis 14. Maij 1612. coram Card. Sacrato, Caputaquen. dec. 186. par. 3. Rota deciſ. 455. num. 4. par. 2. in recent. & par. 1. deciſ. 611. num. 2. & fuit dictum coram Card. Caualerio penes Marcheſ. de commiſſ. to. 3. fol. 88.*

## EPITOME.

Citatio an requiratur in re licitanda ante adiudicationem ſecundi decreti?

Et qualiter per Iudicem pronunciandum.

Debitor paſſus ſecundum decretum, An audiatur?

Quid in paſſo primum decretum.

Et in cauſa iudicati.

## SVMMARIVM.

1 *Citatio facienda eſt in re licitanda ante adiudicationem ſecundi decreti, & de ratione.*

*Et qualiter per Iudicem pronunciandum tali caſu, numer. 2.*

3 *Decretum ſecundum multis caſibus transfert dominium.*

*Et præſertim ſi ſeruatis de iure ſeruandis, bonis ſolemniter ſubhaſtatis, eadem ex ſecundo decreto adiudicentur, nu. 4.*

5 *Decretum ſecundum vt concedatur, an requiratur, ſemper ſubhaſtatio?*

6 *Debitor paſſus ſecundum decretum cenſetur habuiſſe bona pro derelictis.*

7 *Dominus quis ſtatim eſſe definit rei, quam habuit pro derelicta, etiam quod ab alio non fuerit occupata.*

8 *Creditoris hypotheca durante, debitor ſemper offerre poteſt, & creditori ſatisfacere, niſi alteri in ea re ſit ius quæſitum.*

*Quod intellige, vt ibid.*

9 *Debitor poſt ſecundum decretum veniens audiendus non eſt.*

10 *Mora poſt ſecundum decretum purgari non poteſt.*

11 *Reus veniens infra biennium poſt ſecundum Decretum non ante audiendus eſt, dummodo tempus ad appellandum lapſum ſit.*

12 *Reus reuertens in ſecundo Decreto, non auditur.*

13 *Creditor, qui ex primo Decreto mittitur in poſſeſſionem bonorum debitoris contumacis, compellitur poſſeſſionem relaxare, ſi debitor comparet, & fideiubeat de ſiſtendo iuri.*

*Non tamen ſufficit iuratoria cautio, ſed requiruntur pignorata, vel fideiuſſio, etiam quod negetur debitum, num. 14.*

*Declaratur procedere, quando miſſio facta eſt ex primo Decreto nulla præcedente re iudicata, quia tunc efficitur pignus prætorium, ſecus ſi lata ſententia num. 15.*

*Et de ratione num. ſeq.*

17 *Miſſione facta ex cauſa iudicati debitor veniens non recuperat rem ſoluendo expenſas, & cauendo de ſiſtendo iuri, ſed tantum per veram debiti ſolutionem.*

*Primo fallit, quando res eſt in ſolutum adiudicata, numer. 18.*

*Secundo fallit, quando miſſio facta eſſet etiam ſolo inſtrumento guarentigiato, nu. 19.*

## QVÆSTIO VI.

1 EX præmiſſis inferimus, quod ius prætendentes in re, quæ ſubhaſtanda, ſeu licitanda erit, debent vocari, & citari ad iudicium ante adiudicationem ſecundi Decreti, vt ibi iura, & rationes proponant, & deducant, ad hoc, vt per eadem cognoſcatur, vter prior, & quis poſterior *ad not. per Fabr. in l. properandum, C. de iudic. Innocent. in cap. cum venerabilis de religioſ. domi.* & cenſeri debeant iuxta naturam ſuarum hypothecarum cum

2 cauſæ cognitione, hocque ita pronunciandum erit, videlicet, quod alias procedetur ſuper his de iure. Nec mirum, quia regulariter miſſio ita fieri ſolet, poſteaquam reus citatus ad iudicium, non curauit venire, & eius contumacia fuit accuſata; ideo Prætor concedit actori ex primo Decreto miſſionem in poſſeſſionem bonorum ipſius debitoris pro debiti quantitate, vel in poſſeſſionem rei, quam propriam eſſe contendit, & contumacia creſcente in perſonalibus illis actionibus idem Prætor ſecundum interponit Decretum; In realibus vero declarat illum actorem eſſe poſſeſſorem, prout docent ſcribentes in *l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.* & poſt alios *Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2.*

3 *caſ. 6.* Quam ob rem notat *Specul. in tit. de primo, & ſecundo Decreto, part. vltim. ſub numer. 1. verſ. in alijs antem.*

Secundum Decretum multis caſibus transferro dominium, quod & tradit *Guid. Pap. in tract. de primo, & ſecundo Decreto, num. 38.* & præſertim ſeruatis de iure

4 ſeruandis, acceptis bonis in tenutam ex primo Decreto, & ſolemniter licitatis; bona debitoris ex ſecundo Decreto ſibi fuerint adiudicata, *ad l. ſi plus, §. 1. ff. de euict. & l. ſi ob cauſam, C. eodem. & l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. Peregr. conſil. 18. ſub n. 6. lib. 4.*

Difficultas autem eſt, an ſubhaſtatio ſemper requiratur, priuſquam deueniatur ad ſecundum Decretum? pro qua conſulendus eſt *Bal. in l. ordo, column. 1. verſ. Sed tu vlterius nota, C. de execu. rei iudic.* vbi ait,

5 quod ad ſecundum Decretum non peruenitur niſi præ-

6 cedente ſubhaſtatione, quo deinde fit, vt debitor illud paſſus cenſeatur bona, ſuper quibus ſecundum Decretum emanauit pro derelicto habuiſſe *d. l. ſi finita, §. non autem ſtatim, & notat gloſſ. in Prætoris in princ. in verbo Capere, eod. tit. & ibi tradit Alex. poſt Bart. in l. 2. in princ. co. 2. ff. ſi ex noxal. cau. aga.*

7 Rei verò, quam quis pro derelicto habet, Dominus ſtatim eſſe definit, etiam quod ab alio non fuerit occupata *§. pen. inſt. de rer. diuiſ. & l. 1. & 2. ff. pro derelict.*

8 Ex qua concluſione declaratur, quod dicitur, creditoris hypotheca durante debitorem ſemper offerre poſſe, & creditoris ſatisfacere, niſi alteri in ea re ſit ius quæſitum, intelligi debere, niſi poſſeſſionem, ſeu dominium amiſerit, vt prædixi; Cum enim tunc, nec hypothecam, nec poſſeſſionem, nec dominium habeat, ex quo nihil habet, cui adhærere poſſit, ceſſat ius offerendi *l. nulla, C. de ſolut.*

9 Nam reus debitor poſt ſecundum Decretum veniens, audiendus non eſt *d. l. ſi finita, §. ſi poſt a, ff. de damn. infect.* quare *Ang. & Imo. ſummando dictum §. ſi poſtea,*

10 dicunt poſt ſecundum Decretum moram purgari non poſſe, quod confirmatur ex ijs, quæ ibidem ſubdit *Imo.* cum dixit reum venientem infra biennium poſt ſecun-

dum

11 dum Decretum, non ante, audiendum non esse, dummodo tempus ad appellandum lapsum sit, idemque probat *Feli.n. in cap. consultationibus, colum. 2. de constit.*
12 dum inquit communem esse conclusionem, vt in secundo Decreto reus reuertens non audiatur ad diffe-
13 rentiam creditoris, qui ex primo Decreto mittitur in possessionem bonorum debitoris contumacis, quo casu si comparet debitor & fideiubeat desistendo iuri, relaxatur possessio, *cap. quoniam frequenter, §. in alijs, versic. Qui si venerit, extra, vt lite non contestat. vbi Abb. post Ioann. Andr. & alios, ibi num.* 18. inquit non
14 sufficere iuratoriam cautionem, sed requiri pignora, vel fideiussionem, quod verum est, etiam si negetur debitum secundum *gl. fin. ibi in §. sin autem reus*, quam
15 dicit notandam *Bald. eod. loco num.* 3. Quæ inquam procedunt, quando immissio facta cernitur ex primo decreto nulla præcedente re iudicata, quia tunc efficitur pignus Prætorium, sed quando lata est sententia, & post eam facta est immissio, tunc debitor vendens non recuperat possessionem, nisi facta reali solutione *ad tex. in l. si pecunia in fin. ff. de possess. legat.* quem ad hoc perpetuo menti tenendum dixit *Bar. in l. Consentaneam num. 15. vers. Est tamen differentia. C. quomod. &*
16 *quand. iud.* sibi præcisè dat dictam differentiam, addens ideo primo casu cautionem admitti, quia immissio ad hoc facta est, vt defendat, cui rei satisfactum dicitur per cautionem desistendo, sequitur *Galles. de execut. Camera. quæst. fin. num. 21. & infra post Bar. in l. properandum, §. sin autem reus sub num. 5. in fin. versic. Idem subdit, C. de iudic. & ibid. Bald. num. 3. diuers.* quod
17 misione facta ex causa iudicati debitor veniens non recuperat rem soluendo expensas, & cauendo desistendo iuri, sed tantum per veram debiti solutionem, ex quo secundum *Iacob. de Aren.* missio facta est propter contumaciam non soluentis, non autem propter contumaciam non venientis. Quin etiam fortius dicit
18 *Salyc. ibi in num.* 6. quod etiam soluendo debitor non auditur, quando res est in solutum adiudicata. *Negus.*
19 *de pign. in memb. 3. par. 3. nu. 3.* qui addit idem, quando missio facta esset nulla præcedente sententia, sed solo instrumento guarentigiato, vel Camerali, quod vim habet sententiæ, vt ibidem.

---

## EPITOME.

Deliberatio in subhastationibus, citationem requirit.

Citationis defectus an, & quando sanatur ex clausula Arbitrio, &c.

Sententia absque citatione, an ferri valeat in quacumque die contra contumacem citatum, & non comparentem.

Arbitrio quando est locus ad sanandam nullitatem sententiæ.

Immissio vigore sententiæ nullæ, quando dicatur spoliatiua.

Solemnitas quando dicatur omissa.

## SVMMARIVM.

1 *Deliberatio in subhastationibus, requirit citationem ad videndum deliberari.*
2 *Citationis defectus non sanatur ex clausula arbitrio, &c.*
*Et de ratione, num. seq.*
3 *Clausula arbitrio mitigat rigorem.*
4 *Citare partem non est rigor, sed æquitas fundata in omni iure Diuino.*
5 *Citatio in deliberatione præsertim requiritur, quando illa studiosè omissa magnum præiudicium tertio resultaret.*
6 *Sententia absque citatione ferri non potest in quacumque die contra contumacem citatum, & non comparentem in termino citationis, sed in die sequenti, reprobata Bald. & Castren. opinione.*
7 *Rota decis. 365. par. 1. in recentior. quomodo loquatur.*
8 *Rota numquam interponit arbitrium pro spoliatore, ne illi consoneatur in suo spolio.*
9 *Arbitrio non est locus ad sanandam nullitatem sententiæ, quando vigore sententiæ nullæ fuit obtenta immissio.*
*Intellige vt num. seqq.*
10 *Immissio obtenta vigore sententiæ nullæ est spoliatiua. Declaratur, vt non procedat, quando nullitas, ex qua deduciter spolium proueniret ex mero iuris rigore, & non respiceret defensionem, quia dicto casu intrat arbitrium non obstante spolio num.* 11.
12 *Decretum, vbi non constat ex reuolutione actorum, pro eo non præsumitur.*
13 *Citatio non præsumitur, quæ ex actis non constat.*
14 *Negatiua probatur ex inspectione, & reuolutione actorum.*
15 *Solemnitas, vbi de iure præsumitur, cessat præsumptio, quando ex facie scripturæ, & actorum apparet illam non interuenisse.*
16 *Decretum Iudicis in subhastatione de deliberando plus offerenti, & de consignando precio non præiudicat reo non citato.*
17 *Subhastationibus faciendis, qui citari debent, remissiue.*
18 *Licitationes non fiunt non reproducta intimatione.*

## QVÆSTIO VII.

1 Citationem insuper requirit deliberatio in subhastationibus ad videndum deliberari, ita vt absque ea valida non sit, *l. creditor, C. de distract. pign. Afflict. decis. 358. num. 3. Rota coram Sanctiss. decis. 416.*
2 *num. 1. & 2.* vbi quod defectus citationis non sanatur ex clausula arbitrio, eadem *Rota in Zamoren. Pecuniaria Pueris 20. Martij 1609. coram Card. Caualerio.*
3 Licèt enim per clausulam Arbitrio, &c. mitigetur ri-
4 gor iuris, tamen citare partem non est rigor, sed æquitas fundata in omni iure Diuino, & humano, vt ibidem dicitur, & ideo additur *num.* 4. tanto minus in dicta Romana fuit dictum non intrare dictum Arbitrium,
5 quia citatio non fuerat omissa per errorem, vel negligentiam, sed studiosè & in magnum præiudicium Domini, quia si præcessisset citatio, secutum fuisset solitum Decretum Nisi infra mensem, qui terminus includebat tempus imminentis vindemiæ, & ita per talem omissionem fuit fraudatus non solum tempore, sed etiam facultate soluendi ex precio musti, sequitur denuo *Rota decis. 365. par. 1. in recentior. vbi num.* 4. exa-
6 minetur illa quæstio, An ferri possit sententia absque citatione in quacunque die contra contumacem citatum, & non comparentem in termino citationis, iuxta notata per *Baldum in l. cum non eo die, C. quand. prouoc. non est necess. & Castr. consil. 254. sub num. 3. vers. Præterea etiam lib.* 2. Quoniam ista Bald. & Castren. opinio controuersiam patitur; Cum imo non nisi die sequenti ferri possit, secundum veriorem, & magis communem sententiam, quam sequuntur *Alexander in l. si finita, §. Iulianus, num. 48. ff. de damn. infect. Ruyn. consil. 136. num. 2. lib. 5.* pro qua est text. *& ibi Doctor. in cap. consuluit, de offic. delegat.* faciunt notata per *Alexand. in l. de vno quoque num. 7. ff. de re iudicat. cum*

alijs

*alijs per Anton. Gabr. tit. de citat. conclu.1. limitat.69.*
*num.447.& 449.& in supradicta decisione Rot. facta in*
7 *Mantuana bonorum sententia lata fuerat secunda die*
*post terminum citationis*; quare ex præallegatis, fuit
confirmata dicta decisio non intrare arbitrium 14.
*May 1612 .num. primo in fin.* quæ in recentioribus est
*decis.409.par. prima, vbi num.2.* respondetur ad id,
quod dictum est de citatione contumacis.
8 Et notandum, quod Rota numquam interponit ar-
bitrium pro spoliatore, ne illi confoueatur in suo spo-
lio, *Rota dicta decis.365. num.9. par. prima in recentior.*
& fuit dictum in *Maceraten. hareditatis 13. May 1616.*
*coram Cardinale Canalerio, & in Romana spolij 26. Iu-*
*nij 1618.coram bon.mem. Manzanedo.*
9 Quibus in decisionibus dixit Rota non esse locum
arbitrio ad sanandam nullitatem sententiæ, quando
10 vigore dictæ sententiæ nullæ fuit etiam obtenta im-
missio, quia dicta immissio est spoliatiua.
11 Quod ibidem declaratur, vt non procedat, quando
nullitas, ex qua deducitur spolium, proueniret ex mero
iuris rigore, & non respiceret defensionem, quia dicto
casu intrat arbitrium non obstante spolio, vt fuit di-
ctum in *Firmana bonorum 13. Iannar. 1617. coram*
*R.P.D.Remboldo.*
12 Vnde eadem *Rota in Albinen. pratensi spolij octaua*
*Februarij 1610.coram R.P.D.Penia*, dixit, quod vbi ex
reuolutione actorum non constat de Decreto, non est
pro eo præsumendum, *Castrens. cons.81. incipien. In*
*causa, quæ vertitur, num.3.lib.secundo*, quem sequitur
*Rota in dicta Romana Nullitatis subhastationis*, vbi di-
13 cebatur non esse præsumendam citationem, cum ex
actis de ea non constaret, & præsumptio eo casu cedit
veritati, & eundem Castrensem secuta fuit *Rota in di-*
*cta decis.416. num.5. & in Senogallien. Silua 24. Maij*
*1577.coram Cotta.*
14 Quinimo, & negationem probari ex inspectione. &
renolutione actorum, voluit *Rota decis.455.num.4.par.*
*2.in recentior.& decis.611 .num.2. par.1. in recentior.* &
fuit dictum in *Romana pecuniaria coram Cardinale Ca-*
*nalerio, impress. penes Marchesan. de Commissionib. tom.*
*3.*& in specie de defectu citationis, ( de quo etiam fuit
dictum in *decis.64. num.2. par.1. diuersorum* ) fuit quo-
que tentum in *Ferrarien. Legati 8. February 1610.co-*
*ram R.P.D.Marquemontio.*
15 Et vbi de iure aliàs præsumeretur aliqua solemnitas,
cessat dicta præsumptio, quando ex facie scripturæ, &
actorum apparet illam non interuenisse. *Hondedeus*
*cons.80.nu.25.lib.2.Surdus consil.28.num.110. & infra*
*lib.1. Rota in Astoricen. Beneficij 11. Decembris 1585.*
16 *coram Cardin. Pamphilio*, ita quod decretum Iudicis
in subhastatione de deliberando plus offerenti, & de
consignando pretio, non præiudicet reo non citato,
*Rota per Card.Seraph.decis.103.numer. tertio, Boer. de-*
17 *cis.277.num.8.par.2.* vbi in subhastationibus faciendis,
qui debeant citari. Prout nec ad licitationem deueni-
18 tur non reproducta intimatione, *Rota per Card. Sera-*
*phin.decis.1110.num.9.*
19 Nam ordo iuris in subhastationibus, & adiudicationi-
bus est necessarius, aliàs illius præposteratio vitiat,
*Bald. consil.122. in princip. ver. Et alius defectus lib.3.*
*Surd.consil.39.num.2.& seq.lib.1.*
20 Ideo citatio debitoris super Decreto, quod bona
vendantur, est de substantia iudicij ea ratione, quia im-
missus in possessionem ex primo Decreto non effici-
tur Dominus, nec ex eo solo facit fructus suos in actio-
ne personali, licet secus in hypothecaria, vt inquit
*Rota in Perusina Bonorum 17. Aprilis 1617. coram Bu-*
*ratto, & in Leodien.dominij de Holonia 24. May 1624.*
*coram Domino Merlino, & in Ariminen. spolij 2.Iunij*
*1627. coram eod.* Vnde si debitor per adiudica-
tionem iudicialem, & per venditionem executoris
debet dominio rei suæ priuari, necesse erit, quod
citetur, vt sæpè dixi, aliàs si creditor dicta bona in
vim executionis debiti, & sic iure pignoris tantum
possideret, non faceret fructus suos, sed ad fauo-
rem debitoris sortem diminuerent, vt censuit *Ro-*
*ta per Dominum Cardinalem Canalerium decis.534. nu.*
*8.Afflict. decis.358. num.3. & 4. Rota in Anconitana*
*Pradij 29.Nouembris 1630.coram D. Verospio.*
21 At secus, quando postea pignora iudicialia expo-
nuntur venalia, & venduntur, quia tunc pars de neces-
sitate non debet citari, vt quando datur facultas ven-
dendi, quoniam illa est quædam Iudicis monitio, vt
de magis communi testatur *Surd. dicto consil.39. num.*
*22.& 23.*
22 Quod declara, vt per *Rotam decis.143.num.8. & seq.*
*par.secunda nouiss.& Affl. dec.369. per totam. Gratian.*
*discept.lib.2.c.375.n.7.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, quando fieri possit, non relaxata effe-
ctuali executione.
Consensus supplet solemnitates requisitas in lici-
tationibus.
Subhastationi quando non præiudicatur per
actum factum ea pendente.
Ex subhastatione rei, quando inferatur ad trasla-
tionem dominij.

## S V M M A R I V M.

1 *Creditum, vbi constat ex publico instrumento, & debi-*
*tor declarauit stare velle declarationi bonorum per*
*creditorem facienda, executio habetur pro facta, cum*
*omnibus requisitis ad effectum, vt veniri possit ad*
*actum subhastationis, & n.3.*
2 *Consequens cui conceditur, concessum quoque dicitur*
*omne suum necessarium antecedens.*
3 *Consensus supplet solemnitas requisitas in licitationi-*
*bus, & subhastationibus.*
4 *Subhastationum termino pendente, quando fit aliquis*
*actus in iudicio, cum clausula Sine præiudicio obliga-*
*tionis Cameralis, processus executiui, mandatorum re-*
*laxatorum, & quorumcumque iurium ambarum par-*
*tium, dicta clausula præseruat ius quoad subhastatio-*
*nem, perinde, ac si dictus actus non fuisset factus.*
5 *Subhastatione rei non infertur ad translationem domi-*
*nii in necessarium antecedens, nisi adsit expressus con-*
*sensus.*
6 *Consensus, vbi elicitur ex actu positiuo, talis consensus*
*non egreditur terminos ipsius actus.*

## Q V Æ S T I O VIII.

1 Titius creditor citato Seio debitore proponit se
velle agere aduersus illum pro sui crediti satis-
factione, ac protestatur de extractione instrumenti ip-
sius crediti. At Seius, vt expensas euitaret, declarauit
stare velle illius iudicationi per creditorem faciendæ.
Quare Titius denuo citato dicto Seio ad præstandum
consensum deliberationi, ac licitationi bonorum in
actis iudicatorum, Iudex pronunciauit partibus præ-
sentibus consensum haberi pro præstito pro vero, ac
reali credito. Quibus non obstantibus Seius debitor
opponit de nullitate subhastationis. Quæritur quid
iuris?

Respondetur, quòd stante veritate crediti executio
habetur pro facta cum omnibus requisitis ad effectum,

2 vt

2 vt deueniri poſsit ad actum ſubhaſtationis per regu-
lam, quod cui conceditur conſequens, conceſſum quo-
que dicitur omne ſuum neceſſarium antecedens, *l. ad*
*legatum, l. ad rem mobilem, & ibi glo. & Doct. ff. de pro-*
*cur. Caſtren. conſ. 306. lib, 2. Abb. conſ. 10.*

3 Et quoad ſactas licitationes dicitur eas ritè, ac re-
ctè factas, quia cum bona ſubhaſtanda iam fuiſſent in-
dicata, conſenſus debet cenſeri præſtitus in ſpecie, ad
hoc, vt bona iam indicata ſubhaſtarentur nulla alia
præcedente executione, pro vero tamen, & reali cre-
dito, quo caſu dicitur conſenſum ſupplere ſolemnita-
tes requiſitas in ſubhaſtationibus, vt tenuit *Rota in Ro-*
*mana ſpoly 14. Iuny 1604. coram R. P. D. Iuſto*, & in ſpe-
cie de qua agimus, decidit eadem *Rota in Romana Vi-*
*neæ 14. Iuny 1613. coram Eminentiſſimo Domino Car-*
4 *dinale Pamphilio iuniore*, vbi etiam deciditur, quod vbi
contingat pendente termino ſubhaſtationum aliquem
actum fieri in iudicio, cum clauſula, ſine præiudicio
obligationis Cam. proceſſus executiui, mandatorum
relaxatorum, & quorumcumque iurium ambarum
partium, dicta clauſula præſeruat ius quoad ſubhaſta-
tionem perinde, ac ſi dictus actus non fuiſſet factus,
*l. Teſtamento Centurio, §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. Ca-*
*ſtren. conſil. 312. num. 4. lib. primo, Putens deciſ. 32. lib. 2.*
& ita pluries fuiſſe deciſum teſtatur *Rota in dicta Ro-*
*mana Vinea, num. 6.*

5 His additur, quod per licitationem rei non infertur
ad translationem dominij, in neceſſarium antecedens,
niſi adſit expreſſus conſenſus, *Rota per Cardinalem Se-*
*raphinum deciſ. 929. n. 3.*

6 Nam vbi conſenſus elicitur ex actu poſitiuo, talis
conſenſus non egreditur terminos ipſius actus. *Rota in*
*Corduben. Praſtimoniorum Luna prima Iunii. 1592. co-*
*ram bo. me. Gypſio.*

---

## EPITOME.

Citato non comparente in ſubhaſtationibus, quando aduerſus illum procedi poſſit per contradictas.

Procurator vbi fuit conſtitutus, quid requiratur, vt non valeat procedi per contradictas.

Et quid quando procurator deceſſit, vel ſe abſentauit nullo alio ſubſtituto.

### *SVMMARIVM.*

1 *Citatio in ſubhaſtationibus, vbi præceſſit, tunc citato non comparente, procedi poteſt per contradictas.*

2 *Citatio perſonalis, niſi præceſſerit, procedi non poteſt per contradictas.*

3 *Citatus perſonaliter, vbi non comparet, procedi poteſt per contradictas, etiam abſque alia citatione.*

*Fallit, quando procurator eſt in actis conſtitutus, quia tunc procedi non poteſt per contradictas, n. 4.*

*Declaratur non ſufficere ſimplicem conſtitutionem procuratoris in Curia, niſi etiam dictus Procurator acceptauerit mandatum, & illud produxerit in actis eiuſdemmet cauſa. n. 5.*

6 *Procurator, quando mortuus fuit in Curia procedi poteſt per contradictas, etiam non intimata principali morte.*

7 *Procurator, quando ſe abſentauit, non facta alterius ſubſtitutione, poteſt procedi per contradictas.*

## QVÆSTIO IX.

1 PRæterea etiam citatio in ſubhaſtationibus quando
perſonaliter præceſſit, tunc citato non comparen-
te procedi poteſt per contradictas, *Bellamer. dec. 310.*
*Put. deciſ. 381. in fin. lib. 1. Caſſad. deciſ. 6. num. 1. & ſeq.*
2 *Rota coram Sanctiſſim. deciſ. 430. num. 1.* Non enim
procedi poteſt per contradictas, niſi prius præceſſerit
citatio perſonalis, *Verall. deciſ. 107. num. 4. par. 1. Rota*
*per Cardin. Seraphin. deciſ. 1276. & eadem Rota deciſ.*
*36. par. 3. lib. 3. diuerſ. & deciſ 636. numer. 2. part. 2.*
3 *inter recentior.* Quin etiam talis citatio fieri ſolet ex
vrbanitate, cum, vt procedi poſſit contra perſonaliter
citatum per contradictas ſufficiat citatio prædicta,
*Put. deciſion. 371. in fin. libr. 2.* & fuit tentum coram
*bon. memor. Cardin. Sacrato, in Carthaginen. & A-*
*bulen. Beneficiorum 4. Iunij 1607. & prius coram R. P.*
*D. Corduba in Lamacen. adminiſtrationis 12. Iunij*
1598.

4 Sed quæritur, quid decernendum, quando fuit in
actis conſtitutus procurator, an tunc procedi poſſit
per contradictas?

Et reſpondetur negatiuè *Rota deciſ. 179. num. 1. par.*
*1. in recentior, deciſ. 486. ſub numer. 2. verſ. Tamen illud*
*decretum, & numer. 3. par. 2. in recentior.* vbi quod non
5 ſufficit ſimplex conſtitutio Procuratoris in curia,
niſi etiam dictus procurator acceptauerit mandatum,
& illud in actis produxerit ipſiuſmet cauſæ, ex *Bella-*
*mer. deciſ. 680. Verall. deciſ. 135. par. 3. & Mohed. deciſ.*
*vlt. de indic. & fuit dictum coram Card. Pamphilio ſe-*
*niore in Ortonen. Penſionis impreſſ. per Marcheſan. de*
*commiſſ. lib. 1.*

6 Cæterum, vbi fuiſſet mortuus Procurator in Curia,
procedi tunc poſſet per contradictas etiam non in-
timata principali morte ſui procuratoris, *Rota de-*
*ciſ. 191. ſub num. 6 par. 2. in recentior. vbi traditur Bella-*
*mer. deciſ. 494.* quæ ſupradictas aduerſatur, non ſeruari
in praxi.

7 Notandum etiam eſt procedi poſſe per contradi-
ctas, quando procurator non facta alterius ſubſtitutio-
ne in eius locum ſe abſentauit, vt cenſuit *Rota coram*
*Cardin. Cauallerio Gerunden. Præeminentiarum 27. Iu-*
*nij 1616.*

---

## EPITOME.

Subhaſtationes infra quod tempus fieri debent tam in rebus publicis, quam priuatis.

Iudex an pro ſuo arbitrio prorogare poſſit tempus licitationum?

Et an ſaltem minuere valeat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Subhaſtationes fieri debent ſpatio viginti dierum, vbi aliter à ſtatuto, vel conſuetudine non eſt diffinitum.*

*Quamuis aliqui aſſerant id non eſſe à lege ſtatutum, num. 2.*

*Sed quod imò hoc ſit Iudici arbitrarium. nu. 3.*

*Et hæc receptior dicitur, num. 4.*

5 *Iudicis arbitrio relinquitur infra quod tempus velit poſt primum decretum capta tenuta interponere ſecundum decretum, & procedere ad deliberationem.*

*Et hoc communiter obſeruatur. n. 6.*

7 *Iudex pro ſuo arbitrio poteſt ex cauſa prorogare tempus viginti dierum in licitationibus, vſque ad annum.*

*Non tamen potest minuere. num. 8.*

9 *Dilatio debitori danda antequam fiat subhastatio non currit, nisi à die notificationis ei facta.*

10 *Subhastatio bonorum in tenutam captorum, quam primum procuranda est.*

11 *Iudex in distractionibus bonorum priuatorum si suo arbitrio non benè vtatur, pars grauata appellare potest, quamuis non vitietur executio.*

## QVÆSTIO X.

NVnc agendum est infra quod tempus expediri debeant subhastationes, siue priuatæ rei, siue etiam publicæ in ijs locis, in quibus seruatur ius ciuile, & non adest statutum, vel consuetudò id diffiniens.

1 In qua difficultate licèt supra in *quæst. 2.* in recensendis requisitis ad hoc, vt subhastationes faciendæ valide sint, dixerim eas durare debere per viginti dies, infra quod tempus licitatores possint prætium offerre, & bona plus offerenti tradit, vt in *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. & l. si tempora, & ibi per glos. & Doct. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Roland. consil. 33. num. 14. lib. 1. Iodoc. Demband. in summul. subhast. cap. 2. num. 2. in bonis fisci, & Ciuitatis, est gl. in l. 1. C. de vendit. bon. Ciuit. & dicta l. 1. C. de fid. instrum.* sequutus est *Bald. in l. 1. num. 5. C. de praescript. 30. ann. & Fabian. de Mon. de empt. & vendit. q. 5. princ. n. 86. Munoz. de ratiocin. administr. cap. 16. num. 14. & prius num. 9. & num. 17.*

Reperio tamen alias duas in re hac adesse opinio-
2 nes. Quarum vna est, quod tempus licitationum non est à iure diffinitum, vt ex *tex. dicta l. 1. & l. si tempora, C. de fid. instrument. & iur. hast. fisc. lib. 10.* dixit *Matth. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 9. num. 75. & Surdus cons. 49. n. 26. lib. 1.*

3 Altera est, quod Iudicis arbitrio relinquatur, quantum tempus dandum sit in licitationibus finiendis bonorum priuati, quicquid aliud sit in bonis fisci, Reipublicè, vel Ciuitatis, *Bar. in l. licitatio. num. 1. & 3. ff. de public. & vectig. Roland. d. cons. 33. num. 14. Auendan. de exequend. mand. par. 2. cap. 12. num. 2. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæst. 5. princ. sub num. 86. vers. est autem tempus, Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. sub n. 4. in fi. vers. Et in alijs. Munoz. in dicto tract. de ratiocin. cap. 16. num. 14. & supra num. 8. Magon. in decis. Florent. 132. num. 10. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 2. n. 29. Capic. decis. 36. num. 4. Menoch. de arbitrar. cas. 129. n. 2. & casu 171. num. 28. Asin. de execut. §. 6. cap. 15. num. 5. Surd. dicto consil. 49. num. 19. lib. 1. Bertazol. clausul. 10. gl. 2. num. 7. cum alijs per Card. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 31. Azor. in summ. par. 3.*
4 *lib. 8. cap. 16.* & hæc est receptior opinio. Pariterque
5 relinquitur iudicis arbitrio infra quantum tempus velit post primum decretum captæ tenutæ interponere secundum, & procedere ad deliberationem, & adiudicationem, *Bar. in l. si finita, §. Iulianus, sub num. 39. vers. procedo vlterius, ff. de damn. infect. & in l. cum proponas*
6 *ad fin. num. 6. C. de bon. autho. Iud. possiden.* vbi quod ita communiter obseruatur, quidquid asserant *Specul. Innocen. & Sequaces,* cum aduersus eos sit verior opinio, & magis communis, vt testatur *Alex. in d. §. Iulianus, num. 85.*

7 Sciendum tamen, quod quamuis Iudici pro suo arbitrio ex causa licitum sit prorogare subhastationes vsque ad annum, vt voluit *Bar. in dicta l. licitatio, & in dicta l. si tempora, C. de fide instrum. lib. 10. Bald. in l. ordo, C. de execut. rei iudic. Fabian. de Mont. in loco præallega-*
8 *to. Munoz. dicto cap. 16. n. 15.* Non tamen potest minuere. *Bart. in dicta l. si tempora, num. 1. in fi. & num. 8. Dembander. in dicta summul. cap. 5. num. 2. Azeued. lib. 9. tit. 11. l. 2. num. 10. pag. 27. Ferron. ad Consuetud. Burdegalen. in fin. tit. 13. de subhastat. col. 1. post princ. versic. ideo autem nisi iusta causa subsistente, Surd. cons. 49. num.*
9 *21. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. casu 185. n. 42.* Vbi etiam de dilatione debitori danda antequam fiat subhastatio, quæ non currit nisi à die notificationis ei factæ, *Bart. in l. Labeo, de iureiur. Ias. in l. beneficium num. 48. de Const. Princip. Ruyn. cons. 130. n. 12. lib. 5.*

10 Regulariter autem licitatio bonorum in tenutam captorum quam primum procuranda est, vt scripsit *Galles. de obligat. Camer. q. fin. n. 26.*

11 Item nota, quod omnia ista, quæ seruantur in distractionibus bonorum priuatorum spectant ad ordinem iudiciarium, & ad arbitrium iudicis ex præmissis, ita quod si iudex dicto arbitrio non bene vtatur, pars grauata appellare possit, licèt non vitietur executio, *gl. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, in verbo Iubentur, vbi Bart. n. 8. Imol. col. 2. sub vers. & ideo in dubio, de re iud. Soc. sen. cons. 58. num. 26. lib. 1.* vbi quod ab hac opinione non est recedendum, & latius dicetur infra suo loco.

---

## EPITOME.

Termino licitationum transacto, An, & quando illius extensio, seu prorogatio concedatur?

Et quid quando agitur de præiudicio fisci, ac licitantium.

Contractu venditionis, vel locationis nullo declarato, ad quid teneantur emptores, & conductores; vel etiam venditores, & locatores.

### SVMMARIVM.

1 *Terminus licitationum transacti extendi, seu prorogari non possunt.*

*Primò declaratur procedere, si in primo tempore aliquis obtulit, n. 2.*

*Secundò declaratur non habere locum si id fiat de consensu partium, n. 3. & 5.*

4 *Terminus addictionum prorogari, non autem minui potest in præiudicium fisci, & licitantium.*

5 *Prorogatio termini in licitationibus fieri non potest in præiudicium vltimi licitatoris alio licitatore non existente, nisi cum illius consensu, & n. seq.*

*Fallit vt n. 6.*

7 *Subhastationi vbi tempora sunt statuta, alia dilatio non datur.*

8 *Vsus, consuetudo, & stylus seruatur in venditionibus, & locationibus.*

9 *Venditionis contractus, quando redditur nullus, emptores, & conductores tenentur ad restitutionem rei, vna cum fructibus perceptis, & percipiendis.*

*Declaratur procedere facta prius excussione bonorum venditoris, vel locatoris, n. 16.*

10 *Iuramentum in litem defertur contra vendentes, & ementes res minorum absque debitis solemnitatibus, & de ratione, ibid.*

*Limitatur non procedere, quando emptor, vel locator esset miles, rusticus, vel alia similis persona, numer. 14.*

11 *Possessor malæ fidei dicitur, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.*

12 *Alienationis contractu rescisso rei Minoris ob non seruatas solemnitates fructus restituuntur, nisi doceatur emptorem bona fide emisse.*

13 *Bona fides non adest, vbi iuris solemnitas consueta non fuit seruata.*

QVÆ-

## QUAESTIO XI.

QUaero, an termini licitationibus assignati prorogari, seu breuiari valeant in praeiudicium priorum licitantium, in quorum fauorem dies illa fuerat assignata ad vltimam licitationem?

1 Et pro huius quaestionis resolutione, Praemitto primò, quòd terminis addictionum transactis, ij nequaquam possunt extendi, nec prorogari, ex notatis per *glos. in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. libr.* 10. quia termini extraiudiciales semper sunt peremptorij, *Bar. in d. l. si tempora num. 6. qui num. 5.* declarat
2 hoc verum si in primo tempore aliquis obtulerit, cui ius quaesitum erat; secus si aliàs secundum *Plate. ibid.*

3 Secundò, praemitto, quòd regulariter in caeteris casibus de consensu partium termini ad dictionum extendi, ac breuiari possunt absque eo, quod dici possit praeiudicium aliquod inferri illis, qui pretium non obtulerunt, nec licitati fuit, cum nec illis vllum diei possit ius quaesitum.

4 His stantibus. Quoad id, de quo quaeritur, dicimus terminos addictionum, & licitationum extendi, prorogari, & abbreuiari posse in praeiudicium praecedentium licitatorum etiam inuitis, & contradicentibus, seu non consentientibus ijs, ad scripta per *Bar. in citata l. si tempora num. 8. & in l. licitatio. §. de public. & vectig.* vbi dicitur, quod officialis illud tempus augere potest, minuere autem non potest, quia id esset in praeiudicium fisci, & licitantium, quatenus minui contingeret, quamuis extensio respiciat illorum fauorem, & *Bart. vbi supra, sequitur Iodoch. in summul. subhastat. c. 5. num.* 1. & caeteri adducti in praecedenti *quaest. n.* 7. & *infra.*

5 Ex qua conclusione infero, quod prorogatio fieri non potest in praeiudicium vltimi licitantis alio licitatore non existente, nisi accedente illius consensu, prae-
6 terquam, si Praeco simpliciter diceret, quicunque velit emere, vel conducere veniat ad offerendum intra talem diem, nec adijceret, & plus offerenti dabitur; Quia hoc casu officialis subhastans non obligatur vendere, vel locare plus offerenti, sed ita demum, quando à Praecone, seu edicto fuit dictum, & plus offerenti dabitur, si hoc fisco, vel Reipublicae, seu Communitati expediat, delicet, quod detur plus offerenti, Nam accidere posset: quod eorum interesset dare minus offerenti, quando offert faciliorem solutionem, vel quia magis idoneus, *vt in l. eum, qui ff. de in diem addict. & in l. Sabinus, ff. eod. titul. iuxta d. doctrinam Bar. in d. l. si tempora, num.* 4.

Atque ita concluditur, quod vbi in edicto, vel proclamate fuit dictum, seu expressum, quòd plus offerenti in termino assignato dabitur, terminus ille prorogari nequeat alio licitatore non apparente in termino, inuito primo licitante, iuxta dictam doctrinam *Bart.*

7 Item infero, quod subhastationi, vbi tempora sunt statuta, alia dilatio non datur, sic *Bal. qui respondit in casu Pisauri contingente consil. 191. num. 1. lib. 3. quem sequitur Afin. de execut. §. 6. cap. 12. num. 1.* nisi vsus,
8 stylus, & consuetudo aliud dictet, quae in vendationibus, & locationibus seruandae sunt, vt per *Iodocum in dicta summula cap. 2. num. 3. & 6. dicens,* quod si vnus
9 stylus, & consuetudo in licitationibus non seruaretur, contractus esset nullus, & emptores, conductores, & locatores ad restitutionem rei venditae, seu locatae, cum fructibus praeceptis, ac percipiendis condemnari possent. *arg. text. in l. 1. C. de fide instrument. & iur. hast. fisc. lib. 10. Aretin. in §. si quis à non domino. Institut. de rer. diuis. de communi Boer. decis. 268. Roland. consil. 72. num. 12. li. 4. Surd. consil. 115. num. 14. lib. 1. Plot. ad l. si quando, num. 220. C. de in lit. iuran.* vbi addit, quod aduersus
10 vendentes, & ementes res minorum sine debitis solemnitatibus, & subhastationibus, vbi statutum, & consuetudo non aduersatur, vt dicam quaest. . . . iuramentum in litem deferri potest, ea ratione, quia tam emptores, quam conductores, tunc malae fide esse censentur, *vt in l. quemadmodum, Cod. de agric. & censi. lib.* 10.

11 Malae fidei namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta meratur, *capit. qui contra, de reg. iur. in 6.* vbi Canonistae *dicta l. 1. C. de fide instrument. lib. 10. vbi glos. in verbo Mala fidei, & Bart. circa fin. latè Iason in §. si quis in fraudem, num. 45. Instit. de act. Osasc. decis. 160. num. 1. & decis. 177. numer. 7. & latiùs Lamberteng. de contract. eor. gloss. 1. num. 123.* quo casu ita intelligitur loqui *Sociu. consil. 22. in fin. lib. 1. & Conarr. variar. resol. lib. 1. c. 3. n. 6. in fin.*

12 Quatenus dicitur, quod rescisso contractu alienationis rei minoris, eo quod facta fuerit absque iuris solemnitatibus, fructus vniuersi minori restitui debent, si non doceatur emptorem bona fide emisse, quae bona
13 fides minimè adesse dicitur, vbi iuris solemnitas consueta non fuit seruata, *l. iubemus, §. sanè. C. de sacrosanct. Eccles. vbi notant Bar. & Bald.*

14 Limitat tamen dictam conclusionem circa iuramentum in litem, *Plot. in dicta l. si quando numer.* 204. nisi emptor, vel locator esset miles, vel rusticus, vel alia similis persona, in qua iuris ignorantia toleratur, cum
15 alias emptor teneatur restituere ne dum empta bona, sed & fructus, quod procedit non solum in primo emptore, sed etiam in secundo, & vlteriori, *Didac. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. sub num. 6. in fine*, quem sequitur *Surd. consi. 115. n. 38. lib. 1.*

16 Item declaratur, quod dicitur contra scilicet tales emptores agi posse pro fructibus, ac damnis, procedere facta prius excussione bonorum venditoris, vel locatoris, qui sine debitis solemnitatibus vendidit, vel locauit, *sic Paul. de Castro in l. si praedium, C. de procuratoribus.*

## EPITOME.

Agitur de deliberatione facta intra terminum à Iudice assignatum, ac de eius nullitate.
Item dilatione pendente ab homine, vel à iure data, quando conquiescat officium Iudicis.

### SUMMARIUM.

1 *Deliberatio bonorum facta ex licitatione intra terminum à Iudice assignatum est nulla, & num.* 3.
2 *Dilatione pendente data ab homine, vel à iure conquiescit officium Iudicis, & n.* 4.
*Primò declaratur non procedere, si terminus, & dilatio reuocetur de consensu partium, n.* 5.
*Secundò declaratur non habere locum, si Iudex aliquid faciat in fauorem eorum, quibus data est dilatio, num.* 6.
*Tertiò declaratur, nisi pendente termino aliquid innouetur contra ius, n.* 7.
*Quartò declaratur procedere in his, quae praeiudicialia sunt illis, super quibus data est dilatio, n.* 8.
*Quintò declaratur, nisi iudex, qui terminum statuit, retinuerit sibi potestatem, quandocunque interim pronunciandi, num.* 9.

QUAE-

## QVÆSTIO XII.

1 PRosequendo materiam quæstionis præcedentis, dicimus deliberationem bonorum factam intra terminum à Iudice, vel lege assignatum licitationibus faciendis est nulla, ex *Rota decis.60.num. . part.4. inter nouiss.nouis.*Nam, vt inquit ead. *Rota in decis.406.in antiq.aliàs 37.de appellat.incip.Nota, quod si Iudex num.*
2 2. Dilatione pendente data ab homine vel à iure conquiescit officium Iudicis, & nihil in præiudicium partis est attendendum, *cap.significanti, de appell. Ias. in l.2.n. 38.ff.de re iudicat.& consil. 44. lib.3.*

Vnde cum ageretur ibi, an valeret processus factus per Iudicem, à quo pendente termino ad dandos apostolos, licèt secundum omnes fuisset affirmatiuè resolutum, solus compilator negatiuam tuebatur, & hic erat filius Ioannis de Lignano, vt ibi dicitur, qui adhæsit opinioni Genitoris sui, vt ibi habetur in *capit. Dilectus, de appellat.* quo fit, quod ista opinio Compilatoris adduci non possit pro decisione, sicuti est etiam *decis. Card.Seraph.210. quæ est votum illius*, quamuis postea approbatum per *Rotam coram eodem in decis. 232.* & alibi sæpè habetur.

3 Et in terminis nostris est *dec. Rotæ in Auximana tutela 24.Nouemb.1595.coram bo. me. Gypsio, incip.Domini concluserunt vna tantum parte.* vbi dicitur subhastationem, ac deliberationem, de quibus ibi agebatur, fuisse nullas, quia fuerunt factæ pendente termino quindecim dierum ad reluendum reis, & possessoribus da-
4 tum à Iudice, cuius officium conquiescebat, donec dictum tempus effluxisset, *l.sine pars, C.de dilat.cap.significante, de appellat.cum alijs congestis per Anton. Gabr. tit.de dilat.concl.1.* Quæ conclusio multipliciter limitatur. Et

5 Primò, quando dilatio reuocatur de consensu partium, ita *Franch. in c. significante num. 20. de appellat.* quod intelligas velim respectu gerendorum post reuocationem dilationis, vt illa valeant, non autem respectu gestorum ante reuocationem dilationis, ex quo illa etiam de consensu partium non ratificantur secundum *Franch.in cap. per tuas n.16.de appell. post Cyn. & Bal. in dicta l.sine pars.*

6 Secundo declaratur, nisi iudex aliquid faciat in fauorem illius, seu illorum, cui, vel quibus data fuit dilatio, quod notandum dicit *Franch. in d. cap. significante, sub n.20.vers.Quinto limita, Grat. cons.77. duo principaliter n.21.lib.2.& Bero.cons.119.n.5. lib.3.*

7 Tertiò declaratur, nisi pendente termino aliquid innouaretur contra ius; quia tunc ad reuocationem talium attentatorum iudex procedere posset, etiam pendente dilatione, vt per *Franch. vbi proximè supra num. 22.post Abb.& Imol.Lap.allegat.82. in causa numer.6. quem refert, & sequitur Mandos. in tract. commissio. in 14. form.commiss.atientat.in verb. reuocandi, quæst. 5 in fin.*

8 Quartò declaratur generaliter, quod nempe officium iudicis conquiescit in his, quæ præiudicialia essent illis, super quibus dilatio pendat, vt per *Bero. in cons.36.n.6. lib.3.*

9 Quintò declaratur, quandò iudex decreuit dilationem, retenta sibi potestate quandocunque interim iudicandi; vt considerat *Hercul. Scuerol. in tract. de remiss.cap.27.vers.Attamen* de iure tertij, quem refert, & sequitur *Lancellott.de attention.part.secunda capit. 7. num.25.*

10 Et ideo in proposito licitata re vni addicta admittitur alius offerens durante termino, & admittitur ad emendum, quia prima facta videtur sub conditione, si alius meliorem conditionem infra tempus in licitatione concessum non obtulerit, *l.si tempora, & ibi per Bar. C.de fid.instrum.& iur.hast.fisc.* licet subdat hoc sibi non tribuere, quando priuatus vendit, sed solum quando Fiscus, vel Respublica, tradit *Iodoc. Dambouder. in sum. mul.subhast.c.4.n.7. & 8.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, & licitatio an, & quando fieri debeat præsente pecunia?
Et quid si fiat pactum de acollando.
Vel depositum ex interuallo.
Quid si adsit consuetudo in contrarium, vel consensus partium.
Et vbi adsit consensus, quo tempore sit præstandus.
Pecuniæ verbum in licitatione qualiter accipiatur:

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio, & licitatio facienda est præsente pecunia, aliàs est nulla, & venditio reuocari potest, & numer.5.*
*Ratio adducitur, n.6.*
*Primo ampliatur procedere, etiam si emptor promiserit acollare censum, n.12.*
*Præsertim, si fieret promissio de acollando in genere, numer.13.*
*Ratio est, quia venditor propterea non liberatur à molestijs, n.14.*
*Secundo ampliatur etiam si fieret depositum post plures dies, n.15.*
*Tertio ampliatur etiam in casu, in quo Creditor fassus est pretium accepisse rei licitatæ, quod breui manu fuit restitutum emptori, mercatori, vel campsori, à quibus mutuo fuit acceptum, n.3.*
*Fallit, quando venditio fieret per creditorem, n. 24.*
2 *Pretium rei venditæ, vbi non est solutum, potest rehaberi res, & alij vendi.*
*Quamuis hoc non permittatur priuatis n. 3.*
4 *Pecunia requiritur in licitatione pro forma, cuius omissio vitiat ipso iure.*
6 *Licitandi facultas concessa in causam iudicati, ista causa non impletur habendo fidem de pretio, vel acollando, sed solum recipiendo.*
*Aliàs datur actio de dolo contra iudicem, qui consentit, quod Emptor habeat fidem de pretio n.7.*
8 *Bart. in l.à Diuo Pio §. sed si emptor de re iudic. reprobatur.*
9 *Verbum oportet, à lege prolatum excludit Iudicis arbitrium.*
*Et inducit necessitatem n.10.*
16 *Consuetudo, vt fuit subhastatio habita fide de pretio non obstat nisi in specie probetur, & n. 19.*
*Primo limitatur conclusio superius posita num.1. vt sibi non tribuat, si creditor consentiat subhastationem fieri non præsente pecunia numer. 17. & 25. Intellige vt num.18.*
*Secundo limitatur, quando de more, & consuetudine regionis esset, quod subhastatio fieret non præsente pecunia, dummodo tamen in specie dicta consuetudo probatur n.19.*
*Tertio limitatur non habere locum, si creditor velit habere fidem de pretio, n.20.*
18 *Consensus Creditoris, quod subhastatio fiat non præsente pecunia est necessarius in ipso actu deliberationis, nec sufficit ex post prædictus.*
21 *Pecuniæ verbum in subhastatione non est strictè accipien-*

*piendum pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſa-*
*tisfactione.*
*Declaratur procedere, dummodo ſatisfactio interue-*
*niat in aliquo certo, & non generico, vel ambiguo,*
*num. 22.*
29 *Pecunia vera numeratio regulariter non ſolet interue-*
*nire in ſubhaſtatione.*

## QVÆSTIO XIII.

IVxta prædicta videndum ſequitur, an abſolutè ve-
rum ſit, quod ſubhaſtatio, & licitatio fieri debeat
præſente pecunia?
1 Et concludendum videtur affirmatiuè, alias ſubha-
ſtatio facta ſit nulla, & venditio poſſit reuocari, per
doctrinam *Bar. in leg. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor. ff. de*
*re iudic. vbi Ang.* dicit multum notandum, quod pro-
pter pretium non ſolutum licitum eſt rehabere rem,
& alij vendere, quod non permittitur in priuatis, &
2 *ibid. hoc ſequitur Alexand. num. 5. & 3. & Iaſ. num. 4.*
3 *Vrſill. ad Affiict. deciſ. 358. in fin. verſ. circa prædicta*
*Surd. conſ. 168. num. 24. lib. 2. Peregrin. de iur. fiſc. lib.*
*6. tit. 4. num 9. Rota in Tiburtina Caſtri Sanbuci 28. Ia-*
*nuarij 1578. coram Sanctiſſ. Ludouiſ. deciſ. 23. num. 1.*
4 vbi hoc pluribus comprobatur, & præſertim quia,
cum qualitas iſta præſentis pecuniæ requiratur in tem-
pore, quo ipſa venditio celebratur, præſumitur in-
ducta pro forma, itaut eius omiſſio vitiet ipſo iure,
*Bartol. in leg. vniuerſi ſub num. 5. C. de preci. imper. of-*
*fer. Bald. in rubr. C. de reſcind. vend. num. 5. Felyn. in*
*cap. cum dilecta ſub num. 6. verſ. quartum ſignum de re-*
5 *ſcript.* quodque ſubhaſtatio fieri debeat pecunia præ-
ſente poſt *Rebuff. Ferrar. & alios per eum adductos tra-*
*dit Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 9. num. 94. Rota*
*in Imolen. ſeu Fanentina bonorum 25. Iunij 1593. coram*
*Litta impreſſ. poſt Saluſt. Tiber. in ſua Praxi iudiciali,*
*lib. 3. poſt cap. 17. pag. 350. & in Aſculana Pradij 22.*
*Iunij 1609. coram Card. Sacrato.* Et ratio adducitur,
6 quia cum facultas certa detur executori in cauſam li-
mitatam, ſcilicet, vt conuertatur in cauſam iudicati
iſta cauſa non impletur, habendo fidem de pretio, vel
acollando, ſed ſolum recipiendo, *Bartol. in dict. §.*
*ſed ſi emptor num. 7. Bald. in leg. in ciuile num. 3. Cod. de*
*rei vendic.* dummodo aliud non ſeruetur de more re-
7 gionis, vt per *Coler. dict. cap. 9. num. 95.* ideo datur
actio de dolo contra Iudicem, qui conſentit, quod
emptor habeat fidem de pretio, cùm hoc facere non
poſſit, quaſi executor teneatur iſta actione tamquam
male verſetur in diſtrahendis pignoribus, *leg. ſi pigno-*
*ra, C. de euiction. & declarat Zaſ. in dicta leg. à Diuo*
*Pio, §. ſed ſi emptor ſub num. 9. verſ. quid autem ſi Iu-*
*dex ff. de re indic.*
8 Non obſtat, quod *Bart. in d. §. ſed ſi emptor.* aſſerat
id eſſe de Conſilio,
Quoniam eius dictum communiter reprobatur, à
quo in ſpecie receſſit *Rota in dicta Tiburtina*, ex quo
reſiſtit verbis illius *text.* dum dicit, oportet res pigno-
9 re captas. Nam verbum oportet excludit iudicis arbi-
10 trium, *leg. verbum* oportere, *ff. de verb. ſignific.* &
potius neceſſitatem inducit, *gl. in cap. 1. in verb. opor-*
*tet de præſcript. in 6. Quare Alexand. in dicto §. ſed ſi*
*emptor num. 5. & 6. poſt Angel. & Imol. ac Iaſ. num. 5.*
11 *verſ. Ratio,* quia prima venditio, & poſteriores dicunt
Iudicem vendere non poſſe ſine præſentia pecuniæ,
comprobat *Rota dicta deciſ. 23. n. 3. & infra deciſ. 319.*
*coram eodem deciſ. 464. n. 1. par. 2. in recent. & dec. 247.*
*num. 5. par. 4. nouiſſ.*
12 Quæ omnia procedunt etiam ſi emptor promiſerit
cenſum, cum iuſta non ſit acollatio, ſed promiſſio de
acollando, *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stychum. §. fin. ff. de*
*verb. oblig. Bald. in l. ſi pupillus in fin. princ. & ibid. Paul.*
*de Caſtr. num. 2. ff. ad l. Falc. idem Bar. in l. iuriſgentium*
*in fin. ff. de pact. Bald. & Ang. in l. 1. C. de pact. pignor.*
*Aret. conſ. 8. in primo dubio Tiraq. de retract. conuens. in*
13 *fin. num. 22.* præſertim ſi fieret promiſſio de acollan-
do in genere cenſus, ac debita, quæ ob incertitudinem
ex nunc non poteſt dici acollatio, *l. ſed & ſi quid, §.*
*interdum de vſufruct. l. duo ſunt Titij, ff. de teſtamen. tu-*
*tel. l. ſi fuerit de reb. dub.* Nam vt inquit in ſpecie *Rota*
14 *coram Sanctiſſ. deciſ. 28. ſub n. 2.* venditor non propte-
rea liberatur à moleſtijs, quia poſſunt oriri plures con-
trouerſiæ ſuper huiuſmodi collatione, & res in longius
protrahi contra dictam *l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor,*
*ff. de re iudic.* vnde *Rota* vbi proximè ſupra *num. 3.* ad-
15 dit, quod nec etiam depoſitum poſt plures dies factum
erit attendendum, vt per eamdem *Rota in dicta Tibur-*
*tina Caſtri Sanbuci 27. Ian. 1578.*
16 Imo nec conſuetudo in contrarium obſtat, nempe
quod fiat ſubhaſtatio habita fide de pretio, & non præ-
ſente pecunia, niſi in ſpecie probaretur, *ſic Rota coram*
*R. P. D. Litta in dicta Imolen. ſeu Fanentina bonorum*
*25. Iunij 1593. & 15. Maij 1594.* & dicetur infra, *vt*
*deciſ. 3. & 4. par. 4. in nouiſſ.*
Limitatur præcitata concluſio pluribus modis.
17 Primo ſi creditor conſentiat licitationem fieri non
præſente pecunia, *Rota deciſ. 257. num. 5. & 6. par. 2. in*
*recentior. in Camerinen. Spolij 15. Iunij 1600. coram*
*Card. Sacrato, & eadem dec. 464. n. 1. par. 2. in recentior.*
*Gratian. diſcept. lib. 2. c. 326. n. 5.*
18 Qui tamen conſenſus eſt neceſſarius in ipſo actu de-
liberationis, nec ſufficeret ex poſt præſtitus; & ratio
eſt, quia requiritur conſenſus talis, per quem ex tunc
in ipſo actu ſubhaſtationis, ſeu licitationis debitor li-
beretur à ſuo creditore, vt fuit dictum in *Aſculana præ-*
*dij 22. Iunij 1609. coram Card. Sacrato, & in Romana*
*dotis prima Iulij 1598. coram Decano.*
19 Secundo limitatur, quando de more, & conſuetudi-
ne Regionis eſſet, quod ſubhaſtatio fieret non præſen-
te pecunia, dummodo tamen in ſpecie dicta conſuetu-
do probetur, vt per *Matthe. Coler. dicto cap. 9. num. 95.*
*quem ſequitur Gratian. diſcept. foreuſ. lib. 7. c. 7. n. 5. &*
*6. & adden. ad deciſ. Sanctiſſ. 23. n. 7.*
20 Tertio limitatur, ſi creditor velit habere fidem de
pretio, quia quod deliberatio ſine interuentu pecuniæ
ſit nulla, fuit indictum fauore creditoris, ita *Rot. coram*
*Sanctiſſ. deciſ. 430. num. 4. & in Romana dotis prima Iul.*
*1598. coram R. P. D. Decano.*
21 Præmiſſis adde, quod pecuniæ verbum in ſubhaſta-
tione, ſeu licitatione non eſſe strictè recipiendum pro
ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione, *iuxta*
*l. 4. §. ait Prætor, & §. condemnatum in fin. verſ. ſoluiſ-*
*ſe, ff. de re iudic. l. ſi procurator alias incipit, ſi Curator,*
*§. ſi ab eo, vbi gl. in verb. ſolutio ff. de iur. fiſc. Rota co-*
*ram Sanctiſſ. deciſ. 28. num. 1.* dum tamen ſatisfactio in-
22 teruenìat certa, & non ambigua, vel generica, & ſic
non fiat promiſſio de acollando, vel ſoluendi debi-
ta, aut quid ſimile per ea, quæ dixi ſuperius *num. 12.*
*& infra.*
23 Notandum eſt inſuper, quod diſpoſitio, *l. à Diuo Pio,*
*§. ſed ſi emptor, ff. de re iudic.* non habet locum in caſu,
in quo creditor faſſus eſt pretium recepiſſe rei licitatæ,
quod breui manu fuit reſtitutum ipſi emptori ad effe-
ctum, vt illud reportaret Mercatori, ſeu Campſori, à
quibus mutuo habuit occaſione oblationis per eum fa-
ctæ in licitatione; Ex quo enim dictum pretium per-
petuo non remanſit penes venditorem, eidem actio
datur contra emptorem præciſè, vt illud pretium
ſoluat cum effectu, illiuſque dominium transferat,
nec liberatur, ſi velit ſoluere intereſſe. *Bart. in leg. 1.*

in princ. sub n.15. quidquid ibid. sentiat *gl.* quam non approbari dixit *Bald. eodem loco num. 2. ff. de act. empt. Ang. Aret. in §. actionum n.7. instit. de act.*

24 Præterea, vbi venditio fit per creditorem, datur ei actio ad pretium, quasi tunc illa non detur in licitatione, quando executor vendidit, quo casu victor nullam habet actionem ad pretium contra emptorem, vt declarat *Paul. de Castr. in dicto §. sed si emptor in vers. Melius si emptor, post Bar. ibid. in versic. Nota hic n. 5. & Ias. num. 2.* Nam vt supra dictum fuit, in credi-

25 tore vendente, vel de cuius consensu fit venditio, non consideratur, an sit præsens pecunia, necne, cum valeat etiam licitatio non interueniente pretio, sed de eo habita fide ipso non contradicente, vel consentiente, *Imol. in dicta l. à Diuo Pio, §. sic quoque num. 29. in glos. super versic. Capi, ff. de re iudic. Castrens. in leg. Eleganter, §. si vendiderit in princ. num. 2. ff. de pign. action.*

26 Quamuis regulariter in licitatione non soleat interuenire vera numeratio, *Rota per Card. Seraph. dec. 121. num. 2.*

## E P I T O M E

Subhastatio, & licitatio partim præsente pecunia, & ex parte non, quando valeat.

Datio in solutum in subhastatione, an habeatur pro vera numeratione.

### S V M M A R I V M.

1 *Subhastatio facta partim præsente pecunia, & ex parte non, est nulla.*

*Limitatur primo non procedere, vbi creditores consenserint subhastationem, seu licitationem fieri absque numeratione pecuniæ, seu pretij, num. 2.*

*Secundo limitatur, quando pro solutione datur quid certum, ac determinatum, n. 3.*

*Declaratur procedere, vbi licitator cum effectu impleuerit promissionem à se factam in termino à iure præfixo, n. 11.*

4 *Solutio dicitur, quod datur de consensu contrahentis, etiam quod adsit iuramentum.*

5 *Insolutum vbi aliquid datur, illud habetur pro vera numeratione, & solutione pretij.*

6 *Datio in solutum vicem habet emptionis.*

7 *Debitum verum vbi conuertitur in pretij solutionem, idem indicatur, ac si interuenisset pecunia.*

8 *Solutio verè facta dicitur per debitum versum in pretij solutionem.*

9 *Acquirendi modus non consideratur, dummodo acquisitum sit in veritate, & in substantia.*

10 *Constitutum, & precarium verè transfert possessionem.*

## QVÆSTIO XIV.

1 QVæro, an subhastatio facta partim præsente pecunia, & ex parte non, sit valida.

Et non valere dicendum est, cum in totum, & non pro parte debeat esse præsens pecunia. *adnot. per Bart. in leg. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iudic. & ibi Alexand. num. 5. & 6. Surd. cons. 168. num. 24. lib. 2. cum alijs per Coler. de process. execut. par. 3. capitul. 9. num. 94.*

2 Quæ conclusio primo limitatur procedere, vbi creditores consenserint subhastationem, seu licitationem fieri absque numeratione pecuniæ, seu pretij, quia tunc talis nullitas allegari non potest, ex traditis per *Rot. in Vrbeuetana domus 5. Decembris 1594. coram Cardin. Pamphilio Seniore, & in Perusina dotis prima Iulij 1598. coram R. P. D. Peaia*, & plenè dixi in præcedenti *quæst. num. 17. & infra.*

Secundo limitatur, quando pro solutione datur quid

3 certum, ac determinatum de consensum contrahentium, vt puta census, seu societates officij certas cum onere soluendi fructus, & eas certis, ac determinatis temporibus extinguendi, quæ loco solutionis, & numerationis pretij habentur, *leg. 1. ff. pro emption. leg. fin. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. leg. si prædium, Cod. de euict. leg. satisfactio, ff. de solut. leg. 1. ff. qui satisda. cogan. l. si rem alienam, §. omnis, de pign. act. Natt. cons. 426. num. 20.*

4 Nam pro solutione habetur, quicquid datur de consensu contrahentis, *l. 1. ff. qui satisda. cogan. d. l. satisfactio. & l. si rem, §. omnis*, quamuis adesset iuramentum *Ioan. Andr. in c. ad nostram de iureiur. vbi Felin. num. 12.*

5 *Surd. cons. 166. num. 30. lib. 2.* qua ratione admittere debemus, quod vbi aliquid detur insolutum, illud habetur pro numeratione, & solutione pretij, *l. si prædium*

6 *C. de euict.* Et hoc est, quod dicimus, dationem in solutum vicem emptionis obtinere *Bar. Bal. & Castr. in l. Eleganter. in princ. ff. de pign. act. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 3. in fin.* vbi dicit quoque procedere in pœnalibus, *Ias. in l. Senatus, quam repetit. in l. Cætera, §. sed si parauerit, num. 10. ff. de leg. 1. Alber. de statu. par. 2.*

7 *q. 2. col. 1. vers. Ex prædictis colligi potest.* Et generaliter, quod si verum debitum conuertitur in pretij solutionem, tunc iudicetur idem esse, ac si interuenisset pecunia numerata, & sic satisfactum erit per dictam conuersionem, quæ non patitur fraudis, ac simulationis suspicionem, exemplo confessionis mutui, quæ quamuis subiaceat exceptioni non numeratæ pecuniæ, vbi tamen debitum ex alia causa esset conuersum in causam mutui, tunc habetur pro vera numeratione, & satisfactione, *gl. communiter approbata in l. aduersus in fin. C. de non numer. pec. vn. Iacob. Butrig. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. Rum. cons. 19. num. 11. Felin. in cap. si cautio num. 56. in fin. de fid. instr. Rol. post Vasqu. & Suarez ab eo adductos cons. 4. num. 16. lib. 4. Rota coram Litta in Eugubina census 10. Februarij 1593. vers. & Domini vnanimiter impress. post primum volumen cons. Farinac. ibid. decis. 10. num. 15.* Nimirum ergo, si pretium non sit numeran-

8 dum, cum debitum sit verum, & fingat numerationem interuenisse, *Paris. cons. 75. num. 32. lib. 2.* licèt enim fictè agi videatur ex transfusione debiti in aliud; solutio ta-

9 men vere facta dicitur, quamuis actus sit fictus, quia non attenditur, tamquam non sit in consideratione acquirendi modus, dummodo adquisitum sit in veritate, & in substantia, *Castren. cons. 170. n. 1. lib. 2.* & facit,

10 quod dicitur de constituto, & precario, quod verè, ac propriè transfert possessionem, quamuis dicatur actus fictus, *l. Certè, §. 1. ff. de precar. Bal. in l. ab emptione in fin. ff. de pact. Alex. cons. 83. num. 8. lib. 6* Rum. cons. 224. *num. 4. lib. 1 Dec. cons. 152. num. 2. cum alijs per Tiraq. de iur. constit. ampl. 1. num. 2. par. 2.* & his conducunt, quæ diximus in præcedenti *quæst. num. 21. & seq.* cum fuit dictum pecuniæ verbum in licitatione non esse strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione iuribus, ac decisionibus ibid. adductis.

11 Quæ omnia declarantur habere locum, vbi licitator cum effectu impleuerit promissionem à se factam; secus si non compareat, nec consignet, quod promisit, seu obtulit in termino sibi per Iudicem præfixo, cum eo casu haberetur pro renunciante, ex quo temporis lapsus hoc inducat *Bal. in leg. si ego, ff. de neg. gest. & cons. 466. in 2. dub. Tiraq. de retract. lignag. gl. 4. §. 3. n. 4. Surd. dec. 189. n. 8. in terminis de liberationis, Neuizan. cons. 77. n. 12. per tex. in l. 3. §. an ego, ff. de reb. cor.*

*eor-post Roman. cons. 99. in fin. ac censuit Asin. in tract. de execut. §. 9. c. 3. n. 5 per tex. in l. 4. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10.*

## E P I T O M E:

### Subhastationem bona fide, & omni semota fraude fieri debere dicitur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio fieri debet bona fide, hoc est absque fraude.*
2 *Emptio, & venditio mala fide facta retractatur.*
3 *Emptor malæ fidei rem cum fructibus restituere tenetur.*
*Etiam quod fructus consumpti essent. num. 4.*
5 *Subhastatio publica de facili conuelli non debet.*
6 *Bona fides probatur ex subhastatione.*
7 *Subhastatio facit præsumi emptionem factam absque fraude.*
*Et tollit omnem dolum, ac fraudem. num. 8.*
*Et aufert omnem causam conquerendi, num. 9.*
*Præsertim si in actibus non probatur maiori pretio potuisse vendi, n. 10.*

## QVÆSTIO XV.

PRæcipuè quoque exigitur bona fides in subhastatione, hoc est; vt fiat absque frande, *l. 2. C. si propt. publ. pens. l. si quos, C. de rescind. l. 1. C. de præscrip. 30. annot. &*
2 *l. 1. C. de fide instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.* ex quo venditio, & emptio mala fide facta retractatur, *l. tenetur, §. fin. ff. de act. empt. Bar. in l. emptorem, §. fin. ff. de euict. Bal. in l. 1. num. 9. ff. de peric. & commod. rei vendi.* & malæ fi-
3 dei emptor rem cum fructibus perceptis, ac percipien-
4 dis restituere cogitur, *dicta l. 1. C. de fid. instr. li. 10.* etiam quod consumpti essent *Specul. in tit. de fruct. & interess. §. scias*, licèt alias subhastationes publicæ de facili conuelli non possint, *l. si hypothecas, C. de remiss. pign.*
6 *Valasc. consult. 37. n. 1.* cum regulariter ex eis probetur bona fides *Isern. in cap. 1. §. si vero Castaldi n. 11. de feud.*
7 *Guardiæ, Menoch. cons. 1174. n. 22. lib. 12.* & faciant præsumi emptionem factam sine fraude, *Corn. cons. 71. num.*
8 *1. lib. 3.* & tollat omnem dolum, ac fraudem, *Randen.*
9 *cons. 50. num. 395.* & auferant omnem causam conquerendi, *l. 1. C. de prædijs Decur. lib. 10.* & præsertim si in
10 actibus non probatur maiori pretio potuisse vendi, *Alex. in l. pretia rerum sub num. 8. ff. ad leg. Falc. Osasc. decis. 109. num. 7.*

## E P I T O M E.

### Præsentia emptoris in licitatione An requiratur.
### Obligatio qualiter sequatur inter limitantem, & eum, qui exposuit rem subhastandam.
### Licitator, vt ad offerendum admittatur, qualis esse debent.

*S V M M A R I V M.*

1 *Emptoris præsentiam non requiritur in licitatione, & subhastutione.*
*Declaratur. num. 2. & 4.*
*Sed quod imò præsentia requiratur, num. 5. & 9.*
3 *Subhastationi rem exponens quatenus obligari nolit ad vendendum, apponere non debet illa verba, quod plus offerenti dabitur.*
6 *Obligatiò oritur inter licitantem, & subhastantem per expositionem, & oblationem subsecutam, ex veriori.*
*Licet oblatio sit renocabilis per alterius oblationem; num. 7. & 8.*
8 *Subhastatio forma non seruata non valet.*
9 *Oblatio in subhastatione cum principaliter tendat ad obligandum, requiritur præsentia illius, cui acquirenda est obligatio; Et de ratione, num. seq.*
10 *Contractus, vt sit validus, non sufficit duorum consensus, nisi etiam sit simultaneus, & eodem tempore concurrat.*
11 *Ratificatio requirit consensum, & præsentium alterius partis, sed contra ex veriori, num. 12.*
13 *Licitatione, & oblatione facta per emptorem elapso tempore banni non potest fieri aliud proclama, & num. 15.*
*Nisi tamen esset minor, vel alia persona quæ restitutionem imputaret, n. 14.*
15 *In subhastatione primo banno standum est.*
16 *Licitator, & subhastans, vt obligetur, quid requiratur.*
17 *Inanis est actio, quum debitoris excludit inopia.*
18 *Qui non habet, vnd ., .luat, similis est habenti exceptionem peremptoriam.*
19 *Licitans, seu offerens robus sub hasta positis debet esse idoneus, & talis, qui possit conuenıri.*
20 *Idoneus non dicitur, qui conuenıri non potest.*
21 *Licitator, vt admittatur, requiritur, vt sit maior idoneus, & maior vtilitas, & conueniendi modus.*
22 *Subhastatio quando fit, debet eligi magis idoneus.*
23 *Idoneus satis quis dicitur, qui est tamquam idoneus approbatus.*

## QVÆSTIO XVI.

AN in licitatione, seu subhastatione requiratur præsentia emptoris alia est consideratio.
1 Et quidem eam non requiri dixerunt *Fabian. de Mont. in tractat. de emption. & vendition. quæst. quinta princ. sub num. 91. versiculo Nec requiritur præsentia*, quia sufficit, quod vadat ad promittendum fauore illius personæ, vel loci, qui continetur in banno, seu pro-
2 clamate, nisi antequam aliquis offerat, publicè reuocet, sicuti publicè proposuit, *l. sed & si pupillus, §.*
3 *proscribere, §. de institution. act.* Et quatenus exponens ad vendendum obligari nolit, non apponat illa verba, quod plus offerenti dabitur, quo casu potius pretium explorare, quam vendere voluisse videtur, secundum *Bar. in l. licitatio, ff. de publicat. & vestigat. & in l. Si tempora, C. de fid. instrument. & iur. hast. fisc. l. 10. & Fabian. vbi supra sequitur Iodoc. Demhaud. in summul. subhast. c. 5. n. 4. 5.*
4 Verum aduerti debet, quod *Fabian. & Iodocb.* in locis præcitatis loquuntur de ea subhastationis forma, quæ fit longo tempore trium, vel quatuor mensium, in qua quilibet licitator per notarium describi curat suam oblationem, & is, qui plus offert, rem consequitur, vt de more aliquorum regionum fieri solet,
5 Sed nos agimus de illa licitatione, seu subhastatione, quæ frequentior est, & quodie apud nos fit, nempe vel candela accensa, vel breui temporis spatio alterius oblationibus vna post aliam factis, quo iam necesse est, vt emptor sit præsens, vel alius per eo, qui iuxta illius voluntatem plus offerat, seu liciter, donec, vel candela extinguatur, vel tempus ad licitandum
6 constitutum expiret, vt in specie concludit *Asin. in tractat. de execution. §. sexto, capitul. 24.* Nam inter ementem, seu licitantem, & subhastantem oritur obligatio, si licitator pretium promittat, & Notarius scribat, vt ex veriori tradit *Bart. in l. licitatio, numer. 4. ff. de public. & vectig. est text. in l. si tempora, C. de fide instrument. & iur. hast. fisc. libr. 10. & in dicta l. licitatio, Bald. consil. 393. Premissis duubus colum. 1. libr. 4. & cons. 195. Factum super quo ad*

7 *medium*, *lib*.3. dum ait, hinc inde obligationem con-
trahi, licèt reuocabilem interuentu noui oblatoris,
quod voluit etiam *Ang. cons*. 324. *Datium pauorum*,
8 cum dixit, in casu, de quo ibi egebatur, ideo obligatio-
nem locum non habere, quia forma subhastationis, vel
licitationis seruata non erat, ex quo illi officiales date,
vel vendere, vel aliquid simile plus offerenti non pro-
miserant; Vnde cum à subhastante exprimitur velle
vendere; aliud dicendum est, prout & respondit *Ale-
xand. cons*.114. *Viso processu*, *lib*.6. & *Capyc. decis*.36.
*in causa magnificorum in fine*.
9 Cum talis oblatio tendat principaliter ad se obligan-
dum, vtique requiritur præsentia illius, cui acquiren-
da est obligatio. *Socin. consil*.105. *num*.16.*lib*.4. *Crau.
de antiquit. tempor. dar*.1. §.*viso de verbis*, *num*.47. &
48. *Mascard. de probationib. concl*.347. *num*.88. & 89.
*lib*.1.
Ratio quia, sit contractus sit validus non sufficit duo-
rum consensus, nisi etiam sit simultaneus, & eodem
tempore concurrat, *l*.1. *de pact. Surd. consil*.136.*num*.
10 17. *lib*.1. ita vt etiam ratificatio requirat consensum,
& præsentiam alterius partis, *Aretin. cons*.128. quam-
uis hoc vltimum non sit tutum, cum in ratificatione
contrarium sit verius, vt scilicet præsentia alterius par-
tis non requiratur, *Gabr. cons*.146. *num*. 9. & 11. *lib*.
1. *Rota in Romana hæreditatis* 14. *Martij* 1613. *coram
R. P. D. Litta*, *latè Surd. decis*.70. *n*.18.
13 Et ex his sequitur, quod stante licitatione, ac obla-
tione per emptorem, seu licitantem facta lapsis diebus
primi banni, seu proclamatis, non potest fieri secun-
dum bannimentum, seu proclama, vt alius admitta-
14 tur, & auferatur ius quam quæsitum priori offerenti,
nisi forte minor esset, vel Ecclesia, vel Respublica, vel
alia persona, quæ ex restitutione hoc impetraret, *l*. &
*si fine*, §. *quæsitum*, *ff. de minor. Franc. Marc. decis. Del-
phi*. 85. *p*.1. & *decis*.565. *par. ead*.
15 Cum aliàs primo banno standum sit, *vt lib*.2. *Cod. de
locat. præd. ciuil. lib*.11. & *declarant gl*. & *Bar. in dict. l.
licitatio*, & *in dicta l. si tempora*, *Cod. de fide instr. lib*.10.
*Fabian. in d. tract. de empt*. & *vendit. d. q*. 5. *n*.87. & la-
tius dicam suo loco.
16 Ad hoc, quod subhastatione, vel licitatione, licitator,
vel subhastans obligentur, oportet voce Præconis, vel
aliquo edicto, vel alio quouis modo publicè notum
fieri res, & bona venalia exposita esse, & vt ille, qui
emere vult, compareat, & pretium promittat, & quod
tunc plus offerenti dabuntur, vt habemus in *auth. hoc
ius porrectum*, *C. de sacrosanct. Eccles*. & *notat. glos. in
dicta l. si tempora*. vbi enim prædicta verba, Quod
plus offerenti concedentur in edicto, vel voce Præco-
nis non sunt expressa, sicut subhastans, ita & licitans
non obligantur. *Bart. in dicta l. licitatio in princip. in
penul. q. ff. de public*. & *vectig*.
17 Sed quoniam inanis est actio, quam debitoris exclu-
dit inopia, *l. vbi autem*, §. *finali*, *ff. de in diem, addict*.
& qui non habet vnde soluat, similis est habenti exce-
ptionem peremptoriam, vt notatur in *l. Titius*, *ff. de pro-
curat*. & *in l. Nam is*, *ff. de dol*.
19 Aduertendum erit, quod licitans, seu offerens sit
idoneus, & sit talis, quod obligari possit, & conueniri,
*l. qui satis dare primo responso*, *ff. de fideiuss*. quia non
20 dicitur idoneus, qui conueniri non potest, *l. sciendum*,
*ff. qui satisd. cogan*. §. *suscepto in auth. de exhib. reor*. &
*in l. nec Ciuitatis*, *ff. de procur. probatur in d. l. vbi autem*,
21 §. *fin*. vbi ad hoc vt licitator admittatur, requiritur,
quod sit maior idoneitas, & maior vtilitas, & conue-
niendi facultas. *Amat. in decis. March*. 67. *num*.7. di-
22 cens, quod subhastatio quando fit, eligi debet magis
idoneus, *latè Fabian. de Mont. in dicta quæst*.5. *num*.93.
& 94. etiam si minus pretij offerat, dum tamen Eccle-
sia, Fiscus, vel minor nimium non grauetur *Francisc*.
23 *Marc. decis*.28. *par*.2. quamuis satis videatur idoneus,
qui est tamquam idoneus approbatus, & admissus, *leg.
qui satisdar. ff. de fideiuss*. & *l. inter causas*, §. *abesse ff. man*.

## EPITOME.

Quod res magni pretij pro modico ære alieno di-
strahi, vel subhastari non debeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio rei magni valoris pro modico ære alieno fie-
ri non debet*.
*Declaratur procedere, quando in Patrimonio debitoris
est prædium, quod vendi possit, vsque ad concurrentem
quantitatem debiti; secus autem, si pro parte vendi non
valeat, nec aliunde solui possit*. *n*.2.
3 *Res tota est maioris æstimationis, quam si in partes diui-
datur*.

## QVÆSTIO XVII.

1 IN vendendis, ac distrahendis bonis debitoris sub ha-
sta hoc vnum præsertim est etiam animaduerten-
dum, ne pro modico ære alieno res magni pretij distra-
hatur, & ita debitor grauetur, *l*.2. & *l. si quos*, *C. de resc.
vend. facit l. magis puto*, §. *non passim*, *vers. item Prætor*,
*ff. de reb. eor. Afflict. dec*.249. *n*.1. *Rol. cons*.33. *n*.8. *lib*.1.
& *cons*.60 *n*.9. *lib*.4. quos sequutus est *Menoch. in com-
ment. de recup. poss. rem*. 15. *n*.147. & *arbitr. iudic. lib*.2.
*cas*.171. *n*.21. & *casu* 182. *n*.35.
2 Quod intellige procedere, quando in patrimonio
debitoris est prædium, quod vendi possit vsque ad con-
currentem quantitatem debiti, vel quando prædia co-
niuncta possunt commodè æquo pretio pro parte di-
strahi; secus si pro parte vendi nequeunt iusto pretio,
nec aliunde æs alienum solui possit, quia tunc venditio
valet, vt res tota distrahatur exemplo eius, quod dixit
de tutore, *Bal. in cons*.75. *quidam tutor. lib*.1. quem re-
fert, ac sequitur *Menoch. cons*.114. *sub n*.34. *lib*.3.
3 Nam res tota maioris est æstimationis, quam si in
partes diuidatur; *l. Menius*, §. *vlt. ff. fam. ercisc. Bal. in l*.
1. *n*.3. & *ibid. Salic. n*.4. *C. comm. diuidun*.

## EPITOME.

Aestimatio an, & quando requiratur in subhasta-
tione?
Et declarantur tenentes vnam, & alteram opinio-
nem.

*SVMMARIVM.*

1 *Aestimatio requiritur in subhastatione.*
*Contrarium habetur*, *n*.2. & 10.
*Sed prima opinio dicitur verior*, *n*.3.
*Primo declaratur procedere, quando constat de magno
excessu inter pretium iustum, & illud, pro quo facta est
subhastatio*, *n*.5.
*Secundo declaratur habere locum in pignore iudiciali,
vel Prætorio dato insolutum creditori, quando nullus
licitator comparuit, secus si venditio fiat sub hasta ipsi
creditori, tamquam plus offerenti*, *n*.6.
*Tertio declaratur non procedere, quando subhastatio esset
frustratoria, & quando pretium est adeo manifestum,
vt non possit adesse aliqua collusio*, *n*.7.

*Quar-*

*Quarto declaratur locum habere nullo extante licitatore, in cuius subsidium dantur bona creditori pro iusto pretio, num. 8.*

*Quinto declaratur sibi tribuere in subhastatione, quæ fit pro exactione publicarum functionum, n. 9.*

*Sexto declaratur, quando læsio esset considerabilis sub num. 11.*

*Septimo declaratur non habere locum, quando res esset in continuo periculo destructionis, quia tunc possunt bo[na] alienari absque solemnitatibus, n. 12.*

4 *Pretium iustum in subhastatione constituitur ex præsenti æstimatione, non autem præterita.*

11 *Adiudicatio vbi facta est pro paruo pretio, cum res valeat in duplo plus dicitur facta mala fide in gratiam creditoris, & ideo est nulla, ac rescindenda.*

12 *Paul. de Castr. in cons. 156. n. 1. lib. 1. qualiter intelligitur.*

13 *Aliud est impugnare adiudicationem ex defectu æstimationis, vel quod sit facta viliori pretio.*

14 *Referuntur assertiones tenentium æstimationem non requiri.*

## QVÆSTIO XVIII.

1 Certant inter se Doct. An æstimatio requiratur in subhastatione bonorum debitoris; Et requiri dixit *Paul. de Castr. in l. si quos num. 2. C. de rescindend. vendit. Roland. consil. 32. num. 33. lib. 3.* ea ratione, quia si ea non præcedit, posset magna fraus committi, *Becc.*
2 *consil. 95.* licet velit solum procedere in debito fisci;
3 Nam, quod absolutè requiratur, verior videtur opinio, ex quo si in debito fiscali requiritur æstimatio, quod est magis priuilegiatum, multo plus in alio casu non sic fauorabili, vt censuit idem *Castrens. consil. 156. visis actis in princ. lib. 2. Afflict. decis. 258. sub num. 5. versic. Quarta ratio. Iodoc. in summul. subhastat. cap. 3. num. 11. Matthe. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 9. num. 81. Roland. consil. 32. num. 33.* cum alijs, quæ adducuntur *à Rota in Romana vineæ de Bruuis 10. Decembris 1591. coram bon. mem. Orano, & in Romana de Trincijs 6. Iulij 1598. coram R. P. D. Gipsio, & decis. 528. num. 3. par. 2. recent. Asin. de execut. §. 4. cap. 78. num. 1. & Gratian. discept. forens. cap. 7. num. 19. lib. 1.*
4 *& cap. 686. num. 3.* ita vt iustum pretium sit ex præsenti æstimatione, non autem à præterita emptione *l. 3. §. Diui, ff. de iur. fisc. & leg. ad rescindendum, C. de rescind. vendit.* cum moderatione tamen, *l. 2. C. eod.*

Quæ conclusio patitur infrascriptas declarationes.

5 Et primo, vt procedat, quando constaret de magno excessu inter pretium iustum, & illud pro quo facta est subhastatio, vt in specie declarat *Paul. de Castr. d. consil. 156. sub numer. 1. vers. non obstat, si dicat, lib. 2. Surdus cons. 39. num. 26. lib. 1. & cons. 255. n. 3. lib. 2. Gratian. discept. forens. lib. 1. c. 7. n. 22.*

6 Secundo declaratur sibi tribuere in pignore iudiciali, vel prætorio dato in solutum creditori, quando nullus licitator comparuit; secus si venditio fiat sub hasta ipsi creditori tanquam plus offerenti alijs extantibus licitationibus *Surd. dicto cons. 256. à num. 5. vsque ad num. 8. lib. 2. Gratian. d. c. 7. n. 24.* vbi ait, quod ita se ipsum declarat *Afflict. dec. 185.* dum præsupponit, quod bona nullum emptorem inueniat, cum æquum non sit, vt extantibus licitationibus præcedere debeat æstimatio, quæ fiet in casu, in quo creditori daretur in solutum, *Bal. in l. ordo, n. 1. C. de execut. rei iud. & latè Surd. in d. cons. 256. n. 6. & fuit dictum in Mediolan. euictionis 5. Maij 1602. coram Decano, & in Bonon. prædij 12. Ianuarij 1624. coram Remboldo,* de quo etiam diximus iam q. 154. & 159.

Tertio declaratur non habere locum, quando subhastatio esset frustratoria, & quando pretium est adeo manifestum, vt non possit adesse aliqua collusio, quod res vendi[ti]oris vilius vendatur, *l. 2. vbi Bar. num. 24. C. de rescind. vendit. & in l. pretia rerum, §. nonnullam, num. 3. ff. ad l. Falc.*

Quarto declaratur (& hæc declaratio est similis secundæ declarationi, vt supra propositæ) locum habere nullo existente licitatore, in cuius subsidium dantur bona creditori pro iusto pretio, *Afflict. dicta decision. 258. num. 5. post Salyc. in leg. 1. in princ. Cod. si in caus. pign.* quia tunc signari non potest iustum pretium, si præcedat æstimatio peritorum, *l. 1. C. si in cons. indic. Gratian. d. c. 7. n. 23.*

9 Quinto declaratur, quòd nempe dicta *l. si quos, C. de rescind. vendit.* in qua dicitur, quod fiat æstimatio ante adiudicationem, procedat in subhastatione, quæ fit pro exactione publicarum functionum, non autem in debito priuatarum personarum; Et quando licitatores non essent, quia tunc subhastatio fieri potest nulla præcedente æstimatione, *Afflict. decision. 358. num. 6. Rota in Romana vineæ de Bruuis 10. Decembris 1591. coram Orano, & in alia Romana de Trincijs 6. Iunij coram Gypsio,* prout quicquid alij contrarium senserint habetur per *Rot. in Romana annuæ præstationis, prima Februarij 1613. coram Cardin. Sacrato, & coram bon. mem. Buratto in Romana de Roncionibus 9. Februarij 1615.* vbi quod satis est dare, quod nullo iure cauetur, quod æstimatio fit de forma, & substantia adiudicationis, quæ fit creditori iuxta dispositionem, *l. à Diuo Pio, §. si pignora de re iudic.* tanquam casus publicæ exactionis sit magis priuilegiatus, secundum dictam *leg. si quos, in ver. distrahere, & ibi per Castrens. in princip. post glos. eod. loco in verb. distrahere, Odofred. Petr. de Bellapert. Angel. & Salyc. Gratian. discept. lib. 3. cap. 545. num. 24. & cap. 706. num. 4. & seqq. lib. 4. & prius cap. 686. num. 3. licèt adden. ad Buratt. decis. 96. sub lit. A,* sentiunt adiudicationem factam non præcedente æstimatione non substineri, quæ opinio magis mihi probatur, ad euitandas fraudes, quæ in his adiudicationibus accedere possunt, vt quando res magni valoris datur pro modico, & pro hac sententia adducit *Rot. in Romana Officij 3. Decembris 1607. coram Scotto, qua impressa legitur apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 137. num. 6. & in Romana Census 21. Maij 1627. coram Voaldo.*

11 Et ita quoque intelligi dicitur *Castrens. dicto consil. 156. num. 1.* secundum aliquos, cum per eum ibi concludatur, quod vbi adiudicatio facta est pro paruo pretio, & res valet in duplo plus facta censetur mala fide in gratia creditoris, atque ideo est nulla, vel saltem rescindi debet; quod si procedit in venditione, quæ fit pro debito fiscali, multo magis dicendum est id habere locum pro debito priuati non ita priuilegiato, & sic quando interuenit læsio considerabilis, & hæc erit sexta declaratio, ad dictam regulam, & conclusionem, *& Castrens. vbi supra adduntur Afflict. decis. 218. num. 5. & Matthe. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 9. num. 97.*

12 Septimò declaratur, quando res esset in continuo periculo distractionis, & deteriorationis, quia dicta conclusio tunc non procedit, sed alienari possunt bona absque solemnitatibus, *Angel. in leg. non solum de petit. hæredit.* & neminem contradicere, ac de communi testatur *Rub. Alexand. consil. 138. numer. 3. Fabian. de Mont. de emption. & vendition. quæst. 4. princip. sub num. 20. in fin. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. numer. 91. versic. contra tamen, Lup. in capitul. per vestras. §. 18. num. 4. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ait, quod latius hoc tenuit in *cap. contingit, de transact. Redoan. de reb. Eccles. non alien. cap. 28. num. 13. Curt. Iun. de feud. par. 1. capit. 7. num. 11.*

*in fine. Mut. super consuetud. Panormitan. c. 58. numer. 4. notab. 3. Vrsill. ad Afflict. decis. 87. numer. 2. Bertazol. clausul. 10. gloss. 2. sub num. 5. vers. Propter etiam periculum futurum. Card. Tusch. conc. 303. in verbo Molendinum, num. 8. volum. 5.* Et in rebus in quibus adest periculum amissionis rei ob circunstantes tyrannos, ac prædones, vel aliam causam, quod tunc non requitatur aliqua solemnitas, *Capye. post Bald. ab eo adductum in decis. 113. in fine.*

13 Et ex præmissis collige diuersum esse impugnare adiudicationem ex defectu æstimationis, quæ non reperitur in actis, vel quod sit facta viliori pretio, propter quod rescindatur, *vt per Rotam in dicta Romana annuæ præstationis prima February 1613. coram Card. Sacrato, & in d. Romana de Roneonibus 9. Febr. 1615. coram bo. me. Buratto.*

14 Et ideo secundum aliquos videtur esse potius consilij, quam præcepti, quod videlicet requiratur æstimatio in subhastatione, sed sufficiat, quod Iudex extra iudicialiter se informet, ne aliàs per grauetur debitor dando rem in solutum creditori pro viliori pretio. *Asi. de execut. §. 4. c. 82. n. 5. & seqq.*

Et quod Doctores contrarium tenentes loquuntur, quando Iudex dat rem insolutum pro rata debiti, non simpliciter pro certo debito; *dictamque l. si quos,* proditam esse, ne fiat fraus debitori quoad pretium.

Tu autem teneas supradictam conclusionem pro æstimatione cum prædictis declarationibus.

## EPITOME.

Aestimatio quando ante subhastationem fuit facta, ne res vendatur vili pretio.

An si minoris deliberetur, huiusmodi deliberatio subsistat? Vel potius creditor cogatur in solutum accipere.

### SVMMARIVM.

1 *Aestimatores quando ante subhastationem sunt adhibiti ad æstimandum bona subhastanda, quæ adineautur pro minori pretio, quam fuerunt æstimata, creditores ea in solutum recipere non coguntur.*

2 *Res vendenda est, quanti vendi potest, facta subhastatione.*

3 *Aestimatio tunc attenditur, quando constat de magno excessu inter pretium iustum, & illud, pro quo facta est subhastatio?*

*Vel quando non reperitur emptor, secus si bona fuerint subhastata, tertio plus offerenti, n. 4.*

5 *Læsio in prætio non consideratur, quando alienatio est iudicialis.*

6 *Res nulla pluris, aut minoris est pretij, quam prout emptorem inuenit.*

7 *Pretium iustum vbi non inuenitur in subhastatione, creditor tenetur insolutum accipere, vel ad licitandum admitti.*

### QVÆSTIO XIX.

1 Aestimatores licèt multoties ante licitationem, seu subhastationem adhibeantur, vt bona subhastanda viliori pretio non vendantur, sæpè nihilominus deliberari solent pro minori pretio, quam fuerint æstimata; ideo quæritur; An huiusmodi deliberatio teneat, seu potius creditores cogendi sint eadem insolutum accipere iuxta æstimationem factam per dictos æstimatores.

Et resolutiuè agendo, dicitur deliberationem vt supra factam tenere, neque ob id creditores compellendos fore ad illa recipiendum in solutum, *per text. in l. fi. C. si in caus. iudic. pign. c. fuer.* Vbi dicitur, in causa iudicati pignora ex auctoritate Præsidis capta potius distrahi, quam iure dominij possideri concedeuntur, adeo quod prior causa est subhastationis, antequam ad addictionem perueniatur.

2 Vnde videndum est, quanti res vendi potest facta subhastatione, *authent. Hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. l. ordo, C. de execut. rei iudicat. §. quod autem in authent. de fideiuss.* Et in dubio præsumitur pro Decreto, ex quo fuit interpositum, *vt notatur in l. 1. C. de fide instrum. & iur. hast. fisc. lib. decimo, Put. decis. 205. n. 2. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. secundo præsump. 75. n. 5. in punct. Bal. cons. 285. sub num. 1. vers. Item oppono, quod res pluris lib. 2.*

3 Nam tunc attenditur æstimatio, quando constat de magno excessu inter pretium iustum, & illud, pro quo facta est subhastatio, sicut declarat *Castr. consil. 156. sub num. 1. versicul. Non obstat, si dicatur, lib. 2. & sequitur Surdus consil. 36. numer. 26. libr. 1. & fuit dictum in præcedenti quæstione num. 11. & per Surd. consil. 256. num. 3. lib. 2.*

4 Vel quando non reperitur emptor, quod non sic est, quando bona fuerunt deliberata tertio plus offerenti, *vt dixi in præcedenti quæstione n. 8. Surd. dicto cons. 256. n. 5. & infra.*

5 Et pro his facit, quoniam læsio considerari non potest in pretio, quando res in iudicio alienatur, ad ea, quæ tradit *Bald. in dicta l. ordo, numer. 5. cum ait,* quod si creditor accipiat rem minoris valoris in solutum pro toto debito, agere non poterit remedio, *l. secunda, C. de rescinden. vendit.* propter indicij auctoritatem, quod ibi *Barb.* dicit mirabile, & adducit *gloss.* quam vocat singularem *in l. à Diuo Pio, §. si pignora, in verb. Quam vbi quoque Iason num. 2. & 3.* vbi differit, quid in transactione.

6 Neque tunc debitor habet, quod conqueratur, quasi quod pro pretio per æstimatores taxato bona non fuerint vendita, cum nulla res pluris, aut maioris sit pretij, quam prout emptorem inuenit, *l. si. seruus, in fine, de condict. furt. l. si venditor, §. 1. & si quis vxori §. fi. de fur. Abb. in c. eum causam il secondo, num. 3. de testib. & Alex. in l. §. si hæres, n. 2. ff. ad Trebell.*

7 Licet aliud dicendum esset, quando, vt dictum, esset magnus excessus inter pretium iustum, & illud pro quo facta est subhastatio, quia tunc creditor cogeretur accipere in solutum iusto pretio peritorum, *vt per Anchar. iuu. qq. famil. lib. 3. q. 56. nu. 11. & dicam latius suo loco, & præsertim in q. 154.* Vel ad licitandum admitteretur tamquam quilibet licitator extraneus, *iuxta l. 2. C. si in caus. iudic. Castrens. in dicto §. si pignora,* vbi dicit etiam, quod iste est melior modus, quem creditor habere possit, sequitur *ibidem Ias. in fi. ex sententia Besu.* inquiens, quod si creditor hanc viam non eligat, nec curet pignora oblato iusto pretio emere donec subhastantur, cogetur subire duriorem viam, & pignus pro toto debito capere, licet minus valeat.

## EPITOME.

Bona subhastanda, vbi non reperiunt emptorem dolo, ac fraude subhastantis, quid agendum.

Creditor An inuitus compelli possit per Iudicem, pignora pro iudicato capta in solutum accipere.

Dam-

Damnatur praxis quorumdam Iudicum circa præmissa.

Creditor qui pro iure suo obtinet subhastare, ac deliberare, quando de euictione tenetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona subhastanda, vbi non reperiunt emptorem fraude, ac dolo subhastantis, pro iusta æstimatione adiudicantur creditori.*
*Et ita obseruat consuetudo, num. 2.*
*Et est verior, communis, & æquior opinio, num. 3.*
*Creditor per Iudicem inuitus compellitur pignora pro iudicato capta in solutum accipere, sed id est in arbitrio, & voluntate ipsius creditoris.*
*Et de ratione num. seq.*
6 *Practica quorumdam Iudicum damnatur, qui creditores compellunt pignora capere in solutum iuxta taxationem ab eis factam.*
7 *Pretium bonorum in subhastatione, vbi inter partes non conuenitur, est, quod plus fuerit oblatum, seu licitatum.*
8 *Creditor, qui pro suo iure obtinet subhastare, ac deliberare, non tenetur de euictione.*
*Fallit respectu debitoris, ad cuius vtilitatem fit solutio, num. 9.*
*Primò declaratur dicta conclusio, vt procedat, quando subhastatio remanet valida, & res subhastata euincitur à tertio, num. 10.*
*Secundò declaratur, quando ille, qui vendidit, vt creditor, docere non potest se esse creditorem, n. 11.*
12 *Decretum Iudicis in subhastatione de deliberando plus offerenti, & de consignando pretio, non præiudicat reo non citato.*

## QVÆSTIO XX.

1 AT quid si bona posita sub hasta non inueniant emptorem, ita fortè procurantibus ipsis debitoribus non absq; fraude, ac dolo, ne reperiatur emptor, vel plus valde iusto pretio bona ipsa æstimantur, quam par sit, vt licitantes deterreant, ne offerant, vel emant ad ea, quæ habentur in *l. finali*, ibi, si per calliditatem condemnati emptor inueniri nequeat, *C. si in caus. iudi. pign. ca. l. ordo, C. de execut. rei iudic.*

Remedium est, quod creditori bona adiucentur pro iusta æstimatione, per *dictam l. final. in princip. & l. à Diuo Pio, §. si pignora, verb. Contentus, & verb. Addi-*
2 *cantur, vbi Bart. num. 3. ff. de re iudic.* Vbi quod hoc obseruat consuetudo, cum qua transit etiam *Bald. in dicta l. ordo num. 3. Salyc. num. 2. Alber. num. 2. Ias. in dicto §.*
3 *si pignora, num. 8.* Qui addit hanc sententiam æquiorem, & veriorem esse, quam, & ab omnibus communiter approbari tradit *ibidem Alexand. num. 14. & 15. versic. est, & sexta per l. si ex maiore, C. de except. & in dicta l. fin. & in l. vlt. §. fin autem in tempore, C. de iur. dom. Imp.*

4 Non tamen creditor inuitus compellitur per Iudicem pignora pro iudicato capta in solutum accipere, sed in arbitrio, & voluntate creditoris erit, vt habetur *in dicto § si pignora, in verbo Nam si creditor, in verb. Maluerit, prout in specie animaduertit Alexan. in eodem*
5 *§. si pignora, num. 9.* cum æquum non sit cogere creditorem, vt rem valentem centum pro credito ducentorum in solutum accipiat; quod & è conuerso dicendum est, vt iustum non sit, debitorem compellere, vt bona valoris ducentorum dimittat creditori pro debito centum scutorum, præsertim contradicentibus collitigantibus, *Bald. in dicta l. ordo, num. 5.*

6 Quibus fit, vt Iudices quidam perperam, & præpostere agant, qui vbi dissentitur inter partes de pretio bonorum in vim pignoris ex causa iudicati, & vigore executionis relaxatæ publicorum instrumentorum captorum, statim, & inconsulto procedunt ad taxationem illorum nulla præmissa subhastatione, compellentes creditores, quod pignora secundum eam taxationem in solutum accipiant, & debitoribus residuum refundant; vel è contra compellunt debitores; vt pro taxata quantitate bona sua dimittant, & in residuo vlteriorem executionem patiantur, quod maxime iniquum est *l. inciuile, C. de bon. auth. iudi. possid.* Cum ex prædictis sequatur, vt aut debitor vilius vendat, & ita lædatur; aut creditor ob immensam taxationem damnum sentiat, & ita fiat, quod eis recusantibus accipere, deterreantur emptores, quominus offerant.

7 In casu autem, quo de valore bonorum inter partes non conuenitur, pretium erit, quòd plus fuerit oblatum, seu licitatum debelunturque creditori, vel extraneo quicunque ipsorum maiorem summam obtulerit, vel licitatus fuerit secundum *glos. in dicta l. à Diuo Pio, §. si pignora in verb. addicantur, vers. tertio potest emere,* & licitari ab executore, vt quilibet alius, & ibid. *Alex. n. 11. ac Salyc. in d. l. ordo sub n. 2. vers. Quæro primo, C. de execut. rei iudi. tex. in l. 2. C. si in caus. iud. pign. cap. fuer.*

8 Præterea illud quoque obseruandum est, quod tam respectu Iudicis, quam etiam ex parte creditorum, seu victoris in causa, qui de consensu Iudicis pignus ita captum vendunt, & subhastari curant, de euictione non obligantur, nec tenentur, cum dumtaxat docere debeant se veros creditores, & anteriores fundum habere hypothecatum, *l. 1. & 2. C. cred. euict. pign. non debe. vbi Salyc. Negusan. in tract. de pign. & hypothe. par. 6. membr. 1. n. 40. Rota in Romana Vineæ decis. 281. n. 33. p. 2. di-*
9 *uers.* quamuis secus sit respectu debitoris, ad cuius vtilitatem fit solutio, *notat glos. in d. l. à Diuo Pio, §. si post ver. periculum de re iud. & ibid. Bar. n. 2. Alex. n. 7. & in d. §. si pignora num. 7.* vbi de communi testatur, *& est text. in l. si prædium, C. de euict. Masuer. de execut. n. 20. sequitur Coler. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 94. & seq.*

Declaratur vltra prædicta conclusio præmissa duobus modis.

Primo eam procedere, quando subhastatio remanet valida, & res subhastata euincitur à tertio, quo casu datur vtilis actio re euicta; secus cum nulla declaratur, quia ex ea non potest dari actio vtilis propter resolutionem contractus, *Gabr. conf. 36. n. 66. lib. 1. & Surd. decis. 51. num. 20.*

11 Secundò, declaratur dispositionem *dict. leg. 1. & 2.* non procedere, quando ille, qui vendidit, vt creditor, docere non potest se esse creditorem, est *tex. cum glos. in dicta l. 1. Salyc. in l. rescriptum, §. 1. ff. de distract. pign. Bald. conf. 227. lib. 1. Negusan. d. memb. 1. sub n. 40. ver. & primo fallit,* quos sequitur *Rota in decis. 370. num. 5. & 6. par. 1. in recent.*

12 Et nota ad ea, quæ dixi in præcedenti *quæst. num. 2.* præsumi videlicet pro decreto Iudicis, quod non tamen decretum Iudicis in subhastatione de deliberando plus offerenti, & de consignando pretio præiudicat reo non citato, *Rota per Card. Seraph. decis. 103. n. 3.*

## EPITOME.

Iudicialia pignora qualiter vendi possint.

Et quæ solemnitas requiratur in illorum distractione.

Quid statuendũ in pignoribus conuentionalibus.

Creditoribus qualiter succurratur emptis pignoribus vigore sententiæ:

De-

Debitor an compellere possit creditores ad accipiendum in solutum pignus pro æstimatione per illum, vel Iudicem inconsulto factam.

Bonam, quando fuerunt non seruatis seruandis creditori adiudicata an debitor priusquam agat, offerre debeat debitum cum interesse.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudicialia pignora aliter vendi non possunt, nisi per subhastationem.*
*Quod creditoris arbitrio non conceditur num. 3.*
*Licet possit creditor cum alijs ad licitandum admitti, n. 4.*
*Et hoc commodum creditoribus vtilius est, quam remedium addictianis in diem, n. 5.*
*Et an hoc competat in subsidium, quando non est alius oblator remissiuè, num. 6.*
*Amplia dictam conclusionem, etiam procedere, si fiat pactum, quod venditio fieri possit sine licitatione, & sine citatione debitoris, n. 7.*
*Sed contra, num. 8.*
2 *Solemnitas requisita in distractione pignorum qualis esse debeat, remissiuè.*
9 *Creditori pignora addici possunt, si non inueniant emptorem.*
10 *Pignora conuentionalia distrahuntur eisdem solemnitatibus, quibus distrahuntur iudicialia Iudicis auctoritate, quam distractionem debitor impedire nequit, nisi integrum debitum soluat.*
*Declaratur procedere, si ante monitus fuerit, & dies debiti cessent, num. 11.*
12 *Subhastaturus pignora prius summatim explorare debet valorem.*
13 *Creditoribus qualiter succurratur emptis pignoribus vigore sententiæ, quando partes super æstimatione non conueniunt.*
14 *Creditori captis pignoribus primo succurritur, si res captas possideat in causam pignoris tamdiu illis fruendo, & vtendo, donec fructus percepti sorti principali, & vsuris debitis respondeant.*
*Secundo, si Iudex exponi faciat bona venalia, & petant creditores publicè subhastari, & plus licitanti tradi, & ex pretio ipsis satisfieri, num. 15.*
*Tertio quatenus non reperiatur emptor post licitationem pignorum, quod creditor tanquam extraneus ipsa pignora emat pro iusto pretio, & pro residuo ipsi ius integrum remaneat, num. 16.*
17 *Debitor non auditur petens creditorem compelli ad accipiendum pignus, vel insolutum, vel pro ea æstimatione, quam ipse, vel iudex inconsulto facit, & ad soluendum residuum sibi, vel alijs creditoribus.*
*Et damnantur debitores ita instantes, n. 18.*
19 *Subhastatione facta, & capto pignore venditio postea facta præsumitur in contemptum Iudicis, & fraudem executionis.*
20 *Pignoris subhastatio ad illius validitatem requirit citationem debitoris.*
21 *Bona quando fuerunt adiudicata creditori non seruatis seruandis, debitor antequam agat debitum cum interesse offerre debet, etiam si non opponatur.*

## QVÆSTIO XXI.

PRosequendo materiam præcedentis quæstionis, & forte vtilius dicitur, quod iudicialia pignora aliter
1 vendi non possunt nisi per subhastationem, vt *in l. 1. &*
2 *C. si in cauf. iudi. pign. cap.* quæ solemnitas cuiusmodi
sit habetur in *l. ordo, C. de exec. rei iudi. & in l. 2. & fin. C. de fid. instr. & iur. bast. fisc. li. 10. & latè tradit Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendi. q. 5. princ. ante n. 92.*
3 Non enim creditoris arbitrio conceditur, *dict. l. 1. & 2. C. si in cauf. iudi.* licet possit creditor cum alijs ad licitandum admitti, *dicta l. 2. C. de fid. instrum. Coler. de process. execut. p. 3. cap. 9. n. 73. Asin. de execut. §. 6. c. 7. n. 1.*
5 vbi quod hoc commodum concurrendi in licitatione
vtilius est ipsis creditoribus, quam remedium addictionis in diem secundum *Bar. post glos. in l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. & Bal. in dicta l. 2. Rota coram Sanctiss. decis. 12. & ibi per adden. num. 3.* quo in
6 loco etiam explicatur, an hoc concedatur in subsidium,
quando non est alius oblator.

Et prædicta vera sunt etiam si fiat pactum, quod venditio fieri possit sine licitatione, & absque citatione partis, hoc est debitoris, *vt per Bald. in dicta, l. fin. colum. 1. vers. Nota diuersitatem verborum. Bar. in l. 1. in prima col. vers. Prateres cum ista. C. de fid. instru. & iur. bast. fisc. lib. 10.*

8 Contrarium sentit *Bar. in l. Titio, §. fin. ff. ad municip. super quo videas, Bald. in l. creditore, C. de distract. pign. & ibi gloss. Alexa. in l. si conuenerit post gloss. ibi, ff. de pign. act. & in dicta l. Titio, §. finali, Bald. in l. debitores, C. de pign. Ang. & in l. debitoribus, de re indicat.*

9 Quemadmodum, & ei pignora capta adduci pos-
sunt, si non inueniant emptorem. *dicta l. à Diuo Pio, §. si pignora, & §. si post. & dicta l. 2. C. si in causa iud.* vt di-
10 xi sæpè in antecedentib. quæst. Qua solemnitate ven-
duntur etiam pignora conuentionalia ex auctoritate
Iudicis, quam nec debitor, nisi integrum debitum sol-
11 uat, impedire potest. *l. 1. & 2. C. debit. vend. pign. impe. non poss.* Si tamen ante monitus fuerit, & dies debiti
cesserit, ac venerit, *l. 4. & 5. de distract. pign. & l. qui præ-*
12 *dium, eodem tit.* debetque subhastaturus pignora prius
summatim explorare valorem, ita tamen, quod cum licitatoribus non manifeste, sed carius æstimet secundum *Coler. in d. tract. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 81.*

13 Illud autem quoque scias, quod captis pignoribus vigore executionis sententiæ latæ, creditoribus multipliciter succurritur, quando partes super æstimatione bonorum ad inuicem non conueniunt.

14 Primò, si res captas possideat in causam pignoris tamdiu ipsis fruendo, & vtendo, donec fructus percepti sorti principalis, & vsuris respondeant, ex traditis per *Alber. post Iacob. de Rauenna in dicta l. à Diuo Pio, §. si pignora, num. 1. ac tradit Ias. per l. 1. & 2. C. de pign. act. post Cyn. in l. ordo, C. de exec. rei iud. tradit Tract. Papien. de for. libell. execut. sent. diffinit. super ver. sapiens, sub num. 20. vers. Amplius quæritur Matte. Coler. d. c. 9. num. 65. & 72.*

15 Secundò, si Iudex exponi faciat ipsa bona venalia, & petant creditores publicè subhastari, & plus licitanti tradi, & ex pretio ab eis redigendo creditoribus ipsis satisfieri, ad *l. fin. §. 1. C. de iur. do. impe. & l. pen. C. si ven. pign. ag. & l. 1. C. si in cauf. iud. & probatur per authe. hoc porrectum, vers. quod si nolit creditor, C. de sacrosan. Eccl. Papien. vbi proximè supra vers. secundo.*

16 Tertio remedio prouidetur, quatenus non reperiatur emptor post licitationem pignorum, quod creditor tanquam extraneus ipsa pignora emat pro iusto pretio, & pro residuo ipsius integrum remaneat, *l. 2. & fin. C. si in cauf. iudi. & dicta authen. hoc ius porrectum, ver. emptore autem, Papien. dicto loco, versic. Tertio, Matte. Coler. dicto cap. 9. n. 66. & 67. post Socinum Marant. & Asin. abeo adductos.*

17 Præterea nota, quod audiendus non est debitor petens creditorem compelli ad accipiendum pignus, vel in solutum, vel pro ea æstimatione, quam ipse, vel Iudex inconsulto facit, & ad soluendum residuum sibi,

vel

vel alijs creditoribus, *l. inciuile, C. de bono autho. iudi. possiden. Coler. dicto cap.9. num.71. vbi ait* dictum tex-
18 tum in hac materia notabilem esse contra petitionem
debitoris, seu debitorum, quæ quotidie fit, offeren-
tium videlicet pro solutione debiti bona sua pretio
magno per ipsos æstimata instantium coram Iudice, vt
creditores cogat pro debitis pecunijs illa insolutum ac-
cipere, & residuum soluere ipsis debitoribus Dominis
prædiorum, prout, & dixi in quæstione præcedenti *n.6, & prius num.4.*
19 Atque insuper, quod facta subhastatione, & capto
pignore, si postea venditio fiat, & facta præsumitur in
contemptum iudicis, & fraudem executionis, *Surd. post adductos per eum cons.533. n.5. lib.4.*
20 Ac tandem, quod pignoris subhastatio ad illius vali-
ditatem requirit citationem debitoris, *gl. & Doct. in l. fin. C. de iur. do. imp. & in l.4. C. de distract. pign. in l. si conuenerit. de pign. act. Doct. in d. l. ordo, C. de execut. rei iudic.*
21 Cui quando bona fuerunt leuata, & adiudicata cre-
ditori non seruatis seruandis, antequam agat, an debi-
tum cum interesse offerre debeat, etiam si non oppo-
natur; & dicitur actorem audiri posse, si de pretio non
soluto non opponatur, secundum communem per *Osasch. decis.160. n.17.* ex ijs quos ibidem adducit.

## EPITOME.

Scripturam requiri asseritur in licitationibus, & subhastationibus.

### SVMMARIVM.

1 *Scriptura requiritur in licitationibus, & subhastationibus, & num.3.*
*Et de ratione, num.2.*
4 *Res immobiles tam venditæ, quam vendendæ per subhastationem specificari debent in instrumentis, vel litteris Decurionalibus, vel Parium Curia.*
5 *Subhastatio firmat contractum, & perpetuum robur tribuit.*
6 *Fides Fiscalis hastæ facilè conuelli non debet.*

## QVÆSTIO XXII.

1 SCripturam quoq; in subhastationibus, & licitatio-
nibus requiri fuit dictum in secunda quæstione.
2 Et quidem iure optimo, quia cum eæ fiant Iudicis
mandato Notario adhibito (quod vtiq; indicat contra-
hi debere in scriptis, idque consuetudine sit inductum,
secundum *Cyn. in l. instrumentis, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib.10.*) non mirum si dicamus in prædictis ad-
3 hibendam fore scripturam. Nam, vt in terminis, *inquit Bald. in l. contractus, sub n.7. C. eodem.* Contractus, qui
confirmantur, & adiuuantur in schedulis, sicut sunt
Contractus, qui fiunt per subhastationes, in quibus for-
ma scripturæ præcedit consensum, dicuntur in scriptis.
4 *idem Bal. cons.7. factum super quo, lib.5.* Hinc est, quod
res immobiles per subhastationem, aut quouis alio mo-
do tam venditæ, quàm vendendæ specificari, ac termi-
nari debere in instrumento, litteris Decurionalibus,
aut Parium Curiæ per earum quantitates, & qualita-
tes, loca, latera, & fines, vt signanter per *Vulpian. in l. forma, ff. de Censi. & Scæuolam I.C. in l. Titius hæres, §. fin. ff. de act. empt. & ponit Specul. in tit. de empt. & ven-*
5 *di. §. primo, in vers. si ita.* Cum subhastatio eius sit effi-
caciæ, vt firmet contractum, ac sibi perpetuo robur at-
tribuat, *l. fin. C. si prop. pupli. pensit. vendit. fuer. celebra.*
ibi sub hasta distracta cõparauerit perpetuam emptio-
nis accipiat firmitatem. *his accedit tex. in l. si hypothecas*
6 *ad fi. C. de remiss. pign. ibi.* Nam fiscalis hastæ fides facilè
conuelli non debet, cum *simil. iur. in gl. all. in v. Fides.*

## EPITOME.

Pretij certitudo dicitur de forma contractus emptionis, & venditionis, & sic etiam licitationis, & subhastationis:
Licitatio maior quis dicatur.
Et an valeat, si pretium conferatur in personam incertam.

### SVMMARIVM.

1 *Certitudo pretij est de forma licitationis, & subhastationis.*
2 *Subhastatio facta per publicum edictum, vt bona plus offerenti venderentur, statim recipit suam perfectionem, quod apparet de maiori oblatione.*
3 *Oblator maior dicitur, qui maius pretium certum, clarum, & determinatum offert.*
*Non autem qui offert quid incertum. n.4.*
5 *Oblatio, quæ non constituit certum pretium, est nulla.*
6 *Emptio non valet, si pretium conferatur in personam incertam, & innominatam.*
7 *Venditio non subsistit, si pretium in incertum hominem conferatur.*
8 *Locatio, & conductio non valet, si illius merces committitur arbitrio incertæ personæ.*
9 *Nemo præsumitur suum iactare.*

## QVÆSTIO XXIII.

1 PRetij certitudo est de forma venditionis, & emptio-
nis, & sic licitationis, & subhastationis, ita quod
absque illius certitudine talis contractus subsistere ne-
queat. *§. pretium autem. Instit. de emption. & vendition. Franc. Cremen. singul.40. Boer. dec.248. & Strac. de Mercatur. tit. de decoct. par.5. n.8.*
2 Et hinc est, quod si subhastatio facta fuerit per pu-
blicum edictum, vt scilicet bona venderentur plus of-
ferenti vltra taxatam summam in ipso edicto, eo ipso,
quod apparet de maiori oblatore, cum eo dicitur per-
fectus contractus venditionis, *ad tradita per Bart. in l. si tempora, num.3. & seq. C. de fide instrumentor. & iur. hast. fisc. lib.10. & in l. licitatio, in princip. num.4. ff. de publicat. & vectig. vbi quoque Raphael Cuma. num.3.* & la-
tius dicam in hoc eodem Tractatu. Sed quæritur, quis
sit maior oblator.
3 Et quidem maior oblator dicitur is, qui iuxta præ-
dicta pretium maius certum, clarum, & determinatum
4 offert, nec propterea dicitur maior oblator, qui, vt
puta, obtulit soluere scutos viginti vltra quascunque
summas à quibusuis oblationibus legitime oblatas, vel
offerendas in termino ipsius edicti, quoniam hæc obla-
tio nullum constituit certum pretium, cum nullam
contineat certam quantitatem, etiam quod se referat
ad pretium per alios offerentes oblatum, cum nulla
certa persona fuerit nominata, quæ oblationem fece-
5 rit, sed cuiusuis maioris oblatoris omnino incerti facta
extiterit relatio, atque ita sit nulla, *adnotata per gloss. in dicto §. pretium autem, in verbo Nominatus,* cum vo-
6 luit emptionem non valere, si pretium conferatur in
personam incertam, & innominatam, vt si dicatur:
Vendo Titio pro quanto æstimabitur, & ibidem hoc
sequitur *Ang. Arct. sub num.1. in fin.* dicens notandum
aduersus id, quod sæpè vulgares faciunt, qui dicunt,
quando

quando non possunt conuenire de pretio; Faciamus æstimare, & quod æstimatum fuerit, dabo tibi nomine pretij, quia non valet, nisi dicatur in specie, quis esse
7 debeat æstimator, vel arbitrator, quodque non valeat venditio, si pretium in incertam personam conferatur, *censuit gloss. in l. si fundus §. finali in glo. vltima ad finem, & ibid. Bar. num. 1. & 2. & Fulgos. num. 1. ff. de pign. & gloss. in l. si merces, in princ. ff. loca.* adducens rationem, quia contrahentes, nec personam certam, nec quantitatem certam diffinierunt, nec illa oblatio refert se ad pretium taxatum edicto, sed ad pretia contenta in oblationibus aliorum factis, vel faciendis, quæ erant incertæ, & ignotæ; & stante, quod certitudo pretij est de forma emptionis, & venditionis, consequens est dicere, huiusmodi oblationem tamquam incertam, & nimis generalem non fore admittendam præsertim ex ijs, quæ voluit *Dec. in cap. consuluit, il 2. sub num. 9. & seq. versic. Sic etiam in simili, de appellat.* prout, & con-
8 tingit in locatione, & conductione, quæ venditioni, ac emptioni est similis, & non valet, quando eius merces arbitrio incertæ personæ committitur, *l. si merces, vbi Bart. & scribentes, ff. locat.* Non enim censendum est, quod si quis oblatorum obtulisset plus iusto pretio, in proposito, de quo agitur, voluisse offerentem hunc
9 nostrum pretium excessiuum soluere, & ita suum iactare contra præsumptionem, *l. cum de indebito, ff. de probat. in terminis sic etiam respondit Caball. consil. 130. num. 1. & seqq. lib. 1.*

---

## E P I T O M E.

Statuta, Consuetudines, ac Stylos in subhastationibus, & licitationibus seruari debere ostenditur, & aliàs Iudex contrafaciendo dicitur in dolo.

Refertur consil. Baldi 191. lib. 3. editum super licitatione facta in Ciuitate Pisauri.

Licitator primus, quando censeatur liberatus per oblationem factam à secundo.

Et excludatur ab vlteriori licitatione, seu oblatione.

Debitor quando debitum offerre possit, & subhastationem impedire.

Et quid dicendum in forense, ac extraneo.

Res subhastata, quando alicui conceditur, alius veniens infra tempora subhastationis, & plus offerens, An obtinere valeat, & primum repellere.

### S V M M A R I V M.

1 *Statuta, Consuetudines, ac Styli seruari debent in subhastationibus, & licitationibus.*
*Et est communis sententia, num. 2.*
*Ampliatur procedere etiam, quod non essent necessaria, num. 5.*
3 *Exactor plus consequi non debet ex gratia, quam debitor ex pretio ob possessiones viliori pretio destractas.*
4 *Obseruantia semper sequi debet.*
6 *Licitationes, seu auctiones facta ordine, & forma inducta à statuto non seruata sunt ipso iure nulla, nec sunt habiles ad transferendum dominium.*
*Ita quod dicto casu fructus percepti, & percipiendi restituantur, ibidem, & n. 12.*
7 *Alienatio improba ius proprietatis non aufert.*
4 *Mala fides creditoris vendentis rem, emptori non nocet.*
9 *Ordo propriè non est ordo, si possit prætermitti.*
10 *Ordo quotuplex sit.*
11 *Factum contra ordinem, & formam dicitur per iniuriam fieri.*
12 *Dolus præsumitur in Iudice, qui auctoritatem suam interponit contra legis auctoritatem.*
13 *In subhastationibus quæ considerentur.*
14 *Consilium Bal. 191. lib. 3. refertur.*
15 *Subhastationis edicto vbi fuit expressum, quod res plus offerenti dabitur, elapso termino statuto vlterior licitatio non admittitur, sed ei, qui plus obtulit, dabitur.*
*Declaratur procedere dummodo per officialem sit talis oblator acceptatus, & admissus, n. 16.*
*Idemque locum habet, quando tempus à lege, vel statuto fuit datum, quia tunc melior licitatio intra illud admittitur, num. 18.*
17 *Licitator primus non est liberatus, quando secundus non fuit ab officiali acceptatus, n. 24.*
19 *Licitator alius vbi non apparet, res licitata remanet penes eum, qui fuit approbatus, & admissus.*
20 *In subhastationibus regulariter præualet, quod nouissimè factum est.*
21 *Licitator primus nouatione personæ, & contractus dicitur liberatus, & n. 23.*
22 *Præmium vbi datur, & onus collatum videtur.*
25 *Licitator, qui ab initio minus obtulit, certioratus à Præcone de pluri, quod alius licitatus fuit, potest denuo illum vincere.*
*Fallit post factam subhastationem, & in casu, in quo fuit adiecta clausula, quod plus offerenti dabitur, numer. 26.*
27 *Licitator post subhastationem non admittitur, etiam si offerat duplicatum pretium.*
28 *Adiudicatio per Decretum adeo est firma, vt nullus post dictum decretum recipi possit.*
*Ampliatur procedere etiam in ipso debitore, vt scilicet debitum offerre non possit, num. 29.*
30 *Debitor infra tempora subhastationis, & adiudicationis potest debitum offerre, & impedire pignoris venditionem.*
*Ampliatur locum habere, quoque in forensibus, & extraneis prætendentibus ius in re, qui iura sua infra terminum subhastationi præfixum possunt deducere, & instare, quod iudex ad talem venditionem non properet, num. 31.*
32 *Res sub hasta posita, quando alicui fuit concessa, veniens alius infra tempora subhastationis admittitur, & sibi venditur, si plus offerat.*

## Q V Æ S T I O XXIV.

1 STatutum; consuetudo, & Stylus loci, vel patriæ, si quæ sint quoad licitationes, & subhastationes faciendas prætereæ seruanda sunt, *l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. & l. quod si nolit, §. restitui, ff. de ædili. edict. Bal. in l. ordo, C. de execut. rei iudic. num. 9. Paris. consil. 98. num. 10. lib. 1. Iodoc. in summul. subhast. cap. 2. num. 3. & 6. Guid. Pap. 536. Boer. decis. 248. sub num. 2. in fin. Matthe. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 9. num. 92. Munoz. de Ratiocin. administro. cap. 16. num. 22. Gratian. decis. 130. num. 1. & Mar. Mut. ad consuetud. Panormit. cap. 52. num. 65.* vbi quod
2 est magis communis opinio, ne detur occasio fraudi-
3 bus, & ne consequatur plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio, ob possessiones viliori pretio distractas, *l. si quos, C. de rescind. vendit.* & ne recedatur ab
4 obseruantia, quam semper sequi debemus, *l. 1. & 2. C.*

que

*qua sit longa consuetud. l. minimè de legi. & Senatus*
5 *Consult.* quod procedit quamuis aliàs non essent neces-
sariæ, *Rim. Iun. cons. 247. num. 42. & 43. lib. 3. Io. Franc.*
6 *à Pont. cons. 1. num. 123. Vin. decis. 22.* eqnidem licitatio-
nes factæ non seruato ordine statuti consuetudinis, vel
styli sunt ipso iure nullæ, *Bar. in l. 1. post medium, vers.
In contrarium de lib. & posthum. & in l. non dubium, n.
2. C. de legi. Rota decis. 247. num. 1. par. 4. nouiss. nouiss.* ita
quod non seruata forma requisita non sint habiles ad
transferendum dominium, *Rota decis. 153. num. 7. post
tract. Cenc. de Censi.* & fructus restituendi sint tam per-
cepti, quam qui percipi potuissent, quasi adsit mala
fides, *Bar. & Ang in l. ex diuerso in princ. de re iudic.
Rol. cons. 32. num. 16. lib. 1. Surd. cons. 115. num. 11. &*
7 *13. lib. 1.* Nec improba alienatio ius proprietatis aufe-
ret, *l. si residuum, C. de distract. pign. auth. hoc ius porre-
ctum, C. de sacr. sanct. Eccles. Roman. consil. 203. quoad*
8 *primum col. 1.* neque etiam mala fides creditoris ven-
dentis rem nocebit emptori, quatenus non fuerit frau-
dis conscius, *l. Creditor l. 2. & l. si cessante, C. de distract.
pign. & l. 1. si vendi. pign. aga.*

9 Quin etiam ordo propriè non est ordo, si prætermit-
ti possit. Etenim ordo propriè est ductio alicuius rei ad
suam substantiam secundum prius, & posterius; quia
nihil constat sine ordinis compositione; Et ordo est
duplex nempe permanens, & ordo coniunctionis for-
mæ, ac materiæ, & ordo transiens, vt propriè inquit,
*Bal. in dicta l. ordo. C. de execut. rei iudic.* Et ideo factum
contra ordinem, & formam dicitur per iniuriam fieri,
*l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de minor.* & dolus præsu
12 mitur in iudice, qui authoritatem suam interponit
contra legis authoritatem, *l. sacratissi. instrum. lib. 10.
Bal. in cap. cum dilecta in princ. de rescript.* & ob nullita-
tem condemnabitur creditor, qui in licitationibus or-
dinem non seruauit, quanti ea res erit, vt ait *Imber. In-
stit. forens. §. cum autem lib. 1.*

13 Quare *Ang. in §. hoc etiam in auth. de alien. & em-
phit. colla. 9.* dicit in subhastationibus tria maximè fore
consideranda.

Primo locus, vt in publico loco, vel pluribus pro vsu,
stylo, vel consuetudine fiant.

Secundo modus; vt scilicet subhastator declaret obli-
gari, & cogi dicere, quod plus offerenti dabitur.

Tertiò tempus; quod durare debet spatio viginti die-
rum; vel iuxta Iudicis arbitrium declaratum, vt dixi *in
quæst. 4. num. 1. 3.*

14 His ita se habentibus in proposito censui retinenda
esse dicta *Bal. in suo cons. 191. li. 1. (cuius meminit Alex.
addens ad Bar. in l. licitatio, sub lit. A. ver. Adde,* quam-
uis sub alio numero *Boer. decis. 248. sub num. 2. versic.*
Et *hæc opinio, seu distinctio, p. 2. & Afin. in tract. de exe-
cut. §. 6. cap. 12.)* qui respondit super licitatione, & sub-
hastatione facta in hac Ciuitate Pisauri secundum con-
suetudinem ibid. existentem, quam latè ibi refert, &
15 concludit, quodquando verba Præconis exprimunt,
quod plus offerenti dabitur, & appositus est aliquis ter-
minus, & ille terminus est elapsus, ita quod tempus
16 statutum vlteriorem licitationem non admittat, tunc
ei, qui plus obtulit, dabitur, dummodo per officialem
acceptatus sit.

17 Vbi autem per officialem non fuerit acceptatus, &
admissus, quia fortasse non idoneus, primus licitator
non est liberatus *arg. text. in l. vbi autem, §. idem ait, ff.*
18 *de in diem adiect.* Idemq; procedit, si tempus iuris com-
munis, vel statuti patiatur. quo casu melior licitator
19 potest admitti. Cæterum si non appareat alius licita-
tor, res licitata remanet penes eum, qui fuit accepta-
tus, cum satis idoneus habeatur approbatus, & admis-
sus, *l. qui satisdare, ff. de fideiuss. & l. inter causas §. abes-
20 se, ff. manda.* Et idcirco præualet, quod nouissimè fa-
ctum est, *arg. l. si quis ante, ff. de acquirend. possess. & l.*
21 *pacta nouissima, C. de pact.* & prior licitator nouatione
personæ, & contractus liberatus est. Quinimò non vi-
detur efficaciter obligari, cum obligatio à principio
penderet ab eo, quod postea plus offerri posset.

Non obstat inquit *Bal. l. 2. ff. de in diem adiect.* quo-
niam ibi contractus non pendebat, sed eius resolutio.
Sed si dicamus contractam esse obligationem dicitur
contractam esse reuocabiliter. Vnde cum appareat vl-
timum licitatorem fuisse admissum, & acceptatum, &
ei fuit consignatus incantus, non est dubium, quod ipse
in obligatione successerit, & primus licitator sit em-
ptus; Quare considerandum, quod illa verba in pro-
clamate, seu edicto posita, qui mille subhastabit, vel ob-
tulerit, habebit vnum solidum pro libra, important,
22 quod plus offerenti dabitur; Ex quo enim datur præ-
mium, & onus collatum videtur *arg. l. manifestissimi, §.
sed cum in secunda, C. de fur. l. sed in duobus ff. de leg. 2.*
23 *& l. nonnunquam, ff. ad Trebell.* Cum igitur contractus
translatio facta sit, primus promissor est liberatus, vel
non incidit in obligationem, *l. Valerianus, ff. de Prætor.
stipul. l. si cum Hermes, C. loca. l. si cum plures, §. lege di-
cta, ff. eod. & arg. l. si stipulatus est opus in ratione literæ.*
24 *ff. de fideiuss.* & quatenus officialis malè contraxerit,
suum est periculum, & non eius, qui primo obtulit,
cuius oblatio acceptata non fuit, *l. periculum, ff. si cert.
petat. & l. cum quæritur, ff. de administr. tuto. hæc Bal.
ibi supra.*

25 Et hinc infert *Coler. in tract. de process. execut. p. 3.
cap. 9. num. 83.* quod quamuis regulariter is, qui ab ini-
tio minus obtulit requisitus à Præcone, & certioratus
de pluri, quo alius licitatus fuit, denuo licitantem vin-
cere possit, *ad glos. & Bart. in l. si tempora num. 2. & 4.
C. de iur. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10.* id tamen limitatur
26 non procedere post terminum subhastationi præfi-
xum, & in casu in quo adiecta fuerit illa clausula appo-
ni solita, quod plus offerenti dabitur, quia tunc plus
offerenti vendendum est, neque posset ille vinci in pre-
cio per priorem, qui vilius fuerat licitatus, *Bar. in dicta
l. si tempora num. 4. per l. eum, qui, & l. Sabinus, ff. de in*
27 *diem addict. & notat Bal. in l. licet cum l. necesse eod. tit.*
& regulariter, quod post subhastationem licitator non
admittatur, etiam si offerret duplicatum pretium, est
*tex. in l. non est probabilis, C. de rescind. vendi. Magon.*
28 *decis. Floren. 132. num. 1. vbi n. 2. & 3.* addit, quod adiu-
dicatio per decretum adeo est firma, vt nullus post de-
cretum recipi possit *l. si eo tempore de distract. pign.* nec
29 etiam ipse debitor facta adiudicatione in solutum per
secundum decretum potest offerre creditori debitum,
& resoluere adiudicationem, vt ex communi *Negusan.
de pign. 5. par. 3. membr. n. 8. Capic. dec. 202. n. 7.* vbi testa-
tur de magis communi, quod facta adiudicatione de-
bitor nullo modo auditur, licèt infra tempora subha-
30 stationis, & adiudicationis, & sic medio tempore de-
bitores, (quorum fauore, præconizatio fuit introdu-
cta) possint realiter offerre pecuniam debitam, & ita
impedire pignoris venditionem *arg. l. 2. C. debi. vend.
pign. impe. non poss. l. si rem. §. fin. ff. de pign. act.* sicuti eo-
31 dem modo forensibus, & extraneis prætendentibus
habere ius in re, super qua fit proclamatio, seu præfe-
rendis creditoribus (quibus, & prodest dicta præconi-
zatio) licet causas, & iura sua deducere infra terminum
subhastationi præfixum, & instare, quod Iudex ad ta-
lem venditionem non properet, quod tamen facere
non licet post transactum dictum terminum, vt ex
*Masuer. in praxi, tit. de execut. num. 17. & 19. tradit Co-*
32 *ler. dict. p. 3. c. 9. n. 80.* quamuis quando res fuerit alicui
concessa, tamen alius veniens infra tempora subhasta-
tionis debeat admitti, & res sibi vendi, si plus offerat,
*gl. & Bar. in dicta l. si tempora, & Fabian. de Mont. in
tract. de empt. & vendi. quæst. 5. princ. sub n. 90.*

EPI-

## EPITOME.

Subhaſtatio qualiter concedenda.
Et illius forma, quæ, & à quo inducatur, & illius effectus.
Subhaſtationes in oppidis, vbi non eſt Præco, quomodo publicentur.
Et quid, vbi adeſt conſuetudo.
Vel locus publicus Ciuitatis eſt peſte impeditus.
Differentia inter formam relatam, & quando ſubhaſtatio publicatur edicto, vel Præcone oſtenditur.
Subhaſtationes, quare introductæ, & quando omitti poſſint.
Solemnitati ſubhaſtationis cur renunciari non valeat.

### SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio non ex abrupto concedenda eſt, ſed ex cauſa, & re bene penſata.*
2 *Subhaſtationis forma eſt diligenter ſeruanda.*
3 *Forma ſubhaſtationis recenſetur.*
4 *Offerens nomen ſuum in ſubhaſtatione, curare debet, vt illud deſcribatur.*
5 *Forma ſubhaſtationis per Bar. ſect. præſcripta ſi ſeruetur, officialis obligabitur ad vendendum plus offerenti. Fallit num.6.*
7 *Forma ſubhaſtationis poſita per Bar. & alios recenſetur.*
8 *Licitator, vel ſubhaſtans, vt obligetur, quæ ſunt exprimenda à Præcone, vel edicto.*
9 *Schedulæ admittuntur pro ſubhaſtatione facienda, vbi non eſt Præco.*
*Item ſufficit ſonus tubæ, vel Campanarum, quando in loco id eſt ſolitum. n.10.*
11 *In ſubhaſtationibus ſufficit, quod forma conſueta ſeruetur.*
12 *Forma licitandi, & ſubhaſtandi, licèt aliquibus in locis diuerſæ reperiantur, tamen forma, & ſolemnitas cuiuſque loci eſt ſeruanda.*
13 *Obſeruantiam certam quæ habuerunt, mutanda non ſunt.*
14 *Ciuitatis locus, in quo ſubhaſtationes fieri ſolent, vbi peſte eſt impeditus, illæ fiunt in loco proximo, & multiplicantur.*
15 *Subhaſtationum forma fraude ceſſante omitti poteſt.*
*Item vbi diligentia probatur, num.16. Ac præterea adhibita per Iudicem cauſæ cognitione ſuper qualitate bonorum, & quantitate pretij, & alij neceſſarijs, num.17.*
18 *Solemnitati ſubhaſtationis renunciari non poteſt, & de ratione.*
19 *Licitationis, & ſubhaſtationis forma inducitur à banno ſuper illis publicato.*

## QVÆSTIO XXV.

1 SVbhaſtationes non ex abrupto, ſed ex cauſa, & re
bene penſata concedi debent *l. & ſi ſine dolo*, §.1.
*ff. de minor. iuncta gloſ. ibidem*, & eodem loco *Alberic. in*
2 *princ.* dum verbum circũſcriptæ, interpretatur. Et ideo
diligenter ſeruanda eſt illius forma, quam in ſpecie tra-
3 dit *Bar. in l. licitatio n.2. ff. de public. & vectig.* Vbi dicit,
quod notum fiat voce Præconis, vel edicto propoſito, &
affixo publicari, & omnib. denunciari, vt quicunq; vult
emere talem rem, vel talia bona, veniat intra tot dies
coram talibus ad licitandum, vel promittendum, &
plus offerenti dabitur, vt in *auth. hoc ius porrectum, C.
de ſacr. ſanct. Eccleſ. & in l.1. C. de fid. inſtrum. & iur.
haſt. fiſc. lib.* 10. de qua licitationis forma meminit *Cuman. in dicta l. licitatio num.* 3. vbi addit *Bar.* licitantem
4 nomen ſuum deſcribi curare oportere, & vt ſupra inti-
mari, vt latius *per Fabian. de Mont. in tract. de empt. &
vendi. quæſt. 5. princip. num. 92. Aſin. de execut. cap. 1.
num. 17. Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 65.*
5 inquiens aduertendum, quòd ſi fuerit ſeruata dicta for-
ma, officialis obligabitur ad vendendum plus offerenti;
6 ſecus ſi edicto, vel à Præcone ſimpliciter diceretur; Qui-
cunque vult emere, veniat ad offerendum infra talem
diem, abſque eo, quod addatur, & plus offerenti dabi-
tur, quia tunc non cogitur plus offerenti dare, cum ad
hoc non adſtringat, *Ioann. de Plat. & Bar. in l. ſi tempo-
ra num. 4. C. de fid. inſtr. lib. 10. Iodoch. Dembauder. in
ſummul. ſub haſta. cap. 5. num. 5.*
7 Aliam formam ponit *Bal.* quam dixit ſeruari Anconæ
in *conſ. 327.* modus, & forma licitationis *num. 1. lib. 2. &
iterum in conſ. 191. lib. 3.* quam inquit ſeruari in Ciui-
tate Piſauri, vbi quod proponitur Datium ſubhaſtan-
dum certo quodam pretio, vt puta centum hoc addito,
vt is, qui plus obtulerit pro quolibet ſcuto vltra pre-
tium conſtitutum oblatum ſubhaſtationis nomine con-
ſequatur, quo fit, vt licitatio ex oblationibus faciendis
creſcat ad commodum, & vtilitatem fiſci, ſeu Commu-
nitatis, vt latè per *Bar.* vbi ſupra; Quibus completis
Præco referre debet, ſe, de mandato talis Iudicis ad pe-
titionem talis creditoris voce alta, & intelligibili ad
ſonum Tubæ, ſi habebat Tubam, clamaſſe per loca, &
plateas conſuetas, & frequentiores Ciuitatis, *l. vna in
fin.* ibi, editis ex more propoſitis, *C. de inſtit. Cod. confir.
& l. iubemus ibi*, in frequentioribus Ciuitatum locis
proponendi, *C. de defenſor. Ciuit.* & in vico talis debito-
ris, aut alterius; Qualiter talis fundus, vel domus Seij
ſita inter tales confines diſtrahi, ac vendi debet pretio
puta centum, & ideo ſi quis velit emere dictum fun-
dum, vel domum, & plus offerre compareat hinc ad ta-
lem diem, & plus offerenti dabitur, ita *Specul. in tit. de
Cita. §. ſequitur verſ. Cæterum, & ibid. Ioan. Andr. in ad-
dit. Sqe. Seu. de dilat. art. 13. in fin. Rebuff. ad conſtit. Gall.
tit. de Præcon. art. 7. gloſ. vnica num.* 27. aliam practi-
cam ponit *Matthæ. Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 9.
num. 86. & 88.*
8 Non omitto, quod vt licitator, vel ſubhaſtans obligen-
tur *Ang.* qui reſpondit in eodem caſu ſubhaſtationis fa-
ctæ in Ciuitate Piſauri in *conſ. 324. num. 1. contra Bal.*
fratrem ſuum dixiſſe oportere, voce Præconis, vel edicto
aliquo notum fieri, res, vel bona venalia expoſita eſſe, &
quod is, qui emere, ſeu licitare vult, compareat, & pre-
tium offerat, & promittat, & quod tunc plus offerenti
dabuntur, vt habetur in dicta *auth. hoc ius porrectum. C.
de ſacr. ſanct. Eccleſ. & notat gloſ. in l. ſi tempora, C. de fid.
inſtrum. lib.* 10. quo caſu, qui ſemel minus obtulit ſupe-
ratus ab alio, iterum poterit plus offerre, & admitti de-
bet, quia venit, vt alius, & pro noua obligatione, vt in-
quit *Bart. in d. l. ſi tempora.*
9 Cæterum vbi eſſemus in oppidis, ac locis, in quibus nõ
eſt Præco, ſufficeret, quod vẽditiones, vel locationes fie-
rent præcedẽtibus ſchedulis in locis publicis appoſitis.
Etenim ſolemnitas edicti, vel ſchedulæ æquipollet voci
Præconis, vbi alias res eſſet præconizanda, *Ioan. de Pla-
tea in l. loca omnia, C. de locat. prædi. Fiſcal. lib. 11. Plot.*
10 *in l. ſi quando, §. 5. num. 3. C. vnde vi*, Et quando ſolitum
eſſet, vt ad ſonum Tubæ, vel Campanarum venditio-
nes, vel locationes publicarentur, ſufficeret talem con-
ſuetudinem, ſecundum *Bar. in l. 1. C. de paſcuis publ. lib.
10. Bal. in rubr. de reſcind. vendi. Iodoc. in dicta ſummul.*
11 *cap. 3. num. 2.* Nam ſufficit, quod forma conſueta ſer-
uetur,

uetur, *Munoz. de Ratiocin. administra. cap. 16. num. 20. & infra.*
12 Præterea licèt formæ agendi, ac licitandi aliquibus
in locis diuersæ reperiantur, tamen secundum eumdem
*Iodoch. vbi proximè supra cap. 2. num. 5.* effectus, & finis
omnium idem erit, ita vt forma, & solemnitas cuiusque
loci circa licitationem, seu subhastationem exactè, &
ad vnguem obseruari debeat *Bal. in l. ordo num. 9. C. de*
13 *execut. rei iudic.* ne via fraudibus aperiatur, cum quæ
certam semper obseruantiam habuerunt mutanda non
sint, *l. minimè de legi. l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuetud.*
*in specie Matte. Coler. d. cap. 9. sub numer. 77. & infra.*
14 Sed quid si locus Ciuitatis publicus esset peste impeditus? Respondetur, quod in alio proximo loco debet
fieri proclama, & multiplicari ad *not. per Doct. in l. 1. §.*
*si iusserim. ff. de acquir. possess. Rebuff. in d. tit. de præcon.*
*art. 1. num. 7. in fin.*
15 Item, nota, quod licet, vt dixi, talis forma subhastationum fuerit inuenta ad submouendas fraudes, quod
tamen ijs cessantibus deficit etiam dispositio, vt in specie concludit *Rota per Card. Seraphin. decis. 358. num. 1.*
16 vnde subhastatio fieri soleat ad probandam diligentiam, ideo quomodocunque illa probetur, sufficit
*Honded. cons. 58. num. 55. lib. 1. post Rip. in l. 2. §. mutui*
*datio num. 25. in fin. ff. si cert. peta.* & vbi Iudex adhiberet
17 causæ cognitionem super qualitate bonorum, &
quantitate pretij, & alijs necessarijs, satis probata diceretur diligeretur diligentia, & rectè *Pont. cons. 5. num.*
18 *139. cum seq.* cuius solemnitati aliàs renunciari non
potest, cum sit inducta ad fauorem eius, cuius bona
alienantur *Bar. in l. 1. sub num. 4. C. de fid. instr. & iur.*
*hast. fisc. lib. 10.*

Scias quoque, quòd licitationis, seu subhastationis forma inducitur à banno super illis publicato, vt ait *Asin. de execut. §. 5. cap. 86. num. 2.*

---

## EPITOME.

Subhastatio debet præcedere adiudicationem.

Adiudicatio verè, & non præsumptiuè constare debet per acta, & non per solas sententias, & ea non constita non etiam constare dicitur de subhastatione.

Et an sufficiat illam fieri per solam subhastationem, vel debeat fieri præuia æstimatione.

Ab arbitrio facta non transfert dominium.

Decretum factum bona capta in executione adiudicari debere, quando importet consensum.

Creditum debet apparere certum, & illius quantitas in adiudicatione.

Adiudicatio actualis requiritur etiam, quod quis sit in possessione.

Decretum de adiudicando debet parti intimari, aliàs adiudicatio non habetur pro perfecta, intelligendo, vt in fine.

## *SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio debet præcedere adiudicationem.*
2 *Subhastatione facta non reperto emptore bona adiudicantur Creditori pro iusto pretio, & æstimatione.*
3 *Subhastatio ex temporis spatio præsumitur.*
4 *Adiudicatio verè, & non præsumptiuè, seu per assertionem partis, nec per solas sententias constare debet, sed per acta.*
5 *Adiudicatio, vbi non liquet ex actis non etiam dicitur liquere de subhastatione, & dicuntur notoriè iniustæ.*
6 *Adiudicatio fieri debet præuia æstimatione, & non per solam subhastationem.*
*Ampliatur procedere, etiam si factum fuerit decretum de ea facienda, nisi etiam doceatur de eius effectuatione subsecuta num. 7.*
8 *Decretum mandans bona capta in executione adiudicari non importat consensum de præsenti, sed de futuro, cum tamen in adiudicatione consensus debeat esse de præsenti.*
*Primò ampliatur procedere, siue agatur de sententia rei corporalis, siue iuris incorporalis. num. 9.*
*Secundo ampliatur procedere etiam quod dictum fuerit in sententia, quod bona liberè, & ipso iure reuertantur cum omnibus suis pertinentijs num. 10.*
*Tertio ampliatur habere locum etiam quod sententia fuerit lata super actione reali, & super dominio, vel quasi num. 11.*
12 *Adiudicatio ab arbitrio facta non transfert dominium.*
13 *In emptione, & venditione requiruntur verba de præsenti.*
14 *Adiudicatio vim habet emptionis, & venditionis.*
*Et eisdem regulis, ac legibus metitur, ac regitur. num. 15.*
16 *In venditione requiritur pretium, res, & consensus.*
17 *Creditum debet apparere certum in adiudicatione.*
18 *Crediti quantitas est necessario liquidanda in executione.*
19 *Adiudicatio actualis requiritur etiam, quod quis esset in possessione bonorum, & num. 21.*
*Quia semper opus est expeditione mandati de deliberando, num. 20.*
21 *Mandatum de adiudicando, non est adiudicatio.*
22 *Decretum de adiudicando debet parti intimari.*
*Et quare id fiat, num. 23.*
24 *Intimatio Decreti de adiudicando, vbi facta non fuit, dicitur quod Iudex non habuit adiudicationem pro perfecta.*
*Quamuis necessaria non sit relatio, seu executionis reproductio in casibus, in quibus de iure communi non requiritur, num. 25.*
26 *Iudex non potest aliunde sumere informationes, quam ex actis, & de ratione.*
*Fallit num. 27.*
*Quid quando agitur de re difficilis probationis, num. 28.*

## QVÆSTIO XXVI.

ADiudicationem præcedere debet subhastatio *l. 1. §.*
*fi. C. de iur. dom. impetr. & l. pen. C. si vendit. pign.*
2 *aga. & l. 1. C. si in cau. iudi.* qua facta in subsidium non
inuento emptore adiudicatur bona creditori pro iusto
pretio, & æstimatione, iuxta quæ aliàs dixi *l. ordo, vbi*
*Salic. in princ. C. de execut. rei iud. l. à Diuo Pio, §. si pign.*
*& ibi per scribentes, ff. de sent. & re iud. Affl. decis. 358.*
*num. 5. Put. dec. 252. lib. 2. Rota per Burat. dec. 36. n. 3.*
3 *Card. Seraph. dec. 984. n. 1.* qui licèt dicat subhastationem præsumi temporis spatio ex *Affl. decis. 78. num. 5.*
4 *& decis. 368. num. 2. Anchar. cons. 40.* Tamen semper de
adiudicatione verè, & non præsumptiuè, nec per
assertionem partis constare dedet, & per acta, & non
per solas sententias, quia si non iustificetur ex actis
5 dicitur non etiam liquere de subhastatione, quo casu
dicuntur notoriè iniustæ secundum *Franch. in c. dile-*

*Ito, quæst.* 55. *de appell. Felyn. in cap. inter cæteras, col. fin. de re iudic. Rota per Card. Seraph. decis.* 1005. *num.* 1.
6 3. quodque facta sit prævia æstimatione, non autem per solam subhastationem, in qua plerumque fit fraus, *ad not. per Imol. in l. in ratione, §. vendere. ff. ad l. Fal. per textum in l. si quos, C. de rescinden. vendit. Menoc. de Franc.*
7 *decis.* 54. *num.* 12. *Gratian. discept. for. lib.* 3. *cap.* 489. *num.* 27. Pro qua non etiam erit sufficiens Decretum de ea facienda, nisi etiam doceatur de effectuatione subsecuta, vt resoluit *Rota in Romana Pecudum* 14. *Nouembris* 1611. *coram Card. Caualerio, quam sequitur eadem Rota in Romana de Roncionibus* 17. *Iunij* 1615. *coram bo. me. Buratto.*
8 Insuper in proposito scias, quod verba Decreti mandantis bona capta in executione adiudicari creditori, non important consensum de præsenti, sed de futuro; Cum tamen in adiudicatione debeat esse consensus de præsenti, *l. à Diuo Pio, §. si pignora, vbi gl. Odofred. Bar. Albert. & Castren. in princ. ff. de re iudic. Bal. in l. ordo sub num.* 1. *vers. & est quinta, & ibi Salyc. versic. Sed hoc*
9 *aduerte, C. de execut. rei iudic.* Non enim per sententiam transfertur dominium, nec possessio, nisi secuta traditione, atque ita facta executione sententiæ, *glos. in §. final. instit. de offic. iudic. Bart. in l. ex hoc de iure. ff. de iustit. & iure, Alexander consil.* 90. *num.* 9. *lib secundo, & consilio primo, num. quarto, lib.* 5. Siue agamus de sententia rei corporalis, siue iuris incorporalis adhærentis iuri corporali, vt est iurisdictio, quæ adhæret Castro, & territorio, vel iura seruitutum prædialium, quæ adhærent prædijs *Bal. in l. traditionibus, C. de pact. & in l. prima in fin. C. commun. vtriusque iudi. post Innocen. in cap. cum nostris de concess. præben.* licèt dictum
11 fuerit in sententia, quod bona liberè, & ipso iure reuertantur con omnibus suis pertinentijs, & omnino reuersa, & incorporata esse intelligantur, tanquam non sit in potestate Iudicis, nec arbitri, vel arbitratoris facere, quod dominium transferatur, & possessio sine traditione, *l. non est mirum in fin. de pign. act. l. tradi-*
12 *tionibus, C. de pact.* etiam quod sententia fuerit lata super actione reali, vt super dominio, vel quasi, ex qua producitur actio in rem, prout declarat *Alex. cons.* 1. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 6. *vbi num.* 4. loquitur etiam in adiudicatione facta ab arbitrio, per quam non transfertur dominium, *ex Bar. in l. fin. §. vlt. in fin. C. commun. de lega.*
13 Idem quod supra dicimus in emptione, & venditione, in qua requiruntur verba de præsenti *l.* 1. *&* 2. *ff. de contraben. empt. l.* 3. *C. eod. tit. Bar. in l. serui electione num.* 4. *in fin. vers. quandoque actus, & ibi Bal. num.* 13. *ff. de leg.* 1. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambigu. conuen. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 15. vbi quod verba vellem vendere non perficiunt venditionem, tanquam sint præteriti temporis imperfecti, quæ non disponunt, sed designant rem imperfectam, vt in specie *Fabian. de*
14 *Mont. de empt. & vendit. quæst.* 5. *princ. numer.* 51.
15 quorum vim, scilicet emptionis, & venditionis, habet adiudicatio, & eisdem regulis, ac terminis metitur, *Tiraq. post Bar. Alber. & Ias. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 14. *num.* 2. *Rota diuers. decis.* 662. *num.* 5. *par.*
16 *prima*, ita quod sicut in venditione requiritur pretium, res, & consensus, *§.* 1. *Instit. de empt. & vendit.* ita quoq; omnia prædicta debent interuenire in adiu-
17 dicatione, *Socin. Iun. cons.* 47. *sub num.* 7. *lib.* 2. ideo creditum, quod est pretium rei adiudicandæ, per se certum esse debet, vel per relationem ad aliud, si non exprimatur, *Ias. in l. à Diuo Pio, dicto §. si pignora, ff. de re iudic. Socin. cons.* 69. *num.* 12. *&* 14. *lib.* 4. *Surd. con-*
18 *sil.* 225. *sub num.* 9. *in fin. lib.* 2. & successiuè necessaria est liquidatio quantitatis illius, secundum *Bal. cons.* 122. *sub num.* 1. *vers. & inter alia lib.* 3. *Ruin. cons.* 138. *num.* 6. *lib.* 1. *Rota coram Sanctiss. decis.* 224. *num.* 1. *& in dicta Romana pecudum* 11. *Nouembris* 1611. *coram Cardin. Caualerio.*
19 Et vbi quis esset in possessione bonorum ante Decretum adiudicationis actualis, quia semper opus est
20 expeditione mandati de deliberando, non sufficeret ad acquisitionem tituli, & dominij translationem, nec simplex decretum Iudicis mandans adiudicari, cum
21 mandatum de adiudicando non sit adiudicatio, sicut mandatum de vendendo non est venditio, cum alijs similibus, quæ late adducit *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num.* 42. *& plur. seqq. vbi alios adducit Alex. cons.* 72. *num.* 9. *lib.* 2. *Anchar. cons.* 82. *in fin. Thesaur. decis.* 234. *vbi declarat Rota in Anconitana Ciambellottorum* 1. *Iulij* 1592. *coram Litta, in Romana Syluæ* 28. *Iunij* 1628. *coram Card. Verospio, & in alia Romana Census decimarum* 10. *Decemb.* 1627. *coram Vbaldo*, quodque in adiudicatione non sufficiat, creditorem esse in bonorum possessione ante decretum effectualis adiudicationis, sed semper requiratur mandatum ad deliberandum, tenet *Rota in Romana Domorum de Roncionibus* 17. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. Buratto, quæ est in recent. decis.* 715. *par. secunda, num. tertio, & quarto, Gratian. lib. tertio disceptat. cap.* 545. *num.* 37. *& seqq.* quo in casu scilicet d. decisionis fuit declarata imperfecta adiudicatio, quia Iudex mandauerat Decretum de adiudicando intimari, & ita requiritur intimatio, *Put. decis.* 168. *lib.* 1. quæ debet reproduci ante adiudicationem, vt Iudex de illa sit certus, *leg. hoc autem, §.* 1. *ff. quib. ex caus. in possess. eat Bar. in l. si finita, §. si finita, §. Iulianus sub num.* 28. *vers. quarto vtrum, ff. de damn. infect. Bal. in l. multum interest in fin. ff. de condit. & demonstrat. Felyn. in cap. quoniam contra col.* 9. *vers. Item nota ex ista de proba. Abb. cons.* 84. *col.* 2. *vers. corruit. lib.* 2. *Vant. de nullit. ex defect. cita. num.* 146. *Rota per Card. Seraph. decis.* 1100. *num.* 9. *& in Imolen. seu Fauentina bonorum* 16. *Maij* 1594. *coram Litta*, & pars deducat, si quid in contrarium habet, quo deducto Iudex, vel reponit, vel mandat su-
24 persederi. Quo fit, vt si talis intimatio facta non extitit, ne sit superuacanea, concludendum, quod Iudex illam adiudicationem non habeat pro perfecta, seu completa ante notitiam intimationis executæ, & sic ante illius reproductionem factam penes acta vt per *Vant. dicto num.* 146. *in tit. de nullit. ex defect. cita. post Felyn. in cap. Ecclesia S. Mariæ sub num.* 14. *vers. Ad hanc partem de constit. Vestr. in prax. lib.* 4. *cap.* 3. *de execut. cita. num.* 9. *Abb. in cap. quoniam contra num.* 11. *de probat. & in cap. ad nostram il* 3. *num.* 7. *de iureiurand. Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in Præfat. num.* 125. *Rota in d. Romana de Roncionibus coram Buratto, quæ est d. decis.* 725. *num.* 9. *& in alia Romana pecudum* 14. *Nouembris* 1611. *coram Cardin. Caualerio*
25 quamuis non sit necessaria relatio, seu executionis reproductio in casibus, in quibus de iure communi non requiritur, sicut quando pars citata comparuisset, vel constituisset procuratorem, vel quando se opposuisset, vel in alijs casibus de quibus per *Lancellot. de attenta. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 133. *& infra, & Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. in proem. §.* 7. *à num.* 147. *vsque ad n.* 151. Quare *Rota dec.* 725. *n.* 4. *p.* 2. *recen.* testatur de stylo, qui inoleuit in faciendo huiusmodi deliberationes post decreta de consignando ad effectum subhastandi, & de adiudicando, & ad id expediuntur mandata directa Cursoribus, vel executoribus deliberando, & adiudicando, qui postea in dictorum mandatorum executionem deliberant, & adiudicant vice partis fungentes *l.* 1. *C. si in caus. iudic.* & pro vt habetur in *dicta Romana bonorum de Roncionibus coram Buratto, & Gratian. vbi supra num.* 49.
26 Ad dicta supra de adiudicatione, & subhastatione, quæ constare debent exactis; nota etiã, quod propterea In-

Iudex non potest aliunde, quam ex ipsis actis sumere informationes, vt fuit dictum in vna *Perusina Separationis Thori 28. Iunij 1589. coram bon. mem. Gypsio, & decis. 445. num. 8. part. 1. diuers. & decis. 278. numer. 2. par. 4. in recen. & fuit tantum in Romana hæreditatis 17. Iunij 1611. coram Card. Sacrato.* vbi redditur ratio, quia si Iudex extra acta moueri posset, pars non posset facere suas diligentias, & ita tollerentur defensiones, & ideo dici solet, quod quæ non sunt de actis, dicuntur non esse de hoc mundo, *Rota decis. 404. sub num. 1. p. 1. in recent.*

27 Fallit si factum esset notorium, quia tunc posset Iudex etiam extra acta moueri, vt inquit *Rota in d. decis.* 278. quia notorium non eget probatione, *Surd.* post adductos per eum *cons. 371. n. 45. & seq. lib. 3.*

28 Idemque dicimus, quando versaremur in materia liquidationis vti difficilis probationis, in qua Iudex potest capere informationes extraiudiciales, secundum eamdem *Rotam in Romana bonorum de Cenlis 3. Maij 1606. coram R. P. D. Marquemontio, & in Ferrarien. decimarum 28. Maij 1621. coram bo. me. Vbaldo per doctrinam Bar. in l. si quod ex Pamphila num. 3. ff. de leg. 3. & Cagnol. in l. quatenus n. 24. & seq. ff. de reg. iur.*

## E P I T O M E.

Venditio bonorum Minorum an egeant subhastatione.

Et quid si fiat per Curatorem, Ministrum, vel Administratorem.

Subhastationis omissio, quando non vitiet alienationem.

Subhastationis rigor, quando non attendatur.

### SVMMARIVM.

1 *Venditio bonorum minorum eget subhastatione, aliàs est nulla.*
*Extenditur procedere, sine alienatio fiat per pupillum, vel eius tutorem, vel administratorem, aut ministrum, siue per Iudicem procedentem ad secundum Decretum num. 2.*
*Contrarium ex veriori habetur, num. 3.*
*Quam sententiam sæpe admittit Rota, num. 10.*
*Declarantur adducti pro contraria parte, n. 6.*

4 *Subhastationis omissio non vitiat alienationem bona fide factam de iure Canonico.*

5 *Subhastatio non semper est vtilis pupillo, nec ei expedit semper expectare licitationem.*

7 *Consuetudo, & statutum derogare possunt solemnitati subhastationum.*

8 *In subhastationibus seruanda est forma statuti, & consuetudinis.*

9 *Decis. Rot. in Romana dotis de Olphis 25. Octobris 1613. coram Coccino qualiter procedat, & loquatur.*

11 *In subhastationibus iuris rigor non attenditur, sed prævalet æquitas, dummodo constet de vero credito, & non de aliquo excessu, & læsione minorum.*

12 *Subhastationum forma inuenta est ad fraudes euitandas, quibus cessantibus deficit quoque dispositio.*

13 *Minori si expediat venire ad subhastationem, satis videtur necessaria, licet non semper expediat expectare licitationem ex Corn. sententia.*

## QVÆSTIO XXVII.

1 Subhastatione, quæ venditiones egeant, quæri solet, ita vt si non fiant, ipso iure sint nullæ, inter quas venditiones rerum pupillorum, ac minorum enumerantur; Nam si absque subhastatione iuxta plurium sententiam hæ venditiones fiant, nullæ sunt, cum post Decretum ex subsequi debeant ad *tex. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccles. & si fine, §. 1. vbi glos. & Bar. ff. de minor. Specul. in tit. de empt. & vendi. §. nunc dicendum, vers. Si igitur tutor. Bar. in l. alio, ff. de alim. lega. & in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. de communi. Bal. cons. 184. num. 1. lib. 2. Ang. in l. si is, qui bona in princ. num. 6. ff. de pign. Rom. cons. 321. num. 2. Alex. cons. 53. sub num 7. vers. & oportet constare lib. 3. Dec. cons. 403. num. 12. Paris. cons. 97. num. 10. & cons. seq. num. 15. lib. 1. Affl. decis. 149. in fin. Afin. de execut. §. 6. cap. 15. num. 3. Rol. cons. 99. num. 17. lib. 1. & cons. 60. num. 26. & seq. lib. 4. Decian. cons. 30. sub num. 6. vers. necesse est lib. 1. Rim. Iun. cons. 247. num. 42. & infra, latè Sard. cons. 49. num. 19. lib. 1. Menoch. de Arbitr. Iudi. casu 129. in fine, versic. Et idem dicendum, & casu 171. num. 28. Bertazol. Clausul. 10. glos. 2. num. 7. cum alijs per Cardin. Mantic. in tractat. de tac. & ambigu. conuent. lib. 4. titulo 6. num. 31. Azor. in summ. par. 3. lib. 8. cap. 16. Rota coram R. P. D. Coccino in Romana dotis de Olphis 25. Octobris 1613.* vbi sequitur hanc opinionem iuxta attestationem, vt inquit *Luc. Pet. in praxi de execut. rei iudic. lib. octauo, cap. secundo, num. 36. Peregrin.* qui dicit in practica ita seruari *consil. 84. num. 17. lib. 2. Mastrill. decis. 121. num. 7. part. 2.*

2 Extende, vt procedat dicta sententia, siue fiat alienatio per pupillum, vel eius tutorem, vel administratorem, aut ministrum, siue per Iudicem procedentem ad secundum decretum, *Bal. cons. 483. si creditores lib. 5. Afin. de execut. §. 6. num. 6. Munoz. de ratiocin. administra. cap. 16. num. 3. & 4.*

3 Verior tamen, & in praxi magis recepta est superiori contraria sententia, nempe subhastationes in venditione bonorum minorum non requiri, & successiuè, quod illis omissis de nullitate dici non posit saltem de consuetudine, ac de iure Canonico, quicquid aliud sit de iure ciuili, ita *Guil. & Bal. in l. & si, §. 1. de minor. Doct. communiter in dicta auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bal. sub num. 3. Rota decis. 1. in princ. de consuetud. Luc. de Penn. in l. si tempora in fin. sub num. 4. vers. Sed an in venditione, C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. Alber. qui ita in praxi seruari testatur in dicta l. & si fine, §. quæsitum, num. 3. ff. de minor. Ioan. de Imol. cons. 99. sub num. 7. versic. septimum dubium Bertrand. qui de magis communi fidem facit consil. 360. num. 4. lib. 2. part. 1. Felyn. in cap. cum causa num. 10. de iudic. Cassan. cons. 55. num. 41. Corn. cons. 29. num. 3. lib. 4. adden. ad Dec. consil. 403. quamuis in casu, sub num. ver. subhastantur, Bertach. in. de Gabell. part. 2. num. 18. & 19. in fin. Vin. decis. 22. num. 14. in fin. Fabian. de Mont. de empt. & vendi. quæst. 5. num. 88. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 66. & 67. latè Ioan. Franc. à Pont. consil. 1. num. 134. vsque ad 142. lib. 1.* de veriori, & quod de consuetudine abrogata est *auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccles. Laderch. Imol. cons. 116. num. 2. Card. Tusch. conclus. 713. num. 4. in ver. subhastatio.* Et quod etiam de

4 iure iure Canonico sufficiat, quod venditio facta fuerit bona fide absque subhastatione decidit *Rota decis. 446. numer. 2. part. 1. in recentior.* vbi fuit dictum omissionem subhastationis non vitiare alienationem

bona fide factam, quasi sit leuis, & non substantialis, vt dicit *Alber. in dicta auth. hoc ius porrectum in fin. vers.*
5 *hoc forte posset esse verum num. 21.* semper namque subhastatio vtilis non est pupillo, nec ei expedit semper expectare licitationem, *Corn. consil. 29. num. 3. lib. 4.* quem refert, ac sequitur *Card. Mantic. in dicto tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. n. 31. vers. Sed, Curn. Bertazol. dicta clausul. 10. sub n. 7.* idemque tenet *Interigliol. decis. 5. n. 29. Gratian. discept. foren. cap. 564. n. 24. lib. 3. & cap. 861. num. 19. lib. 5. & decis. 130. num. 3. Gutierez de tutel. par. 2. cap. 5. n. 5.*

6 Non obstant Doct. in contrarium adducti, quia
7 præter id, quod eorum opinio non recipitur, loquuntur de iure ciuili, quod per consuetudinem fuit abrogatum, vt est dictum, quæ consuetudo vtique solemnitati dictæ subhastationis potuit derogare, vt per *Felyn. in cap. cum causa num. 10. extra de re iudic. Gutierez de tutel. p. 1 tit. 5. num. 6.* sicuti etiam posset statutum *Fabian. de Mont. de empt. & vendi. dicta quæst. 5. num. 88.*
8 *Iodoch. in summul. subhast. cap. 2. num. 3.* vbi quod in subhastationibus seruanda est consuetudinis, seu statuti forma, *Munoz. de ratiocin. administr. dicto cap. 16. num. 14. & 15. Gratian. discept. cap. 479. num. 27. &*
9 *18. lib. 3. vbi respondet Decis. Coccin.* ex aduerso adductæ, inquiens, quod in ea obiter, & per transennam attenditur ista nullitas, cum in fine eiusdem decisionis dicatur, illud negocium in totum in se consideratum non bene olere; Et quatenus ibi attenderetur, est tamen fundata in authoritate Lucæ Peti, qui loquitur contra omnes Doctor. de communi praxi testantes in
10 contrarium ex *Alberic.* & cæteris præallegatis, quodque Rota sæpe admisit huiusmodi alienationes, quam-
11 uis factas nullis præcedentibus subhastationibus, cum rigor iuris, quatenus illas requireret, non attendatur, sed præualeat æquitas, quando constaret de vero cre-
12 dito, & non de aliquo excessu, & læsione Minorum, præsertim cum talis forma subhastationum inuenta sit ad euitandas fraudes, qua cessante, deficit quoque dispositio, *vt per Rotam coram Cardinale Seraphino decis. 358. num. 1. & Honded. cons. 58. n. 55. lib. 1.*
13 Dicit nihilominus *consil. 29. n. 3 lib. 4.* quod si minori expediat venire ad licitationem, satis videtur necessaria, quia Iudex tenetur facere illud, quod expedit, licet non sit vsque adeo necessaria, vt eius omissio vitiet contractum, neque semper expediat minori expectare licitationem.

Tu autem teneas secundam relatam sententiam, tamquam magis receptam, pro qua etiam videas, quæ dica in quæst. 29.

---

## E P I T O M E.

Refertur, & examinatur text. in l. & si sine, §. 1. ff. de minor.

Res licitata post lapsum terminum licitanti an ita liberata censeatur, vt noua subhastatio fieri non debeat.

Et quid in Minore, Republica, Ecclesia, & Ciuitate.

Restitutio in integrum, An, & quando danda sit aduersus subhastationem factam, & de liberationem secutam, siue augeatur, siue etiam diminuatur pretium.

*S V M M A R I V M.*

1 *Res licitata post lapsum termini licitanti liberata censetur, nec vlterior subhastatio admittitur.*

*Fallit in Minore, si existat, qui plus offerat, num. 2. & 6.*

*Et hæc est regula generalis, num. 3.*

*Primò ampliatur etiam procedere in alienationibus rerum Ecclesiæ, n. 4. & 6.*

*Secundò, ampliatur locum habere quoq; in Republica, & Ciuitate, quæ iure Minorum vtuntur, n. 5. & 6.*

*Declaratur num. 22. 23. & 25.*

*Sed contrarium, & sic decisum dicitur, n. 7. & 21.*

*Distinguitur tamen, num. 11.*

8 *Fisco locanti non datur restitutio, nisi ex noua causa superuenienti.*

*Ratio est, quia lapso tempore, & extincta candela quoad vltimum licitatorem est perfecta venditio, & non est locus pœnitentiæ, num. 9.*

*Et ideo reijcienda alterius oblatio, etiam quod esset alicuius momenti, num. 9.*

10 *Licitationes non sunt admittendæ facta deliberatione, ne dum commodum quæritur, locatores, seu emptores mutentur, & non inueniat Respublica, qui cum ea contrahat.*

12 *Minor, Ciuitas, Ecclesia, vel Fiscus, si vendendo res suas seruauit debitas solemnitates, & fecit sicut maior, non admittitur vlterior licitatio.*

*Nisi de sorde, & gratia doceretur, num. 13.*

*Et de ratione, num. 14.*

15 *Solemnitas debita in venditione rei minoris, Ecclesiæ, vel Ciuitatis, vbi non est seruata ipso iure non valet venditio, nec opus est restitutione.*

16 *Solemnitas debita in venditione rei minoris vbi est seruata, sed interuenit læsio, conceditur restitutio.*

*Et ita fuit obtentum, num. 17.*

*Quod procedit ne dum si augeatur pretium, sed, & si diminuatur, num. 18.*

*Et ita pluries fuit confirmatum, num. 19.*

*Item, & fortius, quando concurreret notabilis læsio, num. 20.*

21 *Sfortia Oddus de restitutione in integr. par. 2. quæst. 52. artic. 3. improbatur.*

24 *Dictio Rursus, & dictio Iterum, intelligitur quoties opus sit.*

## Q V Æ S T I O XXVIII.

Sed quid si res Minoris fuerit subhastata, & plus offerenti liberata? an nouus oblator admitti debeat, &
1 noua subhastatio fieri? Et dicendum videtur quod non, cum regulariter non liceat post lapsum termini licitationis rem subhastata nouæ oblationi subijci, ex *Bar. in l. licitatio in princ. in vlt. quæst. num. 5. ff. de public. & vectig. & latius in l. si tempora num. 6. & 7. C. de fid. instr. & hast. fisc. lib. 10.*
2 Cæterum dicta regula fallit in Minore, qui aduersus licitationem restituitur, si existat, qui plus offerat, est *tex. in l. si sine §. quæsitum, ff. de minor.* inquit enim ibi Iurisconsultus. Quæsitum est ex eo, quod in lucro quoque Minoribus subueniendum dicitur, si res eius venierit, & existat, qui plus licitetur, an integrum propter lucrum restituendus sit, & quotidie Prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio, hactenus ille *tex. quem ad hoc adducunt Bar. in l. licitatio sub num. 5. de public. & vectig. & in l. si tempora sub num. 7. vers. prædicta vera, C. de fid. instrum. post Gul. de Cun. notat Bal. in dicta l. & si sine, §. quæsitum in 2. lect. in princ. ff. de Minor. & sequuntur Imol. cons. 99. num. 7. Curn. cons. 184. sub num. 7. vers. & restituitur minor. lib. 3. Guid. Pap. decis. 536. colum. 2. vers. Sed quid si res Fabian. de Mont. in tract. de Empt. & vendi. quæst. 5. princ. num. 90. vers. Minor tamen, Alciat. cons. 12. sub num. 14. vers. Non obstat tom. 3. lib. 8. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 2. quæst. 57. artic. 3. num. 17.* quod etiam

4 etiam procedit in alienationibus rerum Ecclesiæ, in
quibus consuetudo non admittit solemnitates subha-
stationum, *Bal. in auth. hoc ius porrectum sub num. 3. vers. Sed hic quæritur, C. de sacr. sanct. Eccles. Redoan. de reb. Eccles. non alien. rubr. 23. num 39. num. 8. Guid. Pap. decis. 149. & dicta decis. 536.* vbi idem procedere ait
in Republica, & Ciuitate, quæ iure minorum vtuntur,
*leg. Rempublicam, C. de iur. Reip. lib. 11.* vbi addit per
illum *tex.* ita vidisse obseruari in facto Ciuitatis Gra-
tionopolis, sequitur *Asin. de execut. §. 6. cap. 16. num. 2. & ante hoc Luc. de Penn. in dicta leg. Rempublicam in fin.* quod idem procedit in Fisco per *tex. in leg. fin. in princ. vbi Bar. notat, ff. de iur. fisc. l. Lucius, §. fin. ff. ad Municip. Alciat. dicto cons. 12. num. 24. Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 4. num. 42.* & generaliter in Minore, Re-
publica, Ciuitate, Ecclesia, & Fisco, *tradit Alber. in dicta leg. & si sine, §. quæsitum num. 4. ff. de Minor.*

7 Verum ibidem Alber. refert contrarium Bergomi
fuisse decisum: Inquit enim commune Bergomi subha-
stasse datia, & perfecto cōtractu post plures dies appa-
ruisse plus offerentes, dubitatum fuit, ac iterato deberet
admitti licitatio tamquam, quod Communitas fuis-
set læsa, & dicit *Alber.* fuisse decisum admitti non de-
bere per *tex in l. 1. & 3. C. de venden. reb. Ciui. lib. 11.*
Et quia fides hastæ Fiscalis decipi non debet, ait *tex. in l. si hypotheca, C. de remiss. pign. & Alberic. secutus est Affli. in decis. 340.* qui testatur Consilium Nea-
8 politanum idem decidisse; Et propterea subiunxit
*Afflict.* quod non datur aliqua restitutio Fisco locanti,
nisi ex noua causa superueniente causetur læsio. Et
ratio est, quia lapso termino, vel extincta candela quo-
ad vltimum licitatorem est profecta gabellatio, & non
est locus pœnitentiæ *Boer. dec. 248. Alexand. cons. 114.*
9 *sub num. 2. lib. 6.* Vnde reiicienda est alterius oblatio,
etiam quod esset alicuius momenti, *Asi. dicto §. 6. cap. 10. num. 20.* quia primo est ius quæsitum *Capyc. dec. 36. num. 5. pulchrè Luc. de Penn. in l. congruit, C. de locat.*
10 *prædi. Ciui. lib. 11.* qui ait, quod licitationes non
sunt admittendæ, ne dum commodum quæritur, lo-
catores mutentur, & non inueniat Respublica, qui cum
ea contrahat, *Ang. cons. 324. num. 1. Boer. dicta decis. 248. col. fin. Caroc. de locat. & conduct. tit. de publican. quæst. 3. num. 9.*

11 Distinguit nihilominus *Alberic. vbi supra in ver. Conclude ex mente Iacob. de Ranenn. tres casus.*

12 Primus est, quando Minor, Ciuitas, Ecclesia, vel Fis-
cus vendendo res suas seruauit debitas solemnitates,
& fecit maior, quia tempore opportuno vendidit, &
iusto pretio, quamuis postea appareat plus offerens,
13 non admittitur vlterior licitatio, nisi de sorde, &
gratia doceretur, vt dicitur in dicto §. *quæsitum,*
& addit quod ita intelligitur ibi in ver. *districtè,* quo-
14 niam minor non esset tunc contrarium postulatu-
rus, si res vendita effecta esset minoris pretij per *leg. fin. C. de solut. & l. non intelligitur, §. Diui fratres de iur. fisc.*

15 Secundus casus est, quando debita solemnitas non
est seruata, quo casu ipso iure non valet venditio, nec
restitutione opus est, *l. 1. & 2. vbi notatur, C. de iur. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10.*

16 Tertius est casus, quando debita solemnitas est ser-
uata, sed minor est sui facilitate læsus, vt quia vendi-
dit tempore non opportuno, vel non iusto pretio, &
tunc restituitur, & ita dicit intelligendum principium
dicti §. *quæsitum & vers. quod circumspectè, & Alber.*
17 *secutus est Gregor. Lopez in l. 5. tit. 19. p. 6.* vbi dicit
esse menti tenendum, quia ex eius dictis obtinuit in
causa maximè ardua contra conductorem Regalium
redditum Serici Regni Granatæ, eo quia locatio in-
tempestiuè, & tempore non opportuno facta fuerat, se-
quitur *Afflict. dicta decis. 340. & Vrsill. ibi ad eum,* quod
18 procedit non solum, si augeatur pretium, sed etiam
si alius pretium diminuat, vt quando fiscus conduce-
ret operas, vt admittatur diminutio, & iterum subha-
stetur, & diminuenti detur, secundum *Franc. Auiles in*
19 *cap. 31. Prætorum in vers. fin. num. 11.* vbi addit ita plu-
ries fecisse, & fuisse confirmatum in *Cancellaria Maurit. in tract. Restitut. in integr. cap. 219. Franc. Caldas. in l. si Curatorem, n. 4. C. de integr. restit. minor.* quod magis,
20 ac fortius procederet, quando concurreret notabilis
læsio, saltem ad sextam partem, quæ sufficit secundum
*Vrsill. in addit. ad dictam decis. 340. num. 8. per doctrinam Bart. in l. duo societatem, §. arbitrorum, versic. Quæ dicatur parua, vel maxima quantitas, ff. pro soc. secutus est Mastrill. decis. 84. num. 6. & infra.*

21 Et licet circa prædicta varij varia dixerint, vt per
*Odd. restit. in integr. p. 2. quæst. 57. artic. 3.* Non tamen
videtur recedendum à claris verbis dicti text. vt volue-
re *Guid. Pap. & Alciat. in locis præallegatis,* quos aut
non vidit, aut non considerauit Odd. qui propterea
cum negare possit tex. illum expressum esse, recurrit
ad quasdam distinctiones illum penitus destruentes,
quas si pateretur, vtique *Bar. in dicta l. licitatio, & in dicta l. si tempora,* dum illum adduxit, non ita generali-
ter suisset locutus, & indistinctè, vt in specie respondit
*Petr. Caball. consil. 130. n. 14. lib. 1.*

Ex præmissis sub num. 2. dupliciter declaratur dicta
conclusio.

22 Primo vt procedat, si notabiliter, & vere minor,
Ecclesia, Fiscus, vel Ciuitas, aut Respublica est læsa, vel
læsus, & ad nouum incantum est expediens deuenire,
ita vt ratio habeatur fidei publicæ, & quantum inter-
sit loci pij, vel minoris, & prædictorum factis proprijs
non contrauenire, & in futuris negocijs secum contra-
hentem de facili non reperire, adnotata per *Alciat. d. consil. 12. & Alber. vbi supra num. 4. ac Cæpol. de simulat. contract. præsumpt. 2. num. 21.* quæ omnia comple-
cti videntur in dicta *l. & si sine §. 1. ff. de minor.* præser-
tim, ibi, quod circumscriptè erit faciendum, vt nempe
secundum glos. ibi admittatur noua licitatio, quasi
quod non ex abrupto, sed re bene pensata, & ex cau-
sa concedatur, sicuti, & *Alberic. ibid.* aduertisse le-
gitur in princ. Cum verbum illud, circumscriptè, in-
terpretatur.

23 Secundo declaratur *tex. ex mente Alciat. dicto consil. 12.* vt locum non habeat in rebus, quæ fortuitis ca-
sibus sunt subiectæ, quia tunc nulla datur restitutio, nisi
sordes, & gratia allegentur per eumdem *tex. in ver. Et districtè probandum est,* iuxta quæ etiam dicta sunt
in primo casu ex *Alber. ibid.* qui etiam agit, quid in
casu vbi rursus admittitur licitatio, An sæpius admit-
tetur, vt puta minore decepto compareat alius plus of-
ferens, numquid admittetur? Et dicendum videtur,
quod sic propter dictionem; Rursus, quæ est in litera
dicti §. *quæsitum.* Quæ intelligenda est, quoties opus
24 sit, sicut, & dictio iterum *l. vbi. §. hæc vox, ff. de eden.*
& expressum videtur in *l. quod autem Sabinus, de in diem addict.*

In contrarium facere videtur, *C. de locat. præd. Ciui. per totum, & præsertim l. fin. circa medium.*

25 Verum prædictis non obstantibus resoluit Alberic.
quod si fecit, vt faceret quilibet maior in secunda lici-
tatione, vel prima, nulla alia admittatur; Si vero dece-
ptus fuerit in prima, vel secunda, vel tertia, semper re-
stituatur, quia semper subest noua causa læsionis, ac re-
stitutionis, vt in dicta *l. Et si sine, §. restitutus, ff. de minor. & in l. fin. C. si sæpius in integr. postule.*

## EPITOME.

Subhhastatio ān requiratur in alienationibus rerum Ecclesiæ.

Auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccles. de consuetudine fuit derogatum.

Subhastationi derogatur per consuetudinem, sicut, & per statutum.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio requiritur in venditionibus rerum Ecclesiæ.*
*Fundamentum huius conclusionis adducitur, n. 2.*
*At contra de consuetudine, num. 3.*
4 *Auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccles. in alienationibus rerum Ecclesiæ de consuetudine non seruatur.*
5 *Consuetudo potest derogare solemnitati subhastationum, vt, & etiam statutum, num. 6.*

## QVÆSTIO XXIX.

IN venditionibus honorum Ecclesiæ, an etiam requiratur subhastatio, sunt contrariæ Doctorum opiniones.

1 Nam pro affirmatiua, quod scilicet requiratur, stant *Bal. cons. 204. longum Thema. vers. secundo quæro, lib. 3. Fabian. de Mon. de empt. & vendi. q. 5 num. 85. Asin. de execut. §. 6. c. 1. n. 20. Rol. cons. 99. n. 20. infra lib. 1. latè Munoz. de ratiocin. administr. c. 16. n. 4. & plur. seqq.* Quæ conclusio præsertim probatur, quod *auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccl.* quæ has solemnitates requirit, est relata in *l. Decreti, cap. hoc ius 10. quæst. 2.*

3 Contrarium, quod de iure Canonico, & de consuetudine in venditionibus rerum Ecclesiæ non requiratur sub hastatio, voluerunt, *Bal. in dicta Auth. hoc ius porrectum sub num. 3. vers. Sed hic quæritur, post Innoc. in cap. dudum num. 2. de reb. Eccles. non alien. Felyn. in cap. cum causa num. 10. de re indic. Rota decis. 1. num. 1. de consuetud. Rebuff. in tract. de alienat. rer. Eccles. vers. Quarto ibi, & cons. 112. num. 10. Guid. Pap. decis. 149. Genuen. in prax. Archiepiscop. cap. 107. num. 39. Redoan. de reb. Eccl. non alienan. rubr. 22. num. 39.* vbi dicit, quod in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur subhastatio, cum de iure Canonico non reperiatur cautum, & consuetudo non admittat has iuris Ciuilis solemnitates, *c. 1. de his quæ fiunt à Præla. quod ibid. firmat num. 56. & in rubr. 28. num. 8. & nouissimè Gratian. disceptat. lib. 3. cap. 564. num. 24. & lib. 5. cap. 861. n. 15. ac decis. 130. num. 7.*

4 Non obstat *Auth.* hoc ius porrectum; Quia de consuetudine non seruatur ex prædictis.

Nec mouet, quod dicta *Auth.* sit relata in libro decretorum.

Respondetur enim, quod ex hoc non approbatur, cum solum ibi fuerit posita, vt ostendatur studium piorum Imperator in Ecclesiam Catholicam, vt notat *glos. in cap. 1. in ver. Tractatus de reb. Eccles. non alien. Azor. in summ. par. 3. cap. 16. versic. Primo quæritur, lib. 8.*

5 Non obstant ex aduerso citati; Quia omnes loquuntur de iure ciuili, cui derogatum per consuetudinem, vt fuit dictum, quæ derogare potuit solemnitati subhastationis, *Felyn. in cap. cum causa num. 10. de re indic. Rocch. de Cur. de consuetud. sect. 5. num. 27. Gutierez de*
6 *tutel. de intel. par. 1. cap. 5. num. 6.* sicuti etiam posset statutum, *Fabian. de Mont. de empt. & vendi. quæst. 5. num. 85. & 88. Iodoc. in summ. subhast. cap. 3. num. 3. Munoz. de ratiocin. administra. cap. 16. num. 14. & 15. Gratian. discept. lib. 3. cap. 479. num. 17. & seq.* vbi ait parum curandum esse de opinione contrariorum tanquam minus recepta.

## EPITOME.

Subhastatio de iure ab requiratur in alienatione bonorum hospitalis.

Quid in hospitali priuato etiam alicuius Confraternitatis.

An requiratur in bonis dotalis ipsius hospitalis:

Quid etiam quando hospitale haberet clausulam fundationis, vt nihil proprij possidere possit.

Et an id procedat de consuetudine.

### SVMMARIVM.

1 *Hospitalia æquiparantur Ecclesijs, & habent priuilegia Ecclesiarum.*
2 *Subhastatio requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ de iure communi.*
*Et fieri debet per viginti dies n. 3.*
*Nec sufficit vna proclamatio. num. 4.*
5 *Subhastatio requiritur in alienatione bonorum Hospitalis. Declaratur procedere in bonis hospitalium actu hospitalitatem exercentium, non autem in bonis hospitalis priuati, vel alicuius confraternitatis. n. 6.*
*Sed quod imò id locum habeat in alienatione bonorum cuiuscunque Hospitalis etiam priuati, habetur num. 7.*
*Declaratur sibi tribuere, cum ageretur de alienandis bonis dotalibus hospitalis, sed non quando venderetur bona aliunde quæsita, vel obuenientia ex legatis pijs, vel ex successione alicuius ab intestato morientis. num. 9.*
*Fallunt prædicta, quando hospitale haberet clausulam fundationis, qua cautum esset, vt nihil proprij possidere possit, sed valeat omnia vendere, quia hoc casu solemnitates non requiruntur. num. 11.*
*Contrarium, quod subhastatio non requiratur de consuetudine. num. 12.*
8 *Hospitalia priuata æquiparantur pupillis, & Ecclesijs.*
10 *Bona hospitalium aliunde quæsita, quando venduntur, terminus præconiorum, & subhastationum est Iudici arbitrarium.*

## QVÆSTIO XXX.

BOna Hospitalis, An alienari possint absque licitatione, seu subhastatione sæpe dubitari solet.

Et prima facie negatiue concludendum videtur.

1 Quoniam Hospitalia æquiparantur Ecclesijs, & habent priuilegia Ecclesiarum, *l. omnia priuilegia, C. de sacrosanct. Eccles. & ibi notat Bar.* & veniunt appellatione Ecclesiarum, *cap. auctoritate 54. distinct. cap. cum dilectus de consuetud. vbi Abb.* hoc notat, & se-
2 quuntur, *Butr. & Imol. Bal. in auth. quas actiones, C. eod.* In bonis autem Ecclesiarum, & eorum alienatione requiritur subhastatio de iure communi *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosa. Eccles. Asin. de execut. §. 6. c. 1. num. 20. Matthe. Coler. de process. execut. part. 3. c. 9.*
3 *num. 74. & 75.* vbi quod debent subhastari per viginti
4 dies, *& num. 76. 79. & 92.* quod non sufficit vnica proclamatio, *Munoz. de ratiocin. administra. cap. 16. num. 4. & infra.*

5 Et in specie, quod in alienatione bonorum Hospita-
lis requiratur subhastatio, & solemnitas, *Bald. in dicta
auth. hoc ius porrectum num. 2. Anchar. in Clementin.
quia contingit col. 5. de religios. domi. vers. colligi, &
aliud Corn. cons. 206. num. 1. 2. & seqq. lib. 1.*

6 Quod tamen declarant supradicti procedere in bonis
Hospitalis actu hospitalitatem exercentis, non autem
in bonis hospitalis priuati alicuius confraternitatis se-
cundum *Philip. Porc. commun. conclus. lib. 5. cap. 9.*

7 Sed quod imò superius relata sententia sibi tribuat
quoque in bonis cuiuscunque Hospitalis etiam priuati,
respondit *Abb. cons. 164. num. fin. lib. 1.* dum æquiparat
8 Hospitalia hæc priuata pupillis, & Ecclesijs in vers. ve-
nio ad tertium, in specie hoc voluit *Andr. Barba. in cap.
nulli num. 5. de reb. Eccles. non alien. & ante illum Ang.
in auth. de alienat. emphit. §. si verò quilibet, Anchar.
cons. 274. num. 1. Socin. consil. 181. column. 1. vers. circa
primam.*

9 Quæ sententia declaratur per *Munoz. in dicto c. 16.
sub num. 11. vers. hoc tamen* habere locum, quando
ageretur de alienandis bonis dotalibus Hospitalis; Non
autem quando venderentur bona aliunde quæsita, vel
obuenientia ex legatis pijs; vel vbi Hospitale successit
in bonis alicuius in eo ab intestato morientis, quo casu
Hospitale pauperi succedit, vt tradit *Bal. in l. si qua Il-
lustris, C. ad Orphician. Franch. dec. 198. num. 1. & addit.
Munoz.* in loco præallegato hanc limitationem fuisse
de mente *Lauren. de Rodulph. in cap. sine exceptione 19.
q. 12. & Felyn. in cap. de quarta col. 3. de præscript. & n.
12. Munoz.* subiungit, quod vbi venduntur bona Hospi-
10 talis aliunde quæsita, terminus præconiorum, & subha-
stationum est Iudicis arbitrarius, cum in hoc non ha-
beamus particularem dispositionem, quæ aliter statuat
& ita tenere *Port. commun. conclus. lib. 5. cap. 8. versic.
tenendo illam.*

11 Ac præterea vbi supra limitat *Munoz.* quando Hos-
pitale haberet clausulam fundationis, qua cautum esset,
vt nihil proprij possidere possit, sed valeat omnia ven-
dere, vt in terminis tenet *Laurent. de Rodulph. dict. loco
q. 2. & sequitur Port. d. c. 8. vers. Limita etiam.*

12 Cæterum ego sentio in huiusmodi alienationibus
bonorum Hospitalis non requiri subhastationes, quem-
admodum etiam non requiri in alienationibus bono-
rum Ecclesiæ conclusi in *quæst.* .... in quibus consue-
tudo nequaquam admittit has solemnitates, vt in spe-
cie testatur *Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alien.
Rubr. 23. num. 39. & Rubr. 29. num. 8. post Bald.
in auth. hoc ius porrectum sub num. 3. vers.
Sed hic quæritur, Cod. de sacrosanct.
Eccles. Innoc. in cap. dudum num.
2. de reb. Eccles. non alien.
Franch. in cap. 1. num.
19. in fin. eod. tit.
Felyn. in
cap. cum causa, num. 10. ext. de re iudic.
Guid. Pap. decis. 149. Rota decis. 1.
num. 1. de consuetud. in antiqu.
& relsqui citati dict. quæst.*
.... vbi fuit respon-
sum contra-
rijs.

## EPITOME.

Subhastatio an requiratur in alienatione bono-
rum Confraternitatis.

Confratres alicuius Confraternitatis an, & quan-
do sint de iurisdictione Episcopi, vel Iudicis sæ-
cularis.

Confraternitates quando habeant priuilegia Ec-
clesiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Subhastatio in alienatione bonorum Confraternitatis
non requiritur.*

2 *Confratres Confraternitatis non sunt de iurisdictione
Episcopi, sed Iudicis sæcularis.*
*Intellige procedere, quoad bona temporalia; licet se-
cus quoad actus Ecclesiasticos, & spirituales, num. 3.*

4 *Confraternitates fundatæ authoritate Episcopi dicuntur
Loca pia, & bonorum alienatio non valet sine solem-
nitate, non aliter, ac si essemus in Ecclesiis.*

5 *Confraternitates, quæ non habent auctoritatem Ponti-
ficis, vti prorsus sæculares, & prophanæ non habent
priuilegia piæ domus.*

## QVÆSTIO XXXI.

IDem quod dixi de alienatione bonorum Hospitalis
concluditur in bonis Confraternitatis, nempe quod in
1 alienatione bonorum eiusdem de consuetudine non
requiratur subhastatio eisdem auctoritatibus, & ratio-
nibus siue teneamus, confraternitates posse disponere
de earum bonis, etiam sine solemnitatibus, sicuti cæte-
ra Collegia sæcularia, *Bald. in auth. hoc ius porrectum
num. 3. in quæst. 2. C. de sacr. sanct. Eccles. Felyn. in cap. de
quarta colum. fin. versic. Sed per hoc non recederem de
præscript. Paris. cons. 34. num. 19. & 25. lib. 3. Menoch.
consil. 635. num. 5. lib. 6. Ioan. Franc. de Pont. consil. 18.
num. 8. Perez. de anniuersar. lib. 2. cap. 1. sub num. 5. in
2 fin. vbi etiam num. 7.* ait quod isti Confratres non sunt
de iurisdictione Episcopi, sed Iudicis sæcularis, *Caputa-
quen. decis. 328. par. 1.* intelligendo, quoad bona tem-
3 poralia; cum secus sit quoad actus Ecclesiasticos, &
spirituales, *Nauarr. cons. 3. num. 5. de for. compet.* siue
4 etiam velimus aliter dicendum in Confraternitatibus
fundatis auctoritate Episcopi, quæ propterea dicuntur
loca pia, & eorum alienatio prohibetur absque solem-
nitatibus non secus, ac si essemus in Ecclesijs; Nec
5 ideo mirum, si illæ, quæ non habent auctoritatem Pon-
tificis vti prorsus sæculares, & prophanæ non habent
priuilegia piæ domus, *Bald. in dicta auth. hoc ius porre-
ctum, sub num. 2. in fin. vers. item sub nomine istius Ro-
man. cons. 477. num. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alie-
nan. Rubr. an in mater. alien. Ecclesiast. appel. Eccles. ven.
loca pia, num. 5. & 8. & in rubr. de his, qui consent. & de
consens. qui adhibe. in inalienat. Ecclesiast. §. sed quid de
bonis, num. 13. & 14. post Rebuff. in repet. cap. sine exce-
ptione 12. q. 2. & ibi Lauren. de Rodulph. quæst. 19. num.
83. & seq. Alexand. consil. 120. sub num. 3. versic. Posset
etiam responderi lib. 1. & consil. 102. num. 1. in fin. lib.
7. Gabr. qui cæteros adducit, tit. de pia causa, conclus.
2. num. 9. Mastrill. decis. 10. num. 16. & latè Valasch.
Consulta. 105. num. 34.*

In alienatione autem bonorum Ecclesiæ de consue-
tudine non requiritur subhastatio, vt dixi in quæstione
præcedenti.

## EPITOME.

In alienatione bonorum pauperibus relictorum, an requiratur subhastatio.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio non requiritur in alienatione bonorum pauperibus relictorum, quando à Testatore fuit electa persona, quæ venditionem facere debet.*
*Contrarium, num.2.*
3 *Subhastatio regulariter requiritur de iure in venditione bonorum pauperum.*
*Fallit, quando extaret consuetudo in contrarium, num.4.*
5 *Bona fides requiritur in venditione bonorum pauperum.*

### QVÆSTIO XXXII.

IN alienatione bonorum pauperibus relictorum, an requiratur subhastatio, alia est difficultas.

In qua quæstione breuiter agendo, constituo duos Casus.

1 Primus est, quando Testator elegit personam ad dicta bona vendenda, ac distribuenda, & tunc dicitur opus non esse subhastatione, ita *Bal. in suo vulgato consil. incip.* Carneuale Tarcarini de Spello, suam condidit vltimam voluntatem, quod est *cons.287. lib.4.* dicens fidem à testatore electam in bonis distribuendis inter pauperes Christi sufficere, & à defuncto ex dicta causa fuisse iurisdictionem, & vendendi potestatem commissam, *l.2.C.quan.decre. opus est. l.si quis ad declinan. C. de Episc.& Cler. & l.vlt.ff.de reb.cor. qui sub tutel. vel cura sunt*, in spec ie hanc sententiam sequitur, *Damhouder. in summul. subbast.c.3.n.28.*

2 Contrarium sensit, *Bar. in l.alio,ff. de ali.& cib. lega. num.21.arg.tex.in l.si quando, C.de inoff.testam.* vbi habetur, quod si Imperator concessit militi licentiam, vt liberè testari posset, intelligitur iuris solemnitate seruata *Surd.dec.77.sub num.4. Munoz.de ratiocin. administr. cap.16.num.18.* vbi declarat opinionem, *Bal. & sequitur nouiss.Gratian.discept.lib.3.c.478. num.8. & dixi in quæst.....* dum de potestate executoris differui.

3 Secundus est Casus, quando nulla fuit electa persona ad id perficiendum, & tunc dicitur, quod licet bona pauperum, Ecclesiæ, ac minorum bonis æquiparentur, in quibus subhastatio de iure necessaria videtur, *l.fin.& auth. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. Eccles. l.Orphanotrophos, C.de Episc.& Cler.& l.& si fine, ff. de minor.*
4 *25.ann.* hoc tamen non procedit de consuetudine, vt dixi in *quæst.29.num.4.*vel vbi adesset statu tum in contrarium, quamuis bona sinceraque fides requiratur, ac
5 desideretur. *l.creditor, §. Lucius ad fi.ff. mand. quæ præsumitur, vt in l.pen. Cod.de præscript. long.tempor. & §. alia, institut.de act. Bald.in d. cons.286. & Damobnder. dict.c.3. n.29.*

## EPITOME.

Subhastatio an, & quando requiratur in alienatione bonorum Ciuitatis, Vniuersitatis, vel Reipubl.

Subhastatione facta an, & quando Ciuitas cogatur rem subhastatam dare plus offerenti.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastationes requiruntur in alienationibus rerum Ciuitatis, Vniuersitatis, & Reipublicæ.*
*Contrarium ostenditur verius de consuetudine, n.2.*
*Declaratur hæc vltima opinio, vt procedat, dummodo alienationes fiant in casu licito, & bona fide, n.3.*
*Item intellige. vt n.7.*
4 *Subhastationes, quæ fiunt de re ciuitatis exigunt præsentiam Iudicis, vel Officialis.*
5 *Subhastatione facta, an, & quando Ciuitas cogatur dare rem subhastatam plus offerenti, distinguitur.*
6 *Subhastatione, qui obligari non vult, illa verba, Plus offerenti dabitur, non sinat apponi.*

### QVÆSTIO XXXIII.

NVnc quæritur, an subhastationes faciendæ sint in alienatione rerum Ciuitatis, Vniuersitatis, ac Reipublic.

1 Et quidem pro affirmatiua sententia concludendum videtur, eo quod alienatio aliter facta non subsistat, secundum *Ang. in §.hoc etiam, vers. nota hic in auth. de alien. & emphit. Bal. in l.& si fine,§.1.& in l.ait Prætor, §.bodie, ff.de minor. & in l.3. C.de diuer. præd. vrba. lib. 11. & idem Bal. in auth. hoc ius porrectum, sub num.3. C.de sac.sanct.Eccles.Rolan. à Vall. consil.99.num.19. lib. 1.* qui licèt loquantur de bonis Reipublicæ,& Ciuitatis, idem tamen locum habet quoad bona Vniuersitatis per doctrinam *Bar. quem posteriores sequuntur in l. Ciuitas, ff. si cert.pet. & in l.Respublica, Cod.ex quib.caus. maior.& in specie Afsiu.in tract.de execut. §.6.c.16. per tot.& Ludo. Morot.cons.63.n.9.*

2 Sed contrarium concludendum est stante consuetudine,quæ in hoc est seruanda, iuxta quam amplius subhastatio in his alienationibus non est necessaria, quidquid aliud fit de iure, vt per *Bald. in d. auth. hoc ius porrectum,num.5.C.de sacr.sanct.Eccl. & in l. & si fine, §. quæsitum, ff. de minor. idem Bal. cons.204. longum thema,vers.Secundo quis lib.3.Imol.cons.99.num.7. Ruinus cons.189.num.19.lib.1. Afsin.qui plures citat d.c.16.sub num.4.vers.Contrarium, Card.Mantic. in tract. de tacit. & ambig.conuen.lib.4.tit.9.num.22. Gratian. disceptat. forens.c.479.n.15.& c.564.n.24.lib.3.*

3 Et ita tenendum, dummodo tamen hæ alienationes fiant in casu licito,& bona fide,*d.l.& si fine.*ac præsente
4 Officiali Communis, *l.fin.& ibi Bal.C.non.vectig. Alexand.in l.licitatio, ff.de publie.& vectig.*

5 Verum hic insurgit alia dubitatio, an Ciuitas hasta posita, & facta licitatione rem ipsam venalem propositam dare cogatur plus offerenti.

Hanc quæstionem mouet *Aug.in l.si is,qui bona,n.7. ff.de pign.& hypothec.* in qua dicit verba edicti,seu Præconis fore attendenda. Nam si in proposito edicto, vel voce præconis exprimatur plus offerenti dandam esse, & isto casu Ciuitas tali oblatori omnino dare debet, & ad dandum compelli potest. At si verba simpliciter proferantur, neque apposita sunt illa verba, Plus offerenti dabitur, Et tunc plus offerenti dari cogi non potest, ea ratione, quia ad hoc se non astrinxit, ac verisimiliter contingere potest, vt rem subhasta iusti pretij perquirendi causa magis posuerit, quam vendendi; atque etiam, quoniam minus offerenti magis expediat vendere præsente pecunia, quam plus offerenti solutione dilata ad aliud tempus, *ad glos.& Bart. in leg.si tempora, C.de fid. instrum.& iur.hast. fisc. lib.10.* ideo subdit *ibid. Aug.* eum qui rem sub hasta venalem exponit,
6 si huiusmodi subhastatione obligari nolit, diligenter aduertere, & curare debere, ne illa verba, Plus offerenti dabitur, apponantur, vt & ait *Bart. in l. licitatio,*

ff.de

*ff. de public. & vectig. refert, ac sequitur Asin. de execut. §.6. c.4.n.1. & seqq.*

Aduertas tamen, quæ de ciuitate diximus procedere, nisi Ciuitates de rebus suis alienandis legem particularem, vel priuilegium habeant, vt dicit *Accurs. in l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad Municipal. & in l.1. & 2. C. de reb. alien. non alien.*

## EPITOME.

Alienationes Fiscales egent subhastatione.

Etiam in Patrimonialibus.

Et in locationibus tàm perpetuis, quàm etiam temporalibus.

Licitatores duo, si eodem tempore vocem emittunt, quid statuendum.

Venditiones Fiscales, An prætextu læsionis dissoluantur.

### SVMMARIVM.

1 *Alienationes fiscales plures requirunt solemnitates.*
*Et præsertim, subhastationem, n.2.*
*Extenditur idem procedere in locationibus, tàm perpetuis, quàm etiam temporalibus, n.4.7.& 8.*
3 *Subhastatio requiritur etiam in Patrimonialibus Principis.*
5 *Argumentum valet de venditionibus ad locationes.*
6 *Statutum loquens in venditione locum habet in locatione etiam si versaremur in exorbitantibus, & correctorijs.*
9 *Fiscus in contractibus venditionum speciali vtitur priuilegio, vt alius offerens meliorem conditionem audiatur.*
10 *Fiscus eligit meliorem licitatorem.*
11 *Fiscus non acceptat, nisi licitatores sufficientes.*
12 *Licitatio illa accipitur in rebus fiscalibus, quæ fisco est vtilior.*
13 *In alienatione rerum fiscalium plus offerenti res datur.*
14 *In licitatione rerum fiscalium duobus eodem tempore vocem emittentibus locus est gratificationi.*
*Sed consultius est, vt res denuo licitentur, n.15.*
16 *Venditiones fiscales solemniter, & bona fide factæ ex solo læsionis prætextu raro dissoluuntur.*

## QVÆSTIO XXXIV.

1 ALienationes fiscales, quoque plures requirunt solemnitates, cum res immobiles debitorum capiuntur, ac distrahuntur, & aliqua ex his, quando fiscus vendit vti sua, & præsertim requiritur subhastatio, *l.1.*
2 *C. si propt. publ. pensi. vbi glos. & alia glos. in l. si quos, C. de rescind. vendi. & in l.1. C. de præscript. 30. annor. Bald. in l. fin. C. si aduer. fisc. Paris. cons. 99. num. 15. lib. 1. post Imol. cons. 99. n.7. est tex. in l.1. & 2. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 10. in l. licitatio, ff. de public. & vectig. & l.2. C. de vectig. & com. vbi Salyc. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. q.5. sub n.87. vers. insuper nota, Asin. de execut. c.19. Peregr. de iur. fisc. lib.6. tit.4. n.1. & infra, Cardin. Mant. in tr. de tacit. & ambigu. conuent. lib.4. tit.8. n.22.*
3 vbi quod subhastatio requiritur etiam in rebus Patrimonialibus Principis, *l. eos, & ibi Bar. C. de diuer. prædi. vrba. lib.11. & l. si tempora. n.2. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib.10. quæ loquitur de rebus fisci, Franc. Marc. decis.*
4 *566. n.4. lib.1. & Rol. cons. 33. n.13. & 14. & cons. 99. n. 20. lib.1.* qui hoc extendunt ad locationes, quoniam in
5 his iuris solemnitates remissæ non censentur, vt notat, quoque *Burg. de Paz. in l.3. Tauri, n.303.* valet enim argumentum de venditionibus ad locationes, *l. hi qui, C. locat. qui insulam, §. qui ædem, & l. ea lege, §. locaui, ff. eodem Plot. de in lit. iuran. §.4. num. 82.* vbi ait, quod statutum loquens in venditione locum habet in locatione, & è contra, etiam si essemus in exorbitantibus, & correctorijs, & his adhærere videtur, *Fabian. in dict. tract. de empt. & vend. q.2. princ. n.30.*

7 Non obstat, quod aliqui voluerint hoc locum habere in locationibus perpetuis, quæ alienationis instar habentur, *vt per glos. in l. loca omnia, C. de loca. prædi. ciuil. Bal. in cap.1. §. donare de alien. feud. & Iodoc. in summul. subhast. c.3. n.33.*

8 Quia verius est, quod subhastationum solemnitas, non dum in perpetuis, sed etiam in temporalibus locationibus fiscalibus requiritur ex adductis supra, & illis addo
*Munoz. de ratiocin. administr. c.16. n.3. & 4.* ac in locatione vectigalium fisci, quæ est temporalis, est *tex. in l. pen. C. de vectig. & commiss. d. licitatio, ff. de public. & vectig. glos. in l.1. C. de fid. instr. lib.18. vbi Bar. & cæteri notant. & in d.l. licitatio, Peregr. in tract. de iur. fisc. lib.6. tit.4. n.42.* quo fit etiam, vt licitatorem meliorem eligat
10 fiscus, quod & priuato est concessum, *l. Sabinus, ff. de in*
11 *diem addict.* Nam licitatores non acceptat fiscus, nisi
sufficientes, ac idoneos, *l.1. §. an bona, ff. de iur. fisc.* Vn-
12 de licitatio illa accipienda est, quæ fisco est vtilior, vt
hæc, & alia prosequitur *Asin. de execut. §.6 cap.11. n.8. 11. & 12.*

13 Vtrum autem in alienatione rerum fiscalium locum habeat, vt plus offerenti res detur, tradit *Franc. Marc. dicta q.566. n.4. & pro affirmatiua scripsit, Alex. Trentacinq. var. resol. tit. de iur. fisc. resol.6. n.10.*

14 Quæri etiam solet in licitatione rerum fiscaliũ duob.
eodem tempore vocem emittentibus, vter eorum præferatur. Qua in quæstione *Ang. in d.l.1. C. de fid. instr. &*
15 *iur. hast. fisc. lib.10.* sensit sit locum esset gratificationi;
sed consultius est, vt denuo subhastetur, quem admodum in Camera Patauina seruari dixit *Peregrin. de iur. fisc. lib.6. titulo 5. num.7.*

16 Item, An huiusmodi venditiones fiscales subiaceant moderationi, *l.2. C. de rescind. vendit.* in qua difficultate resoluit *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib.6. tit.4. sub num.8.* quod raro venditiones fiscales solemniter, & bona fide factæ ex solo læsionis prætextu dissoluuntur, tum ne de facili subhastationis publicæ fides subuertatur; Tum etiam vt facilius adinueniatur, & alliciantur emptores, publicaque pecunia promptè consequi possit, de quo dicam latius, cum materia rescissionis tractabitur.

## EPITOME.

Præsidis, Iudicis, seu Magistratus authoritas in subhastationibus debet interuenire, ne retractetur venditio.

Appellatione pendente, An subhastationes silere debeant.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatione vna facta, vt alia fiat, seu vt bona iterum sub hasta ponantur, petere quis non potest, nisi talis sit, qui in integrum restitui possit.*
*Vel etiam si deficiant necessaria, num.2.*
3 *Præsidis, Iudicis, vel Magistratus authoritas, vbi in subhastatione non interuenit, retractatur venditio.*
4 *Decretum Iudicis operatur, ne de dolo, ac fraude obijci possit.*
5 *Pro decreto præsumitur, vt contractus valeat, & omnia*

di-

*dicantur solemniter acta tollendo omnem suspicionem doli, metus, culpæ, & alterius cuiuscumque nullitatis, ita vt contrarium asserenti incumbat onus probandi, num. 6.*

7 *Appellatione pendente subhastationes silere non debent.*

*Et de ratione num. 9. & 10.*

*Iudex tamen non procedet ad Decretum dicta appellatione pendente, cum prius cognosci debeat, an bene, vel male appellatum, num. 8.*

## QVÆSTIO XXXV.

Licitatione, seu subhastatione vna facta, vt alia fiat, seu vt bona iterum subhasta ponantur, petere quis non potest, nisi talis sit, qui in integrum restitui possit, iuxta quæ dixi de bonis minorum, quæ si minus iusto pretio licitatæ sint, vel adsit, qui maius pretium offerat, denuo licitari debeant, vt dixi in quæst. 28. n. 16. Vel etiam si
2 deficiant necessaria, videlicet, quod debitor sit in mora soluendi; quod venditio fiat cum auctoritate Præsidis, seu Iudicis, quod fiat bona fide, & absque fraude. Quod iusto pretio fiat, & quod solemniter fiat cum subhastatione, vt latè per *Fabian. de Mont. in tract. de empt. &*
3 *vendit. quæst. 5. prin. n. 83. & infra.* quæ vbi non interuenerint, & præsertim Præsidis, & Iudicis, vel Magistatus
4 auctoritas, absque dubio retractari venditio potest. Nam Iudicis Decretum operatur, ne de dolo, ac fraude obijci possit, *l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de minor. Aug. post gl. ibi in l. si stipulatus, §. si lanceam, ff. de solut.*
5 cum pro Decreto etiam præsumatur, vt contractus valeat, & omnia dicentur solemniter acta, tollendo omnem suspicionem doli, metus, culpæ, & alterius cuiuscunque nullitaais. *Bald. in l. 1. in princ. in 3. notab. ff. de reb. cor. & in l. pacta nouiss. n. 1. C. de pact. cum alijs per Fabian. in d. q. 5. n. 101. vsque ad 104. Pute. d. 205. n. secundo lib. 3. Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 217. num. 1. & coram Card. Sacrato in Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. Surd. decis. 106. num. 9.* ita vt contrarium dicenti incumbat onus probandi. *Gabr. consil. 36. n. 26. lib. 1. Achil. decis. 4. de præsumpt.*

7 Vnde quæritur, quid si pars, de cuius præiudicio agitur, & cuius res subhastatur appellet pendente subhastatione, an Apparitor, Præco, vel Satelles cessare debeant ob dictam appellationem, aut subhastationes, iuxta formam, stylum, aut vsum loci in quo fiunt prosequi?

Et concludendum videtur negatiuè, cum apparitor cognitionem causæ, ac iurisdictionem non habeat, quin etiam teneatur ad vlteriora procedere, & complere sibi mandata, maximè cum appellationis casus possit reparari in diffinitiua sententia, vbi subhastationes prosequens nulliter ageret.

8 Iudex tamen non procedet ad Decretum appellatione pendente, cum prius cognosci debeat, an benè,
9 vel malè fuerit appellatum. Non enim per prosecutionem, de qua supra dicitur innouari, cum res agatur inter diuersas personas, quia plures sunt licitantes, & opponentes, *Cyn. in l. appellatione, C. de appellat.* Nec su-
10 per licitationibus dicitur pendere iudicium, quoniam solemnitates non dicuntur iudicium, sed præparatorium iudicij, iuxta quæ in terminis tradit *Dambauder. in compend. subhasta. c. 3. n. 23. & seqq.*

---

## EPITOME.

Oblatio maior quando licitanti fuit denunciata, quæ postea reperitur non vera, an, & quando venditio, vel adiudicatio retractetur, & noua licitatio concedatur.

Oblatione à Vassallo facta, nisi Dominus magnitudine pretij deterritus abstineat, & accipiat laudimia ab emptore; si deinde ei innotescat fictum fuisse pretium sibi denunciatum, an possit redire ad retractum ipsius rei.

Denunciatio præcedentis licitationis quando non sit necessaria.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastationes fieri debent coram Officiali, vel Iudice.*
2 *Oblatio maior, quando licitanti fuit denunciata, quæ postea reperitur non vera, venditio, vel adiudicatio retractatur, & n. 4. & 8.*
*Fallit, quando licitatio fit candela accensa, vel eodem contextu antequam ad alios diuersos actus diuertatur, num. 11.*
5 *Dolus nemini prodesse debet.*
6 *Pretium verum vbi non est expressum in subhastatione; oblatio vitiatur ex mendacio.*
7 *Oblatio non prodest in subhastatione, vbi pretium est fictum, & non verum.*
9 *Oblatione à Vassallo facta, si Dominus magnitudine pretij deterritus abstineat ab emptione, & recipiat laudimia pro venditione alij facta, & ita consentiat alteri rem vendi, poterit restituto laudimio redire ad retractum rei, si ei postea innotuit fictum, non verum pretium sibi fuisse denunciatum.*
10 *Licitatio noua admittitur ex causa.*
11 *Denunciatio præcedentis licitationis non est necessaria, quando licitatio fit candela accensa, Vel eodem contextu, antequam ad alios actus diuertatur.*

## QVÆSTIO XXXVI.

1 In præcedenti quæstione dixi, quod inter alia, quæ in subhastationibus legitimè faciendis requiruntur, illud præcipuum est, quod fiant coram Officialibus, vel Iudicibus, *l. fin. & ibi Bal. C. vectig. non. institut. non poss.* quem refert, ac sequitur *Alexan. in addit. ad Bar. in l. licitatio, ff. de publi. & vectig.* ac censet *Osasch. decis. Pe-*
2 *dem. 109. num. 9.* qui Officiales, seu Iudices, vel etiam principales debitores debent licitatoribus subsequentibus oblationem præcedentem denunciare, vt illi scire possint, ac deliberare, An sibi expediat plus offerre, & in ipsa licitatione obtinere, vt per *Bal. in l. licet necesse de in diem addict. & habetur in l. fin. C. de iur. emphit. & in l. si tamen quibusdam, & in l. cum Pater. §. rogo. ff. de l. 2. Hoc stante.*

3 Quæritur, quid decernendam, vbi contingit maiorem oblationem licitanti fuisse denunciatam, quam verè facta fuerint, & exinde deterritus licitator abstineat se ab emptione. An si postea alteri facta adiudicatione, & venditione rei, de qua agitur, & non vera comperiatur, venditio sit retractanda, ac denuo res licitanda.

Qua in quæstione concludendum reor pro affirmatiua; quia cum dicta denunciatio legitime facta non fuerit, idest de vero, ac reali pretio, sed cum fraude expresso nempe grauiori pretio, quam fuerit oblatum, haberi debet pro non facta, & nulla, atque ita irritanda sunt omnia inde secuta, adeo quod licitator vt supra frauda-
4 tus iure denuo admitti debeat ad licitandum non obstante adiudicatione alij facta vti dolosa, dum falsum fuit expresum, *l. 1. C. de dol. Cyn. in l. præscriptione. C. si*
5 *contra ius, vel vtilit. publi.* dolus autem nemini debet prodesse, *l. nec ex dolo, ff. de dol. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 62.*

6 Ete.

6 Etenim verum pretium est exprimendum, alias mendacium vitiat oblationem, *Ioan. Fabr. in l. fin. nu. 9. versic. quid si falso*, *Salyc. num.* 13. vbi dicit notabile, &
7 menti teneudum, *C. de iur. emphit.* quodque, si pretium sit fictum, & non verum, oblatio non possit, tradit *Bero. in cap. potuit, num.* 27. *de* .... *Gozad. cons.* 46. *num.* 7.
8 Non ergo mirum, si talis oblatio per emptorem facta tamquam fraudolenter proposita ad decipiendum ipsum licitantem habeatur pro non facta, & sit nulla, sicuti & omnia inde secuta, ita vt dictus licitans non excludatur à noua oblatione facienda, pro quo adducitur, quod habetur per *Modern. Gall. in consuetud. Parisien. tit.* 1. §. 13. *glos.* 8. *in fin.* vbi dicitur, quod si facta à
9 Vasallo oblatione, Dominus magnitudine pretij deterritur abstineat ab emptione, & recipiat laudimia pro venditione alij facta, & ita consentiat alij rem vendi, poterit restituto laudimio redire ad retractum rei, si ei postea innotuit fictum non verum pretium, sibi fuisse denunciatum, sequitur *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 4. *glos.* 2. *num.* 2. dicens idem tenuisse, *Ferron.* Et in proposito aeduco *tex. in l. & sine polo*, § 1. *ff. de Min. in illis verbis*, quod circumscriptè erit faciendum, vt scilicet secundum *glos.* ibi, admittatur noua licitatio, & ex
10 causa concedatur, vt aliàs dixi ex notatis praesertim per *Caball. in cons.* 130. *num.* 18. *cum adductis der eum*, *lib.* 1.
11 Fallit praemissa conclusio, quando licitatio fit candela accensa, vel eodem contextu, antequam ad alios diuersos actus diuertatur, quo casu denunciatio praecedentis licitationis non est necessaria, cum publicè fiant oblationes, & alta, ac intelligibili voce, ita quod ab omnibus ibidem astantibus licitatoribus cuiuslibet oblatio audiri valeat, vt per *Asin. de exerut.* §. 6. *cap.* 13. *sub n.* 2. *vers. Si vero licitatio.*

## EPITOME.

In subhastatione semel minus offerens superatus ab alio, quando ad nouam oblationem admittatur.

Licitatio vltima, & maior, quando attenuatur.

Plus offerre, quis dicatur, vt admitti debeat in subhastatione.

Licitator irreuocabiliter quando censeatur obligatus.

Re subhastata, & vltimo licitanti consignata, quando primus dicatur liberatus.

### SVMMARIVM.

1 *In subhastatione qui semel minus obtulit superatus ab alio, iterum plus offerre potest, ac admitti debet, quia venit, vt alius, & pro noua obligatione.*

2 *Emens sub hasta cum conditione, si melior conditio non fuerit oblata, si secundo emerit pluris, cum dicta conditione à prima oblatione recessisse dicitur.*

3 *Re vni addicta durante tempore subhastationis, alius postea veniens auditur, & ad emendum admittitur, & de ratione, ibid.*
*Declaratur non procedere, si vendat priuatus, sed solum quando venit Fiscus, vel Respublica, num.* 8. *quod non probat Auctor.*

5 *Licitatio vltima attenditur in subhastationibus.*
*Declaratur procedere, quando iste vltimus est facultatibus idoneus, num.* 6.

7 *Licitatio maior tunc admittitur, si licitans offerat idoneos fideiussoris.*

8 *Rem subhastatam is obtinet, qui ante acceptus fuit nullo, alio licitante existente, qui plus offerat.*

9 *Idoneus is dicitur in licitationibus, qui fuit approbatus, & admissus.*

10 *Licitator, vt admittatur, & dicatur plus offerre, requiritur facultatum idoneitas, maior promissio, vtilitas, & conueniendi facilitas.*

11 *Licitator irreuocabiliter non obligatur, donec superest tempus licitandi.*

12 *Re subhastata vltimo licitanti consignata primus dicitur liberatus.*
*Declaratur procedere, nisi ante deliberationem damnum insolitum acciderit in re deliberanda, quia quis non tenetur ad pretium oblatum, nisi sibi fiat remissio condigna, n.* 13.
*Quamuis aliàs obligetur, & emere teneatur, n.* 14.
*Extenditur idem locum habere in creditore subhastari faciente, quando alius non reperitur, qui offerat, quia omnino rem consequitur, n.* 15.
*Intellige procedere rebus sic stantibus, & non variato statu rei, n.* 16.

## QVAESTIO XXXVII.

1 In subhastatione, qui semel minus obtulit, superatus ab alio regulariter potest iterum plus offerre, & admitti debet, quia venit, vt alius, & pro noua obligatione, secundum *glos. & Bar. in l. si tempora, C. de fid. instru.*
2 & *ur. hast. fisc. lib.* 10. & vbi vnus emerit cum conditione, quod si melior conditio non fuerit oblata, & secundo pluris emerit cum dicta conditione, à prima venditione statim recessum videtur, *l. qui autem*, & ibi notat
3 *Bar. ff. de in diem addict.* & si res vni fuerit addicta, ac vendita, alius postea veniens pariter audietur durante subhastationis termino, & ad emendum admittetur, quoniam prima oblatio facta videtur sub conditione, nempe si alius infra tempus subhastationi praefixum meliorem conditionem non offerat *d. l. si tempora*, &
4 ibi per *Bar.* quamuis ibi addat non procedere, quando priuatus vendit, sed solum quando distrahit Fiscus, vel Respublica.
Ex qua conclusione infertur vltima licitationem at-
5 tendi in subhastationibus, ita vt licitans per alium vltimum, qui vltra pretium per primum oblatum offert, & addit, liberari, quando tamen is vltimus sit idoneus,
6 & per subhastantem sit acceptus; At secus si soluendo non sit, aut non idoneus inueniatur, & ab officiali non sit admissus, quia tunc, qui primo obtulit adhuc obligatus remanet, *arg. l. vbi autem*, §. *idem ait*, *ff. de in diem*
7 *addict.* licitatio autem maior tunc demum admittenda est, si fideiussores idoneos is, qui in licitatione viuit offerre paratus sit, *l. licitatio, in princ. ff. de publir. & ve-*
8 *ctig.* Verum si alius, qui plus offerat, non apparet, neque instet, tunc ille rem subhastatam consequitur, qui antea
9 acceptus fuit, cum satis idoneus censeatur, qui tamquam idoneus fuit approbatus, & admissus, *l. qui satisdare, ff. de fideiuss. & inter causas*, §. *abesse*, *ff. mandat. & l. quod autem*, §. *fin. ff. de in diem adiect.* vbi ad hoc,
10 vt licitator admittatur, & plus offerre dicatur, requiritur facultatum idoneitas, maior promissio, vtilitas, & conueniendi facilitas, *dicta l. vbi autem*, §. *pen. & vlt. ff. de in diem adiect. ac tradit Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. q.* 5. *princ. n.* 93. *& seq. Asin. de exerut.*
11 §. 6. *c.* 11 *n.* 4. quibus fit, vt licitator irreuocabiliter non obligetur, donec superest tempus licitandi, ita quod si
12 deinde alius admittatur, eidemque res subhastata consignata est, nulli dubium, quin ille in obligatione successerit, & primus exemptus, *Asin. dicto* §. 6. *cap.* 12. *n.* 6.
13 Quod declaratur procedere, nisi ante deliberationem damnum insolitum acciderit in re deliberanda, quia tunc

tunc quis non teneteur ad pretium oblatum, nisi sibi fiat remissio condigna, *Bal. cons.* 392. Punctus talis est *lib.* 4. cum alias obligetur, & emere teneatur. *Dec. cons.* 158. Idemque procedit in creditore subhastari faciente, quando alius non reperitur, qui offerat, quoniam secuta Iudicis pronunciatione, quod videlicet res ei adiudicetur tanquam plus offerenti, debet omnino habere rem, nec potest impediri, quominus consequatur eam, sic *Bar. in dicta l. licitatio num* 4. *ff. de pub. ic. & vectig. & in dicta l. si tempora, C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib.* 10. *Bertachin. de Gabell. par.* 2. *quæst.* 9. Intellige rebus sic stantibus, & non variatio statu rei, *Bar. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. Socin. cons.* 179. *lib.* 1. *Corn. cons.* 189. *lib.* 2. *faciunt Cuman. cons.* 41. *vers. ad tertium, Imol. cons.* 39. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *per totam.*

## E P I T O M E.

Subhastatio An probet iustum pretium, vel potius faciat præsumptionem tantum.

Aestimatio veri, & communis pretij per quos fieri debeat.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio iustum pretium probat, & num.* 8.
*Et omnem conquerendi occasionem tollit, num.* 3.
*Contrarium est verius, num.* 20. *& seqq.*
4 *Res vbi sub hasta venditur, iusto pretio vendita censetur.*
*Declaratur procedere, si licitatio ritè, & rectè facta fuerit, num.* 5.
6 *Aestimatio rei colligitur ex oblationibus, cum res tanti valeat, quanti vendi potest.*
7 *Aestimationi ratio æquior haberi non potest, quam per subhastationem.*
9 *Iudex adhibendo causæ cognitionem super valore bonorum, & quantitate pretij iudicat illud, quod faceret subhastatio, in cuius locum ista cognitio subrogatur.*
10 *Calor vnius, vel alterius licitantis plus iusto pretio non attenditur.*
11 *Licitationes solent esse animosæ.*
*Et quandoque oriuntur ob inuidiam emptorum, num.* 12
*Et propter vicinitatem, num.* 13.
14 *Aestimatio fieri non debet secundum subhastationem, in qua plerunque fit fraus.*
*Sed facienda est per appretiatores cum interuentu causæ Commissarij, num.* 15.
16 *Aestimatio veri, & communis pretij attenditur, & non per subhastationem, quæ præsumitur per animositatem fieri.*
*Declaratur procedere, quoad plenam probationem faciendam, & constituendam præsumptionem iuris, & de iure; secus vero quoad præsumptionem etiam vehementem, num.* 18.
*Cuius præsumptionis vehementis contrarium probari potest, num.* 19.
17 *Licitationes sunt animosæ, & plerumque vltra solitæ æstimationis modum.*

## Q V Æ S T I O XXXVIII.

1 Ratio quare vsus, vt res, & bona sub hasta ad auctionem, & licitationem vendenda inoleuerit a pluribus ea creditur, quod ipsa subhastatio iustum pretium probet, ac ostendit, ita
*Ang. in l. pretia rerum, vbi etiam Alex. num.* 8. *cum se-*
2 *quitur, ff. ad l. Fal. & alij mox allegandi,* præsertim cum
a Iudice fiat, & approbetur, quo in casu Doct. dicunt
3 etiam omnem conquerendi occasionem tollere, *l.* 1. *C.*
*de prædi Decur. lib.* 10. *notat Ang. in l. sciendum, colum.* 2.
*ff. de verbor. oblig. at. Rota dec.* 648. *num... par.* 1. *in recen-*
*tior. Fabian. de Mon. de empt. & vendit. quæst.* 5. *princip.*
*sub num.* 88. *versic. insuper nota, & n.* 92. *qui ex Specul.*
ait ex eo, quod res subhasta vendita est, iusto pretio ven-
5 ditam censeri, per *tex. in l. si quos C. de rescind. vend.*
quod procedit, si licitatio ritè, & rectè facta fuerit, sicu-
ti declarat *Bart. in l.* 1. *C. de præscript.* 30. *annor.* non
6 mirum, quia æstimatio colligitur ex oblationibus, cum
res tantum valeat, quantum vendi potest. *Angel. in di-*
*cta l. si quos, num.* 2. *Bald. cons.* 103. *quæritur, versic.*
*Quod est facilè, lib.* 1. *Alex. in l.* 4. §. *si hæres num.* 2. *ff.*
*ad Trebell. Abb. in cap. cum causam num.* 5. *de Test. per*
*l. si seruus in fin. de condict. furtiu. & l. si quis vxori, §. fin.*
*de fur. Coler. de process. execut. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 101.
7 *&* 115. Vbi quod non potest haberi æquior ratio
8 æstimationis, quam per subhastationem, Nam vt dixi,
iustum pretium arguitur ex subhastatione, *Bal. in l.* 2.
*num.* 63. *C. de rescinded. vendit. Angel. in §. quis agens,*
*num.* 3. *instit.* §. 6. *cap.* 14. *num.* 1. *& infra. Surd. consil.*
256. *num.* 4. *lib.* 2. *Alciat. consil.* 12. *num.* 3. *& seq. lib.* 8.
*Menoch. consil.* 844. *num.* 35. *lib.* 9. *& consil.* 358. *num.*
14. *lib.* 4. *Card. Mantic. in tractat. de tacit. & ambig. con-*
*uen. lib.* 4. *tit.* 20. *nu.* 8. *Ludo. Sacca consil.* 83. *num.* 13.
*Lup. in comment. de vsur.* §. 5. *num.* 159. *Osasch. decis.*
43. *num.* 12. *Ioan. Franc. à Pont. consil.* 1. *num.* 139. *cum*
*seq.* Quod adeo verum est, vt talis æstimatio æquipare-
tur Iudicis cognitioni super valore bonorum, & pre-
tij quantitate, quo casu iudicat illud, quod faceret sub-
hastatio in cuius locum hæc cognitio sub rogatur,
ex notatis per *Ioann. Francisc. à Pont. dicto consil.* 1. *n.*
139. *& infra.*
9 Sed contrarium, quod nempè iustum pretium non
probetur per subhastationem, tradunt *Bar. Bal. Salyc.*
*Castren. & alij in d. l. si quos. C. de rescind. ven. Bar. in l.* 1.
*C. de præscript.* 30. *annor. Alexand. cons.* 117. *viso, & pon-*
*derato lib.* 7. *& ibid. adden. vbi alios citant Hercul. in l.*
*pretia rerum, ff. ad l. Fal. cremen. in dicta l.* 2. *de rescind.*
*vend. Pinell. ibid. ca.* 4. *num.* 18. *Gutierez de Gabell. q.*
147. *nam.* 1. *&* 2. *Castil. dec.* 14. *nu.* 13. *&* 15. *Valasc.*
*Consulta.* 43. *num.* 11. vbi quod calor vnius, vel alterius
licitantis plus iusto pretio non attenditur, *Surd. consil.*
39. *num.* 3. *lib.* 1. *Vinc. de Franch. dec.* 54. *num.* 10. *qui*
*num. seq.* addit id maxima ratione censeri, quia licita-
tiones solent esse animosæ, *l. licitatio in princ. de public.*
12 *vectig.* quod oriri solet quandoque ob inuidiam em-
ptorum, *dicta l. licitatio,* quandoque, quia res fuit anti-
quorum, *l. si in emptionem, ff. de minor. l. lex qua tutores,*
13 *C. de administrat. tut.* Quandoque propter vicinitatem,
*l. si cui fundus, ff. de leg.* 1. *vt post Angel. prosequitur*
*Imol. in l. in ratione, §. vendere, ff. ad l. Fal. & Neapoda.*
*in glos. super Consuetud. Neapolit. in verbo Nec fuerit,*
14 dicit non esse faciendam æstimationem secundum
subhastationem, in qua plerumq; fit fraus, allegat di-
15 ctam *l. si quos C. de rescind. vendi.* Quare ait vbi supra
*Franch n.* 7. eo referente Sacrum Consilium ter minasse
non esse faciendum appretium per subhastationem, sed
seruandam esse practicam, quam ponit *Bar. in dicta l.* 2.
*col. pen.* scilicet, quod hæc æstimatio fiat per Tabella-
rios seu appretiatores cum interuentu causæ Commis-
sarij, quam practicam ibi *Bar.* dixit esse veram, claram,
& indubitabilem, & fundatam *in fin. C. de iur. dom. impe.*
*& in l. hac edictali, §. is illud. C. de secund. nupt. & num.*
16 16. inquit idem *Franch.* sacrum Consilium censuisse
non debere curare nisi de vero, & communi pretio,
quod per æstimationem iudicatur, & non ex eo,
quod accidere posset ex subhastatione, vt
quia

quia maius pretium offerretur, quod potius præsumendum est per animositatem fieri, vt ex mente I. C. in dicta l. in ratione, §. vendere, dixit Imol. ibid. Et ita per has, & similes rationes tenuit Giurb. decis. 105. n. 2. qui alios
17 huius opinionis adducit, Et in specie, qua licitationes sunt animosæ, & vt plurimum vltra solitæ æstimationis modum inflant. dicta l. licitatio, ff. de public. Et hæc opi-
18 nio tenenda est: Cum hac tamen declaratione, quod procedat quoad plenam probationem faciendam, & constituendam præsumptionem iuris, & de iure ex prædictis; secus autem quoad solam præsumptionem, & quidem vehementem. Sacchi dicto consil. 83. num. 14. Mascard. de probat. concl. 655. Pantaleo. Cremen. in dicta l. 2. num. 308. C. de rescind. vendi. Gratian. Discept. foren. cap. 545. num. 31. lib. 3. Giurb. ad consuetud. Messanen. par. 1. c. 6. glo. 12. sub n. 14. vers. Sed modum hunc. cuius
19 contrarium probari potest, secundum Bal. in l. 1. nu. 2. ibi, nisi veritas esset in contrarium, C. de præscript. 30. annorum, Alexand. in dicta l. pretia rerum. num. 9. ff. ad l. Fal. & in l. si quis, cum aliter, num. 17. ff. de verb. oblig. Cremen. in dicta l. 2. C. de rescind. vend. n. 103. idem sensit Corn. cons. 56. in fin. lib. 3. dum dixit rescindi, quando magnus est excessus. Ergo probari potest contra subhastationem, sequitur Fabian. de Mont. in dicto tract. de empt. & vendit. in 8. quæst. princ. n. 22. dum æquiparat venditionem factam ad hastam, & illam cui Prætor interponit Decretum; & idem docuit Ant. Gomez. Var. Resolut. tit. de empt. & vendit. cap. 2. n. 23.
20 Quodque subhastatio necessario non probet iustum pretium, præter præallegatos probatur in l. 3. C. de iur. Fisc. lib. 10. iuncta glo. Cagnol. in d. l. 2. n. 161. Ant. Gabr. com. concl. lib. 3. Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de iurisdict. resolut. 6. sub n. 11. vers. resolutio est.

## EPITOME.

Subhastatio, & licitatio facta Iudicis mandato, an, & quando admittat remedium l. 2. C. de rescind. vend.

Et quid quando fit alienatio cum Iudicis Decreto.

Rescissio an habeat locum, quando emptor fuit ad emendum coactus.

Venditiones Fiscales solemniter, & bona fide factæ, An prætextu læsionis rescindantur.

Decretum Prętoris in Contractu, quid operetur.

### SVMMARIVM.

1 *Res vendita in publica licitatione, seu subhastatione Iudicis mandato admittit remedium l. 2. C. de rescind. vendit. ex communi, & veriori sententia.*

*Ampliatur procedere quoque; si non interuenerit Iudicis Decretum num. 2.*

*Sed contra num. 3.*

*Præsertim si fiat alienatio cum Iudicis Decreto num. 4.*

*Prima relata sententia est recentior, quando dubitaur, an subhastantio verè, & absolutè tollat rescissionem, n. 7.*

5 *Emptor quando fuit ad emendum coactus occasione publici debiti, quamuis venditor fuerit deceptus vltra dimidiam non habet locum rescissio.*

6 *Venditiones Fiscales solemniter, & bona fide factæ raro retractantur prætextu solius læsionis, vt facilius emptores inueniantur.*

8 *Decretum Prætoris facit præsumi in contractu nullam esse læsionem, non tamen excludit contrariam probationem iniustitiæ pretij.*

## QVÆSTIO XXXIX.

PRæcedenti proxima est quæstio, An res vendita in publica licitatione, & subhastatione Iudicis mandato admittat remedium, l. 2. C. de rescind. vendit.
1 Pro affirmatiua sententia adducitur tex. in l. si quos, C. de rescind. vend. ac tenet Bar. in l. 1. n. 1. C. de præscript. 30. & 40. ann. Bal. cons. 375. casus, super quo consilium lib. 1. Ioan. de Imol. in l. pretia rerum, nu. 3. ff. ad l. Fal. & in l. quis cum aliter n. 7. ff. de verb. oblig. Castren. in dicta l. si quos num. 2. Roman. in dicta l. si quis cum aliter num. 8. & 36. Abb. in cap. cum causa n. 6. de empt. & vendi. Alex. in dicta l. Pretia rerum num. 8. & in dicta l. si quis, cum aliter num. 16. & in addit. ad Bar. in l. 1. C. de prædi. Decur. lib. 10. & cons. 117. n. 10. lib. 7. vbi testatur de magis communi opinione, Ang. Aret. in §. si quis agens n. 3 instit. de empt. & vendi. Ant. Burg. in cap. cum causam num. 17. eod. tit. Cagnol. in dicta l. 2. num. 161. vbi de veriori, & communi sententia, C. de rescind. vendi. Crauett. cons. 29. num. 4. Petr. Rebuff. in commentar. ad constit. Gall. tom. 2. in tract. de resciss contract. art. 1. glos. 15. num. 38. & in tit. de præcon. in fin. Iacob. Burgens. in lib. 2. coniect. ad fratrem cap. 10. Ari. Pinell. in dicta l. 2. par.
2 2. num. 25. 26. & 27. qui & ipse testatur hanc esse receptiorem sententiam, quæ procedit etiam quod non interuenerit iudicis decretum, ita sanè Bar. in dicta l. 1. num. 2. C. de præscript. 30. vel 40 ann. Bal in dicta l. 2. col. 7. vers. posset dici, Imol. in dicta l. pretia rerum, & in dicta l. si quis cum aliter num. 7. Abb. in dicto cap. cum causa num. 6. Ant. Burgos. ibid. num. 27. Claud. Seysell. in dicta l. si quis cum aliter num. 10. ff. de verb. oblig. Ias. in l. Pacta nouissima num. 9. C. de pact. qui dicit esse communem, Pantaleon. Cremen. in dicta l. 2. num. 9. Cagnol. ibidem num. 158. qui testatur de vera opinione Rebuff. vbi supra. Ari. Pinell. in dicta l. 2. cap. 2. num. 18. qui num. 19. & 20. respondet rationibus, & argumentis contrariæ opinionis Simoncell. de decret. tit. 7. num. 4. Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de iur. fisc. resolut. 6. sub num. 14. vers. hinc est, latè Mastrill. dec. 247. num. 85. ad 89. & num. 129. 130. & seq.
3 Supradictæ contraria est opinio negatiua, quod scilicet remedium dictæ l. 2. locum non habeat in venditione publica licitatione facta, quam tenet Bar. per tex. ibi in l. 1. C. de prædi. Decur. lib. 10. ibi, nec immoderatus venditor, nec emptor iniustus inueniatur, & in l. si quos spontaneos, C. eod. tit. Ang. in dicta l. 1. & in repet. l. sciendum num. 11. & 12. ff. de verb. oblig. & in dicta l. pretia num. 3. & cons. 142. num. 2. Alber. in l. & si sine, §. quæsitum. num. 4. ff. de minor. Guid. Pap. quæst. 22. in fin. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendi. in quæst. 8. princ. versic. Quinto quæro num. 22. Alciat. consil. 110. num. 2. secundum impressionem antiquam Lugdunensem, Afflict. in tract. de iur. prothom. §. 2. num. 19. Menoch. consil.
4 843. num. 28. & cons. seq. num. 33. lib. 9. vbi dicunt id præsertim procedere, si fiat alienatio cum Iudicis decreto, vt probarunt Bar. in dicta l. 1. num. 4. C. de prædi. Decur. lib. 10. & ibidem Ang. & in dicta l. pretia rerum, & dicto cons. 142. Bal. in dicta l. 1. num. 2. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. & in dicta l. 1. num. 2. C. de prædi. Decur. lib. 10. Castren. in dicta l. 2. sub num. 5. vers. alia limitatio, C. de rescind. vendi. Corn. cons. 56. num. 2. lib. 3. Ias. cons. 119. col. 2. versic. accedere etiam, lib. 2. Soc. Sen. consil. 57. num. 51. lib. 4. Dec. cosil. 218. num. 8. versic. tertio, Ant. Burgos. in dicto cap. cum causa num. 28. in fin. de empt. & vend. Bertrand. cons. 12. col. 1. lib. 1. Brun. consil. 41. num. 7. Mantua consil. 82. col. 1. Menoch. d. cons. 843. num. 29. & cons. 844. num. 37. lib. 9.

In hac opinionum diuersitate pro concordia, Tres sunt constituendi casus.

5 Primus est, quando emptor fuisset ad emendum coactus occasione, publici debiti, vt in casu l. 1. C. de

*prædi. Decur.* ibi necessitate coactus, quo in casu,
quamuis venditor si deceptus vltra dimidiam, non
habet locum rescissio, *Ang. in dicto consil. 142. in fin.*
*Ioann. de Imol. in dicta l. pretia rerum, Aret. in §. sequens*
*num. 3. instit. de act. Ant. Burg. in cap. cum dilecta num.*
*27. de empt. & vend. Duen. Reg. 187. sub num. 10. vers. in*
*qua contrarietate, Ceuall. quæst. 172. num. 4. latè Peregr.*
*in tract. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. sub num. 9. vers. nonnulli*
6 *vero,* vbi quod raro venditiones fiscales solemniter, &
bona fide factæ retractantur prætextu solius læsionis,
vt facilius emptores inueniantur, *l. si hipothecas, C. de*
*remiss. pign. l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript. Al-*
*ciat. cons. 12. lib. 8. tom. 3. sequitur nouiss. Gratian. di-*
*scept. foren. lib. 1. cap. 7. num. 11.*
7 Secundus est casus, quando dubitatur, an subhasta-
tio verè, & absolutè tollat remedium *dictæ l. 2. C. de re-*
*scind. vendi.* & dicitur non tollere, ex ijs quæ dixi in
præcedenti *quæst. sub num. 18. 19. & infra,* & ita proce-
dit superius prior relata sententia, & faciunt, quæ in
sequenti casu dicentur.
8 Tertius est casus, quando dubitatur, an decretum
Prætoris faciat præsumi in contractu esse nullam læ-
sionem. Et hoc in casu concluditur decretum indu-
cere præsumptionem quod nulla adsit læsio, & conse-
quenter contractum non posse rescindi; sed nihilomi-
nus non excludi contrariam probationem iniustitiæ
pretij, *Bar. in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Abb.*
*in dicto cap. cum causa col. 2. vers. & vide alia de empt.*
*& vendi. Pantaleon. Cremen. in dicta l. 2. nu. 108. Carn.*
*cons. 236. in fin. lib. 3. Grat. consil. 15. col. 2. lib. 2. Fabian.*
*de empt. & vendi. in 8. quæst. princ. nu. 22. Alciat. in l. si*
*quis cum aliter num. 3. ff. de verb. oblig. Aut. Gabr. lib. 3.*
*Corn. opin. tit. de empt. & vendi. conclus. 1. num. 65. Si-*
*moncell. in d. tract. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 4. in specie*
*Ias. in l. pacta nouissima nu. 9. C. de pact.* de magis com-
muni, & vera sententia testatur *Morla in emptor tit. 9.*
*quæst. 23. de contrahen. empt. & vendi. numer. 4. de com-*
*muni, Cagnol. in dicta l. 2. num. 161. cum alijs per Ceual.*
*q. 536. n. 2. Gratian. dicto cap. 7. num. 12. Alex. Randen.*
*decis. Pisan. 17. nu. 28. vbi addit. Dec. cons. 210. & Tren-*
*tacinq. var. resolut. lib. 1. dicta resolut. 6. n. 15.*

## EPITOME:

Læsio, quando sit probanda ad obtinendum in remedio l. 2. C. de rescind. vendi.

Item, qualis esse debeat.

Quid decernendum in tertio, qui rem licitatam emit à licitante, an contra eum detur istud remedium:

### *SVMMARIVM.*

1 *Læsio in remedio l. 2. C. de rescind. vendi. probanda est interuenisse venditionis tempore, nec sufficit superuenisse.*

*Extenditur idem quoq; procedere in Ecclesia, n. 2.*

*Limitatur, vt n. 3. remissiuè.*

4 *Læsio vt attendatur in remedio l. 2. debet esse vltra dimidiam.*

*Et sufficit etiam si sit in vno nummo tantum n. 5.*

*Diciturque probata vltra dimidiam iusti pretij in re valoris mille vendita quingentis dicentibus testibus quod valebat mille, & vltra, vel plus non exprimendo aliquam quantitatem vltra mille, n. 6.*

7 *Tertius an patiatur remedium l. 2. C. de rescind. vendi. distinguitur.*

## QVÆSTIO XL.

1 AD obtinendum in remedio *l. 2. C. de rescin. vend.*
probandum est læsionem interuenisse tempore
contractus, nec sufficit eam superuenisse, *l. si volunta-*
*tis in fin. C. de rescindend. vendit. & ibidem Bar. num. 16.*
*Bal. consil. 575. in fin. lib. 1. Ang. cons. 112. colum. 3. Ant.*
*Burg. in cap. cum dilecti num. 36. de empt. & vendit. latè*
*Cranett. cons. 11. num. 17. & cons. 14. num. 16. cons. 151.*
*num. 7. & consil. 188. num 4. & in Rol. consil. 59. numer.*
*35. libr. 1. Cagnol. in dicta l. 2. quæst. 47. nu. 213. & plur.*
*seqq. & quæst. 48. num. 238. vers. sed quid si testes indu-*
*cti Ari. Pinell. ibid. in vlt. part. cap. 3. numer. 15. Gomez*
*var. resol. tit. de contract. tom. 2. capit. 2. in rubr. de empt.*
*& vend. sub. n. 22. vers. & adde quod non sufficit, Felin.*
*in cap. cum causam il 2. sub numer. 1. post vers. in glos. se-*
2 *cunda in fin. de testi.* Quod etiam procedit in Ecclesia,
vt nempe probare debeat læsionem extitisse tempore
contractus, sicuti firmarunt, *Guid. Pap. qu. 157. Ruin.*
*cons. 35. num. 34. lib. 1. Paris. cons. 24. num. 7. lib. 4. Cran.*
*dicto cons. 188. num. 4. Menoch. cons. 483. num. 40. & in-*
*fra, & cons. seq. num. 49. lib. 9. Odd. de restit. in integr. par.*
*2. quæst. 57. art. 3. nu. 18. Gutierez. in tract. de gabell. qu.*
3 *147. num. 10.* quod limitat duobus modis *ibid. num. 18.*
*vsque ad 23.* vt & habetur infra *in quæstio. 142. numer.*
*14. & 16.*
4 Læsio autem ad effectum rescindendi subhastatio-
nem debet esse vltra dimidiam iusti pretij, cum de iure
non attendatur quælibet iniustitia pretij, sed illa, quæ
ascendit vltra dimidiam, *Abb. in cap. ad nostram num.*
*9. de empt. & vendi. Decian. cons. 2. num. 173. lib. 1.* licet
5 sufficiat quælibet minima læsio vltra dimidiam par-
tem iusti pretij rei venditæ etiam in vno nummo tan-
tum, *Capoll. in tract. de simulat. contract. in 2. præsumpt.*
*sub. num. 29. vers. & ad hoc vide Felin. in dicto cap. cau-*
*sam il 2. in princ. Cagnol. in repet. dictæ l. 2. q. 14. nu. 138.*
*& 139. Gomez. var. resolut. tom. 2. de contract. cap. 2. sub*
*rubr. de empt. & vendi. sub num. 22. versic. Item adde,*
quod sufficit, quod excessus sit in vno nummo, ita vt si
res vendita valebat mille, & fuit vendita quingentis, &
6 testes dicant, quod valebat mille, & vltra, vel plus ven-
ditionis tempore simpliciter, non exprimendo ali-
quam quantitatem vltra mille, erit probatus excessus
vltra dimidiam, adeo quod erit locus remedio *dictæ l.*
*2. C. de rescind. vendi. Balb. in repet l. Celsus in vlt. part.*
*in quinta conclusione secundæ quæstionis Bart. sub num.*
*15. vers. Secundo limita, ff. de vsucap.* vbi dicit hanc esse
communem, & veram opinionem.
7 At quid in tertio, qui emit à licitante, an possit con-
tra eum agi remedio rescissorio stante enormissima
læsione.

In hac quæstione resoluunt Doct. quod aut princi-
palis emptor est soluendo, & agi non posse, aut non
soluendo, & agitur aduersus tertium, ita *Couar. var. re-*
*solut. lib. 2. cap. 3. num. 10. Suarez. alleg. 21. in fin. Ceual.*
*in tract. de commun. contra commun. quæst. 443. num. 16.*
*part. 3. & quæst. 462. part. quarta, Petrus Caball. consil.*
*145. n. 86. lib. 1.*

## EPITOME.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendi. an locum habeat, quando sub hasta emuntur annui redditus consistentes in spe, & dubio euentu.

Dubius euentus, spes, & prouentus pedagij qualiter deduci possint in contractum venditionis.

Et qualiter fieri debeat æstimatio.

Pensio iusta rei locatæ, quando contineat iustam
æsti-

æstimationem.

Fructus, & redditus, vt sciatur quot percipi in futurum possint, qualiter dignoscatur.

Subhastatio requiritur in rebus Demanij sterilibus concedendis sub annuo redditu.

### SVMMARIVM.

1 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendi. locum non habet quando venduntur annui redditus sub hasta consistentes in spe, ac dubius euentus.*

*Ratio est, quia in illis considerari non potest læsio, numer. 2.*

*Sed contra num. 5. & seqq.*

3 *Emens redditus, fructus, & prouentus pedagij conqueri non potest, si parum, aut nihil percipit, ex quo emit ea, quæ pendent à fortuna, & dubio euentu.*

*Et quando excessum fuit in pretio, n. 4.*

6 *Dubius euentus, spes, & prouentus pedagij deduci possunt in contractum venditionis habita ratione, & relatione æstimationis pretij, ac læsionis non ad rem, sed ad spem, & quanti verisimiliter venderetur dubius euentus, cuius spei respectu constitui debet pretium, non respectu eius, quod postea vere eueniret.*

*Et æstimabitur quantum est verisimile, quod esset captum inspiciendo, quod fieri solet, num. 7.*

8 *Pensio iusta rei locatæ illa dicitur, quæ collecta in viginti annis continet rei iustam æstimationem.*

9 *Fructus rei, & redditus, vt sciatur, quot percipi possint in futurum, ratio habenda est trium annorum proximè præteritorum.*

10 *Subhastatio requiritur in rebus Demanij sterilibus concendedis sub annuo redditu.*

## QVÆSTIO XLI.

1 SAepe dubitari solet, an in redditibus annuis sub hasta venditis consistentibus in spe, nempe in pedagijs, & vectigalibus & quando emitur dubius euentus habeat locum dispositio *l. 2. C. de rescind. vend.* & in illis
2 læsio considerari possit, & negatiuè concludendum videtur. Non enim hoc casu considerari potest læsio, sicuti in specie tradunt *Bal. in d. l. 2. colum. 4. vers. huic accedit, C. de rescind. vend. & ibid. Pantal. Cremen. num. 134.* & probatur ex *tex. sing. in l. si ex lege. C. de vsus.* quem perpendit *Bal. ibi col. 2. vers. Cum vero,* qui dixit, quod
3 is, qui emet redditus, fructus, & prouentus pedagij conquæro non potest, si parum, aut nihil percipit, ex quo emit ex, quæ pendent à fortuna, probauit *Bart. in l. Cotem ferro, §. qui maximos, n. 9. ff. de public. & vecti.* vt & à dubio euentu, & quando excessum fuit in pretio, sicuti diciturde eo qui emit maximo pretio iactum retis, per *Cremen. in d. l. 2. n. 82. post Bal. ibid. secutus est Menoch. cons. 843. n. 36. & cons. seq. n. 43. & 44. lib. 8. & cons. 1263. n. 12. & 13. lib. 13.*
4 Contrarium tenuit *Cagnol. in d. l. 2. n. 174. C. de rescin. vend.* quoniam etiam dubius euentus, spes, & prouentus pedagij deduci possunt in contractum venditionis, *l. nomina, ff. de hæred. vēd. l. nec emptor, ff. de contrahen. empt. l. si iactum, ff. de act. empt. l. spem, C. de don. Bar. Anchar. Aret. & Alex.* quos refert, ac adducit *Cagnol. vbi supra* habita ratione, & relatione æstimationis pretij, ac læsionis non ad rem, sed ad spem, & quanti verisimiliter venderetur dubius euentus cuius spei respectu constitui debet pretium, non respectu eius, quod postea eueniret *d. l. nomina, ff. de hæred. vend & d. l. si iactum,* ibi in certum huius rei æstimandum est vbi gl. æstimabitur quantū est verisimile, quod esset captū, inspiciendo, quod fieri solet *Rom. cons. 423. n. 1.* vbi ait, quod iusta pensio rei locatæ illa dicitur, quæ collecta in viginti annis continet rei iusta æstimationem. *§. si vero alicuius Ecclesiastici in Auth. de non alienan. & notat gl. in auth. perpetua in verb. iusta, ff. de sacr. sanct. Eccl.* Idemque voluit idem *Rom. cons. 396. sub n. 6. vers. Secundo si consuetudo. Menoc. cons. 843. num. 44. lib. 9.*

9 Qualiter aut miatur, & cognoscatur quot rei fructus, & redditus percipi in futurum possint ratio habenda est trium ann. proximè præteritorum, prout notabiliter tradit *Afflict. in c. 1. §. sed, & res num. 22. per quos fiat inuestit. quem secuti sunt Ant. Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. vlt. num. 30. C. de rescind. vendit. Io. Bapt. Lup. in comment. ad l. Curabit, commentar. 1. §. 8. num. 165. C. de act. empt. Menoch. cons. 844. num. 55. lib. 9. & cons. 1121. num. 10. lib. 12.*

10 Præterea sciendum, quod subhastatio requiritur in rebus Demanij sterilibus concedendis sub annuo redditu, *Afflict. in const. Regni lib. 2. fol. 213. n. 13.*

## EPITOME.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendi. An concedatur in locatione Gabellarum, Panis vini, carnium, ac similium facta sub hasta.

Iusti pretij presumptionem, ob subhastationem, probationem in contrarium recipere.

Probatio rerum nobilium qualiter facienda, & sit articulandum.

### SVMMARIVM.

1 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendi. conceditur in locatione Gabellarum panis vini carnium, & similium, & num. seq.*

*Contrarium, num. 10.*

*Distinguitur remissiuè, num. 11.*

2 *Subhastationes in locationibus tam temporalibus, quam perpetuis requiruntur, & fiunt.*

3 *Subhastatio licet præsumptionem faciat rem fuisse iusto pretio alienatam, contrarium tamen probari potest, num. 7.*

*Ampliatur procedere etiam si decretum fuerit interpositum, num. 8. & 9.*

4 *Subhastatio rescinditur, cum magnus est excessus.*

5 *Venditio facta ad hastam æquiparatur venditioni, cui Prætor decretum interponit.*

6 *Res videtur iusto pretio alienata facta subhastatione.*

9 *Decretum non ita operatur firmitatem contractus, vt contra illud obijci non valeat læsio, ex qua contractus rescissio resultet.*

12 *Læsio rei locatæ, ex qua fructus percipi debent, consideratur tempore contractus, quanti scilicet consueuerit locari.*

*Nec sufficit probare læsionem superuenisse, num. 13.*

*Primo limitatur, nisi de tempore conuentionis, seu contractus ad tempus, de quo deponunt testes, breue fuerit temporis interuallum, n. 14.*

*Secundo limitatur non procedere, quando rei traditio, vel executio negocij confertur in futurū, quia tunc non attenditur tēpus conuentionis, sed executionis, num. 16*

15 *Probatio rerum mobilium qualiter facienda, & sit articulanda.*

17 *Subhastatio regulariter requiritur in locatione Gabellarum.*

18 *Locator tamquam læsus non potest augere pensionem, & mercedem conductori, si conductor multū lucretur.*

## QVÆSTIO XLII.

QVæro modo, an remedium, *l. 2. C. de rescind. vend.* concedatur in locatione gabellarum panis, vini, car-
2 nium, & similium (fuit enim in superioribus quæstionibus dictum subhastationes requiri in locutionibus, tam temporalibus, quam perpetuis, præsertim ex *Munoz. de ratiocin. c. 16. n. 34.* & infra) & concludendum videtur concedi debere.
3 Quia licet subhastatio præsumptionem faciat rem fuisse iusto pretio alienatam, tamen contrarium probari potest, sicuti sensit *Bal. in l. 1. sub numer. 2. vers. nisi veritas esset in contrarium, C. de præscrip. 30. vel 40. annor. & post eum Alex. in l. Pretia rerum, n. 9. ff. ad l. Fal. & in l. si quis cum aliter, n. 17. ff. de verb. obligat. Pan-
4 thaleon. Cremen. in dicta l. 2. n. 103. & Corn. cons. 56. in fi.* cum dixit, rescindi, quando magnus est excessus. *idem voluit Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendi. quæst.
5 8. princ. n. 22.* dum æquiparat venditionem factam ad hastam, & illam, cui Prætor Decretum interposuit, idē-
6 que scripsit *Alciat. respons. 110. num. 3.* cum ait videri iusto pretio rem alienatam facta subhastatione, qui dū
7 dixit, videri, ob id contrarium probari concedit, & ita intelligenda sunt, quæ scripsit *Menoch. consil 843. n. 28. & consil. sequen. n. 33. lib. 9.* & clarius hoc voluit *Alciat. in dict. l. si quis cum aliter. n. 30. ff. de verbor. obligat. & Ant. Gomez. Hisp. variar. resol. tit. de empt. & vendit. c.
8 2. n. 23.* Quæ sententia procedit etiam, quod contractus
9 fieret cum Decreto Iudicis; cuius Decreti interpositio non ita operatur firmitatem contractus, vt contra illud obijci non valeat læsio, ex qua contractus rescissio resultet, vt concludunt *Bar. in l. 1. num. 2. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. Bal. in d. l. 2. colum. 2. vers. Posset dici. C. de rescind. vend. Imol. in dicta l. pretia rerum, ff. ad l. Fal. & in dicta l. si quis cum aliter, num. 9. Abb. in cap. cum causa, n. 6. de empt. & vend. & ibid. Burgos num. 27. Aret. in §. si quis agens, n. 3. instit. de act. Ias. in l. pacta nouissima n. 9. C. de pact. vbi de communi testatur Cagnol. in d. l. 2. n. 158. C. de rescind. vendi.* vbi de communi testatur *& ibid. Pinell. par. 2. c. 2. n. 18. qui n. 10. & 20.* contrarij respondent. *Rubuff in commentar. ad Constit. Gal. tom. 2. tit. de rescis. contract. art. vnico, glo. 15. n. 40. Simoncell. in tract. de Decret. lib. 3. tit. 7. n. 4.*
10 Contrarium, quod imo rescissio tali casu non concedatur, tenuerunt *Bar. in l. 1. num. 4. C. de prædi. Decur. lib. 10. Bal. in l. 1. num. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Ang. in dicta l. 1. & in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & cons. 132. Paul. de Castr. in d. l. 2. sub n. 5. vers. alia limitatio, C. de rescin. vend. Ias. cons. 119. col. 2. vers. accederet etiam lib. 2. Socin. sen. cons. 57. num. 51. lib. 5. Dec. cons. 218. sub nu. 8. vers. Tertio. Bertrand. cons. 12. colum. 1. lib. 1. Brun. cons. 41. n. 7. Burg. in d. c. cum causa, n. 28. in fi. de empt. & vendi. cum alijs, quos plenius adduxi in q. 39. n. 3.*
11 Pro concordia dictarum opinionum distingue, vt dixi in *dicta quæst. 39. n. 5. 6. & seqq.*
12 Sed hic quæritur, qualiter læsio consideratur in relocata, ex qua fructus percipiendi sunt. Respondetur considerari secundum tempus contractus, quanti. s. consueuit locari, vel vendi. *ita Rom. cons. 413. num. 1.* quem secuti sunt *Bursat. cons. 389. num. 19. & Caroc. de loca. & conduct. tit. de consuet. n. 2. & in tit. de rescind. vend. num. 13. & 16. Menoch. d. cons. 843. num. 37. & cons. seq. num. 51. & 55. lib. 9.* Nec sufficeret probare læsionem superuenisse, *l. si voluntatis in fi. C. de rescind. vend. & ibi Bar. num. 16. Bal. cons. 575. in fin. lib. 1. Ang. cons. 312. col. 3. Burgos in c. cum dilecti n. 36. de empt. & vend. late Craner. cons. 11. n. 17. cons. 14. n. 16. cons. 151. n. 7. & consil. 288. num. 4. & Roland. cons. 59. num. 35. lib. 1.*
14 Primo, dicta Conclusio limitatur, nisi de tempore conuentionis, seu contractus ac tempus, quo deponunt testes, breue fuerit temporis interuallum, quia eo casu licet generaliter deponant, concludunt in tempore contractus; quoniam ex breuitate temporis non præsumitur mutatio valoris, vt singulariter tradidit *Cald. in dicta l. secunda. num. 28. & ibidem Salycet. num. 4. C. de rescinden. vendit. & post Bald. Alexan. & Mattien. ab eos adductos tradit Gutierez. in tract. de Gabell. quæst. 147. num. 18.* vbi etiam instruit Aduocatum, vt in probatione præsertim rerum mobilium non se astringat ad tempus instantaneum, sed dicat, quod communiter ea res valuit tantum tempore venditionis ante, & post, vt eodem in loco *num. 22. post Bar. Ang. Alexand. Lanfranch. & Mattienc. citatos.*
16 Secundo limitatur, vt non procedat quando rei traditio negocij confertur in futurum, quia tunc non attenditur tempus contractus, & conuentionis, sed executionis, ita ex sententia *Abba. Dec. Pinel. & Mattienc.* scripsit *Guttier. dicta quæst. 147. num. 23.* qui propriè lo-
17 quitur in Gabellis, prout & in *quæst. 135. n. 2.* vbi habetur, quod in locatione Gabellarum regulariter subhastatio requiritur secundum *Bar. & posteriores in l. pen. C. de public. & vestig.*
18 Postremo scias in proposito, quod locator, & etiam Fiscus prætendat conductorem Gabellæ seu Datij, facta sibi compensatione summæ pecuniarum, quam pro ipso Datio, seu Gabella recipere debet, lucrum non modicum sentire, & sicuti locator tenetur facere remissionem mercedis, & pensionis conductori, si magnum damnum passus est *l. licet, C. loca. & conduct.* vbi scribentes, ita etiam vice versa teneatur conductor ad fauorē locatoris; Nihilominus locator non potest tamquam lesus augere pensionem, & mercedem conductori, si cōductor ipse multum lucretur, vt in specie respondit *Socinn. in cons. 68. n. 10. lib. 2. post Bald. & Fulgos. quos refert quem sequitur Menoch. cons. 1121. n. 12. & 13. lib. 12.*

## EPITOME.

Data rescissione ob ænormissimam lęsionem; an emens subhasta teneatur restituere fructus.

Contractus an, & quando ipso iure sit nullus, vbi lęsio est vltra dimidiam.

### SVMMARIVM.

1 *Emptor sub hasta data rescissione venditionis, ob enormissimam læsionem non tenetur restituere fructus, & num. 3.*
*Et de ratione num. 4.*
*Ampliatur quoque procedere, si Decretum rescindatur ex gratia Principis num. 2.*
*Sed contrarium respectu læsionis enormissimæ probatur, num. 9. & seqq. & num. 13.*
5 *Contractus quando est perfectus, & rescinditur ex nunc, non vt ex tunc, fructus non restituuntur.*
*Et ita iudicatum, num. 6.*
7 *Emptor iustus, controuersiam pati non debet, si res, fuit minori pretio vendita, sed venditor, vel eius hæres est conueniendus.*
8 *Possessor, vt fructus acquirat, satis est quod mala fides non adsit, licet bonam fidem non habeat.*
10 *Lesione data vltra dimidiam iusti pretij in magno excessu, contractus est nullus ipso iure, & est in potestate conuenti supplere pretium, quod deest, & rem retinere, & in potestate læsi petere rem cum fructibus perceptis sibi restitui.*
11 *Refertur sententia Couarru. in cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 7. vers. decima quinta conclusio, & reijcitur.*

12 *Pinel.*

12 *Pinell. opinio in l. 2. par. prima, cap. 4. num. 28. C. de reſcind. vendit. qualiter intelligatur, & procedat.*

13 *Fructus reſtituuntur, quando non in paruo exceſſu contingit laeſio.*

*Nec iſto caſu eſt in poteſtate conuenti ſupplere iuſtum pretium, num. 14.*

## QVÆSTIO XLIII.

DAta reſciſſione venditionis, ſeu adiudicationis factae bonorum debitoris media ſubhaſtatione de eis facta ob enormiſſimam laeſionem. Quaeritur, an emptor teneatur fructus reſtituere.

Et concludendum videtur, quod non *per text. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Tiraquell. de retract. conuent. per totum. Alexan Trentac. var. reſ. lib. 3. reſ. 3. n. 4.*

2 Ampliatur habere locum etiam ſi Decretum reſcindatur ex gratia Principis, Cum alias de iure eſſet validum, *ad tex. in auth. idem eſt de Neſtorianis. C. de haeret. Bal. in l. 2. C. de fide inſtr. Couar. variar. reſolut. cap. 4. num. 15. in fine, Ceuallos in tractat. commun. contra commun. quaeſt. 536. nu. 17. & infra lib. 2.*

3 Quodque etiam ſtante laeſione fructus non reſtituantur, ſed emptor illos lucretur praeter citatos voluerunt *Ant. Gomez. variar. reſolution. tit. de emptio. & venditio. cap.... num. 22. verſiculo primo, Pinell. in repetit. l. 2. cap. 4. & ibid. Padill. num. 50. C. de reſcindend. vendit. in ſpecie Decreti, Bolognet. in l. iuſte poſſidet, num. 95. & ſeq. ff. de acquiren. poſſeſſ. Gamma deciſ. 232. in fine de communi*, & in praxi ſeruata opinione teſtatur *Ioann. Franciſ. à Ponte conſil. 28. n. 6. Fachin. controuer. iur. lib. 2. cap. 11. ſub lit. F.*

4 Nam à principio titulus fuit validus qui praeſtat bo-
5 nam fidem poſſidendi. Et cum reſcindatur vt ex nunc, non vt ex tunc, quando eſt perfectus contractus, fructus minime debentur, *Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. quaeſt. 8. princ. verſ. Octauo quaero, Pinell. in loco praecitato*, vbi refert ita iudicatum fuiſſe. *Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 3.* vbi ait hanc opinionem ſeruari in praxi, conferunt adducta per *Vincentium de Franch. deciſ. 119. Surdus conſil. 115. per totum, lib. 1. & in propoſito addu-
7 citur l. 3. & l. finali ſi vendi. pign.* vbi habetur quod iuſtus emptor controuerſiam pati non debet, ſi res fuit minori pretio vendita, ſed venditor, vel illius haeres eſt conueniendus, & ita etiam ſenſit *Cagno. in d. l. 3. n. 11. & ibid. Pinell. par. 2. cap. 3. poſt Signorol. conſil. 137. Negnſant. de pign. par. 6. membr. 1. num. 26 quos refert Praeſes Morot. in tract. de iur. offer. num. 28.* Nam adhoc, vt poſſeſſor fructus acquirat, ſatis eſt, quod malae fides non adſit, licet bona fidem non habeat, ſecundum *Bar. in l. ſed ſi lege, §. ſcire. num. 4. ff. de peti. haeredi. Surd. dicto conſ. 115. num. 7. lib. 1.*

9 Sed contrarium verius in propoſita quaeſtione dicendum eſt.

Nam licet reſpectu remedij dictae *l. 2. C. de reſcind. vendi.* communis ſit opinio fructus non eſſe reſtituendos, ſed emptorem illos facere ſuos; Reſpectu autem laeſionis enormiſſimae contrarium in terminis tenet *Cagnol. in eadem l. 2. num. 81.* aſſerens, quod data laeſione vltra dimidiam iuſti pretij in magno exceſſo, contractus erit nullus ipſo iure, ſicut vbi dolus ex propoſito dedit cauſam contractui, & quod ſit in poteſtate conuenti ſupplere quod deeſt iuſto pretio, & rem retinere. & in facultate laeſi repetere rem cum fructibus perceptis, iuxta quae de dolo dante cauſam contractui, habentur in *l. eleganter, ff. de dol. & ibi per gl. Doct. & vbi ſupra, Cagnol. reſpondet cap. cum dilecti, de empt. & vendi.* quod huic ſententiae contraria videtur, Quamuis *Couar. in repet. cap. quamuis pactum part. 3. §. 4. ſub num. ſeptim. verſic. decimaquin-
11 ta concluſio.* intelligat remedium enormiſſimae laeſionis non omnino reſcindere contractum, imo eſſe adhuc in poteſtate conuenti ſupplere iuſtum pretium, quaſi hoc caſu non ſubſit verus dolus, ſed tantum praeſumptus, & ita aequum non eſſe totam conuentionem reſcindi, *& Couar. non relato Cagnol. reprobat Pinell. in
12 dicta l. 2. part. 1. cap. 4. num. 28.* addens, quod etiam concurrente laeſione aenormiſſima non poteſt applicari recepta doctrina de dolo reddente nullam ipſo iure contractum bonae fidei, quoniam tunc laeſio quantumuis aenormis poterat ſolum comparari dolo incidenti non autem danti cauſam contractui, & ſic non poſſet ipſo iure contractum annullare, quae tamen procedere poſſunt, quando vltra dimidiam in paruo exceſſu contingit laeſio, & hanc ſecundam opinionem, quod imo fructus veniant in remedio, *l. 2. C. de reſcind. vendi.* pluribus tuetur, *Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 3. n. 4.* & eo magis idem concludendum eſt, quando interceſſit enormiſſima laeſio, & ita paſſim iudicari dixit *Caſtill. deciſ. 15. & Giurb. deciſ. 105.*

14 Nec iſto caſu eſt in poteſtate conuenti ſupplere iuſtum pretium, *Azeued. ſuper 5. recopilat. tit. 11. leg. 1. num. 15.* vbi quod ita ſeruatur in magnis Tribunalibus, *Gamm. deciſ. 94. & poſt Parlador.* & alios tenet *Roderic. in tract. de annu. reddit. lib. 1. q. 14. num. 62.* Pro qua ſententia citatur *text. in l. 1. C. ſi vendit. pign. ag.* vbi ſi probatum fuerit emptorem mala fide emiſse, inquit gloſs. ideſt vili pretio, offerente debitore pecuniam cum vſuris, reſtituere fundum cum fructibus malae fidei emptor cogetur. Cui adſtipulatur alius *tex. in l. qui ſub imagine, C. de diſtract. pign.* ibi, ſi igitur poteris euidentibus probationibus demonſtrare creditorem per ſuppoſitam perſonam non bona fide comparaſse, oblata pecunia, cum vſuris ad reſtitutionem fructuum compellitur.

Concluditur itaque, quod data enormiſſima laeſione reſciſsa venditione, ſeu adiudicatione fructus quoque reſtituendi erunt non obſtantibus ex aduerſo adductis, quae procedunt, quando vltra dimidiam in modico exceſſu accidit laeſio.

---

## EPITOME.

Interuſuria pretij ſoluti. An debeantur à venditore in remedio l. 2. Cod. de reſcind. vendit. quae compenſari valent cum fructibus ab emptore perceptis.

Intereſſe pecuniae, vt debeatur, concludenter probari debet fructuum taxatio qualiter facienda.

### SVMMARIVM.

1 *Interuſuria pretij ſoluti non debentur à venditore in remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. quae compenſari valeant cum fructibus perceptis ab emptore.*

2 *Intereſſe pecuniae non eſt dandum, niſi concludente probetur.*

3 *Praxis Regiorum Tribunalium damnatur, à quibus bona ſua petentibus vna cum fructibus reſtituuntur, ſoluto adiudicationis pretio cum interuſurijs.*

4 *Fructus vbi mandantur reſtitui, non veniunt illi quos ex meliorationibus factis per emptorem is percepit.*

5 *Fructuum taxatio qualiter facienda remiſſiuè.*

QVÆSTIO XLIV.

1 Stantibus ijs, quæ in quæstione præcedenti fuerunt dicta; Quæro, an interusuria pretij soluti debeantur à venditore, ita vt ea aliquo modo compensari valeant cum fructibus perceptis ab emptore; Et concluditur negatiue, cum secundum magis receptam
2 sententiam interesse pecuniæ non sit dandum, nisi concludenter probetur, iuxta doctrinam *Paul. de Castr. in l.3. §.fin.ff.de eo, quod certo loco, Rimin. Iun. cons.218. num.90. vsque ad num.104. lib.2. Put. decis.237. lib.1.* & habetur latè per *Gratian. discept. lib.1. cap.67. num.*
3 *10. cum plurib. seqq.* Et propterea damnatur praxis seruari solita in Regijs Tribunalibus, à quibus bona sua petentibus vna cum fructibus restituuntur soluto adiudicationis pretio cum interusurijs, quam refert *Padill. in d.l.2.n.31.C de rescind.vend.*

4 In præmissis illud est etiam notandum, quòd in huiusmodi fructuum restitutione non veniunt illi, quos ex meliorationibus factis per emptorem is percepit secundum *Aug. in l. caterum 9. improbe de re iudic. Roman.sing.336.malæ fidei, Surd. decis. 294. num.11. & decis. 282.num.30.* vbi quod est multum notandum *Rota diuers.decis.294.n.1.par.1.* & quomodo sit facienda
5 istorum fructuum taxatio, *Alex.cons.72. in fin. lib.1. Surd.decis.282. à num.26. vsque ad num.34. Mascardus de probat.concl.817.n.6.*

EPITOME.

Statuto stante vendendi bona ad incantum plus offerenti, An factis subhastationibus remedium l.2.C.de rescinden.vendit. competat.

Adducitur doctrina Paul.de Castr. in l.pretia rer. ff.ad l.Fal.

Et qualiter intelligatur, ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante vendendi bona ad incantum plus offerenti factis subhastationibus remedium l.2.C.de rescinden.vendit. non competit.*
*Sed contra num.2. & seqq.*
3 *Statutum secundum ius commune interpretatur, etiam si per interpretationem aliquid de nouo non addat, ne indebitè, quis damnum patiatur.*
5 *Paul.de Castr.in l.Pretia rerum, ff.ad leg. Fal. qualiter loquatur.*
6 *Fraus præsumitur in venditione, & subhastatione ex magno excessu.*

QVÆSTIO XLV.

Adhuc quæro, quid stante statuto vendendi bona ad incantum plus offerenti, an factis subhastationibus remedium, *leg.2. Cod.de rescinden. vendit.* competat.

1 Et respondendum videtur negatiuè, vt statutum aliquid operetur ex sententia, *Paul. de Castr.in l.Pretia, rerum, ff. ad l. Fal.*

2 At contra *Paul.de Castr.* tenet *Alex.in dicta l.Pretia rerum sub num.8. in fin. & num.9.* sentiens, quod contingere potest statutum aliquid operari, veluti, quia induxerit subhastatione vendi non posse id quod iure
3 communi vendi potuisset sine subhastatione; & ne quis indebitè damnum patiatur, statutum interpretatur, secundum ius commune etiam si per interpretationem aliquid de nouo non addat, iuxta notata per *glos. in l.fin. §. in computatione, C.de iur.deliber. & in l. 4. ff. de damn. infect.*

4 Et aduersus *Paul. de Castr.* quod non obstante statuto competat remedium *d.l.2.* respondit *Bertrand. cons. 100.in fin. lib.4.*

5 Sed verius censeo quinimò *Pau. de Castr.* tenere hanc opinionem data enormissima læsione. Nam verba formalia ipsius *Paul.* hæc sunt. Nec colligatur istum pretium, quia fuerit subhasta, & nullus obtulit, vltra centum, maximè, si valet plus, *l.si quos, C.de rescind. vendit.* Nisi statutum dicat, quod datur plus offerenti, quia reputabitur vendita iusto pretio, vt statutum
6 aliquid operetur, nisi esset magnus excessus, quia præsumeretur fraus, *argum. l.omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit.*

EPITOME.

L.2. C. de rescindend. vendit. Remedium competit finito, seu completo contractu venditionis, seu subhastationis, vt fructuum restitutio concedatur.

Et durat spatio 30. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum restitutio non conceditur finito, & completo contractu.*
*Contrarium, num.4.*
2 *Remedium l.2. C. de rescindend. vendit. sibi non tribuit in locatione, & conditione finita, & ita completo contractu.*
*Et de ratione, n.3.*
5 *Contractus licèt sit perfectus, & finitus, tamen emptor, vel venditor quamuis soluendo videantur contractum approbare, agunt vigore leg. 2. C. de rescindit. vendit.*
*Præsertim, quando magna est læsio, n.6.*
7 *Remedium l.2. C. de rescinden. vend. durat per 30. annos.*

QVÆSTIO XLVI.

Quæro præterea infra quod tempus peti debeat huiusmodi rescissio ad hoc, vt fructus restitui debeant.

1 Et prima facie respondendum videretur, quod completo, seu finito contractu non concedatur huiusmodi restitutio, exemplo eius, quod dicitur per *Doct. in l.2.*
2 *C.de rescind. vendit.* vbi quærunt; an dictum remedium sibi tribuatur in locatione, & conductione finita, & ita finito contractu, cuius tempore, & vita perdurante partes ad inuicem impleuerunt, & respondit *Dec. cons.*
3 *383.ad finem*, quod non, quia iam contractus non est in rerum natura, nec videbatur aptari posse terminis *dictæ leg.2.* cum amplius non sit concessum iustum pretium suppleri, vt ex his rationibus dixit *Velasch. in tract. de iur. emphit. quæst.28. Castilla,* qui alios adducit *decis.14. sub num.50. & Giurb. decis.193.num.1. & infra.*

4 At in contrarium est veritas, nempe, quod repeti potest datum vltra iustam pensionem, & ratio est, quia viget ratio æquitatis, & in venditione, etiam retradita pretio soluto finitur contractus; & nihilominus, ob læsionem datur remedium, *l.2. sic contra Dec. tradit. Pinell. in eadem l.2. part.1. capit.3. numer.20.* dicens

cens ita in practica consuluisse, & obtinuisse, *Vasq. de controuers. Illustr. lib. 3. cap. 61. num. 12. Gutierez. pract. qq. lib. 2. cap. 138. Gamma. decis. 19. & Ceuall. in commun. contra commun. quæst. 536. num. 28. & 29.* Atque
5 ita licet contractus sit perfectus, & finitus, tamen emptor, vel venditor, quamuis soluendo videantur contractum approbare, agunt vigore dictæ l. 2. Ergo & eo-
6 dem pacto ex æquitate prædicta potest agere debitor, cuius bona fuerunt empta magna, cum læsione, & di-
7 ctum remedium durat per triginta annos, vt per *Albam cons. 395. n. 51. lib. 3. Decian. cons. 35. n. 4. lib. 4. Menoch. cons. 1. n. 363. & cons. 635. n. 6. lib. 7.*

---

## E P I T O M E.

Rescissio ex l. 2. C. de rescind. vendi. an concedatur stante pacto vendendi bona sub hasta cum iuramento, ac renunciatione.

Et quid quando fuit interpositum Iudicis decretum.

Et læsio est magna.

Transactio an ex læsione enormissima rescindatur.

Pignus conuentionale qualiter vendi prohibeatur.

## *S V M M A R I V M.*

1 *Rescissio ex l. 2. C. de rescinden. vendi. non datur, quando contractus factus est cum pacto subhastationis facienda cum iuramento, ac renunciatione, & n. 5.*
*Et etiam quando fuit interpositum Iudicis decretum, num. 6.*
*Sed contra num. 7. & infra.*
*Et videas num. 15. & 21.*
2 *Pactum iuratum ligat, quando seruari potest sine dispendio salutis æterna.*
3 *Contrahentibus in emptionibus, & venditionibus licitum est se decipere.*
4 *Remedium l. 2. de rescinden. vendi. non conceditur, quando subhastationes fuerunt facta, ex quibus insurgit præsumptio iusti pretij.*
*Contrarium ex receptiori, & veriori habetur n. 22*
7 *Dolus præsumitur ex enormissima læsione.*
8 *Læsio enormissima vbi adest, nec renunciatio, nec pactum, neque iuramentum obstat.*
*Sed ex veriori, ac receptiori sententia non obstante iuramento contrauenire potest, num. 9.*
*Maximè quando venditio, valde citra dimidiam facta fuit; num. 10.*
*Et de ratione, num. 11.*
12 *Læsio vbi est magna, nulla clausula prosunt, quin detur restitutio.*
13 *Iuramentum non ligat, vbi dolo fuit adhibitum.*
14 *Dolus re ipsa, qui interuenit in læsione enormissima, dolo ex proposito æquiparatur.*
16 *Dolus inest læsioni enormissimæ.*
*Et de ratione num. 17.*
18 *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. datur in transactione ex enormissima læsione.*
*Idem in venditione dicitur, num. 19.*
20 *Pignus conuentionale qualiter vendi prohibeatur.*
23 *Subhastationes, & decretum licet magnam inducant præsumptionem pro validitate venditionis, non tamen tollunt probationem in contrarium.*
24 *Bona quando venduntur à creditoribus, & si subhastationes interueniant, rarò accidit, quod iusto pretio vendantur, & quod fraus, & dolus non adsit.*
25 *Læsio vbi interuenit, bona restituuntur vna cum fructibus soluto adiudicatio precio.*

## Q V Æ S T I O XLVII.

1 AN rescissio concedatur, quando contractus factus est cum pacto subhastationis faciendæ cum iuramento, nunc quæritur.

Et concludendum videtur, quod non cum pactum
2 prædictum sit iuratum, & seruari possit absque dispendio salutis, *iuxta tex. in cap. cum contingat. de iureiur.* & nihil operetur, si remedium *dictæ l. 2. C. de rescind. vend.* & enormissimæ læsionis daretur, cum regulariter in
3 emptionibus, & venditionibus licitum sit contrahentibus se decipere, *l. in causæ la 2. §. Idem Pomponius, ff.*
4 *de minor.* Quæ conclusio eo magis locum habet, quando præcedunt subhastationes, ob quas secundum plures remedium *dictæ l. 2.* non conceditur, cum ex eis insurgat præsumptio iusti pretij, *l. mortis causa capimus, §. fin. ff. de dona. caus. mor. est tex. in l. 1. §. idem enim fiet, & ibid. Bar. num. 4. & Ioan. de Plat. num. 2. C. de prædi. Decur. lib. 10. Ang. in l. pretia rerum, num. 3. ff. ad l. Fal.*
5 de communi testatur *Dec. cons. 210. num. 8.* quæ sententia eo magis procedere videtur, si fuerit renunciatum remedio *dictæ l. 2.* ex opinione *Azon. & Bar.* quos re-
6 fert, ac sequitur *Padil. in eadem l. 2. num. 42.* & etiam si fuit interpositum Iudicis decretum, pro quo semper præsumitur secundum *Bar. & Ang. in l. 1. C. de prædi. Curial. & Paul. de Castr. in d. l. 2. num. 5.*

7 Præmissis tamen non obstantibus dicimus in enormissima læsione dolum præsumi *ad l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit. & l. si superstite, C. de dol.* & quan-
8 do non parum excedit dimidiam iusti pretij, vt infra proxime dicetur in responsionibus ad contearia; quo
9 stante nec renunciatio, nec pactum, nec iuramentum obstaret.

Nam verior, & magis recepta est sententia, vt non obstante iuramento veniri possit aduersus contractum emptionis, & venditionis ratione læsionis enormissimæ, sicuti affirmat ex communi *Couarru. in repet. cap. quamuis de pact. par. 3. §. 4. num. 3. & 5. in relect.* præ-
10 sertim quando valde excedit dimidiam, post *Paul.*
11 *Castr. Rip. Afflict. & cæteros.* Cum iurans non censeatur in tantam læsionem consensisse, nec illam præcogitasse, prout ita testatur sæpe iudicatum à *Rota in decis. vnica tit. de emption. & vendit.* idemque omnes tenere affirmant *Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 4. a t. 13. in fin. sequitur Padill. in dicta l. 2. num. 43. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 236. num. 15. Afflict. decis. 322. num. 9. cum seqq.* & quamuis *Vrsill. ibid. in addit. num. 7.* asserat, quod in practica nunquam potuit obtinere, quod maioribus detur restitutio ex læsione enormissima stantibus instrumentis cum iuramento,
12 ac renunciationibus, inquit tamen, quod si læsio fuisset satis magna, nullæ clausulæ prodessent, quin daretur restitutio. Nam *tex. in dicto cap. quamuis pactum*
13 *de pact. in 6.* contra iuramentum permittit venire, quando illud dolo fuit adhibitum, & quod dolus re
14 ipsa, qui interuenit in læsione enormissima, dolo ex proposito comparatur, est *tex. in dicta l. si superstite, C. de dol.* ibi, sanè si læsa es immodicè non dolo propter verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est, notant *Cephal. consil. 157. num. 60. & 61. lib. 1. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 14. num. 55. & Padill. in dicta l. 2. cap. 4. num. 22.*

15 Non obstat, quod dicitur de renunciatione,
Respondetur enim non obesse.

Nam aut agitur de renunciatione enormissimæ læsionis respectu futuræ venditionis.

Aut præsentis.

Si

Si futuræ venditionis, dicitur illi nequaquam renun-
ciari potuisse.
16 Nam ex quo in dicta læsione inest dolus, futuro dolo
renunciari non posse receptissimum est per *tex. in l. si
vnius, § illud, ff. de pact. ibi,* nulla pactione effici potest,
ne dolus præstetur, *& est glos. in l. pactum inter hære-
dem, ff. de pact.* & ratio est, ne inuitetur quis ad delin-
17 quendum contra *l. conuenire, ff. de pact.* cum aliàs ser-
uiret de vinculo iniquitatis, quod esse non debet, *cap.
inter cætera 27. q. 4. & in cap. quanto de iureiur.*
18 Idemque dicimus, quando ageretur de venditione
præsenti, quia, & in transactione, quæ stricti iuris est, &
in qua plures militant rationes, ob quas prædictum re-
medium læsionis enormissimæ denegandum esset, vt
notant *Doct. in dicta l. 2. & in specie Padill. n. 23. Me-
noch. cons. 603. num. 29. lib. 7. & consil. 1111. num. 85.
lib. 12.* admitti hoc remedium concludit *Ludou. Molin.*
19 *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. n. 36.* dicens, quod tunc
dolus ex proposito est præsumendus, & respectu con-
tractus emptionis, & venditionis, idem considerant
Doct. præallegati de læsione enormissima in magno
excessu quo casu maiorem dolum, & ex proposito con-
siderant; Quæ optimè conueniunt casu nostro, cum ab
initio contrahentes machinentur in debitores, & vir
tute pacti de subhastando, vel offerunt aliquod modi-
20 cum pretium, pro quo sibi res adiudicantur, vel subin-
ferunt, seu supponunt emptorem interpositum, qui fa-
cta adiudicatione, seu venditione statim cedit rem cre-
ditori, quod in pignore conuentionali reprobatum est
ab Imperatore in *l. 2. & l. Et qui sub imagine, C. de di-
stract. pign. & tradit Ioan. Gutierez. de Gabell. q. 141.
num. 10.* vel quod peius est; plures cessiones accipiunt
à creditoribus, qui habent alicuius non valentis soluere
bona obligata cum dicto pacto subhastandi, vt illa pro
parua quantitate habeant.
21 Quibus etiam constat nec iuramentum, nec renun-
ciationem nocere; neq; etiam pactum ne dum ex pro-
22 xime dictis, verum etiam quia verior, ac receptior est
sententia, prædictum remedium *d. l. 2.* competere non
obstan. subhastation. & decreto, vt plene dixi in *q... per
l. si quos, C. de rescin. vend.* quoniam licèt subhastatio-
23 nes, & decretum magnam inducant præsumptionem
pro validitate venditionis, non tamen tollunt proba-
tionem in contrarium faciendam, cum præsumptio
cedat veritati *iur. vulgar.* & fundamenta, & rationes
huius opinionis tam ad subhastationem, quam ad de-
cretum applicantur, ex his, quæ late tradit *Pinell. in d.
l. 2. n. 18. & infra.*
24 Non etiam repugnat, quod dicitur de præsumptio-
ne iusti pretij ex subhastationibus.
Quia respondetur, imo verius dici posse, quod quan-
do venduntur bona à creditore in eorum venditione,
& si subhastationes interueniant, raro accidit, quod
iusto pretio vendantur, & quod fraus, ac dolus non ad-
sit; vt ait *Vinc. de Franc. decis. 54. num. 12.* & alij permul-
ti fundantes eorum sententiam in *d. l. si quos,* ibi, ne sub
nomine subhastationis publicæ, locus fraudibus relin-
quatur, adeo quod sæpe subhastationes de nihilo fer-
uiunt culpa Iudicum, qui vt plurimum oculis clausis,
& absque causæ cognitione bona magni valoris emp-
25 toribus pro paruo pretio adiudicant; Non mirum er-
go, si bona sua petentibus vna cum fructibus
restitui debeant soluto adiudicatio-
nis pretio, iuxta quæ dixi
in *quæst.* ... ac
tradidit
*Padill. in d. l. 2.
num. 32.*

EPITOME.

Rescissionem petens, an audiatur pretio prius non
restituto.
Et an idem procedat, quando petita est nulli-
tas.
Quid in venditione reddituum.
Et facta oblatione præsertim parte opponente.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus rescissionem petens non auditur, nisi prius
pretio restituto.*
*Extenditur idem procedere, quando petita est nullitas
num. 3.*
*Quæ conclusio præsertim procedit, quando quis factus
est locupletior, n. 2.*
*Sed contra, num. 4.*
*Prima tamen relata sententia probatur, n. 5.*
*Quæ ampliatur locum habere quoq; in venditione red-
dituum, n. 6. &*
*Limitatur facta oblatione, & maximè parte opponen-
te, num. 7.*
*Et sufficit, si fiat etiam in causa appellationis, n. 8.*

QVÆSTIO XLVIII.

1 PEtens rescissionem contractus, seù adiudicationis
factæ, etiam præcedentibus subhastationibus an
audiri debeat pretio prius non restituto, quæritur.
Et non audiendum fore, nisi prius pretio restituto,
respondetur. Pro qua conclusione adducuntur *text. in
l. si à te, C. de pact. inter emptor. & vendito. & in l. vte-
re, & in l. si prædium, C. de prædi. minor. & in l. pen. § fin.
ff. de reb. cor.*
2 Quæ conclusio præsertim procedit, vbi quis factus
est locupletior, secundum *gl. Bar. Bal. Ang. Salyc. &
omnes in d. l. si prædium,* quos refert, ac sequitur *Rim.
Iun. cons. 51. num. 71. & seq. lib. 1. Rol. cons. 7. num. 3. lib.
3. & cons. 60. num. 32. lib. 4. Caphal. consil. 207. n. 2. lib. 2.*
3 vel etiam quando petita est nullitas. Et quamuis ali-
qua videatur difficultas, an iura prædicta procedant,
quando petita est nullitas, & sint qui asserant *tex. in di-
4 cta l. vtere, & in dicta l. pen. § fin.* loqui in nullitate, vt
per *Socin. cons. 115. prope fin. lib. 1. Fabian. de Mont. in
tract. de empt. & vend. in 2. q. 8. quæst. princ. num. 2. & 3.
Osasc. decis. Pedam. 159. n. 16. Pinell. in l. 2. cap. 1. n. 21.
part. 1. C. de rescind. vend. Vrsill. ad Afflict. decis. 220.
num. 3.*
5 Tamen, quod dicta lex *si à te* loquatur, quando con-
tractus ab initio est validus, & agitur postea de illius
rescissione, responderunt *Natt. cons. 631. num. 7. Ro-
land. post Castr. Bal. & Cassan. ab eo adductos consil. 7.
num. 4. lib. 3. & cons. 60. n. 34. cum seq. lib. 4. Rim. Iun. d.
cons. 51. n. 71. Decian. cons. 32. n. 4. lib. 4.*
6 Quæ sententia ampliatur procedere quoque in ven-
ditione reddituum, *Milanen. decis. 7. lib. 2.* &
Limitatur facta oblatione, & maximè parte oppo-
nente, *Roland. dicto consil. 7. n. 3. Rimin. Iun. dicto cons. 5.
num. 71. Caphal. cons. 207. num. 2. lib. 2. Osasc. dicta decis.
8 59. in fine,* quæ sufficit, si fiat etiam in causa appel-
lationis, vt tenet *Alex. cons. 27. lib. 1. vers.
præterea, & cons. 78. in fin. lib. 1.*
quem refert, ac se-
quitur
*Caphal. consil. 112. num.
10. & infra
lib. 1.*

## E P I T O M E.

Subhastationes validè concedi debent.
Et quatenus nulliter fiant, an priores obligationes extinguatur, vel potius actiones primeuæ retineantur integræ aduersus debitorem.
Et pretium repeti possit, & qua actione.
Nullitas subhastationis ex quibus dignoscatur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastationes, quæ fieri contingunt, validè concedi debent.*
2 *Subhastatio, vbi est nulla, titulus reducitur ad non titulum, & priores obligationes non extinguuntur, sed creditores ad quorum fauorem erant concesse primæuas eorum actiones retinent integras contra debitorem.*
*Et quatenus solutum sit pretium, illud ramanet penes recipientem sine causa, & repeti potest condictione indebiti vel ex æquitate, l. si me & Titium, ff. si cert. pet. num. 3.*
*Quamuis ad eum authore iudicis peruenerit, num. 4*
5 *Creditor, qui pro iure suo obtinuit subhastare de euictione non tenetur, sed tantum docere e verum creditorem, & anteriorem habere fundum obligatum.*
*Primo declarat procedere, quando subhastatio remanet valida, & res subhastata euincitur à tertio, quo casu datur vtilis actio re euicta, secus cum nulla declaratur, num. 6.*
*Secundo declaratur, quando ille, qui vendidit vt creditor, docere non potest se creditorem, num. 7.*
8 *Nullitas qualiter consideretur in subhastationibus.*

## Q V Æ S T I O XLIX.

1 ADuertendum est præterea, quod subhastationes,
quæ in dies fieri contingunt, validè concedantur,
2 & fiant, quoniam aliàs si fiat nulle, & titulus reducatur
ad non titulum, priores obligationes non extinguuntur, sed creditores, ad quorum fauorem erant concessæ, primæuas eorum actiones retinent integras contra
debitorem, *l. si quis ante, §. si quis conduxerit, ff. de acqui. possess. vbi Ias. post alios num. 13. Hieron. Gabr. cons. 36. num. 66. lib. 1. Surd decis. 51. num. 19. & 20 lib. 1.* &
3 quatenus solutum sit pretium, cum illud remaneat penes recipientem sine causa, repeti potest, cum condictione indebiti, tum ex æquitate, *l. si me & Titium, ff. si*
4 *cert. petat.* quamuis ad eum authore Iudice tale pretium peruenerit, *Natt. consil. 532. num. 12.*
5 Non mouet, si obijceretur, quod sicuti creditor, qui pro iure suo obtinuit subhastare, ac deliberare, de euictione non tenetur, sed tantummodo docere se verum creditorem, & anteriorem fundum habere hypothecatum, *l. 1. & 2. C. credi. euict. pign. non debe. vbi Salic. Negusan. de pign. par. 6. membr. 1. num. 40. Rota in Romana Viueæ decis. 281. num. 33. par. 2. & dixi in quæst.* ita etiam non attendatur nullitas, quæ accidere posset.
6 Quia id non procedit, quando subhastatio non remanet valida, & locum habet contrarium, quando res subhastata euincitur à tertio, quo casu datur vtilis actio re euicta; secus cum nulla declaratur, quoniam tunc ex ea dari non potest actio vtilis, ob resolutionem contractus, vt per *Gabr. dicto cons. 36. num. 66. & Surdus dicta decis. 51. num. 20.*
7 Rursus dicitur, quod dispositio dictæ *l. 1. & 2.* locum non habet, quando ille, qui vendidit, vt creditor docere non potest se creditorem, *ad tex. cum gl. in dicta l. 1. Salic. in l. rescriptum, §. 1 ff. de distr. pign. Negus. de pign. p. 6. membr. 1 sub nu. 40. vers. & primo fallit, & his adde Bal. cons. 227. lib. 1.*
8 Nullitas autem subhastationis multipliciter contingere potest, vel si non apparet illas ex ordine, vel de creto Superioris interuenisse, aut viginti dierum spatio replicatam misse, iuxta quæ habentur in *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. l. si tempora, C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 20. Roland. à Vall. cons. 33. num. 14. lib. 1.* vel etiam, si subhastationes eadem contractus initi die factæ fuerunt, nec prius, nec posterius, vt post *Petr. de Anchar. cons. 83. num. 3. & Petr. Duenn. voluit Borgnin. Caualcan. de Tuto. & Curator. nu. 128. & Camill. Borell. cons. 65. n. 70. & seq.*

---

## E P I T O M E.

Subhastatio facta ex decreto nullo est nulla etiam si fiat partim ex vera, & partim ex falsa causa, & intrat spolium.
Et quando sit nulla facta pro maiori summa, quam esset debitum.
Item, quid quando executio est nulla ex defectu non factæ liquidationis.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Decretum ex falsa causa interpositum est nullum ipso iure, & num. 7.*
*Etiam si adhibeatur partim pro vera, partim pro falsa causa. num. 2.*
*Quamuis excedatur in minimo, n. 3. & num. 9.*
4 *Subhastatio ex decreto continente falsam causam est nulla cum omnibus inde secutis & intras spolium.*
*Ampliatur ad quemcumque accipientem possessionem prætextu decreti nulli, n. 5.*
6 *Iudicis athoritas non eximit à pena iuris.*
8 *Mulier accipiens pecuniam ad societatem officij pro eolendo prædio dato in dotem viro non obligatur, quia cultura non spectat ad mulierem.*
9 *Subhastatio, & deliberatio est nulla, quando facta est pro maiori summa, quam esset debitum.*
*Fallit, quando subhastatio facta fuit pro summis contentis in sententia, & mandato, licet res subhastata plus valeat, & pluris vendita sit, cum illud plus debeat restitui debitori, vel deponi pro expensis liquidatis, vel liquidandis, num. 10.*
11 *Executio est nulla, quando facta est nulla precedente liquidatione. Et est retractanda, etiam quod constet de bono iure, ibid.*
*Et sicuti est nulla executio, ita etiam nulla est subhastatio, qua ortum habet ab executione, num. 12.*

## Q V Æ S T I O L.

1 DEcretum in subhastatione, quando fuit ex falsa
causa interpositum, est ipso iure nullum, *l. Tutor,*
2 *si pesitus de Tutor. & Curator. dat. ab his, l. scientiæ egress. eod. tit.* ita quod neque excluditur huiusmodi nullitas, quamuis decretum fuerit adhibitum, partim pro falsa causa, *Paul. de Castr. in l. si non sortem, §. si centum n. 2. de condit. indeb. Rot. coram Orano in Assisien. subhastationis 15. Nouemb. 1596. & coram R. P. D.*
3 *Bubalo in Salamantina pensionis 9. Maij 1583.* licèt excedatur in minimo, cum etiam tunc decretum sit nullum per ea, quæ tradidit, *Ias. in d. §. si centum sub n. 1. & Rot. coram Iusto in Roman. spolij bonorum 11. Febr.* 1600. vbi quod subhastatio vigore talis decreti est

nulla

nulla cum omnibus inde secutis, & intrat spolium; 
5 ampliando ad quemcunque accipientem possessio-
6 nem prætextu decreti nulli; eum iudicis authoritas
non eximat à pœna iuris ciuilis, *Felin. in cap. cum cau-*
7 *sa num.3. in fin. de offi. deleg.* ita vt dala falsitate causæ
decretum sit nullum ipso iure, *l. 1. §. hæc verba, ff. ne*
*vis fiat ei, qui in possess. miss. est Corn. cons.132. sub nu.*
*12. vers. Decretum libr.2. Rota in Rom. societatis officij*
*17. Iun. 1602. coram Penia inter impress. post tract. Ze-*
8 *chi. de societa. offic. dec.9. n.3.* vbi de obligatione vxoris
narrantis se indigere pecunia pro colendo prædio,
quod eum esset datum in dotem marito, non debebat
coli per vxorem, sed per ipsum maritum; ideo pecuniæ
acceptæ non dicebantur in vtilitatem vxoris, sed viri,
qui onera matrimonij ferre tenebatur, atque ita illud
decretum tamquam ex falsa causa interpositum nul-
lum erat iudicandum, sicut & obligatio nulla erat.

9 Sic etiam subhastatio, & deliberatio est nulla, quan-
do facta est pro maiori summa, quam esset debitum,
quo casu in totum corruit, vt dixit *Rot. in Assisien. sub-*
*hastationis 10. Nouemb. coram Orano, & in Romana*
*spolij 21. Februar. 1600. coram Iusto, & eadem Rota co-*
*ram Sanctiss. decis. 319. num. 3. & prius decis. 198. nu. 1.*
*coram eodem,* vbi adducuntur plures aliæ decisiones,
est etiam *decis. 359. num. 8. part. 1. in recentior. & decis.*
*630. sub num. 3. par. 2. inter recentior.* eiusdem Rotæ, &
sufficit, quod excessus sit in minimo, vt superius dixi *n.*
*3.* quibus addo *Paris. cons. 81. nu. 36. lib. 2. & Put. decis.*
*323. n. 2. lib. 1.*

10 Excessus autem ad istum effectum nullitatis non at-
tenditur, nisi quando est in sententia, seu in mandato;
an secus quando est in executione, vt quando fit exe-
cutio in re maioris valoris, quam sit debitum, quia hoc
non causat nullitatem, sed solum illud plus debet resti-
tui debitori, vel deponi pro expensis liquidatis, *Bursat.*
*consil. 4. num. 58. Moder. de modo proceden. in Tribunali*
*Audit. Cameræ lib. 1. primo cap. 41. in fin. & est text. in*
*l. fin. & ibi Bald. num. quarto, vers. ibi sin autem minus,*
*Surd. consil. 36. sub num. 26. lib. 1. vers. postremo non ob-*
*stat. Rota in Romana spolij 6. Maij 1614. coram R.P.D.*
*Buratto, & in Romana subhastationis 2. Iunij 1614. co-*
*ram R.P.D. Vbaldo, & in Romana domus de Cardellis*
*prima Decemb. 1617. coram Card. Caualerio.*

11 Ad quæ etiam nota, quod executio est quoque
nulla, quando facta est nulla, præcedente liquidatio-
ne, *l. hæc autem § 1. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Bald.*
*cons. 99. n. 1. libr. 5. Paul. de Castr. cons. 109. in fin. libr. 2.*
*Dec. cons. 322. sub n. 3. Rota dec. 689. n. 3. p. 1. in recent.*
*& decis. 442. sub num. 1. p. 2. in recent. Card. Seraph. dec.*
*1168. n. 5. & 11.* vbi quod est retractanda, etiam quod
constet de bono iure, *& coram Sanctiss. decis. 224. n. 1.*
vbi habentur aliæ decisiones eiusdem *Rot. & num. 2.*
12 addit, quod sicut nulla est executio, ita est etiam nulla
subhastatio, quæ ortum habet ab executione nulla ex
opinione Rotæ, vt ibi.

## E P I T O M E.

Subhastatio procedens à radice infecta in totum reijcitur.

Deliberatio, & in solutum datio pro maiori summa, quam sit debitum in totum est nulla, & in totum reuocatur.

Actio spolij & manutentio datur, quando Iudex non rectè procedit.

Adiudicatio non facta liquidatione crediti, est nulla.

Iudex an, & quando dubitatur, constet, vel ne de credito, & eius liquidatione, possit sumere informationem extra acta, & quo casu.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio à radice infecta procedens in totum reijcitur.*
2 *Subhastatio, quæ fit pro summa debita de re maioris valoris substinetur, & residuum restituitur debitori.*
3 *Deliberatio, & datio in solutum pro maiori summa, quam sit debitum in totum est nulla, & reuocatur in totum.*
4 *Iudex non seruans ordinem dicitur procedere tamquam priuata persona.*
5 *Actio spolij, & manutentio datur, quando iudex non rectè procedit.*
*Quæ actio competit tam successori, quam contra successorem, num. 6.*
*Præsertim vbi non constat de aliquo debitis, n. 7.*
8 *Iudex nulliter procedēs dicitur spoliare.*
9 *Adiudicatio est nulla, quando facta fuit non præuia liquidatione crediti.*
*Et si fiat non præcedente condemnatione, n. 10.*
11 *Iudex, quando dubitat, an constet de credito, & illius legitima liquidatione, debet sumere informationes ex actis.*
*Ratio adducitur, n. 12.*
*Fallit si factum esset notorium, quia tunc posset iudex etiam extra acta moueri, n. 13.*
*Sed quod possit iudex in materia liquidationis vti difficilis probationis extraiudicialiter se informare, n. 16.*
*Quod absolutè non probatur ab Authore nihilo de ea apparente, num. 17.*
14 *Notorium non indiget probatione.*
15 *Iudex potest de notorio extraiudicialiter se informare.*

## Q V Æ S T I O LI.

1 SVbhastationis nullitas nō solum consideratur, quan-
do sententia, vel mandatum excedit summam debi-
tam ex notatis in præcedenti quæstione, quę vti proce-
dens à radice infecta in totum est reijcienda, iuxta *dec.*
*Rotæ coram R.P.D. Iusto in Romana spolij bonorum 11.*
*Febr. 1606. de qua per Rot. decis. 545. n. 6. & decis. 630.*
2 *n. 4. par. 2. in recentior.* vbi quod contrarium procedit,
quando subhastatio fit pro summa debita de re maio-
ris valoris, quia tunc substinetur, & residuum restitui-
tur debitori vt præter adductos in *dicta quæst. num. 10.*
*voluerunt Afflict. decis. 218. num. 2. Ruin. consil. 160. n.*
*25. lib. 2. Surd. in tract. de alim. tit. 9. quæst. 32. num. 83.*
3 Cum aliàs deliberatio, & datio insolutum pro maiori
summa, quam sit debitum sit in totum nulla, & in to-
tum reuocetur, *Nats. consil. 631. num. 37. Roland. cons.*
*7. num. 87. lib. 3. Socin. cons. 82. ad fin. lib. 3. Tiraq. de re-*
*tract. lignag. §. 23. glos. 1. num. 23. cum seq. Surd. de alim.*
*tit. 9. quæst. 32. n. 79. Asin. de execut. §. 4. cap. 5. per tot.*
*Ancbar. Iun. quæst. 14. num. 7.* Nam Iudex non seruan-
4 do ordinem in exequendo dicitur rectè non procedere,
sed tamquam priuata persona, *Bald. in l. si ob causam*
*C. de euict. & cons. 61. col. 2. lib. 2. Socin cons. 158. nu. 16.*
5 *lib. 2. Surd. cons. 168. num. 25. lib. 2.* ita vt tunc non cen-
seatur, quis priuatus possessione, sed debeat manutene-
ri, *Ang. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. 2. ff.*
*de acqui. possess. Rota coram R.P.D. Coccino in Fauenti-*
*na de Pacijs 28. Ianuarij 1605. & coram R.P.D. Man-*
*zanedo in Braccaren. Beneficij 3. Iulij 1606. cum aliis*
*per Rot. decis. 630. nu... in fin. par. 2. in recentior. Put. de-*
*cis. 409. in fin. li. 2. in nou. Card. Seraphin. decis. 1041. n. 3.*

sicuti

6 sicuti etiam hoc casu datur actio spolij, quae competit tam successori, quam contra successorem, *gloss. in cap. eum ad sedem in ver. interdictum, vbi Abb. num. 20. & 27. de restit. spoliator. Cassador. decis. 3. eodem tit. Alexand. in l. rem, quae nobis num 19. & ibi Ias. num. 14. ff. de acquirend. possess. Afflict. decis. 361. n. 33. cum alijs per Rota decis. 476. num. 2. ad 5. par. 2. in recentior. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. n. 410.*

7 Verum etiam, quando subhastatio fit non constito de aliquo debito, *Rota decis. 115. num. 1. par. 4. in nouiss. nouissim. & in Mantuan. Bonorum, Veneris 16. Decembris 1611. coram Vbaldo, & decis. 365. num. 11. par. 1. in*
8 *recentior.* vbi quod hoc casu locum habet actio spolij, cum Iudex nulliter procedens dicatur spoliare, *cap. con. uaerente, & ibi Abb. de restit. spoliat.* cum alijs ibi congestis, & habetur per eamdem *Rota in Assisien. Subhastationis 19. Nouembris 1596. coram Orano, in Romana Spolij 21. Februarij, & 5. Maij 1600. coram Iusto, & in Romana Spolij 29. Nouembris 1602. coram Card. Millino,* & idem sensit eadem *Rota coram Cardin. Caualerio in Romana Pecudum 14. Nouembr. 1611.*
9 vbi de adiudicatione nulla, facta non praeuia liquidatione crediti, & quod idem fuit dictum in *Asculana Pradij 22. Iunij 1609. coram Cardin. Sacrato, Petr. An-*
10 *gusol. consil. 34. nu. 10.* dicens subhastationem esse quoque nullam ipso iure factam non praecedente condemnatione. Vel etiam, quando fuit facta pro concurrenti quantitate crediti ante liquidationem, quia dicitur incerta, nec ex ea transfertur dominium, *Rot. in decis. 725. n. 2. par. 2. vbi caeteri allegantur.*
11 Insuper nota, quod quando dubitatur an constet, vel ne de credito, & eius fuerit facta liquidatio, iudex debet sumere informationes ex actis, vt dicit *Rota coram Sanctiss. in decis. 224. nu. 5.* vbi quod ita etiam fuit dictum *in Perusina separatione thori 28. Iunij 1589. coram Gipsio,* idemque voluit *Rota decis. 445. num. 8. ar. 1. diuers. & decis. 278. num. 2. par. 4. in recentior. & in Romana haereditatis 17. Iunij 1611. coram Cardin. Sa-*
12 *crato,* vbi datur ratio quia si iudex extra acta moneri posset, pars facere non valeret suas diligentias, & ita tollerentur defensiones, & ideo, quae non sunt de actis, dicuntur non esse de hoc mundo, vt inquit *Rota in dec. 404. sub n. 1. par. 1. in recentior.*
13 Fallit, si factum esset notorium, quia tunc posset iudex etiam extra acta moueri, secundum *Rotam in di-*
14 *cta decis. 278.* quoniam notorium non indiget probatione, *Surd.* post adductos per eum *consil. 371. num. 45.*
15 *& 46. lib. 3.* vbi, quod potest iudex de notorio extraiudicialiter se informare, *Gratian. discept. foren. lib. 3. cap. 442. num. 8.*
16 Contrarium, quod in materia liquidationis vti difficilis probationis iudex possit capere extraiudicialem informationem, dixit *Rota in Romana bonorum de Ceulis 3. Maij 1606. coram Card. Lugdunen. & in Ferrarien. Decimarum 28. Maij 1621. coram bon. mem. Vbaldo, per doctrinam Bar. in l. si quod ex Pamphila n. 3. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. quatenus, num. 24. & seq. ff. de reg. iur.*
17 quod ego absolutè non probarem, nisi aliquid constaret de re, de qua agitur, sed cogita per ea, quae supra dixi *num. 11. & 12.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, quando nullitatis vitio subiacet, ex ea non deuenitur ad liberationem,

Retentio an detur ex adiudicatione nulla, & quando.

Missio, quando ita obstet, vt res non relaxetur cum cautione desistendo, ac reficiendis expensis.

Hypotheca competens creditori, quando prosit ad retentionem.

Et quid, quando res pro debito non est obligata.

## S V M M A R I V M.

1 *Subhastationes quando subiacent vitio nullitatis, & inualiditatis, tale vitium in omnes ita influit, vt deueniri non possit ad aliquam deliberationem.*
2 *Adiudicatio, quando fuit nulla, quia excessiua vltra quantitatem debitam, datur retentio, donec debitum soluatur.*
*Ratio adducitur n. 3.*
*Declaratur n. 20. & 24. & infra.*
*Ampliatur procedere etiam, si alioquin creditori nulla competat hypotheca, n. 7.*
*Sed contrarium, n. 9.*
*Cui respondetur, num. 15.*
5 *Fideiussio pro relaxanda possessione non sufficit, quando missio fuit facta, vt debitor soluat in executionem iudicati.*
*Fallit nulla praecedente pronuncia ex primo Decreto, quia tunc efficitur pignus Pratorium, & missio facta est, vt defendas, & ideo data cautione de sistendo, & reficiendis expensis, res recuperatur, n. 5.*
6 *Missio alia est ob contumaciam non soluentis.*
8 *Venuta nulla est confirmanda, quando noua esset concedenda.*
*Sed vide n. 25. & seq.*
9 *Possessor malae fidei est, & vitiosus, qui emit non seruatis solemnitatibus.*
*Et contra talem militat praesumptio iuris, & de iure, quae non recipit probationem in contrarium, n. 10.*
11 *Retentio non datur ei, qui cum vitio possidet.*
*Fallit, quando res peruenit ad creditorem ex causa illius debiti, pro quo nunc vult retinere, quia etiam, quod id non sit sine vitio, datur tamen retentio, n. 15.*
*At videas num. 20. & seqq. vsque in finem.*
*Ampliatur idem procedere, quando res esset pro eo debito pignorata, & pignus non valeret, quia nihilominus retineri posset pro eo debito, n. 16.*
12 *Occupans auctoritate propria rem legatam non potest illam retinere sed cogitur eam restituere.*
13 *Hypotheca competens creditori non prodest ad retentionem.*
*At videas n. 17. & 18.*
14 *Paria sunt debitum non extare, vel exceptione tolli.*
17 *Tenuta nulliter concessa stante hypotheca non reuocatur.*
18 *Res obligata retineri potest licet nulliter fuerit adepta tenuta.*
19 *Res retineri potest pro debito, pro quo non est obligata.*
*Declaratur prima relata sententia num. 20. & infra, & num. 24.*
21 *Retentio cessat, quando creditum non est liquidum.*
23 *Dominij exceptio non admittitur aduersus spoliatum, licet incontinenti probaretur, & esset notoria.*
25 *Possessio spoliatiue capta non potest confirmari, quamuis de nouo esset concedenda ex veriori.*
26 *Retentio in causa mihi non admittitur, & ibid. contrarium declaratur.*

QVAE-

## QVÆSTIO LII.

1 NVllitatis vitio, & inualiditatis, quando subiacet
subhastatio tale vitium in omnes actus sequen-
tes ita influit, vt deueniri non possit ad aliquam deli-
berationem. Dec. consil. 475. in causa, num. 13. vsque ad
17. Soc. Iun. consil. 41. num. 17. & seq. lib. 2. per doctri-
nam Ioan. Andr. in cap. quoniam contra in fin. de probat.
Bald. in l. liberorum, C. de testam. Fulgos. cons. 73. Pater-
fam. colum. 4. in princ.
Ideo dubitari solet, quid resoluendum, quando ad-
iudicatio fuit nulla, quia excessiua vltra quantitatem
debitam, & non seruatis solemnitatibus necessarijs fa-
cta, & detur retentio, donec debitum soluatur.
2 Pro affirmatiua sententia addducitur tex. in l. si
non fortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. vbi habetur,
quod licet datio insolutum facta pro maiori quantita-
te, quam sit verum debitum nulla sit, & resoluatur in
totum, tamen creditor potest illam retinere, ibi ager
autem retinebitur, donec debita pecunia soluatur, vbi
gloss. hoc notat. in verbo retinebitur, & sequuntur ibidem
Bar. in fine, Paul. de Castr. num. 6. Alexan. num 6. Ias.
num. 10. & posteriores est tex. in l. vltim. in fine, C. si ad-
uer. fisc. in l. si minore., C. de iure fisc. lib. 10. & in l. 1. C.
de instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Bal. in cap. quoniam
frequenter, § siu autem, num. 2. vt lite non contest. & in
l. petenti in fin. ff. de pign. act. Curt. Iun. de feud. par. 2.
quæst. 6. princ. in fine. vers. vel alter potest. Negusan. de
pign. membr. 2. par. 3. num. 20. Neuizan. cons. 77. num.
12. Parpal. in l. si quis aduersus ante finē, C. de preci. Im-
per. offe. Galles. de obligat. Cameral. par. tertia ad finem
in quæst. post process. iucid. num. 32. vbi quod ita fuit de-
cisum per doctriuam Baldi in l. fundus, qui Lucy Tity in
lectura antiqua, de rescindend. vendit. Bursat. cons. 73.
num. 29. & 30. libro primo, Surdus decisione 46. num. 7.
& 14.
3 Ratio est, quia cum res datur alicui in solutum, siue
per sententiam, siue ex instrumento executiuo, quod
cum habet illius, videtur quodammodo pro illo obli-
gata quare licet sit nulla; nihilominus ius aliquod cō-
petit in re, & ideo agens ad nullitatem tenetur debitū
offerre. l. 1. vbi scribentes, C. de fid. instru. & iur. hast. fis.
lib. 10. Neuiz. cons. 77. nu. 10. Grat. discep. lib. 1. cap. 16.
4 n. 17. ad 40. ita quod non etiam sufficiat fidemissio pro
relaxanda possessione, quādo missio fuit facta, vt debi-
tor soluat in executionem iudicati, cum secus esset nul-
la præcedente sentētia ex primo decreto, quia tunc ef-
ficitur pignus pretorium, & missio facta, vt defendat,
ideo data cautione de sistendo, & reficiendis ex-
pensis res recuperatur, l. si pecunia in fin. vt in possess.
lega. Bar. in l. consentaneum, numer. 15. C. quomod. &
6 quand. Iud. quoniam alia est missio ob contumaciā non
venientis, & alia propter contumaciam non solu ntis
cap. ex parte de verbor. signific. l. statu liber. ff. de stat. lib.
adduxit alia Surd. pro hac sententia dicta decis. 46. num.
7 7. & 8. qui num. 9. addit hoc quoque locum habere, si
alioquin creditori nulla competat hypotheca, vt pro-
bat tex. in dicto §. si centum, quem ita intelligit ibi Bar.
num. 1. & Castren. in l. si petenti, num. 3. ff. de pign. act.
8 Et præterea quia tenuta nulla est confirmanda, quan-
do de nouo esset concedenda, vt per Rotin. decis. 102. n.
8. post tractat. Zacchi. de camerali obligatione.
9 In contrarium facit, quia est malæ fidei, & vitiosus
possessor, qui emit non seruatis solemnitatibus, cap. qui
contra, de regul. iur. in 6. gloss. in dicta l. 1. in fin. C. de fide
instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. vbi Ioan. de Plat. Rebuff.
& Luc. de Pen. quod notādum dicit Bal. in l. cum contra,
C. si vendi. pign. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 45.
instit. de act. vbi ait, quod contra talem militat presum-
10 ptio iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in
contrarium, Soc. Iun. consil. 60. num. 45. cum seq. lib. 1.
Boer. decis. prima num. 54. Roland. consil. 18. num. 87. lib.
2. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 636. & in
consil. 20. num. 46. & infra lib. 1.
11 Cæterum retineri non potest res ab eo, ad quē cum
vitio peruenit, cap. final. de ord. cogn. Negusan. de pign.
4. memb. 5. par. princip. num. primo. vbi ponit exemplum
de quo in l. 1. §. rediguntur, ff. quor. lega.
12 Quod qui auctoritate propria occupauit rem lega-
tam non potest illam retinere, sed cogitur restituere,
13 neque prodest ad retentionem hypotheca competēs
creditori secundum Salyc. in Authen. ei, qui iurat in 12.
quæst. 1. C. de bon. auth. Iudi. possiden. Borgnin. de Tutor.
& Curator. num. 165. & paria sunt non extare debitum.
14 vel exceptione tolli, Bar. in l. Fulcinius §. cum hac, num.
4. ff. ex quib. caus. in possess. eatur, Roman. consil. 454. nu.
9. Ruyn. consil. 160. num. 25. lib. 2. & Menoch. de re ti-
nend. possess. remed. primo, num. 37. & seq.
15 Sed qui tenent primam opinionem ad contraria res-
pondent vt infra.
Et in primò ad id, quod retineri non possit res, quæ
ad venditorem peruenit cum vitio.
Dicitur non procedere, quando res ad creditorem
peruenit ex causa illius debiti, pro quo nunc vult retine
re, quia, etiam si id non sit sine vitio, datur retentio, vt
declarat Bart. in dicto §. si centum, num. 8. per l. elegan-
ter, §. quia reprobos, ff. de pign. act. Paul. de Castr. in dicta
l. si petenti. num. 6. Mastrill. decis. 88. num. 8.
Et contrarium habet locum, quando res non perue-
nisset ad eū occasione illius debiti, quia retineri nō pos-
set vt ibidem per Bart. & Bal. in fin. Castr. num. 5. eodem
in loco, & in dicta l. si petenti, post gloss. ibidem nu. 3. ff. de
16 pign. act. qui ait idem esse quando res esset pro eo debi-
to pignorata, & pignus non valeret, quia nihilominus
retineri posset pro eo debito, ea ratione quoniam, cum
res datur alicui insolutum pro debito, quodammodo
videtur pro illo obligata, ita quod licet datio sit nulla,
Tamen in re ius aliquod competat, vt & Surd. asserit in
dicta decisione. 46. sub num. 12.
Non resistit Salycet. in dicta Auth. ei qui iurat.
17 Quoniam illius opinio non videtur vera, Nam illam
in spetie reprobat Osasch. in decis. 34. num. 17. & fuit sē-
tentia Bart. in 13. §. fin. in fin. ff. de acquir. possess. vbi vo-
luit, quod stante hypotheca, tenuta nulliter concessa
non reuocatur, Honded. consil. 21. num. 38. lib. 2. & Sur.
post Castr. Alexand. Dec. Negusan. & cæteros dictn dec.
18 46. num. 15. & quod quando res est obligata, retineri
possit quamuis nulliter fuerit adempta tenuta, Bar. in
dicto §. si centum, num. 7.
19 Vbi fortius voluit, quod retineri, possit res pro de-
bito, pro quo non est obligata. Bursatt. consil. 73. nu. 28.
lib. 1. Rota in Maceraten. salutani, seu spoly 12. May
1608. coram Manzanedo, impress. post tract. Zacch. de
oblig. Cam. dec. 130. num. 6. Ergo multo magis pro debi-
to, pro quo est obligata retineri poterit ex præmissis.
20 Declaratur tamen superius firmata sententia, quæ
stat pro retentione quatenus illi inhæreretur, vt proce-
dat, quando creditum esset tale, vt de eo nihil posse cō-
trouerti, vel dubitari, & ex partis confessione vera, &
non ficta in totum redderetur liquidum, & indubitatū,
iuxta quod intelligit Surd. d. decis. 46. in fine, & per to-
tam. Rota in dec. 409. sub num. 5. parte 1. in recentior.
post Gabr. de restit. spoliat. conclus. 1. n. 117. Quoniam, si
21 creditum non esset liquidum, cessaret retentio, & com-
pensatio l. fin. C. de compensa. Alex. consisc. 93. num. 1. li.
4. Bero. cons. 255. numer. 28. lib. 1. Roland. à Vall. cons. 17.
numer. 18. lib. 1. Surd. decis. 184. numer. 6. Rota decis. 79.
in fin. par. 1. in recentior. & per Card. Seraph. decis. 1455.
num. 4.
23 Cum etiam aduersus spoliatum non admittatur ex-
ceptio dominij, licet in continenti probaretur, & est
notoria iuxta veriorem sententiam, de qua per Rotam
dicta

*d.decis.409. n.5. Aymon. cons. 322. col. 2. in princ. vers. quod ip;um post Paul.de Castr.cons213.in prine.Viso puncto suprascripto li.2.Guid. Pap.quæst.885.Me noch.de recuper.possess.remed.15. num. 411. & consil.2. num.188. & in primo respon.Caus. Finariens. impress. post tract.de recuperan.possess.num.84.& infra.Surdus consil.189.nu. 23. cum sequen. lib. 2. Gabr. in dicto tic. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 45. Rota in Romana domus 24. Maij 1619.coram bo.me.Voaldo.*

24 Quinimo, quod magis est, nec confessio sufficeret, cum requiratur ius ita notorium, vt contrarium probari non possit in petitorio per agentem in spolio, vt in specie declarat *Rota in decis. nona 5. part secunda in recentior. coram Litta, & in decis. 229. num. quarto, & decision. 741. num. 5. eadem par. secunda*, ita quod vbi extaret confessio, illa deberet esse adeo clara, vt nullam recipiat dubitationem, nec exceptionem nec probationem in contrarium, vt per *Rotam in praecitatis decisionibus*.

25 Et nota, quod quicquid teneant relati supra, & præsertim *num. 8. 15. & seqq. vsque ad 19.* verior est conclusio, & in praxi seruata, quod possessio spoliatiuè capta numquam possit confirmari, quamuis de nouo esset concedenda. *Rota decis.85. num. 4.par.2.in recentior. Chissanen. decis. 172. Rota coram R. P. D. Robusterio in Romana Casalis, seu Predichæ sancti Matthæi 12. Iunij 1573. coram. Orano in Romana domus*

26 *coram Vbaldo 24. Maij 1619.* vbi, quod in causa Spolij non admittitur retentio, *Caputaquen. decis. 171. lib. 3. & est text. in l. si non sortem. §. si centum, ff. de cond. indeb. cum alijs per Surdum dicta decision. 46. num. 7. & sequen.* & contraria non loquatur, quando actum fuit remedio spolij, sed condictione indebiti ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate, prout declarat *Rota in Romana Domorum in Burgo 22. Iunij 1615. coram bon. memor. Vbaldo. & dicta Romana domus 24. May 1619. coram eodem.*

---

## E P I T O M E.

Res creditori adiudicata, an factis subhastationibus possit pro debito retineri, si intra terminum ad reluendum offeratur summa pecuniarum, pro quibus facta est executio.

Iam missus in possessionem ex primo Decreto an possit retinere possessionem ratione hipothecę.

Debitor an teneatur offerre debitum, pro quo non præcessit adiudicatio.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Creditor, cui fuit res adiudicata factis subhastationibus non potest eam pro alio debito retinere, si infra terminum ad reluendum deponatur summa pecuniarum, pro quibus facta est executio.*
*Et de ratione num. 6.*
*Contrarium habetur, num. 5.*
*Qua vltima sententia dicitur receptissima, quando debitum est liquidum num 7.*
*Vel etiam retentio competit, vbi pro alio credito fuisset data quindena debitori pro debito, pro quo pretenderetur retentio, n.8.*
2 *Via quam quis sibi elegit, hæc eidem patere debet.*
3 *Creditor qui propria authoritate ingredi potest possessionem, si Iudicem adeat, sibi præiudicat.*
4 *Immissus in possessionem ex primo decreto retinere non potest possessionem ratione hipothecæ.*
5 *Mulier licet videatur habere possessionem domus iure familiaritatis viuente marito, tamen eo morto habet retentionem pro dote.*
9 *Debitor non tenetur offere debitum, pro quo non præcessit adiudicatio.*

## Q V Æ S T I O LIII.

1 Opportunè quæritur, An Creditor cui res adiudicata fuit factis subhastationibus possit pro alio debito eam retinere, si infra terminum ad reluendum deponatur summa pecuniarum pro quibus facta est executio.

Et pro parte negatiua facit regula *l. si mulier, §. finali, ff. de eo quod met. caus. & l. cuius bonis, ff. de Curator.*

2 *furios.* quam viam quis sibi elegit, hæc eidem pateat, quam regulam ad hoc notat *Dec. consil. 246. n. 6. post Bald. in l. 1. in princ. in secundo notab. C. de execut. rei iudi.*

3 Vbi si creditor, qui propria auctoritate ingredi possessionem potest, Iudicem adeat simpliciter, sibi præiudicat. Rursus adducitur doctrina *Salycet. in Authent. ei*

4 *qui in 12. quæst. C. de bon. auth. Iudi. possid.* Dum ait immissum in possessionem ex primo Decreto retinere non posse eamdem possessionem ratione hypothecæ, quoniam missus eo nomine non fuit, quæ conclusio confirmari potest, ac videtur ex Doctrina *Bart. in l. creditores, C. de pign.* & in specie quæstionis propositæ ita sensisse videtur *Aym. cons. 171. n. 17. post Bal. in auth. ei qui iurat, n.28. versic. sed tunc. & ibi Salycet. n. 26. ff. de acquir. possess. & in terminis. Milanen. dec. 12. num. 124. par. 2.*

5 Contrarium respondit *Dec. cons. 449. num. 23.* Vbi quod licèt mulier, quæ possessionem habere videtur domus iure familiaritatis viuente marito, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess.* Tamen mortuo marito habet retentionem pro dote post *Bart. in l. si filio la prima ff. solut. matrim. & in l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. Bald. sibi contrarius in l. circa fin. C. etiam ob chirograph. pecu. & ib. gloss. fin. & Salyc. in 9. quæst. Osasch. decis. Pedem. 34. num. 17. Alba. consil. 220. lib. 2. vbi adden. adducunt Capyc. decis. 319. & decis. 11. Negusant. de pignorib. in 3. membr. 5. par. num. 48.* Vbi addit, quod ratio, qua mouentur Doct. qui tenent negatiuam opinionem, est, quia creditor dicitur in dolo, debito sibi soluto non restituendo rem, stante quo pro alio debitori competit quindena, & plura alia rem remedia, & nihilominus non minori dolo notari deberet debitor repetens pignus prætorium, ac iudiciale, & nolens soluere aliud debitum, quod debet.

7 Et hæc est receptissima opinio, quando debitum est liquidum, & verum, & aduersus illud nil per debitorem obijci potest, vt declarat *Surd. decis. 46. in fi. & per totam. Rota coram R. P. D. Vbaldo in Mantuana bonorum 14. Maij 1622. quæ inter impress. in recentior. est dec. 409. num. 5. in fin. par. 1. post Gabriel. comm. conclus. tit. de Restitut. spoliat. 117.*

8 Vel etiam retentio competit, vbi pro alio credito fuisset data quindena debitori pro quo prætenderetur retentio, secundum *Dec. cons. 449. n. 3. & Surd. d. decis. 46. n. 10. & seq. & hanc sententiam probauit quoque. Mastrill. decis. 88. num. 5 6. & 7.*

9 Non obstat *Milanen. dicta decis. 12. n. 224.* vt supra in contrarium adducta; quia non firmat contrariam opinionem, sed dicit secundum aliquos non teneri debitorem offerre debitum pro quo non præcessit adiudicatio, *& Osasch. & Personal. quos citat. Contrarium asserunt.*

Quin etiam idem *Milanen. num. 125. allegat Dec. & Negusant. vbi supra contrarium sentientes.*

## E P I T O M E.

Vxor in odium creditoris exequentis deducens viri inopiam si petat dotes suas collocari in tuto super bonis subhastatis, an, & quando impediat adiudicationem, seu dationem in solutum.

Et quid facere, ac docere debeat vt obtineat.

Vergentia viri ad inopiam qualiter, & quando probanda sit per mulierem prætendentem impedire executionem creditoris.

Creditor anterior in concursu cum alio creditore quid agere, seu pati debeat.

### S V M M A R I V M.

1 *Mulier in odium creditoris exequentis deducens viri inopiam, si petat dotes suas collocari in tuto super bonis subhastatis ad instantiam creditorum, impedit adiudicationem seu dationem in solutum. & n. seq.*

*Præsertim num. 5.*

*Contrarium probatur, n. 6. & infra.*

*Et idem datur vendicatio contra posteriores creditores, num. 2.*

*Ac præterea agit hoc casu contra tertios possessores, si bona mariti non sufficiant, n. 3.*

4 *Mulier potest retinere bona mariti, donec fuerit satisfacta de sua dote, siue dos consistat in pecunia, siue in corporibus.*

7 *Mulier volens impedire adiudicationem, seu dationem in solutum faciendam ad fauorem creditorum deducens inopiam mariti, debet præuenire creditores in capiendo possessionem ante executionem factam per creditores, & antequã per eos fuerint capta bona.*

*Debetque constare de bono iure suo nullam exceptionem admittente, n. 12.*

*Non tamen subhastationem impedire potest, n. 9.*

8 *Iura vigilantibus, non dormientibus subueniunt.*

10 *Creditor anterior licet nan teneatur rem vendere, sed eam retinere possit, donec sibi saluatur, tenetur tamen præstare patientiam, vt talis res hypothecata, & per eum retenta vendatur, & subhastetur per secundum creditorem, vt illis satisfiat de suo credito, & quod superest sibi tradatur.*

11 *Creditor & si vendere non compellatur aliud tamen seruandum est in executione iudicati.*

*Et de ratione ibid.*

13 *Mulier agere prætendens ob vergentia viri ad inopiam, specialiter id probare debet.*

*Et quidem plenè, vbi lis ageretur inter mulierem, & creditorem, licèt semiplena probatio sufficeret, quando inter illam, & virum id fieret, n. 15.*

*Fallit, vt num. seq.*

14 *Negusant. in Tract. de pign. p. 5. membr. 5. num. 9. reijcitur.*

16 *Mulier habens pro se instrumentum, & constitutum, impedit executionem creditoris etiam non probata vergentia viri ad inopiam, quamis secus illis non extantibus.*

### QVÆSTIO LIV.

1 MVlier in odium creditoris exequentis deducens viri inopiam, si petat dotes suas collocari in tuto super bonis subhastatis ad instantiam creditorum intentando remedium *l. vbi adhuc C. de iur. dot. & l. si constante ff. sol. matr.* & ita impedire adiucationem, seu dationem in solutum, an audienda sit, apud Doct. controuertitur.

Nã quod audiri debeat, adducitur *tex. in l. vbi adhuc.*
2 Vbi non solum datur vendicatio aduersus ipsum
3 maritum, sed etiã contra posteriores creditores: sicut
etiam hoc casu agere posset contra tertios, si bona mariti non sufficerent *d. l. si constante in princ. Rol. cons. 9. n. 12. lib. 1.* quod si vendicare potest à creditore, multo magis agere valet, & excipere contra tertios possessores, qui mariti bona iam possident, & etiam contra creditorem de suo iure excipere, & pro hoc allego *Rot. diuers. dec. 641. n. 16. p. 1. de qua per Galganet. ad statut. Vrbis c. 195. in fin. lib. 1. & per Zacch. ad Gallef. de oblig.*
4 *Cameral. q. 5. n. 45.* Mulier enim potest retinere bona
mariti, donec fuerit satisfacta de sua dote, siue dos consistat in pecunia, siue in corporibus *Bar in l. si filiosam. in princ. ff. sol. matr. Bal. Nouell. de dot. par. 8. priuil. 1. in fin. vers. 3. limit. Negusan. de pign. p. 5. membr. 4. nu. 5. & in eodem tract. p. 5. membr. 1. n. 29.* Vbi quod etiam si mulier simpliciter habeat hypothecam in bonis mariti, & occurat, quod creditores mariti agant via executiua super bonis ipsius mariti etiam in genere hypothecatis pro dotium restitutione, illa potest dicta bona retinere, ac dicere maritum ad inopiam vergere, & eam probando petere eadem sibi relaxari, quo casu cogentur creditores expectare residuum, quod supererit mulieri, & cætera mariti bona executere, quod & voluit prius *Bal. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 18. & 24. Gram. dec. 92. n. 17. & Rol. cons. 31. n. 35. & seq. lib. 1.*
6 Sed contrarium concluditur verius.
7 Quoniam mulier ad effectum, quo de agitur, debet
prænenire creditores in capiendo possessionem ante executionem factam per ipsos creditores, & priusquam per eos fuissent capta bona mariti. *Dec. cons. 400. viso eleganti. n. 5. Greg. Lopez. in l. 9. gl. despues que ge la præsta. vers. item vxor. tit. 2. partit. 5. Thesaur. deci. 207. n. 3. Guttierez. cons. 16. n. 14.*
8 Cum vigilantibus, non dormientibus iura subue-
niant. *l. pupillus ff. de his, quæ in fraud. credi. l. non enim ff. ex quib. caus. maior. c. nunciatum. 74. distin. cum simil.*
9 Quin etiam dicitur, quod vbi mulier præuenerit
creditores, & fuerit in possessione, non tamen subhastatio retardari potest.
10 Nam quamuis creditor anterior non cogatur rem
vendere, sed eam sibi retinere possit loco pignoris, & hypothecæ, donec suum creditum soluatur; tamen tenetur præstare patientiam ad hoc, vt talis res hypothecata, & per eum retenta vendatur, & subhastetur per secundum creditorem ad effectum, vt illi satisfiat de suo credito, & quod superest illi tradatur; cum ex hac concessione vendendi, & subhastandi ius pignoris primo creditori competens non amittatur, in specie est *text. in l. quamuis in princ. ff. de pign. act. Auth. hoc ita C. de pign. & hypothec.* & in corpore vnde sumitur *§. ad hoc autem. Auth. de litig. & de decim. par. lit. Collat. 8. Const. 7.* Item adducitur *tex. in l. à Diuo Pio §. quod si res*
11 *fuer. pign. ff. de re iud.* Vbi quod & si creditor vendere
non compellatum rem, quam pignori accepit, nihilominus aliud seruandum est in executione iudicati, quia si res illa, quæ capta est, emptorem inuenerit, qui sit paratus dimisso priore creditore residuum soluere, admittenda est huiusmodi rei venditio, seu alienatio, cum non videatur creditoris conditio deterior fieri suum consecuturi, nec ius pignoris dimissuri, quam si ei satisfactum fuerit. Atque ita ex dicto text. habetur, quod aut creditor pignoris conuentionalis vendet, vel venditioni consentiet, ex quo alias eo inuito fiet venditio, ex notatis *per glos. in d. §. quod si res fuerit in ver. distractio, & ibi Cuman. numer. 1. & 2.* qui loquitur in specie de muliere occupante bona omnia mariti pro sua hypotheca dotali, dicens id esse valde notandum pro posterioribus creditoribus, *Bart. in dicta l. à Diuo Pio §. sed & illud numer. 2. & ibid. Ias. numer. 1. & 3.*

& 3. Bald. in l. incivile num. 2. C. de bon. auth. Iudi. possiden. & in l. ordo num. 9. ff. de execut. rei iudic. Debet
12 quoque mulier pretendens impedire executionem,
quod doceat de bono iure suo, & aperto, & nullam exceptionem admittente, *Bal. in l. si alienam, vbi Alex. num. 10. ff. sol. matr. Ant. Gabr. de restit. spoliat. conclus. 1*
13 *num. 4.* Cum alias mulier nullum ius habeat pro suis
dotibus constante matrimonio, & quatenus prætendatur agi propter vergentiam viri ad inopiam, id esset
specialiter probandum, ad tradita per *Castren. in dicta*
14 *l. si constante num. 3.* vbi etiam *Alex. num. 24. ff. solu.*
*matr.* quicquid aliud sentiat *Negusant. de pign. par. 5. memb. 1. num. 9.* cum illius opinio vera non sit & contra fuerit giudicatum, vt testatur *Thesaur. decis. 207. num. 2. & 3. Milanen. decis. 12. num. 139. Marcell. Cola de modo articulun. & proban. §. 2. gl. 1. num. 153. Adden. Ad Capyc. decis. 41. num. 4. Fab. Ann. cons. 63. num. 2. Ioann. Bapt. Costa in subsidiar. remed. tibi C. qui pot. in pign. habean. Marsil. in Rubr. de fals. col. 4. vers. nec faciunt & in l. si quis nec quæstio col. 3. ff. de quæst. Socin. cons. 111. num. 4. lib. 3. Curtar. decis. 8. num. 2.* Namquid-
15 quid sit quoad ipsos coniuges, inter quos sufficit
semiplena probatio talis vergentiæ ad inopiam, aliud est, quando res agitur inter mulierem, & creditores, quia tunc plenè probari debet talis vergentia citatis ipsis creditoribus, cum alias in dubio eis non preiudicetur quoad impediendam executionem per illos cæptam *Bar. in dicta l. si costante n. 10. 15. & 16. ff. sol. matr. Bal. Nonell. de dot. par. 9. priuil. 12. prope fin. Lup. in cap. per vestras §. 18. nu. 31. de donat. inter. vir. & vxor. Paris. cons. 54. nu. 6. lib. 4. de communi testatur Didac. Couar. lib. 3. Var. resolut. cap. 6. num. 8. vers. item satis probatur paupertus post glos. in dicta l. vbi adhuc, & ibi Cyn. q. 12. Alber. col. pen. Salyc. in l... §. creditoribus C. de iur. dot. Fel. in c. veniens il primo num. 9. de testib.* & in præmissis videas latè *Giurb. dec. 61. n. 15.* Illud autem certum est; quod vbi nullum adest instrumentum, neque constitutum (quo extante, posset vxor impedire executionem creditoris etiam non probata inopia mariti) non auditur. *Gramat. decis. 92. num. 18. Cartur. d. decis. 8. num. 2 Vrsill. ad Afflict. decis. 199. n. 1. Thesaur. Iun. in addit. ad dictam decis. 207. sui genitoris in princ.*

## EPITOME:

Mulier habens instrumentum suę dotis cum clausula constituti, an habeat simpliciter retentionem bonorum mariti, vel pati debeat pignus captum à creditore subhastari, & ex illius pretio sibi solui, & residuum cedat ad vtilitatem posteriorum.

Et an id fieri possit per Iudicem.

Mulier opponens se executioni creditoris, an, & quando sit manutenenda in odium posterioris creditoris.

Creditor nulla facta collocatione ad euitandos circuitus quid agere debeat.

Tertius non possidens non impedit executionem, quamuis in istrumento crediti non ad sit Clausula Cameralis, & multo magis quando adest.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier auditur, si vult excipere de sua hypotheca, & vti velit retentione, & in instrumento suo habeat Clausulam Constituti.*

2 *Tertius quando aduersus agentem creditorem de dominio, & possessione opponat, & instrumenti executionem impediat, remissiuè.*

3 *Mulier habens instrumentum suæ dotis cum Clausula Constitui, licèt excipere possit de sua hipotheca, & habeat retentionem, tenetur tamen præstare patientiam, vt pignus subhastari possit, & ex illius pretio sibi dos solui, & residuum cedat ad vtilitatem posteriorum.*

*Quod & per Iudicem concedi debet, num. 4*

*Et isto casu non dantur bona vxori, nisi ad iustam æstimationem, n. 6.*

5 *Bal. Nonell. de dot. priuileg. 24. impugnatur.*

7 *Mulier opponens se executioni creditoris mariti, manutenetur in odium posterioris creditoris, quando vltra vergentiam viri inopiam probat maritum nulla alia bona habere, quam illa, super quibus fit executio quia tunc stante priori hypotheca est manutenenda etiam non existente Clausula constitui.*

8 *Creditor nulla facta collocatione potest vel soluere dotem, vel tradere bona mulieri pro rata suorum iurium, & residuum capere, siue viuat, siue mortuus sit maritus.*

9 *Tertius non possidens regulariter executione non impedit, quamuis in instrumento crediti non adesset clausula Cameralis, & multo magis, quando adest.*

## QVÆSTIO LVIII.

IN precedenti quæstione dixi, quemadmodum mulier audiatur volens vti remedio, *l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* Nunc autem quæritur, quid dicendum, quando excipit de sua hypotheca, & velit vti retentione, & ha-
1 beat in instrumento suo Clausulam Constituti & resoluitur audiri, iuxta quæ habentur *per Giurb. dec. 61. n. 16.*
2 & plura, quādo Tertius de dominio, & possessione aduersus agentem creditorem se opponat, & instrumenti executionē impediat idem *Giurb. dec. 62. n. 1. vsq. ad 34*
3 Cæterum aduertendum est in proposito, quia licèt, vt supra mulieri detur retentio, vbi excipiat de sua hypotheca, & instrumento habeat clausulam Cōstitui, tenetur tamen præstare patientiam, vt tale pignus subhastari possit, & ex illius pretio solui dos sua, & si quid superest, cedat in vtilitatem posteriorum creditorum.
4 quod ne dum per mulierem præstari debet, sed & per Iudicem concedi, cum ex tali concessione ius pignoris non amittatur, vt in specie notat *Raph. Cum. in l. à Diu. Pio, §. quod si res fuerit n. 1. & 2. ff. de re iud. sequitur. Nat. cons. 300.* & decisum testatur *Tesaur. Iun. in ad de-*
5 *cis. 207. sui Genitoris*, vbi propterea cauendum dixit à *Bal. Nonell. de dot. priuileg. 24.* dum voluit mulierem posse hoc casu retinere bona omnia iure pignoris, nec audiri creditorem volentem vendi bona, & quod soluatur sua dos cum reliquis accessorijs mulieri, quando hoc esset iniquum, si creditori non permitteretur, vt soluta dote, & augumento super residuo ad executionem procederet, vt ibi per eum.
6 Quinimo addit *Thesaur.* vbi supra, quod nuper in cōcursu creditorum fuit decisum non esse danda bona vxori, nisi ad iustam æstimationem. Et Senatum sole-
7 re admittere mulieris oppositionem, & illam manutenere, in odium posterioris creditoris, quando vltra vergentiam viri ad inopiam mulier probat maritum nulla alia bona habere, quam illa, super quibus fit executio, quia tunc stāte priori hypotheca illa est manutenenda etiam non existente clausula constitui ex *Bal. Nonell. Nat. & Hier. Marlian. ibid.* adductis, prout ita pronunciatum testatur *Thesa.* vbi supra nō obstantibus aliquibus oppositionibus ab eo factis, cōcludens ad euitandos circuitus ita sentiendum, quia nulla facta collocatio-

ne potest creditor, vel soluere bona mulieri pro rata suorum iurium, & residuum capere siue viuat, siue mortuus sit maritus.

9 Notandum insuper, est, quod regulariter tertius nõ possidens non impedit executionem, quamuis in instrumento crediti non adesset Clausula Cameralis, & multo magis quando adest, *Abb.cons.82.col.4.in fin.li. 1.Boer.dec.79.n.2. par.1.Osasc. qui de communi testatur decis.37.nu.4. Misinger.obseru.73.sub n.5. cent.3.per l. sticho,ff.de rei vendic.& l.cum idem, vbi Bar.nu.1.ff.de peti.hæredi. Alex.& Ias.in dicta l.à Dino Pio,§.si super rebus ff.de re iudic.& tradunt omnes in c.cum super, vbi Innocen. & Butr.Imol. & Felin.col.4.eod.tit. idem Fel. in c.veniens n.8.vbi Arec.n.3.de testi. Ang.& aly in l.à sententia,ff.de appella.Rebuff.de Arest. & oppon.contr. ea.art.1.glos.1.n.22. de communi testatur Couarr.pract. q.c.16.sub n.3.vers.quo fit, vt post sententiam, col.2.in fin.Rota in Bononien. cessionis 10. Nou.1597. coram R. P.D.Corduba,& in Giennen.Capellaniæ 21. May 1614. coram Card.Canalerio, & est decis.904.n.3.par.2. in recentior.Cæs.de Graff.decis.3.n.4. de verb.signif. Vant. de nullita.tit.quis dice.de nullit.n.23.in fin.*

## E P I T O M E.

Creditores mariti opponentes se vxori quæ obtinuit sententiam ponendi dotes in tuto, an petere possint bona eidem æstimari media subhastatione, vel potius per peritos cum Iudicis interuentu.

Et quando sunt apretiata certo pretio, & comparet aliquis, qui offert plus, assecuratio an præstanda sit p o pretio, quo empores reperiuntur,

Et quid si sit plus longe pretio, quo fuerunt æstimata bona.

### S V M M A R I V M.

1 *Creditores mariti opponentes se vxori, quæ sententiam obtinuit pro assecuratione suarum dotium, ob viri vergentiam ad inopiam, opponere possunt, & petere bona æstimari debere mediante subhastatione facienda.*

*Sed quod imo æstimatio facienda sit per peritos, num.5.& seqq.*

2 *Res in qua petitur assecuratio, si est appretiata certo pretio, & reperitur plus eo, quia emptor aliquis comparet offerendo plus, assecuratio præstatur pro pretio, quo emptores reperiuntur. Sed videas, n.11.*

*Ampliatur etiam si sit plus longe pretio, quo appretiatur, num.3.*

4 *Iustum pretium potest per subhastationem probari. Sed vide, num.7.*

5 *Bona æstimantur per peritos cum Iudicis interuentu, quando danda sunt mulieri pro assecuratione suarum dotium, ob vergentiam viri ad inopiam, & non per subhastationem. n.8.*

6 *Pretium iustum consideratur ex qualitate rei, & quantitate introituum.*

7 *Subhastatione non probatur verus valor, licèt ea faciat præsumptionem.*

9 *Aestimatio fieri non debet per subhastationem, in qua plerunque fit fraus.*

*Et de ratione, n.10.*

11 *Adden.ad Capyc.decis.41.n.3. impugnantur, & rationibus eorum responditur, & n.seqq.*

12 *Mulieri vtilius est habere bona, quam pecuniam.*

13 *Dotis assecuratio non dicitur restitutio, sed positio in tuto, vt fructus deseruiant pro alimentis vxori, viro, ac filys.*

14 *Mulier ad cuius fauorem dotes assecurandæ sunt ob vergentiam viri ad inopiam, debet curare tantum de vero, & communi pretio, quod per æstimationem iudicatur, & non ex eo, quod accidere posset in subhastatione maius pretium offerri.*

## Q V Æ S T I O LVI.

1 Contra mulierem petentem sibi assignari bona pro assecuratione suarum dotium, ob vergentiam viri ad inopiam, & pro qua iam fuerat iudicatum, an creditores mariti si se opponant, & petant bona æstimari debere etiam mediante subhastatione, sint ex audiendi, quæritur.

Et videbatur concludendum, quod sit *ex dec. Capyc.*
2 41.*in causa in addit.n.*3.vbi dicitur, quod si res, in qua petitur assecuratio est appretiata certo pretio, & reperitur plus eo, quia emptor aliquis comparet offerendo plus, assecuratio præstatur pro pretio, quo emptores reperiuntur, & ita fuisse resolutum in Consilio, etiam si
3 sit longe plus pretio, quo appretiatur. Neque ex his fit iniuria mulieri, cum suum consequatur, vel quod res subhastetur, vel quod mediante æstimatione ei consignetur, & hoc modo poterit creditoribus prouideri, si in subhastatione maius pretium offeratur.

4 Rursus quoniam cum d. bona forent consignanda pro iusto pretio, iustum pretium poterit per subhastationem probari, *Fab.de Mon.in tract.de empt.& vend. q.5.prin.n.92.Menoch.cons.2121.n.1. & 2.lib.12.*

5 Verum quod imo æstimatio facienda sit per Tabularios, el peritos cũ interuentu Iudicis, tenuit *Bar.in l. fin.C.de iur.dom.impe.& in l.hac edictali §.is illud, C.de secun.nupt.*concordantes adducit *Herculan.in l.Pretia rerũ vers.circa tertium principale, & Cagnol.ibi.n.258. vers.venio nũc,ff.ad l.Fal.Rot.dec.528.n.3.p.2. recen.*& illi debent à partibus eligi, & cum iuramento deputari de legali æstimatione facienda, & de bono, & æquo cũ citatione partium ad interessem dum tali die, ac hora, quatenus &c.& ita quoque agendum erit in eorũ relatione, etiam quod non a partibus, sed à Iudice fuerint electi, *Rot.in Narnien.Fideicom.3.Iul.1622.corã Merl. quæ est apud Merlin.de legitima, dec.5.n.5.& infra.*

6 Et ratio est, quia isti tẽpore æstimationis considerãt qualitatem rei, & quantitatem introitum, quæ consideranda sunt pro declaratiõi iusti pretij, *l.si fundũ per fideicommiss.ff.de l.1.& tradit Bart. in locis præallegat.*
7 nam vera est conclusio per subhastationem non probari valorem rei, licèt faciat aliquam præsumptionem, *Pantal.Cremen.in l.2.n.308.C.de rescind.vend. Hercul. in dicta l.Pretia rerum, vers.Circa quintum, Franch.dec. 54.num.10.*& propterea, quod in his debeat æstimatio præcedere per peritos, & non per subhastationem, *Gratian.disceptat. forens.c.489 n.29. lib.3. post Franch.*
9 *dicta decis.54. nu.5 qui n.12.* addit non esse faciendam æstimationem secundum subhastationem, in qua plerunque fit fraus *ex Neapod. & cæteris in d. l.pretia, & d.l.2.* vt quia offerens posset offerre maius pretium, & non iustum.

11 Non obstant ex aduerso adducta in *addit. ad decis. Capyc.41.* quia contrarium fuit alias decisum à sacro Consilio, & contenta in dicta additione de iure non procedunt, vt aduert. *Franch.in d. dec.54.n.9.*

Nec resistit, quod additur, Mulier scilicet iniuriam non fieri, quia si re subhastata maius pretium inuenitur, illa suum consequitur, & de eo, quod supererit, satisfiet creditoribus.

Respondetur enim mulieris satis iniuriã fieri priuãdo eam priuilegio sibi à iure concesso in materia assecurationis dotiũ, & inuita, *l.vlt.ff.de vsu, & habi.l.ha-*

*ctenus*

13 Venus eum l. seq. ff. de vsufruct. vbi Bal. Praeterea etiam, quoniam ei damnum inferretur, cum vtilius sibi sit habere bona, quam pecuniam, quae de facili consumitur.

Insuper dicitur, quod ipsi mulieri, etiam fieret iniuria, quae cum ex practica à iure, & consuetudine approbata cogi non possit recipere rem, nisi praeuia aestimatione peritorum, cogeretur accipere aestimatam per subhastationem, & ita per modum a iure non approbatum. Nam haec assecuratio non est restitutio, sed positio dotium in tuto, vt fructus deseruiant pro alimentis vxori, marito ad filijs, vt in specie tradit *Bal. in c. contingit col. 2. vers. Quid ergo in fin. de restit. spoliat.* prout ita in praedictis iudicatum testatur *Franch. dicta decis. 54. num. 5. 7. & seq. qui & num. 16.* ait dictum

14 propterea fuisse per sacrum Consilium non debere curari, nisi de vero, & communi pretio, quod per aestimationem indicatur, & non ex eo, quod accidere posset in subhastatione maius pretium offerri, quod praesumendum ex animositate fieri, vt declarat *Imol. in l. in ratione, §. vendere, per illum tex. ff. ad l. Fal.* cum etiam posit esse per suppositionem personae, nec recedi debeat à regulis iuris.

Dictis supra num. 5. adde quod dicta peritorum aestimatio, tunc est necessaria, vbi agitur de rei adiudicatione creditori facienda, quoniam ea, non nisi pro iusto pretio per peritos, per peritos declarando fieri potest. Verum in subhastatione illius rei aestimatione opus non esset, quia quando res plus offerent deliberatur, tunc pro iusto pretio ea vendita praesumitur, quando non constat de magno excessu inter pretium iustum, & illud pro quo facta est subhastatio, vel quando non reperitur emptor, vt latè fuit dictum supra *in quaest. 18. n. 1. & plur. seqq. & q. 19. n. 3. & seqq.*

## E P I T O M E.

Vxor, quae obtinuit sententiam contra virum, qua fuit condemnatus ad dotis restitutionem, ob vergentiam ad inopiam, impedit subhastationem, & executionem.

Idem dicitur si excipiendo probauerit vergentiam viri ad inopiam,

Et consequi potest assignationem bonorum viri loco pignoris non aliter citato Marito.

Quod procedit etiam in alio creditore habente hypothecam anteriorem.

Sed mulier cogi potest manifestare bona mariti, aliàs non auditur.

Et ea contumace existente Iudex procedit ad vlteriorem executionem reseruatis iuribus vxori in alio iudicio, quod multipliciter declaratur.

Mulier taliter immissa dicitur possidere, & non maritus, nec creditores possunt offerre dotem.

Et vbi praetenderetur excessus, retinet tantum, quod sibi debetur.

## *S V M M A R I V M.*

1 *Vxor, quae in iudicio moto contra maritum obtinuit sententiam, qua maritus fuit condemnatus ad restituendam dotem impedit subhastationem, & executionem petitam per tertium,*

*Non tamen sufficeret contra eundem tertium ad auocandam possessionem, num. 2.*

*Primo ampliatur procedere etiam si prius non egerit contra maritum, quia potest excipiendo subhastationem, & executionem impedire probando vergentiam viri ad inopiam, num. 4.*

*Nec requiritur vlla bonorum viri excussio, n. 5.*

*Praesertim quando in eam pro suis dotibus esset translata possessio, & dominium, n. 9.*

*Secundo ampliatur idem habere locum ad fauorem cuiuslibet creditoris comparentis non ad effectum agendi, sed excipiendi, n. 6.*

7 *Mulier excipiendo de sua anteriori hypotheca, & de vergentia viri ad inopiam potest non solum impedire executionem, sed etiam consequi bonorum viri assignationem loco pignoris non aliter citato marito.*

8 *Creditor habens hypothecam anteriorem non solum impedit executionem in nomine debitoris sui debitoris, sed obtinet in eodem iudicio illud nomen sibi dari loco pignoris nulla facta citatione de primo debitore.*

10 *Mulier excipiendo de sua hypoteca contra creditores mariti, potest cogi clare manifestare bona sui viri iurata fide, aliàs non auditur, & n. 11. & 12.*

12 *Mulier contumace existente in non manifestando bona mariti, Iudex procedit ad vlteriora in executione, & subhastatione.*

*Primo limitatur non procedere, quando manifestatio peteretur diu post obitum viri, quia praesumitur obliuio, n. 13.*

*Secundo limitatur, quando ex clara manifestatione mulier damnum indebitè pateretur, n. 14.*

*Tertio limitatur, quando expressiò facta esset per relationem ad scripturam, & quid certum, n. 16.*

*Ampliatur idem procedere quoque in vltimis voluntatibus, n. 17.*

15 *Monitoriales literae non obligant ad manifestandum, quando ex manifestatione damnum indebitè, quis pateretur.*

*Quod procedit tàm in principali, quam in Aduocato, ibid.*

18 *Expressio haeredum implicita relata ad certam scripturam valet.*

19 *Vxor si obtinuit immissionem citatis creditoribus pro assecuratione suarum dotium verè dicitur possidere, & non maritus.*

*Et hoc casu creditores non possunt offerre dotem, numer. 20.*

*Et vbi praetenderetur excessus, mulier retinet tantum, quod sibi debetur, n. 21.*

22 *Excessus vbi praetenditur, ab allegante probandus est.*

*Aliàs pro vxore Domina praesumitur, n. 3.*

## Q V AE S T I O XLVII.

Quaero adhuc qualiter sit audienda mulier excipiens de hyotheca suarum dotium aduersus creditores, & impedire subhastationes ad illorum instantiam coeptas.

Et an possint creditores dotem offerre & ita se liberare ab hac molestia.

1 Quoad primum caput huius quaestionis, dico, quod si vxor in iudicio moto contra maritum obtinuit sententiam, qua maritus est condemnatus ad restituendam dotem, quia tunc inopia viri est probata, & per sententiam facta est notoria, sufficit ad impediendam subhastationem, & executionem contra tertium, licèt

2 non sufficeret contra eundem tertium non citatum ad auocandam abeo possessionem pignoris, quia sententia

3 contra vnum lata non nocet tertio non citato, *l. saepè, vbi communiter scribentes, ff. de senten. & re iudic. toto titulo*

*titulo, C. quib. res indic. non not. Natta consil. 345. num. 2. Roland. consil. 85. num. 4. lib. 2. latè Surd. decis. 256. nu. 3. versic. In contrarium, & n. 4. & 5.*

4 Quin etiam idem procedit, etiam si vxor prius non egerit contra maritum, nec pronunciari fecerit, eum vergere ad inopiam. & successiuè factum esse locum dotis restitutioni, quia pariter potest excipiendo impedire subhastationem, & executionem allegando, & probando vergentiam mariti ad inopiam. *Pract. Papien. in form. libell. quo agit vxor ad dot. & vsufruct. in gl. vxor quandam, n. 28. vers. Inde quaritur, & ibid. Masuer. in addit. Bal. Nouell. in tract. de dot. in 7. par. princ. priuil. 24. n. 2. quem sequitur Natt. cons. 300. sub n. 2.* ne-
5 que vlla requiritur bonorum viri excussio secundum *Nouell. & Natt. vbi supra.* Sed solum requiritur, quod mulier adhibita plena discussione super inopia, supra pronunciari iusset. *ex Nouel. in loco pracitato.* Quod procedit etiam in quolibet creditore comparente non per viam agendi, sed per viam excipiendi ad impediendum alium creditorem, qui potest hoc facere iure suæ prioris hypothecæ, etiam quod non obtinuerit sententiam contra suum principalem debitorem etiam existentem soluendo, & ita nulla facta excussione bonorum debitoris, dum tamen doceat de suo credito, & sua priori hypotheca, vt per *Nat. d. cons. 300. & Cartar.*
7 *dec. 19. pulchrum n. 4.* Quæ adeo vera non sunt, vt mulier excipiendo, & docendo de sua anteriori hypotheca, & de vrgentia viri ad inopiam valeat non solum impedire executionem, sed possit etiam in eodem iudicio per viam exceptionis consequi bonorum viri assignationem loco pignoris non aliter citato marito reseruatis iuribus in iudicio ordinario, quia iudicium summarium, quale est istud executiuum, non parat præiu-
8 dicium iudicio ordinario, & plenario; vnde creditor habens hypothecam anteriorem non solum impedit executionem in nomine debitoris sui debitoris; sed obtinet in eodem iudicio illud nomen sibi dari loco pignoris nulla facta citatione de primo debitore. *Nat. d. cons. 300. cum procederetur, n. 1. & seqq.*

9 Et dicta supra in muliere præsertim procedunt, quando in eam pro suis iuribus dotalibus esset translatum dominium, & possessio bonorum mariti ex clausula Constituti apposita in instrumento dotali, vt dixi in quæstione .... quia tunc eueniente casu restitutionis dotis potest vxor insistere possessioni dictorum bonorum, donec fuerit ei satisfactum de suis dotibus etiam aduersus fiscum publicatis bonis mariti. *Roland. consil. 31. Viso processu, sub n. 37. versic. Imo plus, & num. 38. & 39. lib. 1.*

10 Quamuis in casu, quo mulier excipiendo de sua anteriori hypotheca vult creditorem a petita executione, & subhastatione excludere, creditor ipse possit opponere aduersus eam, illam nempe non fore audiendam, nisi prius clarè manifestet bona sui viri, quia sicut vxor tenetur sub iuramento illa manifestare hæredibus viri prædefuncti, *gl. in l. 2. in verb. Iurata fide, C. quom. & quib. 4. pars debiti lib. 10. Bald. in l. ordo sub n. 14. vers.*
11 *Quaro vtrum vxor. C. de execut. rei iudic. Brun. in tract. de cessio. bonor. q. 5. princip. n. 6. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 21. n. 9. Aym. in tract. de antiquit. temp. tit. Testes deponentes de credulitate in antiquis, §. viso de fama sub n. 17. Caualcan. decis. 3. in causa mota, vers. & in primis, par. 1.*

11 Eodem pacto tenetur etiam manifestare creditoribus, quos ipsa intendit excludere ab eorum credito, cum in vtrisque militet eadem ratio, ergo etiam eadem iuris dispositio *iur. vulgar.* & forte maior in creditore, quam in hærede, quoniam hæres est hæres bonorum, quæ supersunt soluto ære alieno.

12 Quæ manifestatio, si à muliere, seu vxore non fiat, denegabitur eidem audientia, & tunc Iudex procedere debet ad vlteriorem executionem, & subhastationem reseruatis iuribus vxori talibus, qualia ei competant in alio iudicio, donec purgauerit contumaciam, ob quam ei denegatur audientia, *l. sed & si per Prætorem, §. ait Prætor in fine, ver. Sed & si dum decreto, & ibi gloss. ff. ex quibus caus. maior. Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo Dicit constitutio n. 3. & in verbo inobedientia n. 1. Carauit. super rit. 220. n. 2.*

13 Primo limitatur præcedens proxima Conclusio, vt non procedat, quando manifestatio peteretur diu post obitum mariti, quo casu verisimile est, quod vxor non recordetur de rebus particularibus vsu consumptis, cum in muliere facilius præsumatur obliuio, vt post *Menoch. tradit Mascar. de prob. concl. 1076. n. 48. pracipuè si sit senex. Natt. cons. 537. n. 52. propè finem.*

14 Secundo limitatur non habere locum, quando ex clara manifestatione damnum indebitè pateretur, quia tunc admittitur obscura manifestatio per ea, quæ post *Couar. Cuch. & alios dixit Scacc. in tract. de Iudic. lib. 2. c. 9. n. 836. & seqq. & num. 846. & 847. eodem c. 9.* vbi
15 quod litteræ monitoriales dicto casu non obligant ad manifestandum, & tam principali, quam aduocato habentibus iustam causam, licet vti fraudibus, & cauillationibus ad excludendas fraudes, & cauillationes aduersarij iniustè litigantis, vt per eundem *Scacciam, dict. c. 9. nu. 848. post gloss. Bal. Alciat. & M. Anton. Cucch.* quare si isto casu licitum est non manifestare veritatem à fortiori licitum erit eam obscurè manifestare.

16 Tertio limitatur, quando expresio facta est per relationem, quia satis dicitur manifestum, & certum illud, quod habet relationem ad id, quod est certum & manifestum, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr. l. certum, cum ibi nota. ff. si cert. pet. Osasch. decis. 128. n. 2. & 4.*

17 Vbi quod etiam in vltimis voluntatibus hoc locum
18 habet, Nam licet hæredum nomina exprimi à Testatore debeant in testamento nuncupatiuo, *l. iubemus C. de test. l. hæredes palam, in princip. ff. eodem tit.* eorum tamen expresio valebit implicita relata ad certam scripturam, *adnot. per Bart. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonst. Alexand. cons. 176. n. 6. lib. 5. alios adducit Scacc. in tract. de iudic. caus. lib. 1. c. 48. sub. nu. 7. versic. Contrarium.*

19 Secunda proposita dubitatio resoluitur ex eo, quod si vxor obtinuit immissionem citatis omnibus creditoribus pro assecuratione suarum dotium, quo casu vxor ipsa vere dicitur dotem posidere, non maritus, non quidem ad alienandum, sed ad alendum se, ac liberos, vt dixi in præcedenti quæstione, *per text. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. Gayll. lib. 2. obseruat. 87. n. 17. Giurb. decis. 16. n. 11. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 30. n. 23.*

20 Et creditores hoc casu non possunt offerre dotem vxori, quæ propter inopiam viri fuit assecurata super eius bonis de sua dote, Cum hæc assecuratio sit dotis translatio de viro in vxorem, quidquid aliud sit, quando solutum esset matrimonium, *Cyn. Alber. & aly in l. cum tibi, C. qui pot. in pign. habe. Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 47. Afflict. decis. 199. Osasch. decis. 135. num. 9. Cepis. cons. 293. n. 6. latè Giurb. dicta decis. 16. n. 12. Card. Mantic. dicto tit. 30. à n. 10. vsque ad 16.*

21 Et vbi prætenderetur per creditores per mulierem posideri plura bona excedentia æstimationem, & quantitatem suæ dotis, ijs agere permissum est contra dictam mulierem, vt facta bonorum æstimatione retineat, quod ei debetur vsque ad concurrentē quantitatē suæ dotis, *Alexand. in l. si constante, nu. 34. ff. solut. matr. Gramat. decis. 92. n. 19. Negus. n. de pign. par. 5. membr. 1. num. 33. Gabr. cons. 147. libr. primo, Thesaur. decision. 207. num. 3. post Osasch. decis. 135. in fin. Viu. decis. 413. num. 1.*

*num.1.Giurb. dicta decis.16. numer.17. cum seqq.*

12 Non omitto, quod onus probandi bona per mulierem possessa excedere quantitatem dotis, incumbit al-
13 leganti, & ei, qui prætendit illa ab ea auocare, cum præsumantur data pro eius credito, & non vltra ex notatis per *Viu.dicta decis.413.numer.7.& 8.post Bart.& Alex. in l.d. Diuo Pio, §. si pignora, ff.de re iudic.* ita vt vxor dicatur esse domina, & verè possidere, *Giurb. dicta dec.16.num.11.& Thesaur.Iun. quæst.65. num.10. libr.2.*

---

## E P I T O M E.

In executione sententiæ in actione personali captis pignoribus, quibus remedijs procedatur, vt ad venditionem deueniri possit.

Res quando est indiuidua, in licitatione quis obtineat.

Et quid, quando creditum, vel debitum ad illius æstimationem, vel pretium non ascendit.

Adiudicatio rerum indiuisibilium, qualiter à Iudice sit facienda.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Executio sententiæ latæ in actione personali captis pignoribus pluribus fit modis.*

2 *Referuntur opiniones glos. & aliorum plurium in dicta propositione.*

*Et concluditur tutius esse, quod creditor emat tamquam tertius, & extraneus, n.3.*

4 *Res quando est indiuidua, soluenda est æstimatio.*

5 *Hæres tenetur ad æstimationem rei in indiuidua legatario, & res apud eum remanet.*

6 *Licitationes fiunt de re indiuidua, & inseparabili, vt creditori satisfiat, si debitor non soluat.*

*Et is licitando obtinet, qui maiorem partem habet, si æquale offerat prætium num. 11.*

*Et si creditores hinc inde adsint æquales præualebit numerus personarum, num.12.*

*Obtinere tamen debet, qui plus offeret, & in licitatione vicerit, n.13.*

*Quid quando creditum, seu debitum ad illius æstimationem, vel pretium non ascendat, n.7.*

*Limitatur dicta Conclusio in iure Patronatus, quod insolidum apud omnes permanebit. n.8.10.*

9 *Iura indiuisibilia possunt à Iudice inter hæredes eorum alicui adiudicari, vel dari in solutum, grauando eumdem, cui adiudicatum est, vt alteri hæredi pecuniam pro qualitate refundat.*

## Q V Æ S T I O LVIII.

1 PLura dantur remedia, vt in executione sententiæ latæ in actione personali captis pignoribus per creditorem ad venditionem deueniatur.

2 Nam *Glos. in l. à Diuo Pio §. si pignora in verb. addicantur ff.de re iudic.* quatuor enumerat remedia.

Primum, quod creditor iure pignoris possideat bona capta.

Secundo, quod insolutum illi addicantur pro quantitate debita.

Tertio, quod creditor licitando emat ab executore.

Quarto, & vltimo, quod dominium à Principe impetretur, quando debitor per dolum efficit, nec emptor inueniretur.

*At Bar.ibi sequendo glos.* addit, quod bona vendantur, hocque vti ius asserit, quia si pignus captum non sufficiat pro toto debito, aliud dabit debitor pro supplemento.

Alia duo addit *Imol.*

Primum, quod si creditor vtatur primo remedio, & velit capta iure pignoris retinere, imputabit fructus in sortem.

Secundum est, quod pignus creditori non adiudicabitur in solutum, nisi in subsidium, quando non inuenitur emptor; ac differit, an possit ex pluribus his remedijs creditor eligere, quod malit.

Et pariter alia duo addit *ibid. Alexandr.numer.13. & seq.*

Primum, quod si emptor non inueniatur dolo Iudicis, creditor impetrare poterit a iudice adiudicationem sibi fieri.

Secundum est, quod Iudex adiudicet pro iusta æstimatione, præterea *Bal.in l.ordo num.1.C.de exec.rei iudic.* addit quintum remedium, quod scilicet Iudex det in solutum pro vera æstimatione, & subiungit ita de facto seruari.

Vltimo *Pract.Papien.in forma execut.sent.diffiniuit, in princ.num.20.vers. amplius quæritur,* vbi in fine addit quintum, quod debitor detrudatur in carcerem.

3 Verum omnibus rectè pensatis, tutius remedium est, quod creditor emat tamquam tertius, & extraneus, cum non sit dubium, quod licitare possit, *l.2. C.si in caus.iudic.Rota diuers.decis.281.num.35.& seqq.par. 2.quod & gl.in dicto §.si pignora,* magis probasse videtur *in dicto ver. addicantur, & Bald in dicta l. 2. ad fin.* vbi ait, quod ad euitandas opiniones circa rei recuperationem melius est, quod pignus vendatur creditori tamquam extraneo, quam quod ei detur insolutum, sequitur *Salyc.in dicta l.ordo num.5.dicens,* quod victor admittitur ad licitandum, sicut quilibet tertius, & *Surd.latè cons.256.n.5. lib.2.*

4 Sed difficultas est, quid quando res est indiuidua, videlicet, quia fundo, vel domui adiecta sunt melioramenta, quæ sunt inseparabilia, nec fieri potest commoda diuisio.

Respondetur, quod aut soluenda est æstimatio, vt per *Vinc. de Franch. in specie melioramentorum à sensu contrario decis.38.num.2.& Magon.in decis. Floren.51. num.1. & facit l. non amplius §. cum bonorum in fin. ff.*
5 *de leg.1.* vbi hæres tenetur ad æstimationem legatario, & res apud eum remanebit, quem *tex. ad hoc adducit Aret.cons.156.n.4.*

Aut res ipsa præstanda est, quatenus patiatur commodam diuisionem, quia hoc est proprium hypothecæ, vt vel creditum soluatur, aut rei æstimatio, seu res obligata præstetur *l.mulier C.qui pot.in pign. habe.l. si cum venditor ff.de euit.l.si Diuus ff. de pign. Magon. dicta decis.51. n.2.*

6 Verum si debitor soluere nolit, nec res hypotecata præstari possit, quia sit indiuidua, & inseparabilis ab alia non hypothecata, vt puta ob melioramenta, vt indemnitati creditoris succurratur, ad licitationes deuenitur, *vt per Ias.in §.quadam num.59. & infra instit.de*
7 *act.* Et eo casu, quo creditum, seu debitum respectiuè ad eius æstimatione, vel pretium non ascendit, inspecta ipsius fundi, seu domus æstimatione, potest oblator pretium totius fundi, vel domus offerre, vt ex eo primum creditori pro suo credito satisfiat; residuum verò debitori restituatur, & creditore recipere recusante deponatur ita *Asin.de execut.§.6.c.83.nu.1.*

8 Quæ tamen limita non procedere in iure patrona-
9 tu. Nam licèt alia iura indiuisibilia possint à Iudice inter hæredes eorum alicui adiudicari, vel dari in solutum, grauando eumdem, cui adiudicatum est, vt alteri hæredi pecuniam pro æqualitate refundat *l. 3. ff. fam. hercisc.*

10 *hæresc. & l.hæredes* §. 1.*eod.tit.* Nihilominus contra-
rium in iure patronatu dicendum est, cum illud nec di-
uidatur, nec etiam adiudicetur, sed insolidum apud
omnes permanebit, vt ex *Paul. de Cittadi. in tract. Iuris
patr.par.9.tit. Rubr. quomodo transfertur ius patr. num.
23. & alijs citatis tradit Asin. de execut, dicto* §. *9.cap,
73.num.1. & infra.*

11 Et nota, quod in casu licitationis rei, quæ commo-
dam non recipit diuisionem, is licitando obtinebit, qui
maiorem habet partem, si æquale offerat pretium *l.
sancimus* §. *sin autem ibi gl. C. de dona.l. 2. C. quan. &
quib.quar.pars debea.lib. 10.l. 2. de Metall.lib.11.Petr.
de Vbald.in tract.societa.par.12. quæst.12.* Et vbi credi-
12 tores hinc inde sunt æquales, præualebit numerus
13 personarum *l. maiorem ff.de pact. Aret.cons. 157.col.3.
Capyc.decis. 36.* Obtinere tamen debet, qui plus offert,
& qui in licitatione vicerit *ad l. licitatio in princ. ff. de
public. & vectig. Rebuff. ad Constit. Gall.tit. de Præcon.
art.7.glos.vnic.num.7.*

---

## E P I T O M E.

Subhastationes an sint necessariæ. vt debitor vti possit beneficio Auth.Hoc nisi C.de solut.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Creditore inuito aliud pro alio solui non potest.*
*Fallit ob impotentiam debitoris soluendi in pecunia numerata, quo casu compellitur creditor accipere in solutum bona num.2.*
3 *Necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum, & ob eam receditur à regulis iuris.*
4 *Subhastationes sunt necessariæ, vt debitor vti possit beneficio Auth.hoc nisi C.de solut.*
*Contrarium concluditur, quando aliter probatur, diligentia debitoris, num.7.*
5 *Datio in solutum est nulla omissa subhastatione.*
6 *Bona ante subhastationem extimanda sunt, & non reperto emptore, vel iusto pretio, pro iusto pretio adiudicantur Creditori.*
8 *Subhastatio fieri solet ad probandam diligentiam, quæ quomodocunq. probetur, ac fiat, sufficit.*
*Vt & quando Iudex adhibet causæ cognitionem super qualitate bonorum, & quantitate pretij, & alijs necessarijs. ibid.*
9 *Subhastatio rectè omitti potest probata diligentia.*
10 *Subhastationis forma inuenta est ad euitandas fraudes, quibus deficientibus deficit dispositio.*
11 *Subhastatio non requiritur, vbi contrarius est stylus.*
*Subhastationi requisita de iure communi derogatur per contrarium stilum, sicut & per statutum.*

## Q V Æ S T I O LIX.

1 QVamuis regula sit, quod aliud pro alio inuito cre-
ditore solui non potest. *l. eum à quo, C. de solut. l. 2.*
2 §. *mutui datio, ff. si cert. peta.* Ea tamen fallit ob impoten-
tiam debitoris soluendi pecunia numerata, quo casu
compellitur creditor accipere insolutum bona, §. *quod
autem. Auth. de fideiuss. & Auth. hoc Nisi. C. de solu.
Bal. in l. ordo num.9. C. de execut. rei iudic. Imol. in l. à
Diuo Pio,* §. *in venditione in fin. ff. de re iudic. Bar. in d.* §.
*Mutui datio sub n.21. ver. Tertio casu & ibid. Ias. n. 8. in
3 2. fallen. ac Rip. n. 15. & seq.* Necessitas enim facit lici-
tum, quod aliàs esset illicitum, & ob eam à regulis iuris
receditur *c. quod est de reg. iur. in 6. Ias. in l. in principa-
lib. ff. si cer. pet. cum sim.*
4 Sed quæritur, An subhastationes necessariæ sint ad
hoc, vt debitor vti possit beneficio *Auth. Nisi. C. de so-
lut.* Et dicendum videtur, quod sic.

5 Quoniam datio in solutum est nulla, quando subha-
statio fuit omissa, debet enim fieri eo modo, de quo lo-
quitur *Paul. de Castr. in l. si quos, C. de rescind. vendi.*
Vbi ait, quod bona antequam sub hasta ponantur, à
peritis, & expertis extimatoribus extimanda esse,
& ea extimatione præmissa subhastari debere, & de-
inde plus offerenti danda, alioquin fraudem commit-
ti posse. Si vero emptor non reperiatur, vel ab eo iustum
pretium non offeratur, bona prædicta ei vendenda non
esse, sed pro iusto pretio, iuxta tamen peritorum exti-
mationem creditori adiudicanda fore. *l. 1. C. si in caus.
iudic. Afflict. decis. 358 sequitur. Roland. cons. 32. n. 32. &
33. lib. 1. & probatur in d. l. ordo, vbi scribentes. & in di-
cta l. 2. C. si in caus. pign. Alex. in dicta l. à Diuo Pio,* §. *si
pignora num. 7. ff. de re iudic.*

7 At contrarium verius reor in casu, de quo agimus,
nempe subhastationes nullatenus esse necessarias, dum-
modo aliter probetur diligentia debitoris in perquiren-
dis, quæ sola consideratur ad fraudes remouendas, vt
habetur *in d. auth. hoc nisi, & per Rip. in d.* §. *mutui datio
num. 25. in fin.*

8 Nam subhastatio fieri solet ad probandam diligen-
tiam, quæ, quomodocunque probetur, sufficit in specie
*Honded. cons. 18. num. 55. lib. 1.* Idemque dicitur, quando
Iudex adhibet causæ cognitionem super qualitate bo-
norum, & quantitate pretij, ac alijs necessarijs, quo
etiam casu satis dicitur probata diligentia, itaut rectè
9 possit omitti subhastatio. *Ioan. Franc. à Ponte cons. nu.
10 139. & seq.* Cum talis forma subhastationis inuenta sit
ad fraudes euitandas, quibus cessantibus deficit quo-
que dispositio: vt in terminis concludit *Rota. per Card.
Seraphi. in Romana de Gaddis 21. Aprilis 1578. inter
11 impress. dec. 358. num. 1.* Et quidem in praxi ego non
recordor vnquam vidisse in huiusmodi dationibus in
solutum fieri licitationes, vbi seruata sunt præmissa,
12 qui stilus, & consuetudo, vbi viget, eo magis seruanda
est, cum in hoc possit iuri communi derogare quoad
prædictam solemnitatem subhastationum. *Felyn. in ca.
cum causa. n. 10. de re iudic. Gutierez in Tract. de Tutel.
par. 1. cap. 5. num. 6. post Rocch. de Curt. Consuetud. sect. 5.
13 num. 27.* sicuti posset etiam per statutum. *Fabian. de
Mon. in Tract. de Empt. & vendi. quæst. 5. n. 85. & 88.
Iodoch. Dambander. in compend. subhast. c. 3. n. 3. Munoz.
in Tract. de Ratiocin. administra. cap. 16. num. 14. & 15.*
cum plura de iure requirantur, quæ in praxi non ser-
uantur.

---

## E P I T O M E.

Creditor, qui bona sui debitoris pro certo pretio insolutum petijt nullo alio oblatore, qui plus offerret, existente, si Iudex ei tamquam plus offerenti vendenda pronuntiauit, An pœnitere possit, & fideiussorem conuenire.
Variatio quando sit permissa.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Creditor in emptorem bonorum debitoris potest se offerre, & alijs offerentibus præfertur.*
2 *Creditor, qui bona sui debitoris pro certo pretio in solutum petijt nullo alio oblatore existente, qui plus offerret si Iudex ei tamquam plus offerenti vendenda pronuntiauit, pœnitere potest, & fideiussorem conuenire.*
*Contrarium concluditur. num. 5. & seqq.*
3 *Variatio permittitur stante obligatione Camerali.*

*Fallit,*

*Fallit, quando prætenderetur variatio de via ordinaria in executiuam, n.4.*

5 *Remedium l.2.C.de rescind.vend. in datione insolutum iudiciali non conceditur propter authoritatem rei iudicatæ.*

6 *Creditor, cui adiudicata est res insolutum, non habet actionem ad residuum, quia de eo transegisse pacto videtur.*

7 *Creditor, cui per subhastationem liberantur bona debitoris, ad fideiussorem redire non potest.*

8 *Variatio impeditur post acquisitum ius parti.*

9 Remedio *vno electo non est recurrendum ad aliud.*

*Præsertim quando fuit creditori plenè satisfactum, & plenariè illi consultum per viam electam, nu.10.*

11 *Variare vbi licitum est, non procedit, quando quis semel elegit, & super re electa Iudex pronunciauit executionem faciendam esse.*

## QVÆSTIO LX.

1 NOta est satis iuris conclusio, quam in hoc tracta-
tu pluries firmauimus, creditorem scilicet non
solum in emptorem bonorum debitoris se posse of-
ferre, sed in pari causa aliorum offerrentium, vti credi-
tor, & is, cuius magis interest, præferendus est, vt inquit
*Ias.in l. à Diuo Pio, §.si pignora in fin. ff. de re indic. per
tex.in l.2.C.si in caus.Iud.pign.capt.sit.*

2 Dubitatur modo, num si creditor bona debitoris
sui in solutum petierit, ac deinde se in emptorem ob-
tulerit pro certo pretio cum eius credito compensan-
do, nullo alio oblatore existente, qui plus offerret, &
Iudex ei tamquam plus offerenti vendenda pronun-
tiauit, creditor ipse mutata sententia, eo quia forte bo-
na fuerunt ab eo licitata maiori pretio, quam vale-
rent, eadem sibi a Iudice assignari non procurauit, nec
sibi venditionis, seu insolutum dationis instrumentum
exponi, sed recedendo ab ipsa emptione, iudicium in-
stituit aduersus fideiussorem, vt debitum, pro quo fi-
deiussit, solueret.

Quæritur An id ei liceat.

Et respondendum videtur affirmatiuè, non enim
quousque bona non fuerit consequutus, & in eum
translatum dominium, illi prohibitum esse debet, eam
videlicet viam eligere, quæ magis placuerit, cum ad-
3. huc res integra videatur, & ita variare, & præsertim si
in instrumento crediti adsit obligatio cameralis, vt
communiter apponi solet *Bar.in l.Consentaneum.num.
17.C.quomo.& quan.Iud.Paris.cons.103.num.3.libr.3.
Galles.de obligat.cam.partic.3. quæst.2. num.2.* Quid-
4 quid aliud sit, quando prætenderetur variatio de via
ordinaria in executiuam, quæ tunc non liceret *Cæsar
de Grassis decis.2.numer.2.de sentent.excommunic.Rota
coram Reuerend. P.D. Litta, in Romana pecuniaria 28.
Iunij 1593.Gonzal.ad reg.8.glos.6.n.192.*

5 Cæterum contraria sententia verior est.

Nam secundum plures nec hoc casu remedium, *l.2.
C.de rescind.vendi.* locum habet propter authoritatem
rei iudicatæ. *Bal.in l.ordo,C.de execut.rei iudic.Fabian.
6 de Mont.de empt.& vendit.quæst.8. princ. num.9.* ne-
que actio ad residuum competit creditori, quia de eo
transegisse pacto videtur. *l.à Diuo Pio,§.si pignora. vbi
Alex.num.9.& 10.Ias.num.2.& 3.& posteriores. ff.
de re indic.Matt.Coler.de process. execut.part.3.cap.9.
7 n.50.& seqq.* Et magis in terminis, quod creditor, cui
per subhastationem liberantur bona debitoris habea-
tur loco emptoris, ita vt postea ad fideiussorem redire
non possit decisum testatur *Guid. Pap. decis.348. vbi
adden.* id in practica notandum monent, sequuntur
*Asin.de execut.§.4.cap.79.num.2.Horat. Carp.ad stat.
Mediol.p.1.c.438.n.5.& 6.& nouiss. Anton. Hering.in
Tract.de fideiuss.c.20.§.21.n.39.* Non obstant, quæ ob-
ijciuntur de variatione.

8 Quia respondetur non procedere, cum ex facta de-
liberatione acquisitum sit ius parti, quo casu variatio
impeditur *l. Stichum, §.fin. de nouat. Ias. in l. si quis
agere.num.2.C.de codicill.* quasi vno remedio non de-
beat quis ad aliud recurrere, *l. quod in hæredem §.eli-
gere.de tribut.act.Bar.in l.cum qui certarum,§.fin. ff.de
10 verb.oblig.Surd.cons.111.nu.6. lib.1.* præsertim quan-
do constat, quod est actualiter, & plenè creditori sa-
tisfactum, & plenariè illi consultum per vnam viam
electam. *Ias. in l.1.in princ.num.23.ff. si quis ius dicen.
non obtemper.Bal.in l.qui legati in prin.C. vu. in possess.
lega.Alex.ad Bar.in l.nemo carceres.nu.16.C. de exact.
tribut.* & in specie quando pignora fuerunt data in so-
lutum non detur variatio. *Paris. ad Bar. in l. consenta-
neum num.17.in ver.possit redire in princ.C.quomod.&
quand.Iudic.per doctrinam Bald.in l.qui destituere in 1.
11 lectura in princip.ff.rei vendic. Capye. decis.33. num.3.*
vbi dixit, quod in illis casibus, in quibus licèt variare, id
locum non habeat, cum quis semel elegit, & Iudex su-
per electione pronunciauerit, vt in proposito, execu-
tionem esse faciendam, sequitur *Asin.de execut. §.7. c.
94.num.3.*

---

## EPITOME.

Creditori, qui fassus est recepisse pretium rei subhastatæ, quod breui manu fuit restitutum, quibus actionibus succurratur.

Pecuniæ verbum in subhastatione qualiter accipiatur.

### SVMMARIVM.

1 *Creditori, qui fassus est pretium rei subhastatæ recepisse, quod breui manu fuit restitutum, datur actio præcise aduersus emptorem, vt illud soluat.*

*Neque liberatur si velit soluere interesse, nu.2.*

*Ampliatur idem procedere quoque quando essemus in procuratore, n.3.*

*Et præterea eidem succurritur, vt possit rem venditam vendicare, nu.4.*

5 *Creditor vendere potest bona debitoris præsente pecunia, vel habita fide de pretio.*

*Idemque ei permissum est ordinariè agere ad pretium ex vi contractus celebrati inter ipsum, & emptorem, num. 6.*

7 *Iudex vendit bona debitoris solum præsente pecunia.*

*Extenditur procedere etiam in quolibet executore, procuratore, administratore, ac similibus, n.8.*

9 *Iudex consentiens, quod emptor habeat fidem de pretio tenetur actione de dolo.*

10 *In subhastatione regulariter non interuenit pecuniæ numeratio.*

11 *Pecuniæ, verbum, non est ita strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione.*

*Quod maxime obtinet in subhastatione, n.12.*

*Declaratur procedere, dum tamen satisfactio interueniat, non autem promissio de acollando, numero 13.*

14 *Creditor, qui instetit pro subhastatione rei debitoris, si non exegit, sibi imputare debet.*

QVÆ-

## QVÆSTIO LXI.

1 VTilis est quæstio; qualiter succurratur creditori,
qui fassus est pretium rei subhastatæ recipisse,
quod perpetuo apud eum non remanet, vt quia breui
manu fuit restitutum emptori, ad effectum, vt illud re-
stitueret Campsori, à quo mutuo habuit occasione
oblationis per ipsum factæ.
Et respondeo actionem dari aduersus emptorem
præcise, vt illud pretium soluat, nec liberatur, si velit
2 soluere interesse. *Bar. in l. 1. in princ. n. 15. ff. de act. empt.*
quidquid aliter senserit *glos. ibid.* quam non approbari
testatur eodem in loco *Bal. sub n. 2. vers. in eadem glos.*
*Aret. in §. Actionum. nu. 7. Instit. de act. Salyc. in l. cum*
*vendente in fin. q. C. de rei vendi.* Vbi idem procedere,
3 ait, quamuis essemus in Procuratore.
4 At præterea eidem creditori succurritur, vt possit
rem venditam vendicare ob dictum pretium non solu-
tum. *Aret. & alij in §. venditæ. Institut. de rer. diuis. Bal.*
*in l. quod vendidi. ff. de contrahen. empt. Fabian. de Mont.*
*in tract. de empt. & vendi. q. 5. n 36.* Et cum permissum
5 sit creditori vendere, quomodocumque velit, vel præ-
sente pecunia, vel habita fide de pretio. *Cyn. in l. inciui-*
*le, n. 2. C. de rei vendic. Aret. in dicto §. venditæ. nu. 2.* &
dicam in particulari quæstione, si velit ordinarie agere
6 ad pretium ex vi contractus celebrati inter ipsum, &
emptorem, hoc ei licebit, vt declarat *Imol. in l. à Diuo*
*Pio §. si post addictum. in fin. & in §. sed si emptor. nu. 19.*
*ff. de re iudic. per notata in l. 1. & 2. C. creditor. euict. pig.*
*non debe. quamuis Alex. in dicto §. sed si emptor nu. 5. in*
*2. not.* contrarium teneat, quia non consideratur ratio,
quod victor sit subrogatus loco Iudicis, & quod non
vendat iure suo, sed solum quia poterat creditor sibi
præiudicare vendendo habita fide de pretio, vel non
contradicere. *Asin. de exec. §. 6. c. 31. n. 47. Rota coram*
*Card. Pamphil. seniore in Vrbeuetana domus. 5. Decemb.*
*1594. & coram Pània in Perusina dotis prima Iulij*
*5598. in fin. Imol. in dicta l. à Diuo Pio. §. sic quoque, nu.*
*29. in glos. super verb. eap. ff. de re iudic. Castren. in l. ele-*
*ganter. §. si vendiderit. in princ. n. 2. ff. de pign. act.* quod
7 Iudici non permittebatur tamquam habenti faculta-
tem vendendi solum præsente pecunia vigore mandati
limitati, sicut idem est in quolibet executore, procura-
8 tore, administratore, ac similibus, quasi tunc videatur
minoris vendere, quam si esset pecunia præsens. *Ias. in*
*dicto §. si emptor. nu. 7. & 8. l. à Diuo Pio. ff. de re iudic.* &
9 quatenus Iudex consentiat, quod emptor habeat fi-
dem de pretio, contra eum datur actio de dolo, cum
hoc facere non possit, quasi executor teneatur ista
actione, tamquam male versetur in distrahendis pi-
gnoribus. *l. si pignora. C. de euict. & declarat. Ias. in præ-*
*citata l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. in fin. vers. quid au-*
*tem si Iudex. n. 9.* quamuis regulariter in subhastatione
10 non soleat interuenire vera numeratio. *Rota coram*
*Card. Seraph. dec. 12. n. 2.*
11 Bene verum est, quod istud verbum pecunia non est
ita strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum da-
tur, sed pro satisfactione iuxta *l. 4. §. ait Prætor. & §.*
*condemn. in fin. vers. soluisse ff. de re iudic. l. si procurator*
*aliàs incip. l. si curat. §. si ab eo. vbi gl. in ver. sol. ff. de iur.*
12 *Fisc.* vt in materia subhastationis fuit decisum *per Rot.*
*coram Sanctiss. in Romana Vineæ 18. Maij 160. inter*
*impress. dec. 28. n. 1.* Dum tamen satisfactio interueniat,
non autem promissio de acollando centum, aut quid
simile, vt latè dicam suo loco.
14 Insuper nota quoque, quod creditor, qui institit
pro subhastatione rei debitoris, si non exegit, sibi im-
putare debet. *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num.*
*126. Rota per Card. Seraph. dec. 1333. n. 4.*

## EPITOME.

Creditor vendens sub hasta iure creditoris, quando possit habere fidem de pretio absque illius periculo.

Et quid quando vendidit vltra debitum, ad quod teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Creditor vendens iure creditoris potest habere fidem de pretio, & censetur vendere tamquam procurator debitoris.*

*Ampliatur habere locum non solum quantum ad quantitatem debitam, sed etiam ab inde supra vltra dictum debitum, & debitor tenetur talem venditionem ratam habere, n. 1.*

*Et isto casu creditor non tenebitur debitori soluere illud plus, quod venditum fuit pignus, sed solum cedere actionem debitori pro illo pluri contra emptorem n. 3. periculo tamen creditoris.*

*Primo limitatur non procedere, si totum pretium receperit, quia tunc teneretur illud residuum tantum soluere, num 4.*

*Secundo limitatur, quando debitor non curauit recipere cessionem ab ipso creditore, sed est contentus expectare dilationem per eum datam emptori, & recipere solutionem, seu pretium de manu creditoris, quo casu non tenetur debitor inuitus recipere cessionem, n. 5.*

*Tertio limitatur, quando creditor fuisset in culpa, in dando dilationem emptori, & in habendo fidem de pretio num. 6.*

*Quarto limitatur, quando creditor vellet cedere actionem contra emptorem per modum delegationis, sed debitor recusaret eam accipere eo modo, sed per viam simplicis concessionis solummodo, & ita non vult, quod creditor per huiusmodi delegationem penitus liberetur, num. 7.*

*Quinto limitatur, quando creditor vellet cedere actionem periculo debitoris, & non periculo suo, quia debitor non cogitur illam recipere, n. 8.*

*Declaratur habere locum, quando creditor vendere potuit præsente pecunia sine dilatione, quo casu creditor non debet facere gratiam de alieno; Secus si creditor non fuit in culpa in dando dilationem, quia aliter vendere non potuit, vel erat talis consuetudo, quia tunc non teneretur cedere suo periculo n. 9.*

10 *Creditor periculum in quo versetur, quando habuit fidem de pretio, & quando dicatur habuisse fidem de pretio, remissiuè.*

11 *Creditor, cui ab initio debitor pignus, & fideiussorem obligauit, potest debitori gratiam facere, vt pignus vendat fideiussore obligato manente.*

*Fallit vt num. 13.*

12 *Amissio pignoris fideiussorem non releuat.*

## QVÆSTIO LXII.

1 STante vera conclusione, quod creditor vendens iu-
re creditoris in subhastatione potest habere fidem
de pretio, quo casu censetur vendere tamquam procu-
rator debitoris, est *tex. in l. eleganter, §. si vendiderit, &*
*ibi notat Bar. ff. de pign. act. & idem Bar. in l. creditori, ff.*
2 *de non. ope. nunc.* quod locum habet non solum vsque
ad quantitatem debiti, sed etiam ab inde supra vltra
dictum debitum, & debitor tenetur talem venditio-
nem ratam habere, *dicto §. si vendiderit,* isto casu credi-
3 tor, qui vendidit, non tenebitur soluere illud plus, quo
venditum fuit pignus vltra debitum, de quo fidem ha-
buit,

buit, sed solum tenebitur actionem cedere debitori pro dicto residuo pretij aduersus emptorem, periculo tamen ipsius creditoris, qui vendidit. vt in dicto §. *si vendiderit, vbi notant Bart. & cæteri.* Quod vltimum nempe, quod creditor non teneatur pro illo pluri, quo res vendita fuit, nisi ad cessionem actionis contra emptorem ex dicto §. *vendiderit.*

4 Primo limitatur non procedere, si creditor totum pretium receperit, quia tunc teneretur illud residuum soluere debitori *ita gl. in l. pen. ff. de pign. act.*

5 Secundo limitatur, quando debitor non curat recipere cessionem ab ipso creditore, sed est contentus expectare dilationem per creditorem datam emptori, & recipere solutionem, seu pretium de manu creditoris tunc temporis, quo casu non tenetur debitor inuitus recipere cessionem. *glos. vbi supra.*

6 Tertio limitatur, quando creditor fuisset in culpa in dando dilationem emptori, & in habendo fidem de pretio. *glos. ibid.*

7 Quarto limitatur, quando creditor vellet cedere actionem contra emptorem per modum delegationis, sed debitor recusaret eam accipere eo modo, sed per viam simplicis cessionis solummodo, & ita non vult, quod creditor per huiusmodi delegationem penitus liberetur. ad *l. 1. Cod. de noua, vt per glos. dicto loco.*

8 Quinto limita, quando creditor vellet cedere actionem periculo debitoris, & non periculo suo, quia debitor non cogitur illam recipere, *glos. præcitato in loco.*

9 Quæ intelligas locum habere, quando creditor potuit vendere præsenti pecunia, sine dilatione, quoniam dicto casu ipse creditor non debet facere gratiam de alieno, & idcirco tenebitur cedere suo periculo, vt aduertit *Paul. de Castr. in dicto §. vendiderit. per tex. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. oblig.* inducendo, vt ibi per eum. Secus si creditor non fuerit in culpa in dando dilationem, quia forte aliter vendere non potuit, vel erat talis consuetudo, quia tunc non teneretur cedere suo periculo, vt per *Castrens. in dicto §. si vendiderit. arg. l. si pignora. §. fin. eod. tit. ac tradit Negusan. in tract. de pign. par. 6. membr. 1. sub num. 37. qui*

10 *num. seq.* etiam docet, in quo versetur periculum creditoris, qui habuit fidem de pretio, & quando dicatur habuisse fidem de pretio.

11 Quid autem dicendum, si debitor ab initio creditori suo simul pignus, & fideiussorem dederit, ac deinde creditor debitori gratiam faciat, vt pignus vendere possit, an fideiussor censebitur liberatus, cum creditor ipsi parato soluere, non possit vna cum actione pignus cedere.

Quæstio hæc non caret probabili dubitatione; ex quo creditor cum debitore collusisse videtur, & pignus omisisse, ad hoc vt fideiussor solutione integri debiti premeretur. *contra l. & si pignus. ff. quæ in fraud. credi.*

Verum contrarium tenendum est, nempe, vt si creditori, & pignus, & fideiussorem debitor simul obligauerit, creditori liberum sit pignus omittere, & debitori gratiam facere, vt pignus vendat fideiussore nihilominus obligato manente. Nam si creditori fideiussori licet omisso pignore fideiussorem conuenire. dicta *l. inter eas. §. creditor. ff. de fideius.* non video cur non etiam pignus vendere permittat, & fideiussorem con-

12 ueniat. Si etiam amissio pignoris fideiussorem in nullo releuat, quominus insolidum teneatur. *l. amissio in princ. ff. de fideiuss.* cur venditionis permissio illum releuare debet? Quare Imperator in *l. etiam C. eod.* rescripsit etiam si de iure obligationis pignorum actum fuerit, fideiussoris liberationem non contingere.

13 Fallit, si fideiussor ita se obligauerit, quod velit tantū in id teneri, quod minus ex pignore vendito redigi possit, quia tunc in ipsius præiudicium pignus nec omitti, nec vendi potest. *l. inter creditricem. ff. de fideiuss.* licet amitti, & perdi valeat. *dicta l. amissi. in princ. ff. eod.*

## EPITOME.

Creditores anteriores quando sunt incerti, & posterior creditor vult bona debitoris subhastari facere, qualiter sunt citandi, vt illis præiudicetur.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores anteriores quando sunt incerti, & creditor posterior vult subhastari facere bona debitoris, citandi sunt per publicum proclama, vt veniant ad contradicendum infra certum tempus, quo elapso vlterius non audiuntur.*

2 *Et isto casu potest etiam fieri citatio per edictum, num. 2.*

3 *Declaratur procedere, vbi præfixus est terminus ad agendum. num. 3.*

### QVÆSTIO LXIII.

1 Quæro quid concludendum, quando creditores anteriores sunt incerti, & creditor posterior vult vendere rem sibi hypothecatam, & eadem subhastari facere.

Respondetur, quod eos citare faciet per publicum proclama, ac veniant ad contradicendum infra certum tempus, quo elapso non audiuntur vlterius. *ex tex. & ibi Bal. & Doct. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. vbi est glos.* dicens, quod isto in casu potest etiam fieri citatio per edictum. sequitur *Marant. de ordi. iudic. par. 6. §. recte concipia tur citatio. num. 104.* & ita dispositio di-

3 cta *l. si eo tempore procedit*, vbi præfixus est terminus ad agendum, vt ex *Butrigar. Odofred. Azo. Ang. & Salyc. dixit Rota per Card. Seraph. decis. 994. num. 3. & facit Bart. in l. 2. n. 3. C. de eden. & l. sicut. §. non videtur. n. 2. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soln.*

## EPITOME.

Creditor cognatus debitoris præfertur in licitatione cæteris paribus, & quando.

Creditores quando inter se certant in licitatione, quibus standum sit.

Emptor si non inuenitur, quando addicantur bona creditori cognato.

### SVMMARIVM.

1 *Creditor cognatus debitoris præfertur in licitatione cæteris paribus.*

2 *Coniuncti fundatori iurispatronatus data discordia patronorum ab Episcopo institui debent.*

*Idem dicitur data discordia executorum, qui distribuere debeat facultates testatoris in pauperes, vt potius consanguinei pauperes eligantur, quam alij remotiores, vel extranei. n. 3. Et de ratione. n. 4.*

5 *Creditores quando inter se certant in licitatione creditorum, semper humaniori sententiæ statur. At videas num. 8.*

*Et vbi*

*Et vbi nulla humanior est sententia, & omnia sunt paria, & æqualia creditoris cognati iudicio stabitur, cui maior pecunia summa debeatur. num. 6.*

*Quod procedit etiam, in quolibet alio casu, & in bonis debitoris cessantis in solutione, qui creditum suum consequi debet, ob id, quod debitor non est soluendo. num. 7.*

9 *Intellectus. l. 1. ff. de priuileg. credi. & num. 13.*

10 *Bona adducuntur creditori cognato, si non inuenitur emptor, qui offerat.*

*Intellige vt num. 11.*

## QVÆSTIO LXIV.

INsuper in licitatione cæteris paribus creditor cognatus debitoris præferendus est *l. Imperator. ff. de pact.* ac tradit *Rip. in l. cum bona. ff. de priuileg. credi.* vbi refert *Bal.* dicentem, quod posita discordia patronorum Episcopus instituere debet præsentatum ab ijs Patronis, qui
2 fundatori sunt coniuncti. Quemadmodum etiam data discordia executorum, qui distribuere debent facultates testatoris in pauperes, eorum sententia, & opinio præferenda est, qui prætendunt bona potius eroganda esse in pauperes consanguineos testatoris, quam in alios remotiores, vel extraneos. Et ratio est eadem, quo-
3 niam in illis duplex pietas concurrit, nempe sanguinis *l. alumnæ. §. fin. ff. de adim. lega.* & spiritualis, cum huiusmodi dispensatio, seu erogatio fiat in pauperes, vt & latius hæc; & alia prosequitur *Asin. de execut. §. 6. cap. 6. per totum.*

5 Ceterum extra hos, quando creditores inter se certant in licitatione, quid nam de bonis debitoris cessantis in solutione agendum sit, obseruari solitum est, vt creditorum semper humaniori sententiæ stetur. sic *Ang. in l. 1. in secunda lectura gl. ff. de priuileg. credi.* Et
6 vbi nulla humanior est sententia, & omnia paria, & æqualia sunt creditoris cognati iudicio stabitur, cui maior pecuniæ summa debetur. *l. maiorem. ff. de pact. & l. fin. C. de cess. bon.* quod non solum in casibus in dictis legibus relatis obtinet, sed etiam in quolibet alio casu, in quo inter creditores controuerteretur, qualiter in bonis debitoris cessantis in solutione, quilibet credi-
7 tum suum consequi debeat, ob id, quod debitor non est
8 soluendo. Contradicit tamen *Bar. in dicta l. 1.* dicens dictam secundam lecturam *glos.* veram non esse, quia illa lex etiam in cognato loquitur, qui non est creditor, nec propterea ei bona possunt adiudicari, approbatque lecturam *Iacob. de Are.* quam dicit veriorem, cum dixit eam legem loqui de pluribus emere volentibus, & idem pretium offerrentibus, quem latius refert *Asin. in dicto tract. de execut. §. 6. cap. 8. num. 5.* Ego autem cen-
9 seo dispositionem dictæ *l. 1. ff. de priuileg. credi.* procedere solum in licitatione bonorum debitoris, in quibus præfertur cognatus creditor debitoris data paritate oblationis, alias præferendus erit ille, cui maior pecuniæ quantitas debetur. Nam quando non inuenitur emp-
10 tor, qui offerat, addicuntur bona creditoribus, vel præfertur creditor cognatus, adeo vt non existente ista duplici qualitate cognationis, & crediti prælatio non detur, vt côcludunt omnes in dicta *l. Imperator. ff. de pact. & in dicta l. 1. vbi Rip. num. 1. & 2. late quoque Asin. de execut. §. 6. cap. 5. 6. & 8. vbi post Iacob. de Aren.* distinguit, quod aut creditor est etiam cognatus, & tunc simpliciter præfertur creditori non cognato, si vero non extet aliquis cognatus, qui velit emere, sed adsunt solum creditores, tunc præfertur creditor maioris sum-
11 mæ, at si absint alij creditores, & alij prorsus extranei, tunc præferuntur creditores ipsis extraneis; verum si extet statutum præferens cognatas, illis dabitur prælatio, dummodo extranei plus non offerant, omni semota fraude, & collusione, quam distinctionem communiter seruari testatur. *Asin. in dicto cap. 8. num. 5. post Bal. in l. 2. column. fin. versic. sed hic occurrit dubium. & ibi Cagnol. in fin. C. de rescind. vendi. Bal. post Cyn. in dicta l. Imperator. ff. de pact. Franch. decis. 82. num. 3. ad 9. vbi*
11 *quod casus dictæ l. 1. est specialis.* Et plura ad intellectum dictæ *l. 1. ff. de priuileg. credi. Franch. dicta decis. 82. Marant. de ordi. indi. disputa. 8. incip. assiduè in Palatijs. Capyc. decis. 42. Duen. reg. 162. & 164. Decian. consil. 105. lib. 3. Rolan. cons. 21. & 63. lib. 1. Costa de Rat. quot. quæst. 140. num. 6.*

## EPITOME.

Partem maiorem habens, si obtineat in licitatione, an, & quando excludatur ab habente maiorem partem, qui allegat ignorantiam subhastationis, & petit ea non obstante sibi bona licitata assignari.

Ignorantia subhastationum quando præsumatur.

Absentia an possit, vt dici possit quem ignorasse licitationes.

Absens, ergo ignorans, an procedat præsertim in licitationibus, & proclamationibus.

### SVMMARIVM.

1 *Partes duas habens, siue maiorem partem alicuius rei, præfertur habenti vnam, vel minorem partem.*

*Et de ratione num. 2.*

3 *Partem minorem habens si obtineat in licitationibus, excluditur ab habente maiorem partem, qui allegat ignorantiam subhastationis, & ea non obstante petit rem ipsam sibi assignari.*

*Sed contrarium dicitur verius. num. 8.*

*Fallit, si vere adsit ignorantia, quia ope restitutionis in integrum esset pronunciandum pro ignorante. num. 13.*

*Declaratur dicta vltima sententia, vt locum habeat, quando bona fuerunt data insolutum prauijs proclamationibus, vt quicunque ius prætenderet, compareret infra certum tempus, sic dictante statuto, aliàs denegatur audientia; secus si non extaret statutum. num. 14.*

4 *Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia.*

5 *Consensus non præsumitur, seu renunciatio nec tacita, nec expressa.*

6 *Proclamata ignorantia probatur iuramento.*

7 *Scientia debet esse perfecta actu, & habitu.*

8 *Ignorantia non præsumitur bannimentorum, & proclamatum.*

*Nec dicitur tollerabilis num. 9.*

*Non docto præsertim de absentia à Ciuitate, & loco, vbi licitationes factæ fuerunt, & de tempore, quod manarunt subhastationes. num. 10.*

*Et in dubio potius præsumitur præsentia in loco habitationis, ac domicilij. num. 11.*

12 *Absentia potest esse sine ignorantia, quia absens potest scire proclamata, & ideo non excusatur.*

15 *Citatio requiritur in omni casu, in quo quis lædi potest.*

*Nec sufficit notitia gestorum. num. 16.*

## QVÆSSTIO LXV.

1 QVæstione mouet *Bal. in l. sancimus. num. 9. & 10. C. de dona.* An habens duas partes, siue maiorem partem alicuius rei præferatur habendi vnam, aut minorem tantum, & affirmatiuè respondet, videlicet habentem duas partes, aut maiorem partem rei præferri

ferri debere habenti solum vnicam partem rei, aut par-
tem minorem, quia inquit vbi supra *Bal.* maior, seu
2 præcipua pars rei quidquam operari debet, additque,
cum Iudex eris super re communi diuidenda, optio de-
fertur habenti maiorem partem, quam si non accepe-
rit, transit optio ad habente maiorem partem.

3 At pone, quod habens minorem partem ex factis li-
citationibus obtinuit rem; an habens maiorem partem
possit allegare ignorantiam subhastationis, ac petere
dicta subhastatione non obstante sibi tamquam ha-
benti duas partes, seu maiorem partem rem ipsam as-
signari; Et concludendum videtur eum sote audien-
dum.

4 Quoniam ignorantia præsumitur, nisi probetur
scientia *l. verius. ff. de proba. c. præsumitur. de reg. iur. in*
5 *6.* & nullus præsumitur consensus, seu renunciatio nec
tacita, nec expressa. *l. nec ignorans. Cod. de dona. l. Matr.*
*decedens. ff. de inoffi. testa. Bar. in l. quæ dotis. num. 20. ff.*
*sol. matr. Paris. cons. 20, num. 63. lib. 1. & cons. 120. num.*
6 *245. lib. 2. Osas. decis. 71. n. 23.* Vbi quod creditur cum
7 iuramento quem proclamata ignorasse, *& num. seqq.*
& scientia debet esse perfecta actu, & habitu, vt tenere
visa est *Rota dec. 387. in fin. par. prima in nouiss. Osas. dec.*
*112. n. 6. & Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 64. ff.*
*de verb. obligas. Tiraq. latè de legi. Connub. glos. 8. num.*
183.

8 Sed contrarium veriùs dicitur, quia ex eo quod
præcesserum bannimenta, seu Proclamata scientia
præsumitur, & quatenus allegaretur ignorantia, illa
dicitur supina, *Odd. de Restit. in integr. quæst. 8. num. 58.*
9 Nec propterea ignorantia dicitur intollerabilis, *capit.*
*quis nesciat. 9. dist. cap. quod dicitur. 10. distinct. in specie*
*sola ad Const. Sabaud. titul. de for. & sol. obl. pro confirm.*
10 *contr. gl. 2 nu. 13.* non docto præsertim de absentia à
Ciuitate, & loco vbi licitationes factæ fuerunt, ac de
tempore, quo emanarunt subhastationes, *Roma. consil.*
*59. sub n. 5. & ibid. adden. in terminis sola dicto tit. glos. 2.*
11 *sub nu. 10.* Vbi quod in dubio potius præsumitur præ-
sentia in loco habitationis, & domicilij, quam absentia.

12 Quin etiam dici potest, quod absentia potest esse si-
ne ignorantia, quia absens scire potest proclamata,
ideo non excusatur, vt per *Sol. dicto tit. de for. & solem-*
*nit. glos. 2. sub num. 9. vers. delle Cride. lit. B. & Tiraq. de*
*Retract. lignag. §. 35. glos. 3. Aut. de Butr. cons. 45.* At vbi
13 verè adsit ignorantia, ope restitutionis in integrum
esset pronunciandum pro ignorante ex *Magon. decis.*
*Floren. 79. numer. fin. Bon. de Stat. Vrb. præscript. glos. 19.*
*num. 2. & infra Rol. cons. 11. num. 143. libr. 2. Carpan. ad*
*Statu. Mediolan. capitul. 246. sub numer. 21. libr. 2. Se-*
*bastian. Vant. de Nullit. titul. de nullitat. ex defectu pro-*
*cess. num. 22.*

14 Verum prædicta locum habent, quando bona fue-
runt data in solutum præuijs proclamationibus, vt qui-
cunque ius prætenderet, compareret infra certum
tempus, ex forma statuti, prout est Florentiæ *sub rubr.*
15 *57. lib. 2.* Ex quo datur annus, aliàs denegatur audien-
tia. Non tamen id procederet cessante statuto, quia
subhastatio, & adiudicatio facta saltem absque citatio-
ne interesse habentium non præiudicat, vt latè dixi *qu.*
*63.* Citatio enim requiritur in omni actu, in quo quis
lædi potest, & de eius præiudicio agitur, & semper ci-
tatio debet præcedere, aliàs omnia sunt nulla. *l. Nam*
*ita Diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re indic. cap.*
16 *cum olim. de Testi. cap. 1. de Caus. possess.* Nec sufficit no-
titia gestorum. *Rota diuers. decision. 107. part. 3.*
*lib. 2.*

## EPITOME.

Agnatus offerens in licitatione iustum pretium, vel offerens rem distractam retrahere iusto pretio, præferri An debeat offerenti pretium excessiuum.

Pretium iustum quod dicatur.

Vendere qui cogitur, qualiter compellatur, Cui, Vel respectu cuius personæ, vel pretij.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor agnatus offerens in subhastatione iustum pretium, vel offerens rem distractam retrahere iusto pretio, præferri non debet offerenti pretium excessiuum, & num. seqq.*

*Et de ratione num. 2.*

*Contrarium probatur num. 7. & infra.*

3 *Res tantum valet, quantum vendi potest.*

4 *Pretium iustum dicitur, quod venditor habiturus est ab alio.*

5 *Licitatio animosa permittitur in præiudicium consocij.*

8 *Via non est aperienda malitijs, ac fraudibus hominum.*

9 *Consors, qui dimisit fundũ vendere consorti, & non alijs sub pœna, vendere cogitur pro pretio communi, & non pro immoderato.*

10 *Refertur sententia Ioan. de Imol. in proposita quæst. quæ reijcitur à Ripa hic relato.*

11 *Vendere qui cogitur per legem, vel retrouendere certæ personæ; intelligitur iusto pretio.*

12 *Vendere quando quis cogitur magis vni, quam alteri, vnus alteri præfertur respectu personæ, vel alterius qualitatis, & non respectu pretij, & tunc prælationis priuilegium intelligitur pro pretio, quod ab alio reperitur.*

*Et vbi diceretur, quod Agnatus possis retrahere rem pro pretio, quo suis distracta, dicimur esse in certo. numer. 13.*

*Et quando diceretur, quod simpliciter retrahere possit, intelligitur pro pretio communi. num. 14.*

*Quando autem diceretur, quod Agnatus præferatur omnibus alijs, tunc intelliritur pro pretio, quod ab alio reperitur. num. 15.*

## QVÆSTIO LXVI.

1 QVærit etiam *Rip. in l. eum bona. num. 21. ff. de pri-*
*uileg. Credi.* vtrum Agnatus creditor (quem alijs
præferri diximus quæst. ab hac secunda) offerens in
licitatione iustum pretium, vel volens rem distractam
retrahere iusto pretio, preferri debeat alij offerenti pre-
tium excessiuum.

Et prima facie concludendum videtur, quod non
per *tex. dicta leg. Cum bona.* iuncto communi intel-
2 lectu, vt cœteris partibus procedat. Etenim priui-
3 legium agnatis concessum legitur respectu personæ,
non autem pretij. Secundo quia res tantum valet,
quantum vendi potest. *l. eum qui §. melior. ff. de in*
4 *diem addict. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* Cæterum illud
videtur iustun pretium, quod venditor nabiturus est
ab alio. *l. si seruus ff. de condict. furti. l. Prætor ait. §. in*
*eum ff. de re iudi.*

5 Tertiò, qoia animosa ticitatio permittitur in præiu-
dicium consocij. *l. licitatio in princ. ff. de public. & ve-*
*stig. l. ad officium, C. commun. diuidun.*

6 Quarto, facit *tex. in l. fin. C. de iur. emphit.* & secun-
dum hanc opinionem concludit *Ioann. Andr. in addit.*
*Specu. tit de empt. & vendit. §. adijciendum, Bal. in l. 2.*
*circa. fin. C. de rescid. vend. & Salyc. in d. l. ad officium.*

7 Sed in contrarium facit doctrina, *gl. in dicta l. C. de rescind. vend. & tex. in l. 1. in fin. vbi Bartol. C. de Metall. lib. 11.*

8 Secundò, quia non est aperienda via fraudibus, ac malitijs hominum, *l. in fundo. ff. de rei vendic. cap. sedes de rescript.* At facilè esset fraudare agnatum supponendo animosam licitationem, seu licitatorem. Merito, &c.

Tertiò facit, quod decidit *Ang. in l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verb. oblig.* vbi ait, quod consors, qui
9 dimisit fundum vendere consorti, & non alij sub pœna, quod vendere cogitur pro pretio communi, & non pro immoderato.

10 Quare *Rip. vbi supra* videns quæstionem admodum dubiam refert, *Ioan. de Imol. in dicto §. cohæredes* distinguentem tria membra, & quod sua distinctio sibi non placet in pen. membro, dum dicit, quod vbi agitur de iure quæsito conseruando, intellligitur pro pretio, quod communiter offertur, & non ab animoso, illudque confundi *per tex. in dicta l. fin. C. de iur. emphit.* Et ideo transit ad aliam distinctionem, quam ego pono per casus ad maiorem intelligentiam.

11 Primus casus est, quando quis cogitur per legem vendere seu retrouendere certæ personæ, & tunc intelligitur, iusto pretio *dicta l. 2. C. de rescind. vendi.*

12 Secundus est casus, quando non compellitur magis vni quam alteri, sed vnus alteri præfertur respectu personæ, vel alterius qualitatis, & non respectu pretij, & tunc prelationis priuilegium intelligitur pro pretio, quod ab alio reperitur, vt loquitur *tex. in dicta l. cum bona, & dicta l. fin. & in dicta l. licitatio, & in l. 2. & seq. C. si prop. publ. pensita.*

Tertius est casus, quando statutum diceret, quod agnatus posset retrahere rem pro pretio, quo fuit distracta, & sumus in certo.

14 Quartus est casus, quando diceretur, quod simpliciter possit retrahere, & intelligitur pro pretio comuni.

5 Quintus est casus, quando dicitur, quod agnatus præferatur omnibus alijs & tunc intelligitur pro pretio, quod ab alio reperitur: Et residet *Rip. in dicta l. Cum bona, quem sequitur Asin. in Tractat. de execut. §. 6. cap. 5. per totum.*

## E P I T O M E.

Licitans bona cum pacto, quod pecunia soluatur alicui creditori instanti pro satisfactione, præstita cautione fideiussoria de restituendo prioribus, & anterioribus, valet.

Creditor, cui facta fuit solutio sub fideiussione prædicta, ad quid agat aduersus debitorem.

Pignoris venditio facta per creditorem iure creditoris, & facta promissione emptori de restituendo pretium, vel facta promissione euictionis, creditori qualiter consulatur pro eius indemnitate.

Et qua actione agat ad cautionem.

Verbum cautio a Iudice, vel à iure prolatum qualiter intelligatur.

Lex quando mandat, quod quis de indemnitate caueat, intelligitur cum pignore.

### *S V M M A R I V M.*

1. *Licitatio facta hoc acto, quod pecunia soluerétur alicui creditori instanti pro satisfactione, præstita cautione fideiussoria de restituendo prioribus, & anterioribus, valet, & subsistit.*

*Et de ratione num. 2.*

3 *Creditor, cui fuit solutum cum fideiussione de restituendo prioribus, & anterioribus creditoribus, agere potest aduersus debitorem, vt sicuti pecunia libera ad eum peruenit, sic etiam libera restituatur ipsi creditori, & num. 7.*

*Et ratio adducitur. num. 4.*

5 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

*Limitatur, quando solutio fit irreuocabiliter, secus si reuocabiliter, quia hoc vltimo casu liberabitur ad tempus, non autem perpetuo, num. 6.*

7 *Pignoris venditione facta per creditorem iure creditoris, & facta promissione emptori de restituendo pretium receptum, vel promissa euictione in casibus à iure prouisis creditore consulitur per cautionem de seruando illum indemnem, & nu. 20. Vbi fideiussio præstanda est.*

*Quamuis hoc casu aliàs de euictione non teneatur num. 8.*

*Et creditor agit ad cautionem actione pignoratitia contraria num. 9.*

10 *Creditor quando coactus promittit euictionem, ad cautioné ei consulitur, cum obligatio dicatur coacte facta, ex quo pretium aliter habere non potuisset.*

11 *Actum sponte faciens, ad quem cogi poterat, dicitur coacte facere.*

12 *Creditori ante abductionem pecuniæ sibi liberatæ, hoc acto, quod præstaretur fideiussio eam restituendi potioribus, & anterioribus, nullam competit actio.*

13. *Venditor ad nihilum tenetur non abducta possessione rei venditæ.*

*Et omni in casu non tenetur nisi in cautionem præstare. num. 14.*

15 *Verbum Cautio, à iure, vel Iudice prolatum, intelligitur de nuda.*

*Contrarium, num. 17.*

*Fallit prima opinio, quando persona esset suspecta, quia hoc casu esset derisio, num. 16.*

17 *Lex quando mandat, quod quis de indemnitate caueat, intelligitur cum pignoribus, vel fideiussoribus.*

18 *Obligatus aliquem indemnem conseruare, debet cum cautionibus facere.*

*Et sufficit nuda cautio, quando creditor non vult recipere pignora, num. 9.*

## Q V Æ S T I O LXVII.

1 EMptor bonorum debitoris subhasta, qui habet plures creditores obtulit, & licitauit hoc acto, vt pecuniæ soluerentur alcui ex dictis creditoribus istanti pro satisfactione, præstita tamen cautione fideiussoria
2 de restituendo prioribus, & anterioribus, quæ licitationes admitti debent, & sunt vtiles creditoribus, cũ aliàs bona non inuenirent emptorem, vel saltem non iustum
3 vnde quæritur, an is creditor deinde agere valeat aduersus debitorem, vt quemadmodum pecunia libera ad eum peruenerat, sic libera restituenda erat ipsi creditori, non autem serua, quia hæc inter se differunt, sicut albedo à nigredine, nec ideo dicebatur ei facta solutio, prout debebat; ea enim est reuocabilis ratione fideiussionis præstitæ, nec propterea dicitur facta solutio creditori, *l. non videtur, ff. de acquir. possess. l. si creditor, ff. de solut.*

4 Ex quibus limitatur regula, quod solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, quoniam habet locũ quando solutio fit irreuocabiliter, secus si reuocabiliter, quia hoc vltimo casu liberabitur ad tempus, non autẽ perpetuo, ita *glos. in d. l. si creditor, quæ allegat. l. rescipto §. fin. ff. de distract. pign. & l. nec enim, ff. de pign. act.*

7 Et magis in terminis facit, quod facta venditione pigno-

pignoris per eundem creditorem iure creditoris, & fa-
cta promissione emptori pignoris de restituendo pre-
tium receptum, vel promissa euictione in casibus à iu-
re prouisis, enumeratis à *glos. in l. si pignori, §. fin. ff. de*
8 *pign. act.* Quod hoc casu licet alias creditor de euictio-
ne non teneatur, per *l. 1. C. credit. euict. pign. non debe.*
Creditori est consulendum per cautionem de seruan-
do illum indemnem, *ex text. in l. si necessarias. §. 1. ff. de*
*pign. act. qui tex.* quamuis loquatur in retentione, idem
9 tamen est, quando creditor non retinet, quia aget ad
cautionem actione pignoratitia contraria, vt habetur
per *Paul. de Castr. in dicto §. 1. quem refert, & sequitur*
*Negusan. de pign. par. 6. vers. Octauo attendendum est,*
*numer. 69.* Nam in dicta *l. si necessarias, §. 1. & in l. si pi-*
*gnori, §. fin. cum seq.*
10 Creditor iure creditoris vendit pignus, & sponte re-
cipit pretium, & quando coactus in casibus prædictis
promittit euictionem per cautionem ei consuletur,
cum obligatio prædicta dicatur coactè facta, ex quo
alias creditor pretium habere non potuisset, nisi fide-
11 iussionem præstitisset iuxta oblationem emptoris; Et
succedit regula, quod quando quis sponte facit actum,
quem cogeretur facere coactè, intelligitur talis actus
factus, quia cogi poterat, non autem sponte. ita *Her-*
*madoct. Detus in repet. §. Cato. n. 445. vers. quando enim,*
*ff. de verb. oblig. citat tex. in l. nouissimè, ff. quod fals. tuto.*
12 *author. Minado. dec. 25. hæres conuentus.* Et licet pro
parte debitoris dici possit, quod liberata pecunia cre-
ditori modo prædicto ante abductionem illi nulla
competit actio ad *tex. in l. habere licere, ff. de euict.* Et
13 quod non abducta possessione rei venditæ venditor ad
nihilum tenetur. Et si aliter diceremus, nil profuisset
debitori quod eius bona vendita fuissent.
14 Et omni in casu, quatenus ipse non tenetur nisi cau-
tionem præstare, & iura sibi aduersentur, quod verbum
cautio, à iure, vel à Iudice prolatum, à Iudice prolatum
15 intelligitur de nuda. *per text. in l. sancimus, C. de verb.*
16 *sign.* & ibi hoc tradunt scribentes. Fallit, quando perso-
na esset suspecta, quia hoc casu esset *decisio* secundum
*Corn. in d. l. Sancimus super prima gl. col. 1. gl. fin.* & præ-
ter etiam, quod opinio prædicta non caret contradi-
17 ctione, dicitur quod imo, quando lex mandat, quod
quis de indemnitate caueat, prout loquitu *tex. in d. l. si*
*necessarias, §. 1.* intelligi debet cum pignoribus, vel fide-
iussorib. *l. 1. §. iubet, ff. de colla. & tradit Bal. in l. si tute-*
*læ ff. de tutel. & ratio. distrahen.* dicens per illum text.
18 quod quando quis tenetur aliquem indemnem con-
seruare, debet hoc cum cautionibus facere, & tunc suf-
19 ficit nuda cautio, quando creditor non vult recipere
pignora. *Bald. in l. si Pater vers. sed cauendum erit. C. de*
*colla. & post eum Corn. vers. & scias, quod talis cautio.*
20 Concludo itaque fideiussionem præstandam per
debitorem, prout in Sacro Consilio fuisse pluries deci-
sum testatur *Vinc. Franch. dec. 200. sub n. 27.*

## E P I T O M E.

Licitationum edicta vbi proponuntur cum Decreto, quod bona erant plus offerenti deliberanda promissione pretij sub secuta, quando vim habeat obligationis de emendo.

Exponens rem venalem sub hasta quando contrahere videatur cum plus offerente.

Et incertitudo personæ, & interuallum inter bannum, & oblationem, An vitiet contractum.

Obligatio de emendo, vt oriatur ex pretij oblatione, quæ sint necessaria.

Verba, quę requirātur ad inducēdā obligationem

Bona sub hasta proponentes in licitationibus qualiter obligantur.

Et quid si fiat prorogatio.

Vēditiones rerū fiscaliū, & Ciuitatis qualiter fiāt.

Verba, plus offerenti dabitur, quid importent in subhastationibus.

Offerens plus iusto pretio in subhastationibus, non vt emat, sed vt alios inducat pluris emendum, qualiter puniatur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Licitationum edicta vbi cum Decreto proponuntur, quod bona erant plus offerenti deliberanda promissio pretij subsecuta, vim habet obligationis de emendo.*

2 *Exponens rem venalem sub hasta contrahere videtur cum illa persona, quæ plus offert, seu promittit.*

*Declaratur verum præterquam in rebus Ecclesiæ, quæ tradi debent offerenti iustum pretium, licet alius plus obtulerit, num. 21.*

*Neque incertitudo talis personæ, quæ facta oblatione, seu promissione pretium certificauit, contractum vitiat, num. 3.*

4 *Interuallum inter bannum, & oblationem, seu promissionem licitantis non vitiat, quia non dicitur fieri ex internallo, quod fit intra tempus datum ad offerendum, seu promittendum.*

5 *Forma offerendi ab ipso venditore proponi non debet, cum sis valde alienum à licitatione.*

6 *Obligatio de emendo, vt oriatur ex pretij oblatione, vnū est necessarium quod venditor obligetur ex parte sua.*

7 *Contractus claudicare non debet.*

8 *Et æqualitas in cæteri semper est seruanda.*

9 *Oblationes faciendæ in subhastationibus fieri debent intra terminum declaratum, & præfixum in edictis, seu statutis, vel consuetudine.*

*Etiam quod terminus ipse prorogetur, n. 10.*

11 *Obligatio de pretio soluēdo, quæ præsupponit emptionem faciendam, non ob hoc infert obligationem de emendo.*

12 *Verba præsuppositiua non sufficiunt ad inducendam obligationem, sed requiruntur dispositiua.*

13 *Promittens dotem, quæ in necessarium antecedens præsupponit matrimonium, nō tenetur curare, vt sequatur Matrimoniū, sed ita demū obligatur, si illud sequatur.*

14 *Correi non sunt, si vnus emat, & alius promittat pretiū.*

15 *Bona sub hasta proponentes in licitationibus plus offerenti obligantur, & elapso offerendi termino contractus perfectus ita dicitur, vt nullus deinde alius admitti possit.*

*Extende procedere ita vt non admittatur prorogatio, nec quisquam etiam ratione suæ hypothecæ, cum causam, vel amisisse, vel remisisse videatur, n. 10.*

17 *Subhastatione qui non vult obligari, curare debet, ne apponantur illa verba, Plus offerenti.*

18 *Venditiones rerum fiscalium semper cum pacto addictionis in diem fieri censentur.*

*Non tamen hoc procedit in venditione rerum ciuitatis, nisi ciuitates de rebus suis alienandis, & huiusmodi pactum apponendo legem particularem, hoc est statutum, vel priuilegium habeant, n. 19.*

20 *Ciuitas potest condere statutum ad sui vtilitatem, & commodum inter suos ciues.*

22 *Verba plus offerenti dabitur, quia importent, remissiuè.*

23 *Offerens plus iusto pretio in subhastationibus, non vt emat, sed vt alias inducat ad pluris emendum, crimine stellionatus tenetur, idest pœna extraordinaria Iudicis arbitrio.*

24 *Subhastatio non dicitur perfecta, nisi secuta sit deliberatio.*

*Et de ratione, ibidem.*

## QVAESTIO LXVIII.

1 Licitationum edicta vbi proponuntur cum Decre-
to, quod bona erunt plus offerenti delibecanda,
promissio pretij subsecuta vim habet obligationis de
emendo, perinde ac si proponens, puta Titius dixisset,
volo vendere, & Sempronius dixisset, volo emere iux-
ta *Bar. doctrinam in l. licitatio, numer. 4. ff. de public. &*
*vectig. & in l. si tempora, nu. 3. C. de fid. instr. & iur. hast.*
2 *fisc. lib.* 10. vbi etiam *Io. de Plat. nu. 2.* Nam exponens
rem venalem sub hasta contrahere videtur cum illa
persona, quæ plus offert, seu promittit, neque incerti-
tudo talis personæ, quæ facta oblatione, seu promissio-
ne pretium certificauit, contractum vitiat, quemad-
modum nec vitiatur donatio pecuniæ, quæ ad popu-
lum proijcitur, cum illi fieri censeatur, ad quem prius
peruenerit, seu occupauerit, *l. qua ratione §. pen. ff. de*
*acqui. rerum dominio.*

4 Non etiam vitiat interuallum inter bannum, seu
præconium, & oblationem, seu promissionem licitan-
tis, quia non dicitur fieri ex interuallo id, quod fit in-
tra tempus datum ad offerendum, seu promittendum,
& prædictam Bar. doctrinam communiter sequuntur
*Doct. in dicta l. si tempora. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc.*
5 *lib.* 10 Et ideo cauendum, ne forma offerendi ab ipso
venditore proponatur, quia id esset valde alienum à li-
citatione, in qua tolleratur stipulatio mediante inter-
uallo temporis propter ignorantiam habentium con-
trahere inter se ex præmissis.

6 Quare notandum est, quod ad effectum, vt ex pretij
oblatione oriatur obligatio de emendo, vnum est ne-
cessarium, quod venditor obligetur ex parte sua *Bar.*
*in dicta l. licitatio sub num. 4. vers. si quis vellit. Ang. in*
*cons. 324. n. 1. Hieron. Gabr. cons. 180. nu. 8. lib. 1.* Et hoc
7 est regulariter in quolibet contractu, quod non debeat
claudicare, *l. Iulianus, §. si quis à pupillo, vbi gloss. &*
8 *Bald. ff. de act. empt.* & in cæteris semper seruetur æqua-
litas, *l. fin. ff. de fruct. & lit. expen. Alexan. cons. 23. nu. 7.*
9 *lib. 7* Et oblationes faciendæ sunt intra terminum de-
claratum, seu præfixum in edictis, seu statutis, vel con-
suetudine, quia post illud tempus non obligant ad ven-
dendum, ad tradita *in l. si vnus, §. si cum reo, ff. de pact.*
*& per Ang. cons. 119. cum alijs per Cranett. cons. 216. n.*
10 *19. & seq.* etiam quod ipse prorogetur, cum eo elapso
prorogari non possit, *Felyn. in c. de causis n. 1. de off. de-*
*leg. Bal. cons. 243. n. 1. lib. 2.*

11 Ac præterea, quod si fiat obligatio de pretio soluen-
do, quæ præsupponit emptionem faciendam, ex hoc
non sequi obligationem de emendo, quoniam ad indu-
12 cendam obligationem non sufficiunt verba præsupposi-
tiua, sed requiruntur dispositiua, *vulg. l. ex facto, ff. de*
*hæred. instit. Fel. in c. sedes n. 6. de rescript. Rota decis. 23.*
*de procur. in antiq.* sic qui promisit dotem, quæ in ne-
cessarium antecedens præsupponit matrimonium, non
tenetur curare, vt sequatur matrimonium, sed ita de-
mum tenetur, si illud sequatur, *l. promittendo, ff. de iur.*
*dot.* & in specie nostra hoc probat *Bar. in l. fin. num. 1. ff.*
14 *de duob. reis.* quem alij sequuntur, vbi ait, quod si vnus
emit, & alius promisit pretium, quod non sunt correi;
quæ doctrina verificari non posset, si promissio pretij
induceret per necesse promissionem de emendo, quia
absque dubio tunc essent correi.

15 Et rursus, quod est in licitationibus bona sub hasta
proponentes plus offerenti obligantur, elapsoque offe-
rendi termino contractus perfectus ita dicitur, vt nul-
lus deinde alius admitti possit per dictam doctrinam
*Bar. in d. l. licitatio in princ. & in l. si tempora, C. de fid.*
16 *instr. & iur. hast. fisc. lib.* 10. hocque adeo verum est, vt
ne dum admitti debeat prorogatio, vt prædixi, sed nec
quisquam etiam ratione suæ hypothecæ, cum causam,
vel amisisse, vel remisisse videatur, *l. si eo tempore, C. de*
17 *remiss. pign.* ita quod qui subhastatione obligari non
vult, diligenter animaduertere, & curare debet, ne illa
verba plus offerenti dabitur, apponantur, vt inquit
*Bar. in d. l. licitatio. Ang. in l. si is qui bona n. 7. ff. de pign.*
*& hypoth.* licet *Bal. in l. omnes, C. sine censu, vel reliq. per*
*tex. in l. lucius §. idem respondit, ff. ad Municip.* dixerit,
18 rerum fiscalium venditionem semper sub pacto addi-
ctionis in diem fieri censeri, *d. l. si tempora, C. de fid. inst.*
*lib.* 10 quod tamen secus est in venditione rerum ciui-
19 tatum, nisi ciuitates de rebus suis alienandis, & de hu-
iusmodi pacto apponendo legem particularem, vel
priuilegium habeant, *vt ait Accurs. in dicto §. idem re-*
*spondit, & in l. 1. & 2. Cod. de reb. alien. non alienan. vbi*
*Bar.* hoc declarando, exponit, nullam aliam legem,
20 idest statutum. Potest enim ciuitas statutum conde-
re ad suam vtilitatem, & commodum inter ciues suos,
*vt in d. §. idem respondit, & in l. Antiochensium ff. de pri-*
*uil. Credi.*

Illud autem quod dicitur subhastatione facta rem
dari deberi plus offerenti, *ex Bar. in d. l. si tempora.* De-
21 claratur verum, præterquam in rebus Ecclesiæ, quæ
tradi debet offerenti iustum pretium, quamuis alius
plus obtulerit, *gl. in c. hoc ius porrectum. 10. qu. 2. & ibi*
*Archid. Rom. in sing. in ver. venditio. vers. scis, quod res.*
*Dembauder in compen. subhast. c. 5. n. 22. Redoan. de reb.*
*Eccles. non alienan. rub. 28.*

22 Et quid importent illa verba, & plus offerenti dabi-
tur, adeas *Bald. in cons. 191 libr. 3.* qui respondit in casu
contingente in hac Ciuitate Pisauri.

23 Supradictis adde, quod in subhastatione plus iusto
pretio offerens, non vt emat, sed vt alios inducat ad
emendum pluris, crimine stellionatus tenetur, idest pœ-
na extra ordinaria Iudicis arbitrio, ad *tex. notabilem in*
*l. 3. §. item si quis imposterum, ff. de crim. stellio. Fabia. de*
*Mon. de empt. & vend. q. 5. princ. sub n. 89. vers. offerens*
*tamen, Dembauder. d. c. 5. n. 10.*

24 Item scias, quod licitatio, seu subhastatio non dici-
tur perfecta, nisi secuta sit deliberatio, quia licet offe-
rens obligetur volente declarare is, qui vendit, Tamen
si interim eueniat damnum insolitum in re deliberan-
da, offerens potest pœnitere, si sibi non fiat restaurum,
*Bal. cons. 393. Punctus talis. lib. 4.*

## EPITOME.

Plures si concurrant in subhastatione, seu licita-
tionibus, cui deliberari debeant bona.

Venditor, & officialis quando vendere teneantur
plus offerenti sub hasta.

Subhastationes, vt valeant, quæ requirantur.

Et vbi nulliter factæ deteguntur, quid ex hoc se-
quatur.

Mora debitoris in soluendo purgari potest vsque
ad adiudicationem.

Oblatio verbalis An sufficiat ad annullandum
adiudicationem.

### *SVMMARIVM.*

1 *In subhastatione si plures concurrant, primo offerenti*
*dari debet, si tantumdem per omnes offeratur.*
*Fallit si simul concurrant, & sunt æque idonei, & tan-*
*tumdem offerant, quia cuilibet dabitur pro rata, &*
*gratificationi erit locus, n. 2.*

3 *Venditor, & officialis coguntur vende, & dare plus of-*
*ferenti sub hasta, si dictum sit, quod dabitur plus offe-*
*renti nisi alteri offerenti minus ob faciliorem solutio-*
*nem, & exactionem potius dari expediat, quia magis*
*idoneus, & soluendo.*

Et

*Et ad hoc, vt dicatud melior conditio oblata, nn.4.*
*Dum tamen seruatæ sint solemnitates , n.5.*
7 *Subhastatio non est leuis solemnitatis .*
*Alienatio improba non aufert ius proprietatis .*
8 *Solemnitates licitationum adeo sunt substantiales , vt tamquam iuris publici nec quidem à partibus remitti possint .*
*Quia tendunt ad vtilitatem omnium creditorum , numer.9.*
10 *Subhastationes , vt valeant , requiritur mandatum Iudicis , & quod per nuncium pluries præconizentur in diuersis diebus , ac locis , & quod per debita tempora steterint venalia, nempe per viginti dies.*
*Vel per aliud tempus secundum statuta, vel consuetudinem loci, aliàs sunt nulla, & non auferunt Domino ius proprietatis, n.11.*
*Et restituuntur pignora vna cum fructibus , & expensis, n.12.*
*Et nisi debitor fuerit in mora soluendi, quæ purgari potest vsque ad sententiam adiudicationis, n.13.*
*Et oblatio verbalis sufficeret, n.14.*
*Quæ saltem anullaret adiudicationem , & venditionem post dictam oblationem factam, n.15.*
16 *Oblatione debiti facta debent cessare proclamata, & venditiones .*

## QVÆSTIO LXX.

QVid iuris sit, quidque agendum, quando plures in
1 subhastatione , seu licitationibus concurrunt,
Modo differamus.
Et concluditur primo offerenti dari debere , si tantumdem per omnes offeratur. *l. 1. C. de comm. ser. manu.*
2 Si vero simul concurrant , & sint æquè idonei, & tantumdem offerant, cuilibet dabitur pro rata, vel gratificationi locus erit, *sic Bal. in l. fin. C. de Testa. ma. Fabian. de Mon. in Tract. de empt. & vendi. quæst. 5. princ. sub n. 89 vers. Quid autem, & Iodoch. in suo Compend. subhast.*
3 *cap. 5. num. 9.* Regulariter tamen Officialis, aut venditor cogitur vendere, & dare plus offerenti, si dixerit, quod plus offerenti dabitur nisi alteri minus offerenti ob faciliorem solutionem potius dari expediat, quia magis idoneus, & soluendo, *vt in l. 3. & in l. Sabinus, ff. de in diem addict. secundum Bar. in l si tempora, C. de fid. instr. & iur. hast. Fisc. lib. 10. & in l. si tempora de public.*
4 *& vectigal.* Et ad hoc vt dicatur melior conditio oblata, vt in *l. 4. & in l. sed & si proponatur, ff. de in diem addict. Fabian. dicta quæst. 5. num. 90. & Iodoc. dicto cap. 5.*
5 *num.* 10. dum tamen seruatæ sint solemnitates, quia, vt
6 aliàs dixi , Venditio per subhastationem non est leuis
7 solemnitatis. *dicta l. 1. vbi glo. C. de fid. instrum.* Et ideo improba alienatio non aufert ius proprietatis , inquit *tex. in l. si residuum, C. de distract. pig. Auth. hoc ius por-*
8 *rectum C. de sacr. sanct. Eccles.* Solemnitates enim limitationum adeo sunt , substantiales , vt tamquam iuris publici, nec quidem à partibus remitti possint, *l. nemo*
9 *de leg. 1. Magon. decis. Florent. 132. num. 9.* quia tendunt
10 ad vtilitatem omnium creditorum. *l. si eo tempore, C. de distract. pign.* Inter cætera autem præsertim requiritur mandatum iudicis , & quod per nuncium pluries bona ad hastam posita præconizentur in diuersis diebus, ac locis , & quod per debita tempora steterint venalia, veluti per viginti dies secundum ius commune. *dicta l. 1, C. de fid. instr. lib. 10. Bar. in dicta l. licitatio. & Bal. in dicta auth. hoc ius porrectum, colum. 3. & dixi in*
11 *quæst. 10.* Vel per aliud tempus secundum consuetudinem, & statuta loci, vbi fiunt, aliàs sunt nulla, & non auferunt Domino ius proprietatis, *Roma. cons. 203. & la-*
12 *tè Franc. Becc. cons. 12 num. 15. & infra.* Et restituuntur pignora vna cum fructibus, ac expensis . *Couarru.*
13 *Var. Resolut. lib. 2. cap. 11. num. 3.* & nisi debitor fuerit in mora soluendi, quæ purgari potest vsque ad sententiam adiudicationis notat *Bal. in l. & si post tres, col. 5. ff. si quis caut. per tex. in l. si maior. & in l. siue apud acta,*
14 *C. de transact.* pro quo etiam oblatio verbalis sufficeret, quæ licet forte non releuasset sine reali, *l. qui decem de sol. cum concordan. per Negusan. de pign. 3. membr. 5.*
15 *par. princ. num. 1.* Nihilominus iner alios effectus potens esset ad annullaudum adiudicationem , & vendi-
16 tionem post dictam oblationem factam , quia facta oblatione debent cessare proclamata, & venditiones , *l. si prius quam, C. de distract. pign. Negusan. de pign. par. 2. num. 4. & in 3. membr. 3. par. q. 5. princ. n. 1. Magon. dicta dec. 132. n. 17.*

---

## EPITOME:

Licitatores vbi sunt plures, penultimus, & alij An liberentur per vltimum, qui maiorem fecit oblationem, & quando .
Licitator idoneus quis dicatur .

## SVMMARIVM.

1 *Licitantes vbi sunt plures penultimi , ac alij non liberantur per vltimum , qui maiorem oblationem fecit, si non sit idoneus .*
*Intellige primum remanere obligatum , si præmissum fuit edictum , quod res deliberabitur plus offerenti , num. 5.*
*Aliàs non obligatur nec primus , nec secundus , numero 6.*
*Ampliatur locum habere in licitatione priuati , cum aliàs aperiretur via fraudibus, num. 7.*
*Primo declaratur procedere , quando secundus oblator aufugit , & dicitur non soluendo , non præstando fideiussores idoneos, n. 8.*
*Secundo declaratur non habere locum, quando cessante dolo facta est publicatio voce præconis , quod res deliberabitur plus offerenti , quia si plus offerens fuit acceptatus, alter prior censetur liberatus , licet recedat is, qui plus obtulit, num. 11.*
*Extenditur hoc magis procedere , si in subhastatione sit conuentum, quod per maiorem oblationem primus, qui minus obtulit, sit liberatus , num. 12.*
*Tertiò declaratur, Nam ad hoc, vt offerens obligetur , pollicitatio fieri debet coram officialibus deputatis non soli Notario, num. 13.*
*Quartò declaratur , quando ante deliberationem damnum insolitum accidit , quoniam tunc offerens non tenetur ad pretium , nisi sibi fiat remissio condigna , numer. 14.*
*Quintò declaratur, quando res fuit perfectè licitata, & tradita plus offerenti , & licitator est idoneus facultatibus, & soluendo, n. 15.*
*Licitator debet esse talis, qui obligari possit, & conueniri.*
3 *Idoneus non dicitur, qui conueniri non potest .*
4 *Oblatio maior donec acceptetur à subhastante, prior non liberatur ,*
9 *Licitator secundus , vel conductor si aufugiat , vel fiat non soluendo, tenetur primus, qui non liberatur cedendo iura, & actiones Communitati contra secundum .*
*Limitatur, nisi hic secundus satisfecerit de fideiussoribus num. 10.*

## QVÆSTIO LXX.

1 DIfficultas est, quid si sunt plures offerentes, An pe-
nultimus, ac deinceps alij, qui obtulerant per ma
iorem oblationem factam ab vltimo, qui non sit ido-
neus, liberentur.
Et negatiuè respondit *Bal. in cons. 327. Modus, &*
2 *forma per totum, lib. 2.* quia requiritur, quod licitator sit
talis, vt obligari possit, & conueniri. *l. quia satisdare. pri-*
3 *mo resp. ff. de fideiuss.* Et non dicitur idoneus, qui conue-
niri non potest, *l. sciendum, ff. qui satisd. cogan. §. suscepto.*
*in Auth. de exhiben. reis, & in l. nec ciuitatis, ff. de pro-*
*cur. comprobat Fabian. de Mon. in Tract. de empt. &*
4 *vendi. quæst. 5. princ. num. 93. & seq.* Atque etiam, quia
si maior oblatio fiat, possunt subhastantes nolle eam
acceptare, & ita donec acceptetur, prior non liberatur.
*Ang. cons. 324. sub nu. 3. vers. de tertio. Cassan. ad Consue-*
5 *tud. Burgund. Rubr. 5. §. 2. num. 23. & 24.* Intellige pri-
mum remanere obligatum si præmissum fuit edictum,
quod deliberabitur plus offerenti, *Ang. ibid. in princ. &*
6 *in fin.* alias non obligatur neque primus, neque secun-
7 dus. Quod etiam locum habet in licitatione priuati,
cum alias aperiretur via fraudibus. *Bal. dicto cons. 327.*
*per totum, maximè in fin. lib. 2.*
8 Primo declaratur proposita conclusio, vt etiam pro-
cedat, quando secundus oblator aufugit, vel est non
soluendo non præstando fideiussores idoneos, *vt per*
*Girond. de Gabell. par. 2. §. 1. num. 21. & seqq.* & com-
probatur ex eo, quod tradit *Petr. de Vbal. in Tract. de*
*societa. par. 10. col. 1. ad finem dicens*, quod si secundus
9 conductor aufugiat, vel fiat non soluendo, tenetur pri-
mus, qui non liberatur cedendo communitati iura, &
actiones contra secundum. *l. de illo in princ. ff. pro soc.*
10 *Bertachin. de Gabell. par. 2. num. 25.* Quod limitatur, ni-
si secundus satisfecerit de fideiussoribus. *vt per Guttie-*
*rez de Gabell. quæst. 134. num. 8.*
11 Secundo declaratur secundum *Bal. cons. 191. in princ.*
*& per totum lib. 3.* non procedere, quando cessante do-
lo facta extitit publicatio voce præconis, quod delibe-
rabitur plus offerenti, quia si plus offerens fuit acce-
ptatus, alter prior censetur liberatus, licet recedat is,
qui plus obtulit, tamen priores offerentes sunt liberati,
*Rebuff. de præcon. ad Constit. Gall. art. 7. glos. vnica n. 21.*
*Cassan. dicta rub. 5. §. 2. num. 23. & 24.*
12 Extenditur hoc magis procedere si in subhastatione
sit conuentum, quod per maiorem oblationem pri-
mus, qui minus obtulit sit liberatus. *Ang. dicto cons. 324*
*num. 3. vers. Fallit si nominatim.*
13 Tertio declaratur, quia ad hoc vt offerens obligetur,
necesse est, quod sua pollicitatio fiat officialibus depu-
tatis, *vt per Ossas. dec. 109. n. 9.* Nam si fieret soli Nota-
rio, qui scriberet, non obligaretur, ex quo iste contra-
ctus, qui fit præcedentibus subhastationibus dicitur in
scriptis, ideo donec sit perfectus licita est pœnitentia, si
sola promissio facta fuit notario. *Bal. cons. 7. factum su-*
*per quo lib. 5.*
14 Quartò declaratur, quoniam licet vltimus offerens
obligetur, tamen si ante deliberationem damnum eue-
niat insolitum in re ipsa deliberanda, is non tenetur ad
pretium oblatum, nisi sibi fiat remissio condigna, vt di-
xi *in quæst. 68. num. 24. ex Bal. cons. 393. Punctus talis est*
*per totum lib. 4.*
15 Quintò declaratur, quando res fuit perfectè licitata,
traditaque plus offerenti, & licitator est idoneus facul-
tatibus, & soluendo. *Fabian. dicta quæst. 5. nu. 92. Cassan.*
*dicta rubr. 5. §. 2. num. 24. vers. ad vnum, & in tit. Ordi-*
*nationes Cancellariæ. num. 22.*

## EPITOME,

Iudex an alij quam licitanti possit bona licitata
vendere, & quibus casibus.

### SVMMARIVM.

1 *Bona quando ad instantiam creditorum licitantur, obla-*
*tor ita obligatur ex sua oblatione, vt ad emendum, &*
*pretium soluendum cogi possit.*
*Contrarium, num. 5.*
*Primo declaratur hæc vltima opinio, vt procedat, quando*
*creditor iustum pretium non obtulit, secus si iustum*
*pretium fuit oblatum, num. 6.*
*Secundo declaratur, nisi in contrarium subsistat alia iusta*
*causa culpa offerentis obuenta, num. 7.*
2 *Contractus claudicare non debent.*
3 *Aequalitatis inter contrahentes seruanda est.*
4 *Ius quæsitum difficilius tollitur, quam ius quæren-*
*dum.*
5 *Iudex de iure communi ex causa iusta licitationem, &*
*oblationem non sequi potest.*

## QVÆSTIO LXXI.

1 IVxta quæ diximus *in quæst. 67.* & alibi, quando bona
ad instantiam creditorum licitatur, oblator ita obli-
gatur ex sua oblatione, vt ad emendum, & pretium sol-
uendum cogi possit, *l. si tempora. C. de fid. inst. lib. 10. &*
*l. licitatio in princ. ff. de public. & vectig. vbi Bar. & cæ-*
*teri, latè Dec. cons. 558. num. 1. & 2.*
Modo quæritur, an ita hoc procedat vt Iudex nō pos-
sit alij bona prædicta vendere, nō enim ad imparia hæc
2 Iudicari debent, cum hoc sit regulare in quolibet con-
tractu, quod non debeat claudicare, *l. Iulianus, §. si quis*
3 *à pupillo, vbi gloss. & Bal. ff. de act. empt.* & quod inter
contrahentes seruanda est æqualitas, *l. fin. ff. de fruct. &*
*lit. ex pen. Alexan. cons. 23. num. 7. lib. 7.* neque æquum
sit alterum obligari, & alteri licere pro libito suæ vo-
luntatis vendere cui, & quibus velit, præsertim cum per
oblationem creditori sit ius quæsitum, quod sine facto,
4 & culpa illius auferri non potest difficilius tollatur ius
quæsitum, quam ius quærendum. *Natt. cons. 74. num. 1.*
*& cons. 581. Cremen. sing. 127.*
5 In contrarium facit, quia Iudex de iure communi ex
causa iuxta licitationem, & oblationem non sequi po-
test, *dicta l. licitatio. ff. de public. & vectig. & l. si pignori*
*ff. fam. herci. & tradunt scribentes in l. à Diuo Pio §. si*
*pignora ff. de re iudic.*
Non obstat, quod oblatori ius quæsitum fuerit.
Quia respondetur id verum esse reuocabiliter, non
autem irreuocabiliter, & sic ei quæsitum est ius, quare-
nus ad venditionem procedatur, ex quo si debitor post
factam oblationem satisfaciat, oblatio ipsa resoluitur,
*§. fin. iuncta gl. Instit. de perpe. & tempor. act. & ibid. latè*
*Aret. Ias. in l. properandum §. si quidem. C. de Iudic.*
6 Quæ vltima sententia procedit, quando creditor iu-
stum pretium non obtulit, nam si iustum pretium fue-
rit oblatum, censeo illi præiudicari non posse arg. no-
tatorum per scribentes in *l. à Diuo Pio §. si pignora post*
*glos. primam & ibi Bal. de re iudic. & Afflict. dec. 358.*
*sub num. 1. vers. quarta ratio*, Et bona subhastata tra-
denda erunt in contrarium non extante iusta causa
culpa offerentis obuenta, quidquid asserat subdubius
*Asin. de execut. §. 4. cap. 70. num. 6.* vsque ad finem.

EPITOME.

Alienationis prohibitio, seu impedimentum, quando detegitur, antequam instrumentum fiat, An, & quando offerens suam oblationem seruare teneatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Impedimentum, seu prohibitio vendendi si detegatur antequam instrumentum venditionis fiat, offerens suam oblationem seruare non tenetur, & renocare potest.*
2 *Obligatio rem tradi est indiuidua, nec promisso traditione partis liberatur.*
*Praesertim vbi constaret partem non empturum, nec respectiuè venditurum, n.3.*
*Et quando fundi tales essent, vt dura sit eorum separatio, nec facilè induci possit. vt vna solum ex rebus redhibeatur, num.4.*
*Neque etiam quando emptio si in parte tantum subsisteret, Emptor in communionem incidere niteretur, quia forte res vendita cum alio est communis, numero 5.*
*Vel si ex pluribus vno pretio venditis, illa tradi non potest, qua emptor praecipue motus fuit, vt aliàs acquireret, seu emeret, n.6.*

QVAESTIO LXXII.

1 IN casu verò, in quo bonorum subhastatio fiat ad instantiam creditorum, & aliquis offerat, licet ex parte oblatoris contrahatur obligatio emendi, & pretium soluendi, vt dixi praesertim in praecedenti quaest.; An si, priusquam fiat instrumentum ipsius venditionis, detegatur partem dictorum bonorum vendi non posse vel aliud aliquod impedimentum existat, offerens suam oblationem seruare teneatur, vel verius eam reuocare valeat.

Et dicitur offerentem suam oblationem seruare non teneri, ac reuocare posse, praecipuè quando vna est emptio plurium fundorum vnico pretio facta, quia, 2 vt aliàs dixi in *tract. de evict. quaest.* 165 *num.* 6. Obligatio rem tradi est indiuidua, nec ideo promissor traditione partis liberatur. *l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. latè Menoch. cons.* 106. *num.* 21. *libr.* 12. Maxime vbi constaret emptorem partem non empturum, & venditorem partem non venditurum, *l. cum eiusdem, ff. de aedil. edict. Surd. cons.* 105. *num.* 6. *lib.* 1. & 4 *cons.* 350. *num.* 30. *lib.* 3. & quando fundi tales essent, vt dura sit eorum separatio, nec facilè induci possit, vt vna solum ex rebus venditis redhibeatur, vt in casu, *l. aedilis in fin. iunctis tribus legibus seqq. & in l. plerumq;* 5 *ff. de aedil. edict.* atque etiam quando emptio si in parte tantum subsisteret, emptor in communionem incidere niteretur, quia forte res vendita cum alio esset communis, vt in casu, *l. quod si vno, C. de iu diem adiect.* 6 & *in l. Tutor*, §. *fin. ff. de Minor.* Vel si ex pluribus rebus vno pretio venditis illa tradi non potest, qua emptor praecipuè motus fuit, vt alias acquireret, seu emeret. *arg. l. arboribus, ff. de contraheu. emp.* & ita concludit etiam *Asin. de exec.* §. 4. *c.* 87. *post Cuman. Imol. & Tiraq. per eum adductos.*

EPITOME.

Subhastatio An, & quando requiratur in mobilibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio in Mobilibus non exigitur.*
*Declaratur, vt procedat in mobilibus non pretiosis, & in quibus nulla cadit affectio, secus si essent Margaritae, & similia, quia statim non sunt tradenda creditoribus, neque vendi possunt absque subhastatione. n.7.*
2 *Esculenta, & poculenta habent pretium certum in foro.*
*Et habent aestimationem adeo certam, & manifestam, vt in eis colusiones interuenire nequeant. num.3.*
4 *Aestimatio annonarum, & aliarum rerum victualium aliunde sumenda non est, quam ex loco fori publici, quanti ibi vendi, ac emi soleat.*
*Quod extenditur ad alia mobilia, vel semouentia, quorum exhibitio, vel praesentatio informabit Iudicem de aestimatione, siue equi, siue boues, siue oues, siue aliae res animatae, vel inanimatae fuerint. n.5.*
*Quamuis consultius facient Iudices, si probabiliter dubitant de eorum iusto pretio, vt vna eum executore mittant peritos in arte pro illis aestimandis, n.6.*

QVAESTIO LXXIII.

1 SVbhastationem non exigi in bonis Mobilibus, seu semouentibus dixit *Bal. in l.* 1. *n.* 5. *C. de public. pensit.* Mobilia namque maxime in esculentis, & poculentis existentia, prout, & semouentia, vt plurimum habent suum certum valorem ex communi cursu, & venditione similium rerum per mercata publica singularum hebdomadarum ciuitatum, & habentur venalia in foro publico, prout fiunt frumenta, lardum, vinum, oleum, butirum, caseum, & similia; Nec enim eodem modo iuxta communem valorem statim traduntur, & applicantur, quasi de manu in manum creditoribus iure dominij, & frustra subijciuntur subhastationi secun-3 dum *Bald. in dicta l.* 1. *num.* 5. Ex quo istarum rerum aestimatio adeo est manifesta, vt in eis collusiones interuenire nequeant, cum omnibus notum sit, quantum pretium venundetur frumentum cuiuslibet generis, & quanti vendatur singulis hebdomadibus, vt in specie sic concludit, ac tradit. *Matthe. Coler. de process. execut. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 54. & 68. *ex Bal. in dicta l.* 1. *Bar. in l.* 2. *num.* 24. *C. de rescind. vendi. & in l. pretia rerum*, §. *non nulla, num.* 3. *ff. ad l. fal. Bal. in l.* 1. *num.* 31. *C. de rescind. vendi. Ias. in l. qui Romae*, §. *coheredes num.* 25. *vers. item quantum frumentum, ff. de verb. oblig. Asin. de exceut.* §. 6. *cap.* 12. *Ideo Bar. in l. septem diebus num.* 1. *C. de erog.* 4 *milit. annon. lib.* 12. dixit aestimationem annonarum, & aliarum rerum victualium aliunde sumendam non esse, quam ex loco fori publici, quanti ibi videlicet vendi, ac emi soleat. *Afflict. dec.* 316. *num.* 7. *Ioan. de Plat. in l.* 1. *num.* 1. *C. de censi. & censit. lib.* 11. *Fely. in c. cum causam num.* 2. *de Testi. Corsett. sing.* 391. *vers. venditio, Butr. in cap. cum causam, vers. ad secundum demum, de empt. & vendi. Pinell. in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 4. & *vlt. nu.* 17. *post Bal. ibid. num.* 32. & *Cagnol. num.* 257. *C. de rescind.* 5 *vendi.* quod & de alijs mobilibus, vel semouentibus dici potest, quorum exhibitio, vel praesentatio informabit Iudicem de aestimatione, siue equi, siue boues, siue oues, siue aliae res animatae, vel inanimatae fuerint, *Bal. in dicta l.* 2. *num.* 32. *post glos.* magnam, ibi, in mobilibus pretium semper est certum, vt & ibidem firmat *Cagnol. dicto nu.* 257. *per l. fin.* §. *aestimationem, in ver. quod Iudex super hoc statuerit, id in aestimationem pignoris obtineat, C. de iur. dom. impe.*

6 Li-

6 Licet consultins facient Iudices, qui probabiliter dubitant de eorum iusto pretio, vt vna cum executore mittant peritos in arte, lanios, vel opiliones pro æstimandis ouibus, & pannifices pro æstimandis lanis, & sic de similibus, vt in terminis notat *Coler. dicta par.3. cap.9. num.45. post Salyc. in d.l.2. num.23. C. de rescind. vend.*

7 Declarantur tamen prædicta, vt procedant in mobilibus, vel semouentibus non pretiosis, & in quibus nulla cadit affectio, secus autem si essent mobilia, vel semouentia, valde pretiosa, vt Gemmæ, Margaritæ, & similia, in quibus caderet affectio, quia non essent statim tradenda creditoribus de manu in manum, neque vendi possent absque subhastatione, sed facienda esset æstimatio, prout fieri solet de immobilibus, *vt ex Bal. in l. si quis n.5. C. si propter publi. pensit. per l. si in emptione, ff. de Minor. dixi Coler. dicto c.9. n.46.*

## E P I T O M E.

Statutum requirens subhastationem in mobilibus, An locum habeat in pecunia.
Quid in cæteris rebus pignoratis.
Pecunia continetur appellatione Mobilium, etiam in legatis.
Datio in solutum facta absque subhastatione quando sit valida.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Statutum requirens subhastationem mobilium locum non habet in pecunia. & n.5. & 7.*
*Ampliatur n.10.*
2 *Pecunia continetur appellatione mobilium.*
*Et cedit legata mobilium. n.3.*
*Intellige vt n.4. remissiuè.*
6 *Subhastatio est frustratoria, quando pretium est adeo manifestum, vt non possit interuenire aliqua collusio.*
8 *Subhastatio inuenta est ad fraudes euitandas, quæ non possunt contingere in pecunia, cuius pretium est certum, & manifestum.*
9 *Domum inso utum rei immobilis dicitur valida, licet facta fuerit absque subhastatione, si probetur, quod tempore adiudicationis rei insolutum, datæ pluris vendi non possint, quam eo pretio, quo fuit data in solutum etiam per viam subhastationis, quo etiam casu dicitur non constare de læsione.*

## Q V Æ S T I O LXXIV.

1 SEd quæritur, quid si statutum præcisè requirat subhastationem mobilium illud locum habeat, quando offertur pecunia, vt scilicet illa vendatur pro crediti petiti satisfactione, & respondetur pecuniam non indigere subhastatione.

2 Quamquam enim statutum illam requirat in rebus mobilibus, quarum appellatione venit pecunia, cum illa sit res mobilis, & de loco ad locum transferatur, vt notum est, & notant *Bal. & Alberic. in l. ea demum C. de colla. iuxta §. & quia parum in auth. de nup. & auth. hoc nisi in primo, C. de solut. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.7. num.105.* vbi quod pecunia cedit legato mobi-
3 lium *Dec. cons.472.* Testator legauit *col.1. Paris. cons. 67. num.11. lib.4. Matt. cons.117. num.5. Pinell. in l.1. par.2. num.44. C. de bon. mater. Surd. cons.27. num.7. lib. 1. Rot. dec.419. sub num.3. par.2. in Recencior.* intelli-
4 gendo iuxta distinctionem de qua *per Thesaur. decis. 160. Card. Mantic. vlt. volun. lib.9. tit.3. num.2. cum seq. Gayll. Pract. obseru. lib.2. obseru.11. Rim. Iun. cons.216. num.84. lib.2. Ioan. Castill. in tract. de vsufruct. cap.38. num.22. ad 26. Odd. cons.30. num.8. & infra.* Nihilomi-
5 nus cum vnus nummus non plus valeat, quam alius, nec vnus quadrans sit maioris valoris, quam alter, statutum locum non habebit in pecunia ad *Bald. doctrinam in l.1. in fine. num.4. C. si propt. public. pensit. vendi*
6 *fucr. celebra.* Vbi quod subhastatio est frustratoria, quando pretium est adeo manifestum, vt non possit interuenire aliqua collusio. *l.2. vbi Bar. num.4. C. de rescind. vendi. & in l. pretia rerum §. nonnullam, num.3. ff. ad l. falc. & ita sequendo Bal. in dicta l.1. nu.5. C. si prop. public. pensit. tradit Coler. de process. execut. dicta par.3. cap.9. n.43. & 44. ac decidit Leon. decis. Valentin. 108. n. 8. & infra.* Vbi loquens de simili statuto ait illud non
7 comprehendere pecunias, cum subhastatio inuenta fuerit vt fraudibus obuietur, & ne res in debitoris præiudicium vilius vendatur. *Rota per Card. Seraphin. decis. 358. num.1. par.1.* quæ fraus contingere non potest in
8 pecunia, Cuius valor, & æstimatio est notoria, & manifesta. *Gratian. Discepta. Foren. cap.479. num.20. & 21. lib.3.*

9 Quæ adeo vera sunt, vt etiam datio insolutum rei immobilis dicatur valida, quamuis facta fuerit absque subhastatione, si probari valeat, quod tempore adiudicationis rei insolutum data pluris vendi non potuisse, quam eo pretio, quo fuit data insolutum etiam per viam subhastationis, quo casu dicitur non constare de læsione, sed quinimo, quod ea cesset, vt in specie per *Put. decis.252. lib.2. quem sequitur Card. Seraphin. dicta dec.358. n.2.*

10 Ampliatur, vt statutum requirens subhastationem in mobilibus locum non habeat etiam in cæteris rebus pignoratis mobilibus, seu se mouentibus pro vi iudicati, quarum pretium est certum, quia vt dixi per mercata singularum hebdomadarum habentur per ciuitates venalia in foro publico, & subhastationi frustra subijciuntur, cum istarum rerum estimatio sit manifesta. vt post alios tradit *Coler. dicto cap.9. num.51*

## E P I T O M E.

Licitator compensare, & retinere potest pecuniam sibi debitam.
Compensationem non admitti pro recuperatione rei nulliter subhastatæ ad instantiam creditoris cum fructibus ab eodem creditore perceptis de re subhastata, iudicio super eis pendente, probatur.
Compensationis effectus quid sit.
Quando inducatur ipso iure.
Et an opponi posſit extra iudicium, & quando operetur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Compensatia non admittitur pro recuperatione rei, nulliter subhastatæ ad instantiam creditoris cum fructibus ab eodem creditore perceptis de re subhastata iudicio super eis pendente.*
2 *Licitator potest compensare, ac retinere pecuniam sibi debitam, nec tenetur deponere. Et de ratione num. seq.*
3 *Exceptiones oppositæ in iudicio, præter illa compensationis, elidunt actionem. Nec eam perimunt, donec lata fuerit sententia in fauorem excipientis, numero 4.*

5 Ex-

5 *Exceptio compensationis extinguit ipso iure debitum, & sic actionem, prius quam feratur sententia.*

*Ita quod si creditor opposita dicta exceptione persistat in petendo debitum iudicialiter incidat in pœnam petentis, quod sibi non debetur. n.6.*

7 *Debitor si quantitatem semel compensatam soluat, potest illam conditione indebiti repetere.*

*Intellige procedere in compensatione simplicis debiti, num.8.*

*Idemque locum habet in compensatione extraiudicialiter opposita, n.9.*

10 *Compensatio ipso iure inducitur per protestationem, nec est opus facto Iudicis.*

11 *Compensatio opponi potest extra iudicium.*

## QVÆSTIO LXXV.

1 IN licitatione sæpè opponi solet compensatio, quæ
tamen nullatenus admittitur pro recuperatione
rei nulliter subhastatæ ad instantiam creditoris cum
fructibus ab eodem creditore perceptis de re subhasta-
ta iudicio super eis pendente, *l.fin.C.de compensa. Pa-
ris.cons.131, num.22.& seqq.lib.1. Ioseph. Ludo. decis.
Perus.15.num.15.Surd.decis.185.num.6. & Rota decis.*
2 *370.num.8. par.1. in recentior.* Quamuis regulariter li-
citator possit compensare, & retinere pecuniam sibi
debitam, nec teneatur deponere, vt ex *Rebuff. de Præ-
con.art.5.gl.vnic.n.19. voluit Mastrill. dec.287.nu.82.*
3 *par.3.* quod vel ea ratione permittitur, quia exceptio
compensationis in hoc ab alijs exceptionibus differt,
quod reliquæ exceptiones oppositæ in iudicio tantum
elidunt actionem, vt in *l.si vnus §.pactus ne peteret. ff.*
4 *de pact.* neque eam perimunt, donec lata fuerit senten-
tia in fauorem excipientis, *Bar.in l.Iulianus, num.34.ff.*
5 *de condit.indeb.* Sed compensationis exceptio eam ha-
bet naturam, vt vbi primum opposita sit, ipso iure de-
bitum extinguat aduersarij, & per consequens etiam
actionem, priusquam feratur sententia, *§.in bonæ fidei.
instit. de act.l.fi.C. de compensa. tradit Bar.in l. si plures
num.4.ff.de fideiuss. Bal.in l. si constat, num.3.C. de com-
pensa. Afflict.dec.121.n.2.*
6 Quod adeo verum est, vt si opposita compensatio-
nis exceptione adhuc persistat creditor in petendo de-
bitum iudicialiter, incidat in pœnam petentis, quod si-
bi non debetur, de qua in *l.eum quem temere, ff.de iudi.
& in c.1.de plus peti, & nouiss.tenet Barbos.in l.diuortio,*
7 *§.ob donationes, n.fin.ff. solu. matrim.* vbi etiam addit,
quod si debitor illam quantitatem semel compensa-
tam soluat, possit illam conditione indebiti repetere,
*arg.l.quod dicitur, §.fin.ff. de impen. in reb. dota. tradit
Bar.in l.si cum dotem num.1.ff. rer. amot.* loquendo in
8 compensatione simplicis debiti, & idem probat *glo. in
l.Stichum, §.creditor, ver.liberan.in fin.ff.de solut.Barbo.*
9 *in dicto §.ob donationes, sub num.32.* addens, quod per
oppositionem compensationis etiam extraiudicialiter
locum habeat prædictus effectus, quia cum compensa-
tio per protestationem inducatur ipso iure, opus non
10 est facto iudicis post *Bar.in l.verum, ff.de compensa.&
Alberic.in l. si quid à fideiussore, ff.eod. tit.* vbi expressè
tradit compensationem opponi posse extra iudicium.

---

## EPITOME.

Adiudicatio per Iudicem facta creditori pro debito, cui obstat compensationis exceptio, an, & quando subsistat.

Venditio facta ex causa debiti, cui exceptio resistit, non valet.

Licitatio, & adiudicatio facta pro causa partim vera, & partim falsa, quando valeat, vel non.

Sententia, & Decretum quando in totum valeat, vel non annulletur.

Censuræ nullæ dicuntur, si propter sententiam maiorem summam, quam esset debitum, contineant.

### SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio per Iudicem facta creditori pro debito, cui obstat exceptio, quæ debitum minuit, nempe compensationis, etiam quod non in totum, sed pro parte compensatio fieri debeat, non subsistit.*

2 *Licitatio, & adiudicatio facta pro causa partim vera, & partim falsa non valet.*

*Limitatur procedere, si vni, eidemque personæ insolutum recipienti adiudicatio fiat, secus si pluribus insolutum recipientibus, vel si sit vna, & eadem persona, quæ recipiat nomine suo proprio, & alterius, quia tunc Decretum, & adiudicatio in ea persona subsistit in ea parte, in qua vera est causa, licet quoad aliam personam sit nulla. n.18.*

3 *Venditio facta ex causa debiti, cui exceptio resistit, non valet, quia ille non dicitur obligatus, quia exceptionem habet, & n.4.*

5 *Venditio à Iudice facta ob falsum debitum non valet.*

6 *Debitor & si post factam adiudicationem creditori ex secundo Decreto non est amplius audiendus, id tamen locum non habet, cum creditori obstat exceptio.*

7 *Sententia est nulla, quando continet maiorem summam, quam debeatur, & de ratione, ibidem.*

8 *In sententijs in maiori summa non inest minor, cum de sui natura sint indiuisibiles.*

9 *Summa tota, quando vnica petitione, & vnica sententia continetur, sententia debet vel in totum valere, vel in totum annullari.*

*Fallit, quando sententia haberet capitula separata, numero 10.*

11 *Actio hypothecaria, quando est intentata, quæ est indiuidua, sententia non potest pro parte valere, & pro parte non valere.*

12 *Decretum est nullum, cum mandat solui fructus, si appareat partem solum deberi, cum illud sit indiuiduum.*

*Intellige, vt num.18.*

13 *Censuræ sunt nullæ propter sententiam maiorem summam, quam debitum esset, continentem.*

*Quia sunt de sui natura indiuiduæ. n.16.*

14 *Sententia quando continet vnam summam, si non valet in toto, nec etiam valet pro ea parte, pro qua ista condemnatio fieri poterat.*

*Sed videas num.18.*

15 *In sententijs potius attenditur forma, quam materia.*

17 *Sententia condemnatoria ad omnes fructus, si detegatur, partem solum deberi, & ita plus debito contineat, dicitur nulla, vt & executio in vim illius postea facta.*

## QVÆSTIO LXXVI.

1 VEnditio sub hasta, & adiudicatio facta per Iudicem creditori pro debito, cui obstat exceptio, quæ debitum minuit, vt puta compensationis etiam, quod non in totum, sed pro parte compensatio fieri debeat, An subsistat, quæritur. Et negatiuè respondetur

detur, cum pro parte saltem conpensanda debitor
2 quis non dicatur; Et successiuè cum licitatio & adiudicatio pro causa partim vera, & partim falsa facta consistet, nullo modo valere potest. *adnot. per Bar. in l. si non sortem, §. si centum, num. 9. ff. de condict. indebi. & Ruyn. cons. 160. num. 26. & 27. libr. 2. per l. cum verò, §. subuentum, ff. de fideicommiss. liber. & Bar. in l. Fulci-*
3 *nius, §. 2. ff. ex quib. caus. in possess. ea.* dum dicit, quid resoluendum, si actor sit in possessionem missus, & venditio ex causa debiti, cui exceptio resistit, facta reperiatur, An valeat talis venditio, & dicit *Iacob. de Aren.* indistinctè tenuisse venditionem huiusmodi
4 non valere ea ratione, quia ille non dicitur obligatus, qui exceptionem habet, *l. vel obligatis, ff. de liberal.*
5 *caus.* Vnde venditio facta ob falsum debitum à Iudice non valet. *l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei.* quod inquit supra *Bar. probari per tex. in dicta l. cum verò, §. subuentum, & per ea, quæ notat Cyn. in l. properandum, §. siu autem reus, C. de iudi. & in l. Consentaneum, C. quomod. & quan. Iud. sequitur Alex. in l. si finita, §. Iulianus vlt. verbis, ff. de damn. infect.* dicens, quod etsi post factam adiudicationem creditori ex secundo decreto reus non sit amplius audiendus, id tamen declaratur non procedere, cum creditori obstat exceptio, ex quo tunc adiudicatio non valet, *vt ibid. not. Bart. facit Rota apud Put. decision. 303. incip. ad instan-*
7 *tiam Archiepiscopi Turritani, lib. 1.* Vbi dicitur, quod sententia est nulla, quando continet maiorem summam, quam debeatur; Nam si non valet in totum,
8 nec etiam in parte, quia in sententijs in maiori summa, non inest minor, cum de sui natura sint indiuisibiles, *Gabr. cons. 56. num. 4. lib. 1. post gl. in l. fin. ff. de*
9 *iurisd. omn. iudic.* Et quod quando vnica petitione, & vnica sententia tota summa continetur, sententia debeat, vel in totum valere, vel in totum annullari,
10 licet secus esset, quando sententia haberet capitula separata, declarat *gl. in l. etiam, §. 1. in ver. audiendus, ff. de Minor. sequitur eadem Rota per Card. Seraph. decis. 957. num. 12. & seq. incip. fuit relatum sententiam.* Vbi
11 dicitur, quod cum intentata esset actio hypothecaria, quæ est indiuidua, sententia non poterat pro parte valere, & pro parte non valere, *Affl. decis. 213. idque probatur per aliam decis. Rota in Perusina Legati 30. Octobr. 1585. coram Gypsio incip. Collegium Bartoli-*
12 *num.* vbi dicitur Decretum circa fructus esse nullum, quia mandabat solui fructus petitos à dicto Collegio, cum tamen semper illorum medietatem exegisset, vnde tamquam indiuiduum non poterat pro parte sustineri, *Bar. & alij post gl. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudi. Ias. in l. 1. §. si stipulanti sub num. 9. vers. quinto limita, ff. de verb. oblig. Facit etiam Rota in Salmantina Pensionis. 9. Maij 1593. coram Bubalo, incip. Fuit per Domi-*
13 *nos resolutum, &c.* quo loci etiam dicitur, censuras esse nullas propter sententiam maiorem summam de-
14 bita continentes; Nam quando sententia continet vnam summam, si non valet in toto, nec etiam valet pro illa parte pro qua iusta condemnatio fieri poterat, per *Puteum dicta decis. 323.* quam passim dicit Rot. esse secutam, & præsertim in vna *Larinen. Frumenti Veneris 22. Iunij 1570. coram Robusterio, & in eadem 9. Decembris 1577. coram Card. Blauchetto.*
15 Quoniam in sententijs potius attenditur forma, quam materia, vt notat *Salicet. in l. 2. Cod. de re iudic.*
16 quod præsertim procedit in censuris, quæ sunt de sui natura indiuiduæ. Estque simili decisio per *Rotam in Illerden. Iuris. decimandi 4. Iulij 1597. coram Orano,*
17 vbi agitur de sententia condemnatoria ad omnes fructus, cum eorum pars ad quemdam Priorem in eo iudicio non vocatum peruenisset, & ideo tanquam plus debito continens reddebatur nulla, & per consequens in vim illius postea facta *Bald. in cap. si clericus, num. 3. de pact. constan. in vsib. feud.*

18 Limita Conclusionem, qua dixi Decretum ex causa partim vera, & partim falsa esse in totum nullum procedere, si vni, eidemque personæ in solutum recipienti adiudicatio fiat, secus si pluribus in solutum recipientibus: vel si sit vna, & eadem persona, quæ recipiat nomine suo proprio, & alterius, quia tunc decretum in ea persona subsistit, in qua vera est causa, quamuis quoad aliam personam sit nullum. *ad text. in l. non idcirco, ff. de iudic.* Vbi iudicium licèt dicatur inualidum, vt in *l. hoc iudicium, ff. famil. heriscun.* quando tamen plures sunt in indicio potest quoad vnum subsistere, licèt quoad alium prorsus sit nullum, & inualidum. sic *Afin. de execut. §. 7. cap. 302. num. 2.*

---

## E P I T O M E.

Licitator non præfertur in bonis subhastatis sub conditione, & reseruatione, quod debitor possit dicta bona redimere infra certum tempus.

Nec dicitur creditor, si debitor ante temporis lapsum debitum obtulit.

Et non etiam tale ius dicitur amissum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit redimere.

Ius redimendi an sit cessibile, & qualiter.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Licitator non præfertur in bonis licitatis, ac subhastatis sub conditione & reseruatione, quod scilicet debitor possit dicta bona reluere infra certum terminum.*
2 *Creditor quis non dicitur ex eo solum, quod emerit sub hasta, & ei tamquam plus offerenti fuerunt bona deliberata cum reseruatione, vt soluere debitum, qui tunc dicitur adimpleta conditio, & est locus redemptioni.*
3 *Ius reluendi in venditione, ac deliberatione reseruatum non dicitur amissum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit redimere.*
4 *Actio omnis cedi potest.*
5 *Ius redimendi est cessibile.*
*Et est frequentior opinio. n. 6.*
*Declaratur procedere in iure personali, quod coleret personæ ratione rei, prout est ius redimendi, secus verò in iure mere personali, num. 7.*
8 *Alienabile quod est, est etiam cessibile, & ad hæredes etiam extraneos transmittitur.*

## Q V Æ S T I O LXXVII.

1 DEliberatio vbi facta extitit in subhastatione ad fauorem alicuius non simpliciter, sed sub conditione, ac reseruatione, quod scilicet debitor possit dicta bona reluere infra certum terminum, non efficit, quod talis licitans sit præferendus in huiusmodi bonis tamquam creditor *iuxta l. 1. ff. de priuil. cred.* quoniā is non dicitur creditor ex eo solū, quod emerit sub hasta,
2 & ei tāquam plus offerenti fuerunt bona deliberata cū reseruatione, de qua supra, si debitor iudicialiter obtulit soluere debitum, vel etiam is, qui habeat causam ab eo, quia tunc dicitur adimpleta conditio, & est locus redemptioni, *l. Thais ancilla, §. stichus, ff. de fideicommiss. liber. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 6. ff. de*

condi,

*condi. & demonstra. Rolan.conf.63.n. 20. lib.4. Cephal.*
4 *con.207.n.52.Sur.con.298.n.2.& 3.li.2.* Et vbi facta ob-
latione vendatur bona,quæ debitor intendebat reluere,
non ob id tamen ius redimendi in deliberatione reser-
uatum non amplius competere, seu amissum dici po-
test,quia non alia ratione declarauit velle redimere,ni-
si vt deinde alteri ad libitum vendere posset, & ita ab in
de supra pretij, quo fuit res vendita cum pacto redi-
mendi, meliorem faceret suam conditionem vtens in
hoc facultate vendendi, ac cedendi, iuxta quod com-
4 muniter similibus est permissum, cum omnis
actio cedi possit, *l. vlt.de rei vendicatio.tot.titul.de hæ-
redit.vel act.vendi.Paul.de Castr. & Doctor.in l.1.C.de
aliena.iudic.mut.caus.fact. Crauett.consil.191.sub num.*
2. & in specie quod ius redimendi sit cessibile, *latè Ro-
land.consil. 28. num.29. & per totum lib. 2.post Decius
Consil-164.in fine, & consil.614.nu.8. Alexander consil.
232.num.1.& infra.Grat.cons.158.num.15.lib.2.*
5 Et frequentissimam opinionem, & sequendam dixit
*Cardin.Mantic de Tacit.& ambig. conuention.lib. 4. tit.*
7 *32.num.113.Crauett.consil.191.n.3.* Præsertim quando
versamur in in iure personali, quod cohæret personæ
ratione rei, vt est ius redimendi, quidquid sit in iure
merè personali, *Igne.in l.dudum,num.50.in fine C.de con-
trahend.empt.cum alijs per Rolan dicto cons.28.sub.n.31.
ver.Non obstant modo,quæ ex aduerso lib.2.*
8 Et ideo merito dicitur, quod cum ius redimendi ce-
di possit,potest etiam per eum qui retroemit vigore fa-
cultatis sibi concessæ,rem eamdem alteri vendere,cum
quod alienabile est, sit cessibile, ac etiam transmittatur
ad hæredes extraneos, *l.2.ff.de iurisdict.omnium iudic.est
text.in l.ad officium,C.commud.diuidund.* per quem ita di-
cit *Roman.in l.3.§.si.ff.de nou.ope.nunc.Rolan.dicto conf.
28.num.11.*

## E P I T O M E.

Conditiones apponi possunt in venditione per subhastationem circa distributionem pretij.

Oblatio pretij in subhastationibus cum conditione extrinseca cur sit nulla, & proponatur omnibus alijs certis.

Contractus conditionalis ad mensuram, quando censeatur im perfectus, & ex eo intret spolium ac detur,pœnitentia,& quando non.

Reintegratio conceditur,quando Iudex subhastari facit bona, quæ requirebant mensuram & intrat spolium.

Subhastatio facta pretio incorto quando sit nulla,

### *S V M M A R I V M.*

1 *Conditiones apponi possunt in venditione per subhastationem circa distributionem pretij*
2 *Odlatio regulariter in subhastationibus cum conditione extrinseca illam reddit nullam,& inefficacem.*
*Ratio est, quia pretium offerendum debet esse certum. num.3.*
4 *Licitatio secundo loco facta præfertur priori cum conditionibus à licitatore declarandis.*
5 *Ingressus licitus in possessionem non datur in venditione facta ad mensuram,antequam fiat.*
6 *Remedium reintegrandæ datur contra ementem ad mensuram,si prius quam fiat,ingrediatur possessionem.*
7 *Contractus quando est imperfectus, & conditionalis, competit reintegratio.*
8 *Cōtractus conditionalis est imperfectus, quando consignatio fuit facta ad mensuram,& pro numero, seu modo mensuræ fuit pretium constitutum, & sic incertum, & interim periculum spectat ad venditorem.& num. 16.*
*Primò Declaratur non procedere quoad hoc, vt sit locus pœnitentiæ,quo casu intelligitur perfecta.num.18.*
*Quia etiam pendente conditione non licet recedere. numer.19.*
*Secundò Declaratur non procedere, quando vera traditio facta fuit,quia traditio vera supplet defectum mensuræ num.20.*
*Tertiò Declaratur procedere, quando pretium est incertum respectu totius fundi,& pretium post factam mensuram est declarandum;Secus verò,quando fundus venditus est intra certos fines, qui affirmatur esse tot iugerum, seu tornaturarum, vel salmarum pro pretio,puta mille aureorum ad rationem tot pro qualibet salma,iugere, vel tornatura, pacto inito,quod quilibet ex contrahentibus possit mensurari facere, siue petere,& iuxta mensuram debeat pretium augeri, vel minui, quia tunc venditio dicitur pura,num.21.*
11 *Reintegratio datur,si Iudex subhastari faciat bona,quæ prius requirebant mensurationem, si nulla præcedit mensura.*
*Quo casu intrat spolium,cum venditio facta fuerit ad certum numerum iugerum,seu salmarum, & non ad corpus.num.10.*
*Ratio est,quia venditio fierit dicitur sub dicta conditione, videlicet si iugera, seu salmæ fuerint mensuratæ, numer.11.*
*Fallit secuta traditione.num.20.*
12 *Subhastatio facta pretio incerto est nulla.*
13 *Pretium vbi non est certum, sciri non potest quantitas debiti,nec ideo quid peti potest.*
*Et executio alter facta est nulla num.14.*
*Præsertim quando pretium debitum. ex contractu facto ad mensuram conuertendum est in extinctionem alterius debiti, quia tunc subhastatio est magis spoliatiua, & competeret reintegratio.num.*
17 *Obligatio non oritur ante conditionis euentum*
18 *Conditione pendente non licet recedere à contractu.*

## Q V Æ S T I O LXXVIII.

1 IN venditione,quæ fit per subhastationem, quamnis
possint apponi conditiones, circa distributionem
prætij,& cautelas creditorum, & aliæ similes *Rota co-*
2 *ram Sanctiss.dec.193.num.12.* Regulariter tamen obla-
tio cum conditione extrinseca illam reddit nullam, &
inefficacem, *Alex.cons.78.viso,& diligenter.num.29.
& 30.lib.5. Neuiza.cons. 38. num. 14. Hier.Grat.cons.
93.num.75.lib.1. Rota. Card. Pamphilio Seniore in An-
conitana fructuum de Rinaldinis 19.Nouembris 1585.&
coram Cantucio in Romana damnorum, & interesse 16.
Iunij 1578.* Ratio est, quia pretium offerendum debet
esse certum,clarum, & determinatum. cum sine illius
certitudine contractus emptionis, & venditionis esse
non possit, *§.pretium autem instit. de empt. & vendi*
Quare dixit *Ioan.Gabell.quæst.146.num.4.* quod licita-
tio secundo loco facta præfertur priori factæ cum con-
5 ditionibus à licitatore declarandis. Ex prædictis infer-
tur, quid resoluendum, quando venditio facta fuit ad
6 mensuram,antequam non dari aliquem licitum ingres-
sum in possessionem, & contra talem in gredientem
competere remedium re in tegrandæ, dixerunt *Neui-
zan.d.cons.38.num. 25.post Alex. cons.33.num.5.& 6.
libr.6. vbi Nat. in addit. in ver. debere succum-
bere in princ.* ait notandum, quod quando contractus
est imperfectus, & conditionalis, competit reintegra-
tio, *Socin.in l.rem,quæ nobis. conl.6.ff. de acqui.possess.*
8 *Curt. Iun.cons.131.in fin. Becc.cons.13.n.7.* Contractus
con-

conditionalis, & imperfectum est, cum consignatio fuit facta ad mensuram, & pro numero, seu modo mensuræ fuit pretium constitutum, *Bal. in l. si cui periculum in fin. vers. sec quando venditur C. de act. empt. Socin. 32. in princ. lib. 4. Ias. cons. 55. ad fin. vers. secus quando alienatio*
9 *lib. 1. Pute. decis. 249. in fin. vers. Tamen lib. 2.* Propterea datur reintegratio, si contingat per Iudicem subhastari bona, quæ prius requirebant mensurationem, si nulla
10 præcessit mensura: Nam talis subhastatio producit spolium, cum illa fieri non posset venditione iuxta certum numerum, puta tornaturarum, seu salmarum, & non ad corpus, vt *latè resoluit Rota coram. Manzanedo, in Maceraten. Spolij 4. Iunij 1610. & Card. Mantic. de*
11 *Tacit. & ambi. conuent. lib. 4. tit. 17. num. 2.* ea ratione, quia venditio fierit dicitur sub dicta conditione, scilicet si tornaturæ, seu salmæ mensuretur. *l. quod sæpe, §. in ijs, quæ pondere ff. de contrahen. empt. Bar. cons. 74. num. 2. lib. 1. & cons. 121. in quæstio. num. 1. eo. lib. Afflict. de-*
12 *cis. 280. num. 1.* quo fit, vt cum pretium ante mensurationem esset incertum, & non liquidum, subhastatio, quæ fieri contigeret, esset nulla per ea, quæ dixi supra
13 *num. 3. & in quæst. 23.* Non enim ante liquidationem pretij sciri potest quantitas debita, quia ignorata nil peti potest, donec certum sit, quid debeatur, *l. hoc iure, ff. de vera. obligat. Bar. in l. 1. num. 3. ff. indic. solu. Bal. in l. 2. sub num. 7. C. de execut. rei iudi. Suarez in l. post rem iudicatam. limit. 4. ff. de sent. & re iudic. Couar. var. resolut.*
14 *lib. 2. cap. 11. num. 1. Surd. decis. 27. num. 5.* Et executio aliter facta est nulla. *Gallis. de Camer. oblig. par. vlt. rubr.*
15 *de quæstionibus post process. incid. num. 33.* præsertim quando pretium debitum ex similibus contractibus factis ad mensuram conuertendum esset in extinctionem alterius debiti, quia tunc magis, subhastatio est spoliatiua, & competeret reintegratio, vt per *Rot. in dicta Causa Maceraten. Spolij 4. Iun. 1610. coram Manzanedo,*
16 Ad præmissa, dum asserui, quod antequam fuerit adhibita mensuratio, venditio non est perfecta quoad periculum, quia spectat ad venditorem. *glos. in l. 2. de peri. & commod. rei vendi. & in l. quod sæpe, §. in ijs, ff. de*
17 *contrahen. empt.* Et ante conditionis implementum non oritur obligatio, *l. cedere diem. ff. de verb. signif.*
18 Aduertendum non procedere quoad hoc, vt sit locus
19 pœnitentiæ, quo casu intelligitur perfecta, quia etiam pendente conditione non licet recedere *gl. in l. necessariò, §. quod si pendente. vers. si ita res, ff. de perin. & commod. rei vendi. & in l. 1. & in l. si quis vina cod. tit. Paul. de Castr. in l. 2. ad fin. quan. lice. ab empt disce. late Paris. cons. 59. num. 4. & infra lib. 1. Car. Mantic. dicto lib. 4. tit. 17. num. 5. qui num. 6.* addit, quod vbi vera traditio facta fuerit, dominium, & possessio transfertur in emptorem etiam ante mensuram, & successiue periculum ad eum pertinet, quia vera traditio supplet defectum mensuræ, *l. 2. & ibi Angel. & Paul. de Castr. num. 1. & 3. C. de peric. & commod. rei vendi. Dec. consil. 179. colum. 2. in fin. & Paris. dicto cons. 59. n. 10. & 20. lib. 1.*
21 Rursus, quod diximus, venditionem ad mensuram esse conditionalem, & imperfectam, intelligi debet locum habere, quando pretium est incertum respectu totius fundi, quod pretium post factam mensuram est declarandum, quo casu totus contractus dicitur conditionalis, *dicta l. ī venditione §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendi. & ita loquuntur Doct. superius citati.*

Sed si fundus venditus fuit intra certos fines, qui affirmatur esse tot iugerum, seu tornaturarum, vel salmarum pro pretio, puta, mille aureorum ad rationem viginti, vel triginta pro quolibet iugere, tornatura, vel salma ea lege, & pacto, quod quilibet ex contrahentibus possit mensuram petere, & adhibere, & iuxta mensuram debeat pretium augeri, vel minui, eo casu venditio dicitur esse perfecta, quia pretium constitutum est certum, licet augumentum, & diminutio pretij, quæ pendent à conditione, à conditione sint incertæ, nec faciant venditionem incertam, vel conditionalem, *l. hæc venditio, §. 1. & vlt. ff. de contrahen. empt. & latius habetur per Card. Mantic. de Tacit. & ambigu. conuent. dicto lib. 4. tit. 17. num. 7.*

## EPITOME.

Conditiones primæ licitationis mutari, seu alterari non possunt in præiudicium priorum licitantium.
Quid quoad præiudicium eorum, qui nullum pretium obtulerunt,
& quibus ius irreuocabiliter non esset quæsitum, sed sub conditione, si alius non licitauerit,
Conditio impleta esse debet, an tãquam res subhastetur,
Conditionem impletam afferens probare, etiam si conditio esset negatiua.
Spolij vitium ab ingrediente possessionem factum transit contra tertium possessorem, etiam cum titulo, & bona fide.

### SVMMARIVM.

1 *Conditiones primæ licitationis mutari, seu alterari non possunt in præiudicium priorum licitantium, quibus ex suo contractu estius quæsitum.*
*Fallit quoad præiudicium eorum, qui nullum pretium obtulerunt, quia illis nullum ius est quæsitum. n. 2*
*Declaratur procedere quam si ius irreuocabiliter quæsitum non esset prioribus licitantibus, sed sub conditione, si alius non licitauerit, & plus obtulerit, quia tunc alio plus offerente cum alijs conditionibus nullum præiudicium inferri videtur prioribus ex mutatione priorum conditionum, num. 3.*
4 *Conditio impleri debet, vel esse impleta, antequam dispositio effectum habeat, cum hæc eius sinuatura, vt prius impleatur, quam quis emolumentum consequi valeat.*
5 *Conditio in venditione obstat principio acquisitionis, nec propterea quisquam agere potest ante implementum.*
6 *Conditionem impletam, qui asserit, probare debet.*
*Quamuis sit negatiua, num. 7.*
*Ampliatur procedere etiam, quod ageretur spolio contra tertium possessorem, qui opponeret non spoliasse, numer. 8.*
9 *Spolij vitium factum ab ingrediente possessionem transit ad tertium possessorem etiam cum titulo, & bona fide.*

### QVÆSTIO LXXIX.

1 QVæro An conditiones primæ licitationis postea mutari, aut alterari possint in præiudicium priorum licitantium, quibus ex suo contractu ius est quæsitum.
2 Et non posse dicendum est, licèt quoad præiudicium aliorum, qui nullum pretium obtulerunt, nec ad licitandum venerunt mutari, & alterari possint in totum, vel in partem, ea ratione, quia illis nullum est ius quæsitum, *argum. notatorum per Bar. in l. omnes populi, num. 29. & 3. ff. de iustit. & iur. & ibi cæteros allegans Ioann. Oros. num. 103. & 104. & Abb. in cap. nouit, n. 25. de iudic.*
3 Quod declaratur procedere præterquam si ius irreuoca-

reuocabiliter quæsitum non esset prioribus licitatori-
bus, sed sub conditione, si alius non licitauerit, & plus
obtulerit, quia tunc alio plus offerente cum alijs con-
ditionibus nullum præiudicium inferri videtur priori-
bus ex mutatione priorum conditionum, cum adhuc
res integra sit, & liberum sit aliis licitare, & plus offer-
re, quo in casu non loquitur Bart. in loco præallegato,
nec sequaces, qui loquuntur in reuocatione statuti,
quod in vim quasi contractus transiuit per aduentum
forensium ad Ciuitatem illam habitandam, quibus ius
irreuocabiliter ex hoc quæsitum fuit virtute prædicti
statuti, & sic in eorum præiudicium postea reuocari
non potuit.

4 Difficultas est, quid in venditione facta sub conditio-
ne, quæ non fuit impleta resoluendum sit, An scilicet
subhastatio facta subsistat, & non subsistere concluden-
dum est, ex dictis præsertim in præcedenti quæstione;
atque etiam, quia regulare est, vt conditio impleri de-
beat, vel esse impleta, antequam dispositio habeat effe-
ctum, cum hæc eius sit natura, vt prius impleatur,
quam quis emolumentum consequi valeat, Ex quo
conditio obstat principio acquisitionis, propterea,
5 non potest quisquam agere ante implementum condi-
tionis, *Bal. in l. Arethusa in 3. lect. n. 1. ff. de statu homi.
Bart. in l. quibus diebus §. Termilius n. 6. de institut. &*
6 *substit. Crauett. consil. 340. n. 1. cum sequ.* adeans, qui di-
cit conditionem impleta probare debeat, *l. ex his, C.
quan. dies legat. ced. Bal. in l. cum te minorem col. 2. C. de*
7 *proba.* licèt conditio sit negatiua, *l. cum qui notissimus,
ff. ad Trebel. Speci. cons. 67. n. 1. lib. 4.*

8 Et prædicta procedunt etiam, quando ageretur spo-
lio contra tertium possessorem, qui opponeret non
spoliasse, & ideo contra eum non competere reme-
dium reintegrandæ per doctrinam *Bart. in l. rem quæ
nobis, de acquirend. possess.*

9 Quia sufficit vitium spolii factum ab ingrediente
possessionem, quod transit in tertium possessorem
etiam cum titulo, & bona fide, *Alexan. consil. 200. n. 8.
lib. 2. vbi de magis communi opinione, & cons. 77. nu. 1.
lib. 3. Ruyn. cons. 49. n. 9. lib. 4. cum alijs per Becc. consil.
75. num. 4. Mynsinger. obser. 85. num. 3. centur. 3. Soccin.
Iun. consil. 128. num. 21. lib. 2. Canonistæ in cap. sæpe, de
restit. spoliator.*

---

## EPITOME.

Deliberatio facienda candela accensa plus offe-
renti, quando fieri debet; si vnus offerat cande-
la accensa, & alius incæperit, sed desinat ea ex-
tincta, quis prædictorum præ feratur.

Verba, Candela accensa, formam important, &
quidem indiuisibilem.

### SVMMARIVM.

1 *Deliberatio facienda ei, qui candela accensa plus obtu-
lerit, si vnus offerat candela accensa, & alius incipiat,
sed debeat ea extincta, præfertur secundus.*
*Et quatenus hoc dubium esset, diuidenda sunt verba of-
ferentis, & pars attribuenda principio, num. 7.*
*Sed contrarium probatur num. 8. & infra vsque ad fi-
nem, vbi videas.*
2 *Prius, vel posterius non habent, quæ fiunt vno contex-
tu, sed inesse censentur vti incontinenti facta.*
3 *Necessitas remittit aliquid de rigore formæ.*
4 *Incæptum pro perfecto haberi debet.*
5 *Principium tanquam potentius attenditur.*
6 *Impletum videtur, quid ex principio cœpto tempore ha-
bili, & si non perfecto.*
9 *Obligatio in subhastatione hinc inde contrahitur, quam-
uis reuocabilis si alter oblator superueniat.*
10 *Verba, Candela accensa, formam important, & denotant
terminum vsque ad momentum illud, quo ipsa candela
extinguitur.*
11 *Perfectum illud dicitur, quod ex omnibus suis partibus
constat.*
12 *Partem faciens indiuiduæ alicuius rei nihil fecisse
dicitur.*
13 *Actus in vltimo instanti, & vltimis verbis perfici-
tur.*
14 *Oblatio facta infra terminum in subhastatione statu-
tum acquirit ius, vel ex obligatione inter ipsos sub-
hastantes, & ipsum offerentem de vendendo, & emen-
do pretio oblato.*
15 *Diuisio formam corrumpit.*
16 *Forma est de genere indiuiduorum cum qualibet mu-
tatio formæ totum mutet.*

## QVÆSTIO LXXX.

PRæco in licitationibus solet publici edicto exprimere
rem licitandam fore deliberandam ei qui candela
1 accensa plus obtulerit. Verum si contingat, vt primus
offerat candela accensa, & alter incipiat condela ipsa
accensa, sed desinat ea extincta, Quæritur cui nam præ-
dictorum res subhastata deberi dicatur.

2 In hac quæstione concludendum videtur pro secun-
do offerente. Quoniam ea, quæ fiunt vno contextu
prius, vel posterius non habent, sed inesse censentur vti
incontinenti facta, *l. quidam testamento, ff. de pecul. le-
ga. & l. lecta, vbi notant Doct. ff. si cert. peta. cum simil.*
3 Et aliquid de rigore formæ remittendum est ob neces-
sitatem, *l. quæ propter necessitatem, ff. de reg. iur. Paris.*
4 *consil. 33. colum. 2. & 3. lib. 2.* Quin etiam incœptum
pro perfecto haberi debet, *l. & si §. quid ergo, ff. de aur.
& argen. lega. tradit Bart. in l. cætera, §. fin. ff. de leg. 1. &
in consil. 36. statuto ciuitatis Assisij*, & principium tam-
5 quam potentius attendendum est, *l. ff. de origin. iur. l. si
id quod, §. si filius in princip. ff. pro soc. l. 3. §. si quis cum
minore, in fin. versic. Scit etiam illud, ff. de Minor.*

6 Nam ex verbis edicti dénotantibus in fieri potius
quam fier, & perfectum & ideo adimpletum videtur
ex principio cœpto tempore habili, & si non perfecto,
ex *Bart. & alijs in l. centesimus, §. fin. ff. de verbor. oblig.
Alexan. cons. 194. perspectis ijs lib. 5.*

7 Et omni in casu quatenus videretur esse aliquod du-
bium, diuidenda essent verba oblationis, & ita pars at-
tribuenda esset principio, ne frustratoria penitus vi-
deatur, præsertim cum ex verbis infra terminum, quo
candela mansit accensa, facilè deprehendi possit obla-
tio, vel facta per offerentem pronunciando, nisi candela
extingueretur, ex quibus conijci possit, quid senserit,
Et an, quod postea expressit, ex verbis antea prolatis
quoquo modo præsumi valeat talis fuisse inten-
tionis.

8 In contrarium facit, quoniam ex forma edicti, quæ
seruanda est, licitatio, seu subhastatio facienda erat
candela accensa, hoc est intra terminum, & tempus,
quo verè candela fuerit accensa & priusquam extin-
gueretur, venditio plus offerenti deliberanda, & obla-
tio perficienda, ita vt facta oblatione tempore præfi-
xo, & statuto oblatori ius quæsitum sit vel ex venditio-
no, vel saltem ex obligatione inter deputatos nata, &
ipsum oblatorem de vendendo, & emendo pretio ob-
lato ad *tex. & gl. ibi, & Doct. in l. si tempora, C. de fid.
instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. & in l. licitatio, ff. de public.
& vectig. & Bal. cons. 393. Præmissis duabus. col. 2.*
9 *lib. 4. & cons. 101. lib. 3.* dum ait obligationem hinc

inde contrahi, quamuis reuocabilem, si alter oblator superueniat, idem quoque voluit *Aug. cons. 324. Datium pannorum in fi.* dum asserunt eo in casu ideo obligationi locum non esse, quia subhastationis forma non fuit seruata ac etiam quoniam illi officiales dare, ac vendere non promiserant plus offerenti, quod vltimum hoc in casu expressum fuit, quod nempè vendere volebat, & plus offerenti dare, sequitur *Alex. cons. 114. Viso processu ad primum lib. 6. & Capyc. decis. 30. ad fin.*

30 Confirmatur, quia illa verba candela accensa in casu, & de quo agimus, formam important, quia tempus est limitatum, & denotant terminum vsque ad momentum illud, quo ipsa candela extinguetur ad *tex. in cap. cum in veteri. extra de elect.* dum ibi dicitur huiusmodi terminum esse præcisum, ita vt præteriri non possit, cum alioquin ita vrgens non fuisset illa angustia, quæ ibi consideratur. Quodque termini præfixio formam denotet, tradunt *Bal. Salyc. & Ias. in Auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer. Ias. in l. pupillari, in 2. not. ff. de vulg. & pupill. Felyn. in cap. cum dilecta, nu. 33. de rescript. & Bal. in cons. 69. statuto Ciuitatis lib. 1.* Vnde cum pro forma requiratur, vt oblatio fiat candela accensa, nisi candela accensa oblatio fiat, suam formam non recepisse dicendum est, & per consequens
31 oblationem inualidam fuisse; Nam id perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat, *l. 1. ibi. Sed quod in omnibus rebus animaduertendo, ff. de orig. iur.* quare ibi refert *glos. Horatij versum*,

*Dimidium facti qui bene cœpit habet.*

Si ergo dimidium facti, qui cœpit, habet, dicendum est, quod integrum fructum non habeat. Vnde *glos. Bar. & posteriores in l. furiosum, per illum tex. C. qui testa. fa-*
32 *ce. poss.* tradunt eum, qui indiuiduæ alicuius rei partem facit, nihil fecisse dicendum esse, vt probat *tex. ibi, pro nihilo esse, & tex. in l. si is, quis, ff. de testa. vbi Bal. quem sequitur Ruyn. cons. 54. num. 1.* actus enim
33 in vltimo instanti, & vltimis verbis perficitur. stante igitur, quod obligatio, quæ in licitationibus, seu subhastationibus contrahitur, sit actus indiuiduus, sequitur, quod is, qui partem tantum illius, vnde obligatio oriri debet, egerit candela accensa, & reliquum ea extincta, nihil fecisse dicatur; Nam duo copulatiue, stante dicta publicatione edicti, & voce præconis requiritur: Primum quod offeratur.
34 His accedit, quia præsupposita primi licitatoris infrà terminum, & in tempore oblatione facta, ex ea illi procul dubio quæsitum est ius, vel ex venditione, vel obligatione orta inter ipsos subhastantes, & ipsum offerentem de emendo, & vendendo pretio oblato, *ad tex. iuncta glos. in dicta l. si tempora, C. de fin. instr. & tur. bas. fisc. lib. 10. & in dicta l. licitatio, ff. de public. & vectig.* Et pro hac quoque sententia confert, quod notat *Bal. in l. si seruus in addit. ff. si quis caut.* dum ait diuisionem formam corrumpere, *& in l. Pedius in princ. in addit. ff. de arbitr.* dum inquit formam esse de genere indiuiduorum, cum quælibet mutatio formæ totum mutet, secundum *Alex. in l. si is, qui quadringenta, §. quædam in secundo notabili, ff. ad l. Fal. & Dec. cons. 542. col. 1.* & ita pro hac parte latè differens concludit *Asin. de execut. §. 6. cap. 10.* per totum, dicens oblationem, seu licitationem, inceptam candela accensa, sed ea extincta perfectam non esse, illique præferendam esse, præcedentem ceptam, & perfectam candela accensa.

Quamuis idem in eodem *Tract. §. 4. cap. 86. in fine dixerit,* in Practica quandoque in hæreditatibus pupillorum ad illorum commodum, & beneficium aliud obseruatum extitisse; Cum Iudices ad id præpositi, ac deputati mandauerint bona iterum subhastari, quo casu cuilibet summam oblatam augere licet, quo pluries factum fuit, vt bonorum subhastatorum pretium augeretur, & ab hac practica propter concursum ipsorum offerentium non videri recedendum. Penes quem etiam cum habeantur responsiones ad contraria, tempus non conteram in eis refellendis.

## E P I T O M E.

Bona subhastata, & plus offerenti data, ac deliberata occasione publici æris alieni, validè alienata probantur.

Reintegratio non datur in venditione pignoris iudicialis facta per Iudicem, quamuis simus in actu ex aliqua causa rescindendo.

Nec remedium recuperandæ datur ei, qui cecidit à possessione ex proprio contractu, & in casibus, de quibus in summario.

### S V M M A R I V M.

1 *Bona subhastata, & plus offerenti deliberata occasione publici æris alieni validè alienata dicuntur, & n. seqq.*
2 *Factum Iudicis dicitur factum partis.*
3 *Venditiones voluntariæ dicuntur, quæ fiunt occasione æris alieni per Iudicem.*
*Nec ideo datur reintegratio, quamuis simus in actu ex aliqua causa rescindendo num. 5.*
4 *Paria sunt vendere, vel actum facere, quo sequatur venditio.*
6 *Reintegratio, vel possessio clandestina allegari non potest, cum quis propria culpa possessionem amisit.*
7 *Remedium recuperandæ non competit ei, qui cecidit à possessione ex proprio contractu.*
*Ampliatur procedere etiam, quod contractus sit ex aliqua parte rescindendus. num. 8.*
*Vt quando contractus à principio fuit validus. n. 9.*
*Et quando quis fuit spoliatus per vim compulsiuam. num. 10.*
*Idemque, quando contractus resoluitur ob fidem non seruatam. num. 11.*

## QVÆSTIO LXXXI.

1 CApta sunt in tenutam bona pro ære alieno publico, seu collectæ, & publicè subhastata, & Caio tanquam plus offerenti deliberata.

Pro quorum recuperatione agit Meuius dicens de nullitate omnium actorum, & propterea in possessionem eorundem bonorum reintegrandum.

Quæritur quid iuris?

Et in hac quæstione respondendum est pro validitate dictæ subhastationis.

Nam data veritate debiti, videtur Meuium cecidis-
2 se à bonorum possessione ex proprio contractu, cum factum Iudicis censeatur factum partis, *ad tex. qui loquitur in venditione pignoris facta per Iudicem in l. ob causam, C. de euict. & ibi notent Bar. Bal. & alij in l. eleganter in princ. ff. de pign. act. l. si pignora, ff. de euict. latè Tiraquell. de Retract. lignag. §. 1.*
3 *glos. 4. num. 13. & seq.* qui post eos, quos adducit, inquit huiusmodi venditiones iudicari voluntarias, ita
4 videatur ipsummet debitorem vendidisse, quia non refert, quod vendat, vel quod actum faciat, ex quo sequatur venditio, *Aym. cons. 5. nu. 1. Cephal. cons. 254. n. 11. & 15. Bero. cons. 24. num. 10. Osas. decis. 21. num. 2. Menoch. cons. 68. num. 15. Phanuc. in Tract. de Inuentar.*
5 *par. 7. num. 269.* & successiuè illum non esse in possessionem

nem reintegrãdum, quamuis essemus in actu ex aliqua
causa rescindendo, vt puta in contractu per metum
celebrato, vel per vim compulsiuam facto, vel ob fidem
non seruatam, vel in similibus casibus, in quibus stante
consensu etiam meticuloso, vel vt in casu proposito ve-
6 ritate debiti non potest prætendi reintegratio; neque
allegari possessio clandestina, ex quo propria culpa
possessionem amiserint, vt concludunt *Innoc. Butr. &*
*Canonistæ in cap. sæpè de restit. spoliato. Calderin. & alij*
*in cap. cum ad sedem. eod. tit. Dec. cons. 402. num. 22. &*
7 *cons. 449. num. 31.* Quodque remedium recuperandæ
non competat ei, qui cecidit à possessione ex proprio
contractu tradidit *Socin. in l. Rem quæ nobis num. 8. ff.*
*de aequi. possess. vbi de communi, & cons. 39. sub num. 5.*
*vers. præterea lib. 3. post Alex. cons. 92. num. 5. lib. 1.*
*Ruyn. cons. 32. num. 8. lib. 1. & cons. 83. num. 5. eodem*
*lib. Plot. de in lit. iurau. §. 3. num. 7. Menoch. de recuper.*
*possess. remed. 15. num. 95. & cons. 2. num. 168. & 196.*
*Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 11. num. 16. Cæphal. cons.*
8 *272. num. 67. & cons. 301. num. 22.* & etiam in specie,
quod id procedat, quando contractus est ex aliqua
9 causa rescindendus, quia si à principio fuit validus, non
detur remedium prædictum in contractu per metum
celebrato, *tradidit Abb. in cap. super hoc col. pen. vers. ex*
*praecedentibus de renun. Natt. cons. 386. Gratian. discept.*
10 *lib. 3. cap. 524. num. 29.* Et quando quis fuit spoliatus
per vim compulsiuam, post plures citatos, *Menoch. d.*
*cons. 2. num. 149. & 219.* Idemque quando contractus
11 resoluitur ob fidem non seruatam, *Alex. cons. 92. n. 5.*
*lib. 1. Ruyn. cons. 32. lib. 1. Io. Crot. cons. 76. n. 11. & 18.*
*Franc. Becc. cons. 13. n. 4.*

## EPITOME.

Re subhastata, & deliberata vni ex creditoribus; An, & quando liceat secundo creditori offerre.
Quid in debitore censendum sit.
Et in dote.
Examinatur opinio Ceph. cons. 298. n. 8. & Thesaur. 157. num. 1.

### SVMMARIVM.

1 *Re subhastata à Iudice deliberata vni ex creditoribus, secundus offerre potest. & num. 6. & 7.*
*Sed contra num. 8. & infra.*
*Distinguit author num. 11. & seqq.*
2 *Ius offerendi competit secundo creditori aduersus anteriorem creditorem rem hypothecatam possidentem.*
*Extenditur idem procedere in primo creditore possidente contra posteriorem creditorem, n. 3.*
*Quid si primus creditor non possideat. num. 4. remissiuè.*
*Vel neuter possideat. num. 5.*
*Amplia idem procedere, quando ageretur contra primum creditorem, qui per iudicialem adiudicationem, vel etiam vti tertius licitator bona debitoris possideat. nu. 6. & 15.*
*Et quando ad instantiam creditorum res esset posita sub hasta, & vni ex creditoribus licitantibus adiudicata, quo casu secundus posset huic offerre. num. 7.*
*Extende idem procedere etiam in dote, vbi dos eo casu specialiter non sit priuilegiata. num. 16.*
8 *Oblationi cautionis non est locus, vbi quis cæpit possidere res possessas in solutum à Iudice recipiat, nec ab eo reuocari potest.*
9 *Res data insolutum cum Iudicis authoritate reuocari potest.*
10 *Ius offerendi non habet locum in posteriori creditore, quando primus creditor habuit à Iudice, & res subhastata fuit deliberata præsente secundo creditore. At videas infra.*
11 *Ius offerendi competit secundo creditori post rem adiudicatam primo ex primo decreto, quando de illius iure agitur, & de ratione. n. 12.*
13 *Ius offerendi non competit debitori post factam adiudicationem, ex magis communi.*
14 *Cæphal. cons. 298. num. 8. & Thesaur. decis. 157. nu. 11. improbantur.*

## QVÆSTIO LXXXII.

1 RE subhastata, & à Iudice deliberata vni ex credi-
toribus. An secundus creditor offerre possit,
nunc dubitatio est. In qua concludendum videtur,
2 quod sic, quoniam regulariter ius offerendi competit
secundo creditori aduersus anteriorem creditorem
rem hypothecatam possidentem *per tex. in l. potior. §.*
*fin. vbi Bar. ff. qui pot. in pign. habe. in l. eum tibi vbi Sa-*
*lic. C. eod. in l. 2. C. si antiqu. credi. cum alijs per Crauett.*
*cons. 298. sub num. 8. lib. 2. Alba cons. 325. num. 8. & 9.*
*lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 121. num. 1.*
*& seqq. qui citat Negusan. & alios Morot. de iur. offer-*
3 *ren. quæst. 1. tit. de secun. cred. num. 12. & 13.* extendens
idem procedere in primo creditorem offerentem se-
4 cundum *glos. fin. in d. l. potior. & in l. 1. C. eodem.* vbi
etiam differt, quando primus creditor non possideret,
ad tradita per *Salycet. in l. eum notissimi, §. eodem, C. de*
*præscript. 30. ann. Negusan. de pignor. 3. membr. 5. par.*
5 *princip. num. 18.* & in casu, quo neuter possideat idem
6 *Morot. dicta quæst. 1. sub num. 15. vers. quod si neuter.*
Idemque procedit, quando ageretur contra primum
creditorem, qui per iudicialem adiudicationem, vel
etiam vti tertius licitator bona debitoris possideat, vt
tradidit *Salyc. in d. l. 1. q. vlt. C. si antiq. credi. Negusan.*
*de pign. 3. membr. 5. par. priue. n. 7. Vinc. Franch. decis. 69.*
7 *n. 12. Petician. de consi. lib. 3. cap. 2. sub n. 14.* Et quando
ad instantiam creditorum res esset posita sub hasta, &
vni ex creditoribus licitantibus adiudicata, quia ad-
huc secundus posset huic offerre, quasi præsumatur e-
misse ille prior ad modum, & iuxta rationem, *l. eum se-*
*cundus, §. finali, & l. sequ. ff. de distractio. pignor.* & non
vti extraneus, vt fuit decisum per *Consilium Neapoli-*
*tanum dicta decis. 69.*
8 Sed contrarium tenere visus est *Cæphal. cons. 298.*
*num. 8. per tex. in l. si finita, §. illud vers. postea autem*
*quam. de damn. infect.* Vbi si quis postquam cæpit pos-
sidere res possessas in solutum à Iudice recipiat, am-
plius locus non est oblationi cautionis, nec ab eo res
ipsa reuocari potest, & ad hoc. vt finis rei inueniatur,
& ne res semper stet in suspẽso, pro quo etiam adducit
*Cæphal. tex. in l. à Diuo Pio, §. si post addictum pignus, ff.*
*de re iudicat. & Alex. in dicta l. si finita, §. Iulianus col.*
9 *fin.* qui post eos, quos allegat, concludit rem datam in
solutum cum Iudicis authoritate reuocari non pos-
se, quem, vt inquit, refert, ac sequitur *Dec. cons. 502. vbi*
*de communi testatur, & Tiraquell. de retract. lignag. §. 8.*
*glo. 7. num. 3. & Cæphalum vbi supra sequitur Thesaur.*
10 *decis. 157. n. 11.* cum dixit, ius offerendi non habere lo-
cum in posteriore creditore, quando primus creditor
rem habuit à Iudice, & res subhastata fuit illi delibera-
ta præsente secundo creditore, quia secundus creditor
fuit in culpa, qui non licitauit, *dict. l. si finita, §. postquã,*
*ea ratione secundum Paul. de Castr. ibi,* ne rerum domi-
nia semper sint in incerto, idque *Thesaur. cõprobat plur.*
*Doct.* & fidem facit de veriori, & magis communi, *ibid.*

*in vers. Verum istis non obstantibus.*

In hac quæstione distinguendi sunt quo casus.

1 Primus est Casus quando agitur de iure secundi creditoris, & huic competere ius offerendi absque hæsitatione concludendum est, quia factum Iudicis reputatur factum partis, vt dixi in quæstione præcedenti, *n. 2. per l. ob causam, C. de euict. Asin. de execut. §. 7. cap. 111. sub num. 2. vers. Monetur. Rimin. iun. consil. 3. num. 9. lib. 1.* & perinde est, ac si à debitore ipso factum esset, sicuti post *Salyc. in l. 1. quæst. vlt. C. si antiqu. Credi. tradit Negusant. de pignorib. 3. membr. 5. par. princip. num. 7. Vincent. de Franch. dicta decis. 69. n. 12. Rimin. Iun. dicto consil. 3. num. 28. & comprobat Morot. de iur. offer. quæstion. 1. titul. de secundo creditore, num. 38.*

3 Secundus est Casus, quando agitur de iure offerendi respectu ipsius principalis debitoris, an scilicet debitor valeat post iudicialem adiudicationem creditori factam debitum offerre, & adiudicationem resoluere, ex magis communi concluditur, quod debitor amplius non audiatur post adiudicationem, ita *Alexan. in l. de bitoribus, num. 26. ff. de re iudic. & in dicta l. si finita. §. Iulianus, num. 120. & seq. ff. de damn. infect.* vbi ait id magis communiter teneri, *& consil. 11. colum. 1. lib. 5. Negusant. dicto 3. membr. 5. par. princ. num. 5.* qui casus inspecto iure communi nullam patitur dubitationem secundum *Morot. dicta quæst. 1. num. 39. qui*
4 *num. seq. addit Ceph. & Thesaur. in locis præallegatis*, falli non distinguendo, vt superius retuli, cum ea omnia, quæ deducuntur in dicto *§. postea autem, & in l. obligata, C. si antiq. credi.* procedant in debitore offerente, vt ipsemet *Thesaur. admittit, prout & Ceph. respondet Rimin. Iun. dicto consil. 3. num. 28.*

Nec resistit, quod secundus creditor non licitando sibi præiudicauerit in iure offerendi. Quoniam sciebat sibi competere, & ius durare potest adiudicationem, *arg. l. sicut, §. non videbitur, ff. quib. mod. pign. vel hypothe. sol.*

5 Et superius num. 6. dixi, quod quando ad creditoris instantiam res est posita sub hasta, & vni ex creditoribus licitantibus adiudicata, adhuc secundus potest huic offerre, quasi præsumatur emisse ille prior ad modum, & iuxta rationem dictæ *l. cum secundus, §. fin. cum l. sequ.* & non vti extraneus, *ex dec. Neapolitana per Franch. 69. quam probauit. Morot. de iur. offer. q. 1. n. 19. & sub num. 40. vers. Nec obstat, & facit decis. Perus. 2. num. 34. per D. Alex. Ambrosin. ac tenet Asin. in Tract. de execut. §. 7. c. 111. sub num. 1. & infra, vbi ex Rimin.*
6 *iun. dicto cons. 3.* dicit præmissa locum habere nedum in alijs insolutum dationibus, sed etiam in dote, quod intelligit ita demum procedere, vbicunque dos in eo casu specialiter non sit priuilegiata, *vt ibid. per eum.*

## E P I T O M E.

Offerentes vbi sint plures diuersorum pretiorum, an Iudex ad instantiam debitoris, vel curatoris hæreditatis iacentis valeat ad venditionem extra iudicialem transire in præiudicium plus licitantis.

Præsertim quando fuit oblatum iustum pretium.

### S V M M A R I V M.

1 *Oblatores vbi sunt plures diuersorum pretiorum, factis subhastationibus non potest ad venditionem extraiudicialem deueniri in præiudicium plus licitantis.*
2 *Licitanti ius acquisitum auferri non potest sine illius consensu.*
3 *Offerens ex sua oblatione ad emendum obligatur.*
4 *Iudex licitationem ex causa sequi non tenetur.*
*Fallit, vbi iustum pretium fuit oblatum, n. 5.*
6 *Licitans à plus offerente tantum excludi potest.*

## Q V Æ S T I O LXXXIII.

QVando petitionis in solutum iudicio ab aliquo occasione sui crediti actum est, & in eo plures oblatores fuerunt diuersorum pretiorum, Iudex licet plus offerenti dare compellatur, Quæritur, an ad instantiam debitoris, vel curatoris hæreditatis iacentis, stante dictorum emptorum concursu, sperans eorumdem bonorum pretium augeri posse, huiusmodi iudicio insolutum petitionis omisso, possit ad venditionem extraiudicialem transire ipsorum bonorum præuijs bannis, & publicis subhastationibus præmissis, vel etiam curare, vt ipse creditor ipsi instantiæ in præiudicium plus offerentis, cui iam ex dicta oblatione fuit ius quæsitum, renunciet.

2 Et non posse dicendum est, quoniam ius hoc ab ipso offerente sine illius consensu auferri non potest, *l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur.* præsertim cum ratione
3 suæ oblationis ad emendum cogi possit, ex *Bar. in l. si tempora. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. decimo, & Dec. consil. 558. num. 1. & 2. vbi testatur de magis communi opinione.*

4 Non obstat, si dicatur Iudicem ex causa licitationem non sequi posse, *l. licitatio, ff. de public. & vectig. & l. pignori, ff. famil. ercisc. & tradunt scribentes in l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic.*

5 Quoniam id locum non habet, vbi iustum pretium fuit oblatum *ad not. per Doct. in dicto §. si pignora, post gloss. primam ibi, & Bald. in l. 2. C. si in caus. iudic. & Salyc. in l. 1. eod. tit. & Afflict. decis. 358. sub num. 1. versic. Quarta ratio.* Et ideo oblatori ius quæri non dicitur, nisi iustum pretium offeratur, vt dicunt omnes in dicto *§. si pignora.*

6 Quare concluditur tali offerenti præiudicari non posse nisi à plus licitante, iuxta, quæ *sæpe dixi in hoc* tractatu.

## E P I T O M E.

Stante statuto, vel consuetudine, quod in venditione, ac licitatione consors præferatur, si ille offerat decem pro iusto pretio, & communi æstimatione rei secundum eius assertionem; Et alius offerat quindecim, vtrum debeat præferri consors, vel alius plus offerens.

### S V M M A R I V M.

1 *Stante statuto, vel consuetudine, quod in venditione consors præferatur, si ille offerat decem, & alius quindecim, consors excluditur à plus offerente.*
2 *Contrahere quis gratiose non compellitur, sed pro pretio, quod sine fraude ab alijs inuenitur.*

## Q V Æ S T I O LXXXIV.

1 POnit *Bal. quæstionem in l. 2. col. vlt. Cod. de rescind. vendit.* stante statuto, vel consuetudine, quod in venditione præferatur consors, si ille offerat decem pro iusto pretio, & communi æstimatione rei secundum assertionem eius, alius offerat quin-

quindecim, vtrum debeat præferri consors, vel ne.
Et *Bal.* concludit, quod nisi tantum offerat, & soluat
2 quantum reperitur ab alijs repelli debeat, quia non est
quis gratiosè compellendus contrahere, sed pro pretio,
quod sine fraude ab alijs inuenitur, & illum sequuntur
*Afflict. in Tract. Prothomis. §. 11. incip. vt infra 30. dies in 2. not. Fabian. de Mont. in Tract. de Empt. & vendi. in 20. quæst. 3. quæst. princ. & Cagnol. post adductos per eum in dicta l. 2. num. 172. C. de rescind. vendit.*

## E P I T O M E.

Subhastationem seruatis seruandis fieri debere, & iuxta personarum qualitatem dicitur.

Et pariter infra terminum præfixum, qui formam denotat, siue sit positus per viam conditionis, vel in casu ablatiuo, vel cum præpositione, ad, accusatiuo casui deseruiente.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subbastatio seruatis seruandis fieri debet, & secundum formam statuti, aliàs est nulla.*
*Et iuxta personarum qualitatem, vt nempè si contra Pupillum, vt ille sit defensus. num. 2.*
*Vel quod mulier non sit indotata. num. 3*
*Et quod non fiat extra terminum præfixum. numer. 4.*
5 *Termini præfixio in subhastatione formam denotat, siue positus sit per modum conditionis, vel in casu ablatiuo, qui conditionem importat. num. 6. & 13.*
*Siue sit præpositio, ad, accusatiuo casui deseruiens. numer. 7.*
*Quæ conditio formam inducit. num. 8.*
9 *Forma indiuidua est. & num. 11.*
10 *Diuisio formam corrumpit.*
12 *Formæ mutatio qualibet totum vitiat.*

## Q V Æ S S T I O LXXXV.

1 SVbhastatio semper seruatis seruandis facienda est:
ita quod si fiat contra formam Statuti, non subsi-
stat, & nulla prorsus sit, secundum *Bal. in l. ordo. C. de*
*except. rei iudic. Alex. cen. 212. num. 1. & infra lib. 6.*
*Bertachin. de Gabell. par. 2. tit. de locat. Gabell. vers. septi-*
2 *mo quaro num. 18.* In quo, & illud aduertendum maxi-
mè est, vt iuxta personarum qualitatem fiant, nempè,
quod si fierit contingant contra Pupillum, ille sit de-
fensus, *iuxta Rot. decis. 115. n. 2. & 4. par. 4. inter nouiss.*
3 *nouiss.* vel quod mulier non remaneat indotata, vt
per eamdem *Rot. dec. 247. n. 2. p. 4. inter nouiss. nouiss.*
4 Idem dicimus, si extra terminum in subhastatione as-
5 signatum facta fuerit oblatio, quia termini præfixio
formam denotat. *Bald. Salycet. & Ias. in auth. qua supplicatio, C. de praeci. Imper. offer. Iason. in l. pupillari. in 2. notab. ff. de vulgari. & pupillari, Felynus in cap. cum dilecta, num. 33. extra de rescript. Bal. consil. 69. Statuto ciuitas lib. 1. & rursus Ias. cons. 166. Videtur prima, colum. penult. versic. confirmatur, & consil. seq. colum. fin. lib. 2.* Siue ille positus sit par modum conditionis, vel in casu ablatiuo, qui conditionem importat, *l. à testatore, & ibi tradunt scribentes, ff. de condition. & demonstrationib.* Siue sit præpositio, *ad*, videlicet ad candelam accensam accusatiuo casui deseruiens, vt inquit *Bar. in l. 1. num. 23. ff. de cond. & demonstr. & in l. centesimis, §. fin. n. 6. ff. de verb. oblig. & Alexan. cons. 71. Viso processu, in fine lib. 5.*
8 Quæ conditio non minus formam inducit, *Alexan.*
*Aret. & Ias. in l. 2. §. fin. ff. de vulgar. & pupill. & Felin. in d. c. cum dilecto, num. 23. Afflict. dec. 375. si præstitus est, num. 5. & seq. Dec. consil. 11. num. 9.* quamuis etiam
9 siue sit forma, siue conditio, vtique indiuidua est, vt de
10 forma tradit *Bal. in l. si seruus, in addit. in medio, ff. si*
*qui caut.* cum dixit diuisionem formam corrumpere, &
11 in *l. pedius, in princip. in addit. ff. de arbitr.* vbi inquit,
formam esse de genere indiuiduorum, cum quælibet
12 mutatio formæ totum vitiet, secundum *Alexa. in l. si*
*is quis quadringenta, §. quædam, in 2. notab. ff. ad l. falc.*
13 *& Dec. cons. 532. pro vera resolutione col.* Et de condi-
tione *est text. in l. qui duobus. & in l. si cui fundus, ff. de condit. & demonstrat. & in l. si fistulas, §. qui fundum, ff. de contrahend. empt, & Ang. in consil. 168. Testator in omnibus, colum. fin. in fin. ac Alexand. consil. 75. in fin. lib. 7.*

Adeo quod in his indiuiduis vtile per inutile vitietur, vt voluit *Bart. in l. Grecè, §. illud, ff. de fideiuss. Ang. Imol. & alij in l. 1. §. si quis ita, ff. de verborũ obligation.*

## E P I T O M E.

Licitatio ex edicto Prætoris facienda est infra certum terminum, & non eo elapso.

Primus offerens, quando liberatus censeatur per vltimam oblationem admissam.

Licitationis prioris approbatio, quando dicatur plena.

Subhastans administrator publicus, vel Ecclesię, vel Minoris tenetur rem plus offerenti dare, aliàs dicitur in dolo.

Oblatio lucri in licitationibus quid operetur.

Plus offerens, quando omnino debeat rem habere, & non possit ab alio impediri.

Oblator, & emptoran, & quando possint pęnitere, vel ab eis ius auferri.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Licitatio ex Prætoris edicto facienda est infra certum terminum, & non eo elapso.*
2 *Primus offerẽs liberatur per vltima oblationem admissam, & vltimus ad oblata tenetur.*
*Ampliatur, vt procedat si nominatim actum sit, vt emptori liceat resilire meliori conditione oblata, quia tunc prior emptio est dissoluta per huiusmodi oblationem, quamuis venditor non admittat sequentem, numer. 3.*
*Extende primo, locum habere, quando subhastans addixit rem subbastatam posteriori licitanti quamuis, minus idoneo, si scienter eum elegit. num. 5.*
*Fallit si simpliciter approbaret licitationem posteriorem, quia non ideo subhastanti aufertur potestas acceptandi primum licitantem, num. 6.*
*Secundo extende, quando subhastatio fit cum verbis, quod res deliberabitur plus offerenti, & est appositus aliquis terminus, & ille terminus est elapsus, ita quod tempus statutum vlteriorem licitationem non patiatur, quia tunc ei, qui plus obtulit concedendum est; dummodo ab officiali sit acceptatus, n. 13.*
*Tertio extende idem locum habere, quando plus offerens lucratur vnum solidum pro libra num. 14.*
*Sed contra num. 15. & seq.*
4 *Conditio melior in oblationibus, & licitationibus ex pluribus consideratur.*
7 *Licitationis prioris approbatio non sufficit, nisi sit plena.*

8 *Approbatio dicitur plena, quando posteriori licitanti per contractum venditionis res addicitur, ita vt de iure addictio subsistat.*

*Restitutio tamen in integrum aduersus eam peti potest, quando addictio naturali iure subsistit, n.9.*

*Fallit, si ex dicta addictione non oritur ciuilis, & naturalis obligatio, num. 10.*

11 *Subhastans administrator publicus, vel Ecclesiæ, vel minoris ex necessitate officij tenetur rem plus offerenti dare, nec offerentem meliorem conditionem reijcere potest, sed inuitus acceptare cogitur, si tempora subhastationibus præfixa largiantur.*

12 *Conditionem meliorem in licitationibus non acceptans dicitur in dolo.*

16 *Oblatio lucri non sufficit plus offerenti, cum potius fiat ad exploranda pretia quam ad liberandum subhastata.*

17 *Plus offerens, cui fit adiudicatio, sicut obligatur ne possit pœnitere, ita non potest ab eo auferri ius quæsitum ex adiudicatione sibi facta.*

*Extenditur procedere quoque in creditore subhastari faciente, quia si offerat ad hastam, quando alius non reperitur, qui offerat, tunc secuta iudicis pronuncia, quod res ei adiudicetur pro iusto pretio, & æstimatione peritorum, debet omnino habere rem, nec debitor, nec alius oblator potest ipsum impedire, quominus rem consequatur, etiam si plus offerat, n.18.*

19 *Factum legitimè retractari non potest.*

20 *In subhastatione, quando nullus alius offert maius pretium ius quæritur illi, qui plus offert.*

21 *Oblator, & emptor sicut non potest pœnitere, quando emptio est perfecta, ita etiam res empta ab eo auferri non potest.*

*Primo declaratur locum habere rebus sic stantibus, & non variatio statu rei. num. 22.*

*Secundus declaratur non procedere in minore, communitate vniuersitate, n.23.*

## QVÆSTIO LXXXVI.

1 Licitatio quando ex edicto, seu Decreto Prætoris
facienda est infra certum terminum, eo elapso
non posse amplius offerri superius sæpè dixi, quia per
2 vltimam oblationem admissam liberatur primus ita
quod vltimus solus ad oblata tenetur iuxta quæ respondit *Bald. consil. 191. in princip. lib. 3. & in eodem casu Ang. cons. 324. num. 2. & 3. Cremen. singul. 41. Tu scis, Fabian. de empt. & vend. quæst. 5. princ. n. 93.*

3 Quæ conclusio pariter procedit, si nominatim actum
est, vt emptori liceat resilire meliori conditione oblata, quia tunc absque dubio prior emptio est dissoluta
per huiusmodi oblationem, quamuis venditor non admittat sequentem, vt in *l. Sabinus, ff. de in diem adiect. & voluit Ang. dicto consil. 324. sub num. 3. versic. Fallit.*

4 Melior autem conditio consideratur ex pluribus, vt
ibidem per *Ang. sub num. 2. vers. De secundo quando.*

5 Ac rursus locum habet, quando subhastans addixit
rem subhastatam posteriori licitanti, quamuis minus
idoneo, si scienter eum elegit, *l. si venditore. ff. de in diem*
6 *adiect.* Secus si simpliciter approbaret licitationem posteriorem, quia non ideo subhastanti aufertur potestas
7 acceptandi primũ licitantem; Non enim sufficit posterioris licitationis approbatio, nisi sit plena, *ad not. per*
8 *glos. in l. quod autem, ff. eodem titulo.* Et approbatio dicitur plena, quando posteriori licitanti per contractum
9 venditionis addicitur, ità vt addictio de iure subsit, licet
aduersus eam in integrum restitutio peti possit, dum
10 tamen dicta addictio naturali iure subsistat; Neque id
procedit, si ex d. addictione non oritur ciuilis, vel naturali obligatio, *dicta l. si venditor, vers. sed si pupillus, & censuit. Ang. dicto cons. 324. sub num. 3. vers. secundo fallit. Qui num. 4. vers. tertio fallit.*

11 Addit idem dicendum, quando subhastans esset Administrator publicus, vel Ecclesiæ, vel minoris, qui ex
necessitate officij teneretur rem plus offerenti dare,
nec offerentem meliorem conditionem reijcere possit,
sed quinimmò inuitus acceptare cogitur, si tempora
subhastationum præfixa à lege, vel consuetudine largiantur, ad *tex. in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. basl. fisc. lib. 10.* Cum qui talem conditionem meliorem non acceptat, in dolo sit *l. si quos iunct. gl. C. de resc. vend.*

13 Similiter dicimus, quando fit licitatio cum verbis,
quod deliberabitur plus offerenti, & est appositus aliquis terminus, & ille terminus est elapsus, ita quod tempus statutum vlteriorem licitationem non patiatur,
quia tunc ei, qui plus obtulit, dummodo ab officiali acceptatus sit, id quod sub hasta positum est, conceden-
14 dum esse respondit *Bald. dicto cons. 191. lib. 3. per totum.* vbi pariter idem concludit, quando plus offerens lucratur vnum solidum pro libra.

15 Verum quoad hoc vltimum contrarium tenuit in
eodem casu, qui agebatur in hac Ciuitate Pisauri *Angel. dicto cons. 324. post. princ. vers. Si enim verba.*

16 Vbi quod non sufficit oblatio lucri potius ad exploranda pretia facta, quam ad liberandum subhastata,
per notata per *Bar. in l. licitatio in princ. in penult. quæst. ff. de public. & vectig.*

17 Et ex his infero, quod plus offerens, & cui fit adiudicatio sicut obligatur, nec potest pœnitere, vt alias dixi,
ita è conuerso non potest ab eo auferri ius quæsitum ex adiudicatione sibi facta. *Ang. in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de public. & vectig. Bertachin. de Gabell. par. 2. quæst. 9. & est tex. in l. si prius, C. de distract. pign.*

18 Quod extenditur procedere quoque in creditore
subhastari faciente, quia si offert ad hastam, quando
alius non reperitur, qui offerat; Tunc sequuta Iudicis
pronuncia, quod res ei adiudicetur pro iusto pretio, &
æstimatione peritorum, & non aliter, vt plenè dixi *in quæst. 154. num. 7. & infra vsque in fin.* debet omnino habere rem, nec debitor nec alius oblator potest ipsum impedire, quominus consequatur rem etiam si
19 offerat plus, quia id, quod est factum legitime, non po-
20 test retractari. Et quando nullus alius in subhastatione offert maius pretium, ius queritur illi, qui plus offert, *Bart. & alij in dicta l. licitatio*, quia sicut oblator, &
emptor non potest pœnitere, vt voluit *Ang. in eadem l. licitatio, §. quod illicite*, quoniam emptio est perfecta,
vt ibi per eum, ita etiam videtur quod res empta non
possit ab eo auferri, *Bertachin. in dicto tract. de Gabell. in 2. part. quæst. 9. & est text. in l. prius, C. de distract. pign.* vbi tamen alij fuerunt offerentes, secus si
offerat solus creditor, quia tunc seruandum erit quod
dixi in *d. q. 154.*

22 Primo declaratur illatio prædicta locum habere rebus sic stantibus, & non variatio statu rei *Bar. & alij in l. qui seruum, ff. de verb. oblig. Socin. cons. 179. lib. 1. Corn. cons. 189. lib. 2. Cuman. cons. 41. Imol. cons. 39. cum cumulatis per Tiraq. de retract. tit. 1. §. 23. gloss. 1. per totam, Card. Tusch. conclus. lit. C. conclus. 81. numer. 3.*

23 Secundò declaratur non procedere in minori Communitate, vel Vniuersitate, *vt per Bar. in dicta l. licitatio in fin. princ. ff. de publ. & in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.*

EPI-

E P I T O M E.

Administratores Ciuitatum, seu Vniuersitatum vtrum licitare possit res, ac redditus illarum.

Et quę in præmissis agere, seu facere valeant citra fraudem, ac dolum.

Tex. in l. Cum, C. de contrahen. empt. qualiter intelligatur.

Et an dentur casus, in quibus Administratores licitè licitare possint.

S V M M A R I V M.

1 *Administratori conceditur licitatio.*
*Præsentium vbi non constat de fraude. num. 2.*
*Contrarium habetur. num. 5.*
*Subhastatio tollit omnem causam conquerendi.*
4 *Subhastationes publicæ facilè conuelli non debent.*
6 *Administratores debent à licitationibus abstinere, alioquin in duplum condemnantur, si dolo, & fraude versantur in simplum, & si negligenter quid gesserint, plectuntur pœnis, de quibus hic.*
8 *Administratores licitantes, vti ij. qui contra iura mercantur, pœna plectuntur præter nullitatem contractus.*
9 *Tex. in l. cum ipse, C. de contrahen. empt. qualiter procedat.*
10 *Administratores redditum Reipublicæ possunt allicere conductores offerendo, & præbendo eis promissas ob idque conducant, & licitent.*
*Neque dicuntur purè donare, sed ob causam, hoc est mercedis, & remunerationis laboris, & periculi, cui exponitur licitator, vel conductor. num. 11.*
*Hocque admissum est in practica, & consuetudine, quæ tamquam vtilis cessante alia fraude seruanda est num. 12.*
*Et pro his possunt accipere mutuo pecunias, & dare auantagia publicanis, vt melius datia incantarentur. num. 13.*

QVÆSTIO LXXXVII.

Vniuersitas licitanda posuit quædam bona, & licitationem prædictam, seu subhastationem commisit curæ Caij, & Titij Administratorum ipsius Vniuersitatis, qui bona prædicta emerunt, & licitati sunt.

Quid iuris quæritur.

1 Et respondendum videtur, emptionem ab Administrationibus factam tenere ex dispositione *text. in l. Cum ipse iuxta glos. C. de contrahend. empt.* Vbi Administratori conceditur licitare.

Rursus, quia Vniuersitati nullum damnum ex huiusmodi licitatione infertur, vbi de fraude non constat, & & apparet rem fuisse licitatam iusto pretio, vt dicam in sequenti quæstione. Et ideò, quod illi non obest, & alteri prodest, concedendum est, *iur. vulg.*

2 Præterea ex eo, quod dicta res fuit eisdem per Iudicem deliberata, dicendum videtur, non constare de fraude, *l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. Corn. cons.*
3 *71. num. 1. lib. 3.* Et subhastatio tollit omnem causam conquerendi. *Rauden. post adductos per eum consil. 50.*
4 *num. 395. & 610. lib. 1.* Atque etiam quoniam subhastationes publicæ facile conuelli non debent. *Valasc. consulta. 17. num. 1.*

5 In contrarium facit, quia istis Administratoribus prohibita est emptio, seu conductio sub pœna nullitatis actus, & quadrupli, *l. si in empt. §. fin. & l. non licet. ff. de contrahen. empt. iuncta l. aufertur, §. quod à Præside, vbi Bar. ff. de iur. fisc. Osasc. dec. 109. num. 6.*

6 Et propterea debent ij ab huiusmodi emptionibus, distractionibus, seu locationibus abstinere, alioquin in duplum saltem condemnantur, si dolo, & fraude versantur in simplum, & si negligenter quid gesserint, plectuntur pœnis in dictis in *l. 1. ff. de mune. & honor. & in l. Imperatores. ff. de administra. rer. ad ciuita. pertinen.*

Ne obijciatur subhastationem arguere iustum pretium, & omnem fraudem submouere.

7 Quoniam respondetur id non esse absolute verum, ex ijs præsertim, quæ tradit *Cagnol. in l. 2. n. 161. de rescind. vend. & Franch. dec. 54.*

Et id, quod dicitur nullum damnum fieri vniuersitati ex huiusmodi emptione, seu licitatione.

8 Responderi potest, satis esse in proposito, quod isti administratores contra iura fuerint mercati, ad hoc, vt contractus annulletur, & pœnam patiantur. *l. non dubium, C. de legi, & dicta l. non licet, Osasc. d. dec. 109. n. 7.*

9 Non videtur obstare *tex. in d. l. cum ipse iuncta gloss. C. de contrahen. empt.*

Quia procedit administratore, qui palam, & bona fide licitatur. At secus si clam, & mala fide, & sic fraus, & dolus fuit adhibitus, alium supponendo vel alios licitantes deterrendo, & à licitatione retrahendo, *Bar. in l. si pupillus §. fin. ff. de autho. tuto. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 47. Iustit. de act. facit tex. in l. si is, qui bonis, ff. de acquir. heredit. Osasc. dicta dec. 109. sub num. 11.*

10 Illud tamen notes, quod Administratores redditum Reipublicæ possunt allicere conductores offerendo, & præbendo eis promissa, ob idque conducant, & licitent, vel in euentum alicuius conditionis.

11 Nec dici potest, quod hæc sit proprie donatio pura, quæ regulariter prohibetur administratoribus, sed est donatio ob causam, velut in mercedem, & remunerationem laboris, & periculi, cui exponitur conducto, vel latè probat *Auendan. lib. 2. cap. 12. in versic. quod est notandum.*

12 Vbi quod est admissum in practica, & à consuetudine, quæ tamquam vtilis cessante fraude seruanda est, vt ibidem, quam opinionem tenet etiam *Franc. Luca in*
13 *tract. de fisc. in par. num. 4. & 47.* quo loci ait, quod ad hoc possint accipere pecunias mutuo, & dare auantagia publicanis, vt melius datia incantarentur, quem refert. ac sequitur *Auiles cap. 32. Prætor. in gloss. Putar. nu. 7. Giroud. de Gabell. par. 2. §. 1. num. 10. & 11. Bobadill. in sua Politic. de corregid. lib. 5. cap. 4. num. 60.* quod vltimum non firmo.

E P I T O M E.

Officiali an, & quando liceat emere bona Principis subhasta posita ex officio, quod administrat per se, vel aliam personam.

Palatini qui dicantur.

Declaratur, l. licet, ff. de contrahen. empt.

Bona fide quando res empta dicatur.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis emens ex officio, quo administrat per se, vel per aliam personam puniatur pœna quadrupli, & amissionis rei emptæ.*
*Ratio adducitur, quia præsumitur ipsum officialem intulisse metum priuatis personis emere volentibus, ne maius pretium offerrent ipsi officiali, atque ita graue damnum fuisse illatum Principi. num. 4.*
2 *Palatini dicuntur omnes qui in Principis palatio munere, & officio aliquo funguntur.*

*Vel res publicas, & priuatas Principis administrantes. num.3.*
5 *Iudicium ciuile dicitur, quo agitur ad rei restitutionem. num.5.*
6 *Officialis, & Decurio per suppositas publica conducere non possunt, & contractus rescinditur, & annullatur, & de ratione ibidem. & num.18.*
*Primò fallit, quando plures sunt collega, quia tunc vnus ex collegis emere potest, cæteris illi vendentibus. num.8*
*Præsertim si sit absens. num. 9.*
*Secundò fallit, quando officialis palam, bona fide seruata, & iusto pretio emit. num.10.18. & 19.*
*Bona tamen fides probari debet, num. 11.*
*Et qualiter in proposito ibid.*
*Tertiò fallit in officialibus perpetuis, quibus permissum est emere. n. 16.*
7 *Contractus ab officialis factus de re Principis ad sui fauorem ea ratione nullus declaratur, quia eadem est persona emptoris, & venditoris.*
12 *Bona fide dicitur emere, qui palam contrahit. & num. 19.*
*Vt, & quando res emitur eodem pretio, quo alius offerebat. num.13.*
*Et quando res est subhastata num.14.*
*Et constat de Iustitia num. 15.*
17 *Thesaurarius Regni Neapolis fuit absolutus, qui ex officio bona fide emerat Regia bona sine licentia Principis.*
20 *Officiali sicut permissum est emere bona fide, & iusto pretio bona, ita emere potest per interpositam personam.*
21 *Officialis emere potest per aliam, quem competitores ignorant.*

## QVÆSTIO LXXXVIII.

IN officiali Principis, cuius curæ fuit commissa subhastatio facienda de bonis suis, quærere opere pretium est.
1 Nam quod officiali non liceat emere ex officio, quod administrat per se, vel per aliam personam, est *text. in l. non licet, ff. de contrahen. empt.* vbi quod punitur pœna quadrupli, & amissionis rei emptæ, & est similis *text. in l. fin. C. de rescind. vendi.* qui in hæc verba loquitur. Vestium auri, & argenti, seu mancipiorum cœmendorum, si quando à priuatis nostris ea con-
2 tigerit venundari, Palatini sciant, sibi copiam denegatam, pœna in eos amissionis pretij exercenda. Palatini autem intelliguntur omnes, qui in Principis Palatio munere, & officio aliquo funguntur secundum *Iacob. Cuiac. in rubr. C. de Palat. sacr. largit. & rer. priua. lib. 12. & iuxta sententiam Panzirol. in commentar. in notitiam*
3 *Imperij Rom. Populi c. 88. ad declarationem dicta l. fin. C. de rescind. vendi.* Palatini ibi dicuntur Proceres res publicas, & priuatas Principis administrantes. Hic additur *tex. in l. aufertur, §. quod à Præside, ff. de iur. fisc.* vbi habetur, Præsidem, vel Procuratorem, aut quemlibet alium in ea Prouincia, in qua administrat, licet per suppositam personam emere prohiberi, pœna rescissionis contractus, & æstimationis fisco præstandæ adiecta, & quare his Officialibus sic ementibus pœna sit indicta, notant *Bald. in l. quisquis nu. 2. C. si cert. peta. & cons. 444. Præmitto col. 1. vers. item quando ipse emit lib. 3. ac Isern. in cap. 1. §. si verò Castaldi sub num. 10. vers. Ratio autem prohibitionis ad feud. Guard. Ioan. de Plate. in officiali enim C. quib. ad conduct. prædio. fiscal. accede. prohibe. lib. 11. Iacob. Reaard. in lib. 2. Variorum cap. 20. & in specie respondit Ioann. Franc. à Ponte cons. 49. in princ.* qui dicunt, huius prohibitionis rationem esse,
4 quia præsumitur ipsum officialem intulisse metum personis priuatis emere volentibus, ne ob ipsius officialis reuerentiam maius pretium offerrent, & sic graue damnum illarum fuisse Principi. Et hæc quod pœnam criminis.
5 Quo verò ad id, quod ciuiliter agi potest, vt quando agitur ad restitutionem rei, *iuxta glos. 2. Instit. de publi. iudi. in princ.* nullo declarato contractu, vel eo ob læsionem rescissio *ad l. 2. §. 1. de administra. rer. ad Ciuita.*
6 *pertinen.* Cuius verba sunt hæc. Quod quis suo nomine exercere id, nec per subiectam personam agere debet. Et ideo si Decurio subiectus aliorum nominibus locat prædia publica, quæ Decurionibus conducere non licet, vsurpata reuocantur, ad idem est *tex. in dicta l. non*
7 *licet, ff. de contrahen. empt.* Et ratio, quare hic contractus nullus declaratur, quia eadem est persona emptoris, & venditoris, quod non permittitur, *l. 1. ff. de rer. permuta. Bal. cons. quia reputat. idem Bal. & Salyc. in l. quisquis num. 2. C. si cert. peta. Isern. in cap. 1. §. si verò Castaldi sub num. 9. vers. si rem illorum, & ibid. Afflict. n. 5. de feud. Guard. & Franc. de Ponte dicto cons. 49. nu. 46. & seq.*
8 Primò fallit dicta conclusio, quando plures sunt Collegiæ in officio, qui absente vno, vel duobus ex ipsis possunt vendere bona Principis, quoniam tunc vnus ex collegis emere potest alijs ei vendentibus, ita senserunt *Accurs. in l. si in empt. §. vlt. ff. de contrahen. empt. Ang. in l. Principalibus, num. 2. ff. si cert. peta. ac Bal. & Salyc. in dicta l. quisquis, C. eod. num. 2.* cum dixerunt, quod quando plures officiales sunt deputati ad vendendum rem aliquam, ita vt vnus sine altero vendere non possit, & sic omnes insimul repræsentant Rempublicam, & Principem, qui eos ad id deputauit, vnus non potest emere alijs vendentibus.
9 Igitur à contrario sensu volunt, quod quando vno absente, possunt alij collegæ in officio existentes vendere, is absens emere potest alijs ei vendentibus, Et clarius hoc tradit *Isern. in cap. 1. §. si verò Castaldi. num. 10. de feud.* Guardiæ, qui ait præsumendum non esse, quod Collegæ patiantur committi fraudem à Collega emente rem ab eis venditam, quia contradixissent, si vidissent deceptionem, & illum secuti sunt, *Afflict. ibid. nu. 7. & Lancellot. Corrad. in tract. de Prætore. cap. 9. §. 1. sub num. 1. vers. septimo quando officialis.*
10 Secundo fallit, quando officialis bona fide seruata emit, quæ ex suo officio venduntur, veluti declarando dictam *l. non licet, ff. de contrahen. empt. firmarunt Acc. in l. si empt. §. vlt. ff. de contrahen. empt. & in l. cum ipse, C. eod. Bar. in d. l. in §. vlt. & in l. aufertur, §. quod à Præside num. 1. ff. de iur. fisci. Ang. in l. Principalibus. nu. 3. ff. si cert. peta. Alberic. in l. 1. nu. 2. C. de contract. ind. Isern. in d. cap. 1. §. si verò Castaldi num. 9. de feud. Guardia, vbi ad fi. ver. Nam si publicè.* scripsit officialem emere posse publicè, & bona fide, etiam absque rescripto, hoc est sine Principis licentia. *Luc. de Penn. in l. 2. C. de laer. aduoca. lib. 12 Fabian. de Mon. in Tract. de empt. & vendi. par. 3. num. 11. qui pluribus confirmat Dec. dicta l. Principalibus sub num. 9. vers. quinto fallit, ff. si cert. peta. Lancellot. Corrad. in dicto tractat. de Prætore lib. 1. cap. 9. versic. septimo, quando officialis, & magis in terminis, Ossasch. in decis. Pedam. 109. num. 11. & Ioann. Franc. de Pon. dicto cons. 49. num 42. 46. & 52. vbi testatur de communi.*
11 Cæterum qui sine licentia bona tamen fide emit, ipsam bonam fidem probare debet, *Dec. in d. l. Principalibus sub num. 9. sequitur Ioann. Franc. de Ponte. in d. cons. 49. n. 42.* Ex qua deinde cessat ratio præsumpti metus illati aduersus alios forte emere vendentes, & conferūt notata per *Ias. & Aleia. in dicta l. Principalibus num. 1.*
12 *Rol. cons. 83. num. 14. lib. 1.* bona autem fide quis emere dicitur, quando quis palam contrahit, *l. pen. C. de euict. & tradunt Isern. in dicto §. si verò Castaldi. num. 10. qui num. 11.* addit probari bonam fidem,
quan-

13 quando quis emit eodem pretio, quod alius offerebat,
14 vt & quando res est subhastata, *Fabian. de Mont. de*
15 *empt. & vendi. quaest. 5. princ. n. 92. Iodoc. in summul. subhasta. c. 5. n. 36. &* 40. & constat de iustitia pretij.

Nam pretij iustitia operatur, vt considerandum non sit, cui res vendatur. *adnot. per Bal. in l. Cum ipse n. 3. in fin. C. de contr. aben. empt.* vbi etiam *Salycet. sub n. 2. vers. qui in alijs, & Ioann. Franc. de Ponte in pract. cons. 49. num. 57.*

16 Tertiò fallit d. conclusio in officialibus perpetuis, quibus permissum est emere prædia, sicuti affirmant scribentes in *d. l. Principalibus, ff. si cert. pet. Dec. & Alcia. in l. Præsidis eod. tit. Isern. & Afflict. in d. c. 1. §. si verò Castaldi. ille n. 8. iste sub nu. 7. vers. sexto fallit, Aym. cons. 366. n. 29. Roland. cons. 83. n. 6. lib. 2. Osasch. decis. 44. nu. 3. & Ioan. Franc. de Ponte d. cons. 49. num. 34. & 40. & 50. aduersus Afflict. in d. §. si verò Castaldi, sub nu. 7. vers. quinta fallentia.*

17 Et pro præmissis maximè facit, quod decisum, refert *Io. Franc. de Pont. d. cons. 49. in principio*, Neapoli à Regio visitatore approbatum a Regia Maiestate Philippi Secundi Gloriosissimæ memoriæ. ait enim, Thesaurarium Regium Regni Neapolitani per interpositam personam nullis factis subhastationibus, seu licitationibus palam emisse bona Regia per suppositam personam, ex quo videbatur incidisse in legem prohibentem officialem emere similia bona per se, vel per alium, & causa cognitā illum fuisse absolutū à iudicio criminali vbi etiam subijcit, quod & si Thesaurarius ille fuit à prædicto visitatore cōdemnatus in iudicio ciuili, Nihilominus & ab eo ciuili, causa ipsa reuisa, fuit absolutus, vti *dictus de Ponte* affirmat *ibid. in fine*, & fortiorem casum refert *Menoc. cons. 1174. sub n. 26.* qui emerit in Ciuitate Mediolani *lib. 12.*

Non obstat, quatenus opponatur officialem à se ipso emere non posse, nec minus suo nomine emi facere non posse, cum eadem persona emptoris, & venditoris esse non possit, *l. 1. ff. de rer. permut. & d. l. non licet, ff. de contrahen. emp. Bal. in d. l. quisquis numer. 2. C. si cer. pet. Isern. in d. §. si verò Castaldi. sub num. 9. vers. & si rem illam, & ibid. Afflict. num. 5. & Ioann. Franc. de Ponte in præallegato cons. 49. num. 46. 47. &* 48.

18 Respondetur enim non obesse, quando constat palam, & bona fide fuisse factam venditionem, & licitationem. ita *Vulpianus respondit in l. pupillus, §. sanè ff. de aucto. tuto.* his verbis. sanè si ipse quidem emit pa-
19 lam, dedit autem nomen, non mala fide, sed simpliciter, vt solent honestiores non pati nomina sua instrumentis inscribi, valet emptio; quod si callidè idem erit, ac si per interpositam personam emisset. Et dictum responsum sic intelligit, & declarat *Cal. cons. 347. Titius gessit Tutelam in primo dubio lib. 4. ac Ruyn. in cons. 142. num. 2. lib. 1. & probat l. cum ipse, C. de contrahen. empt. in terminis Ioan. Fran. de Ponte in d. cons. 49. num. 66. qui*
20 *num. 68.* & infra inquit, quod sicuti permissum est officiali emere bona fide, & iusto pretio bona quæ ex suo officio vendere debet, ita quoque emere potest per interpositam personam. *Menochius dicto consilio 1174.*
21 *num. 32.* vbi addit sincero magis animo agere officialem emendo bona fide, & iusto pretio per interpositam personam, quam si ipse met licitaretur, & emeret, cum emere volentes ob officialis personam, reuerentiæ saltem causa forte à licitatione, & emptione adstinere possent, quod non facient, si licitetur, & emat interposita persona, quam esse officialis ignorant competitores, vt in specie animaduertit *Ioan. Franc. de Pont. in d. cons. 49. post princ.*

## EPITOME.

Administrator bonorum Ciuitatis, ac minorum in eorum Incautione, An teneatur vti subhastationibus.

### SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet fructuum per negligentiam non perceptorum in rationibus oneratur.*
2 *Administrator volens prædia locare, non aliter facere debet, quam præcedentibus subhastationibus.*
3 *Administratores, qui licitare volunt bona suorum principalium, curare debent, vt illa æstimentur.*
4 *Administratores, vt iurgia fugiant, cautius faciunt, si bona locanda subhastare faciant per tempus viginti dierum.*
*Et quid agendum, si nullus licitetur, vel iustum pretium offerat, num. 5.*
*Cæterum Auctor tenet, non requiri subhastationem, dummodo locatio fiat iusto pretio, ac bona fide, numero 6.*

## QVÆSTIO LXXXIX.

1 ADministrator quilibet fructum per negligentiam non perceptorum in rationibus oneratur, *l. si sine hærede, §. Modestinus, ff. de administra. tuto. Soc. Sen. cons. 29. num. 7. lib. 1. Menoch. de arbi. Iud. lib. 2. cas. 209.*
2 *numer. 32. & 33.* ita quod volens prædia locare magis quam colere, non aliter quam præcedentibus subhastationibus locationes facere debet, si vt supra onerari nolit, iuxta *dictum §. Modestinus, & scripta per Caroc. in tract. de locat. tit. de administra. tuto. quæst. 3. Munoz de Ratiocin. administra. cap. 16. num. 4. & seqq. qui num. 7.*
3 scripsit administratores ipsos ad hoc, vt res vendendæ iusto pretio licitentur prius eas æstimare faciant per peritos, & expertos, per notata per *Paulum de Castr. in l. si quo, C. de rescind. vend. quem refert, ac sequit. Dambander. in compend. subhasta. cap. 3. numer. 11. & seqq. & idem Munoz. vbi supra num. 41.* addit, quod vt administrator iurgia fugiat, cautius etiam faciet, si talia bona locanda per tempus viginti dierum, ad minus, subhastare faciat, *vt in Authen. hoc ius porrect.*
5 *C. de sacr. sanct. Eccles.* quod si is peractis nullus fuerit licitatus, vel non iustum pretium, optimè faciet administrator, si in calce Præconiorum inseri faciat per Notarium, qualiter talia bona tanto tempore fuerunt subhastata, & pro illis, vel nihil, vel minus iusto fuit inuentum, quia ex hoc omnis fraudis suspicio fraudis submouetur, *ex traditis per Dambander. in dicto suo Compend. seu Summul. c. 3. n. 33.*
6 Ego verò censeo nullatenus subhastationem requiri, si bona fide, & iusto pretio fiat locatio, cum quidquid sit de iure, de consuetudine in bonis Ciuitatum, seu minorum non requiratur subhastatio, *vt dixi in quæst. 27. num. 3.* Et ita concludo.

EPI-

## EPITOME.

Renunciatio beneficio auth. hoc nisi de solut. facta per pactum, An valeat, quando non reperitur emptor, vel non iustus subhastatis, & licitatis bonis.

Et prefertim quando facta fuit quam iuramento.

Et renunciatum omni legum auxilio.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficio Auth. hoc nisi, C. de solut. facta per pactum non valet.*

*Ratio est, quia pactum est turpe, & contra charitatem. num. 2.*

*Sed videas num. 7.*

*Sed contrarium data simplici promissione cum iuramento, non autem renunciatione. num. 3.*

*Maxime, quando debitori super est remedium cessionis bonorum num. 4.*

*Quod magis procedit quando renunciatio facta fuit cum iuramento, quod factum pracisè obligat. num. 5. & seqq.*

*Et præsertim quando est renunciatum omni legum auxilio.*

## QVÆSTIO XC.

DIscoptatum fuit in *quæst.* 26. An subhastationes necessariæ sint, vt debitor possit dare bona in solutum, & sic frui priuilegio *Auth. hoc nisi, C. de solut.*

Nunc autem quæro, An debitor, alicuius quantitatis pecuniarum, qui cum iuramento renuntiauit beneficio de dandis bonis in solutum sibi permissum per dictam *Auth. hoc nisi.* & omni legum auxilio, Non obstante renunciatione possit gaudere beneficio dictæ Authenticæ contradicentibus, & inuitis creditoribus, quando subhastatis, & licitatis eius bonis non reperitur emptor, vel non iustus.

2 Et concludendum videtur, per pactum renunciari non posse Authenticæ prædictæ ex sententia *Iacob. Beluis. in §. fin. col. fin. vers. tertio quæritur in Auth. de fideiuss.* quia pactum est turpe, & contra charitatem, & humanitatem, sequuntur *Alex. cons. 37. viso, & opportune discusso, col. 3. vers. Tertio videbitur lib. 2. Alciat. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta.* in simplici promissione cum iuramento non ante renunciatione, *Rota Bonon. per Benintend. dec. 28.*

3 Sed contrarium tenuit *Cyn. in dicta auth. hoc nisi.* quia
4 fauori suo quis renunciare potest, & maxime quando debitori superest remedium cessionis bonorum, sequuntur *Salye ibid. col. 1. vers. quærit Cyn. Dec. in dicta l. 2. §. mutui datio. in 2. lect. col. fin. vers. tertia est Conclusio, & Ripa ibidem sub num. 28. vers. cæterum, ff. si cert. peta.*
5 Et eo magis quando renunciatio facta est cum iuramēto, vt per Doctores supracitatos, quod præcisè obligat ad factum, *Balognett. in dicto §. mutui datio. sub num. 31. vers. prædicta tamen limitatio*, qui addit hoc præser-
6 tim procedere, quando fuit renunciatum omni legum auxilio.

Non obstat, quod dicitur per Beluis. & eos, qui eum sequuntur, nempe de turpitudine pacti, & hoc esse contra charitatem.

7 Quoniam respondetur satis videri, remanere videlicet huic debitori beneficium cessionis, quod de iure communi sibi competit ante dispositionem dictæ authenticæ, & ideo renunciatio facilius admittenda est, & maxime accedente iuramento, quo stante res redit ad ius commune, quo est prouisum; quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest.

Et quidem si ex parte debitoris consideratur turpitudo, æquitas maxima vltra rigorem concurrit ex parte creditoris, qui loco pecuniæ cogeretur recipere domum, vel fundum fortasse inutilem.

Concluditur itaque Authentic. prædictæ validè renunciari posse, prout, & fuit decisum in Consilio Neapolitano, vt testatur *Vincentius de Franch. decis. 81. sub num. 9. vers. Discussa hac causa.*

---

## EPITOME.

Bona subhastata non seruatis seruandis, quando restituenda sunt cum fraudibus, An debitor teneatur pecuniam debitam cum vsuris restituere etiam non requisitis.

Debitor data nullitate executionis, An audiatur, si actualiter non numeret totum debitum.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui bona subhastata non seruatis seruandis recuperat cum fructibus, tenetur pecuniam debitam cum legitimis vsuris restituere.*

2 *Debitor priusquam agat, debitum cum interesse offerre debet, etiam nisi apponatur.*

*Sed contra num. 3.*

4 *Debitor data nullitate executionis non auditur, nisi actualiter numeret totum debitum.*

*Intellige, vt dictum fuit supra num. 3.*

5 *Res cum addicta fuit creditori in pignus Prætorium, etiam post triginta annos debitor offerre poterit debitum cum expensis, & redditibus stante præsertim enormissima læsione.*

## QVAESTIO XCI.

1 DEbitor qui bona subhastata non seruatis seruandis alienata vna cum fructibus recuperat, An teneatur pecuniā debitam cum legitimis interesse creditori restituere, quæro? & respondetur debitorem ipsum teneri debitum soluere cum legitimis vsuris, seu interesse per *text. in l. vtere, & in l. si prædium, C. de præd. minor.* Cum hoc casu locum habere possit æquitas, *l. Curabit, C. de act. empt. vt decidit Osas. decis. 160. n. 16. post Franc. Marc. dec. 21. in fin. & Rebuff. de restit. art. 1. glos.*
2 *3. numer. 31. ab eo adductos*; Qui huic quæstioni aliam superaddit, An debitor priusquam agat debitum cum interesse debeat offerre, etiam si non opponatur?

Et prima faciæ dicendum videtur teneri offerre, *l. si cum militaribus in fin. C. de restit. milit. & videtur tex. in l. 1. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. & in l. Iulianus, §. offerri ff de act. empt. & alibi, vt per eum.*

3 Sed contrarium resoluit, illum scilicet audiri, si de pretio non soluto non opponatur, cum iura prædictæ ex communiori intelligentur parte opponente, ex notatis *per. Ias. in §. actionum num. 134. & seq. post Bart. Aog. Roma. & Rapha. Cuma per. eum citatos Dec. cons. 110. num. 1. & cons. 297. num. 2. Afflictus decis. 220. nu. 4. & 5. & ita declarabis scripta per Roland. cons. 32. num. 16 lib. 1. & per Surd. cons. 39. lib. 1.* cum voluerunt quod data nullitate executionis debitor non auditur, nisi actualiter numeret totum debitum; *l. fin. C. si aduers. fisc. dicta l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. & alios, vt ibi per*
5 *eundem Surd.* Quo casu etiam notandum est, quod cum res addicta fuit creditori in pignus Prætorium etiam post triginta annos, debitum poterit cum expensis, & red-

ditibus offerri, præsertim stante enormissima creditori læsione, ex notatis per *gloss. & communiter Doct. in l. cum notissimi, §. eodem iure in ver. opponere, C. de rescrip. 30. vel 40. ann. in fine.*

## EPITOME.

Fructus per creditorem percepti, quando superant interesse pecuniæ, pro qua addicta fuerunt bona debitoris, An, & quando extenuant sortem, & fiat compẽsatio annullatis subbastationibus.
Compensatio in quibus de iure concedatur.
Quid in pignore Prætorio.
Et quid in conuentionali.

### SVMMARIVM.

1 *Fructus per creditorem percepti, si superent interesse pecuniæ, pro qua addicta fuerunt bona debitoris, extenuant sortem, & creditor prædictus annullatis subbastationibus compensat pro concurrenti quantitate. & num. 3.*

*Extenditur fortius procedere, quando debitor extraiudicialiter creditori protestatus fuisset, vt ex tunc creditor haberet illam residuam quantitatem pro satisfactione sortis principalis, num. 4.*

*Contrarium habetur num. 6. & sequentibus.*

2 *Fructus in pignore prætorio ipso iure extenuant sortem.*

5 *Compensationis opposita exceptione per debitorem statim concurrentis quantitatis fit compẽsatio.*

6 *Creditor possidens bona debitoris iusto titulo præcedente fructus suos facit.*

7 *Non entium nullæ sunt qualitates.*

8 *Compensatio est quædam imaginaria solutio effectu saltem considerata.*

*Distinguit auctor in proposita quæst.*

9 *Fructus per creditorem percepti de bonis debitoris vbi extant in specie in illius potestate tempore, quo rationes calculantur, creditore recusante non calculantur.*

*Primo Ampliatur, etiam si debitor protestatus fuerit, vt illos pro soluto haberet, & vt ex eorum pretio sors principalis diminuatur, n. 10.*

*Secundo ampliatur locum habere non solum in pignore prætorio, sed etiam in pignore conuentionali. num. 12.*

11 *Compensatio de quantitate ad speciem non datur.*

13 *Fructus percepti ex re pignorata, quando sunt consumpti vel ad pecuniam redacti compensantur in sortem per creditorem.*

*Ratio assignatur, quia fructus prædicti non considerantur vt species, sed vt quantitas, & sortem diminuunt, quando iam sunt consumpti, vel ad pecuniam redacti num. 14.*

15 *Bona debitoris, quando sunt addicta creditori pro debito puta frumenti, olei, aut vini, & creditor ex eisdem bonis percepit aliàs his compensatio, quatenus debitor fuerit protestatus faciendam esse compensationem.*

*Fallit si versaretur in casu in quo ex natura contractus, vel ex legis dispositione vsuræ, vel interesse hinc inde deberentur, num. 16.*

## QVÆSTIO XCII.

1 RVrsus quæro, quid si fructus per creditorem percepti ex bonis subhastatis superent interesse pecuniæ, pro pro qua addicta fuerunt bona debitoris, an scilicet ij pro rata extenuent sortem, & videtur dicendum quod sic.

Quia cum Iudex profert sententiam annullationis ipsius subhastationis, mandare videtur creditorem à tempore acceptatæ possessionis iure pignoris bona debitoris possidere, non autem titulo venditionis, quoniam si hoc titulo possedisse diceremus, non vtique locum haberet tale quid pronunciare, & omni careret fundamento; & ideo cum instar pretij pignoris prætorij iudicetur, & in prætorio pignore fructus ipso iure extenuent sortem, vt in *l. Titia, ff. de solu.* creditor prædictus facta compensatione pro concurrenti quantitate cum interesse sibi debito, quod illi fructibus penes eum existentibus supererit vti sibi non debitis in sortem principalem computare debet ad impediendum cursum vsurarum, vt probatur in dicta *l. Titia*, ibi sed si forte vsurarum quoque rationem arbiter dotis recuperandæ habere debuerit, ita computandum, prout quoque ad mulierem peruenerit, non vt ex vniuersa summa decedat sed prius in eam quantitatem, quam vsurarum nomine mulierem consequi oportebat, quod non est iniquum.

4 Extende hoc fortius procedere, si extraiudicialiter credori protestatus fuisset, vt ex tunc creditor haberet illsa residuam quantitatem pro satisfactione sortis principalis, vt in fortioribus terminis tradidit *Marti. Nau, in tract. de vsur. quæst. 39.* & in proposito adducitur *tex. in l. cum alter ff. de compensa.* Vbi opposita exceptione compensationis per debitorem statim concurrentis quantitatis fit compensatio. Ergo idem dicendum in casu de quo agimus, concludi debet.

6 Verum in contrarium facit, quia cum creditor possideat bona debitoris iusto titulo præcedente fructus suos facit, iuxta, quæ traduntur per *Bar. in l. à Dino Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Bal. in l. si consentaneum, C. quómod. & quan Iudex*, nec ideo vlla debetur compensatio, cum creditor nullos fructos debitoris habeat, &
7 non entium nullæ sunt qualitates, *l. eius, qui in Prouincia, ff. si cert. peta. l. Nam etsi sub conditione, ff. de condi. instit.* Insuper quia si creditor teneretur compensare residuum fructuum debitoris in sortem, statim, quod illos percipit, vel consumit, vt iam exinde interesse alterius similis quantitatis cessaret, in sequenti anno efficeretur, vt creditor fructus per se retentos cum interes-
8 se restitueret; Etenim compensatio nil aliud est, quam quædam imaginaria solutio, effectu saltem considerato. *l. debitor. §. fin. ff. qui pot. in pign. habe. l. deducta, §. nummis. ff. ad Trebell. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. est tex in l. si debitor. qui pot. in pign. habe. Iosep. Ludouic. dec. Perus. 16. num. 9. par. 1.*

### *In hac quæstione distinguo tres Casus.*

9 Primus casus est, quando fructus percepti per creditorem de bonis debitoris extant in specie in illius potestate tempore quo rationes calculantur, & tunc etiam
10 si debitor antea protestatus fuerit, vt illos pro soluto haberet, & vt ex eorum pretio sors principalis diminuatur adhuc creditore recusante locus non fit compensationi, cum illos iure pignoris habere censeatur, *l. 3. C. in quib. caus. pign. & in l. si conuenerit, ff. de pign. act. & ibi*, Ergo si id nomen pecuniarum fuerit exactam pecuniam tecum pensabis, si vero corporis alicuius id
11 quod acceperis, erit tibi loco pignoris. Ex quo de quantitate ad speciem non datur compensatio, *l. diuortio, & ibi glos. & communiter Doct. ff. sol. matr.*

12 Ampliatur id locum habere non solum in pignore conuentionali secundum *Bar. in l. si cui, §. quæri poterit per illum tex. ff. de possess. lega Barbos. in d. l. diuortio, §. ob donationem num. 26. ff. solut. matrim.*

13 Se-

13 Secundus est casus, quando fructus percepti ex re pignorata sunt consumpti vel ad pecuniam redacti, quo
14 in casu loquuntur, *l. 1. & 2. C. de pign. act.* & tunc locus est compensationi, cum fructus prædicti non considerentur, vt species, sed vt quātitas, & fructus sortem principalem tunc diminuunt, quando iam sunt consumpti, vel ad pecuniam redacti, vt per *Bar. in l. neque scriptura num. 5. & in l. si propter, ff. de compensa.*

15 Tertius est casus, quando debitoris bona addicta sunt creditori pro debito, puta, frumenti, olei, aut vini, & creditor ex bonis debitoris percepisset alia his similes species, & tunc ipso iure fit compensatio, quatenus debitor fuerit protestatus faciendam esse compensationem, alias compensationi locus non erit, cum compensationis protestatio, & vbi primum proposita fit, debitum ipso iure extinguat, alias non, *ita Vinc. de Franc. decis. 53. num. 2.*

16 Fallit si versaremur in casu, in quo ex natura contractus, vel ex legis dispositione vsuræ, vel interesse hinc inde deberentur, *l. Cum alter, ff. de compensa. & l. si constat, C. eod.*

## EPITOME.

Subhastatio, & illius occasione datio in solutum, quando declaratur nulla, creditor potest incumbere rei, & pignori, donec integrum ei fuerit solutum debitum.

Etiam si res non fuisset hypothecata, sed tantum in solutum per Iudicem data.

Melioramenta per creditorem facta super re debitoris nulliter in solutum data cedunt beneficio creditoris.

Fructus percepti ex re nulliter data in solutum non restituuntur, quando secundum decretum fuit interpositum, & fit adiudicatio in executionem latæ sententiæ.

Adiudicatio facta partim ex vera, & partim ex falsa causa non reuocatur in totum, sed solum pro parte non vera.

Debitor à Iudice spoliatus, An & quando restituatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio, & illius occasione datio in solutum, quando nulla declaratur, creditor potest incumbere dicta rei, & pignori, donec integrum sit sibi solutum debitum, & fructus in sortem computare.*

2 *Ampliatur habere locum, etiam quod res non fuisset hypothecata, sed tantum per Iudicem in solutum data. num. 2.*

3 *Fructus compensantur in sortem per creditore, cum res data in solutum nulliter per debitorem auocatur.*

4 *Melioramenta considerantur facta in re data in solutum quamuis nulliter ad beneficium creditoris.*

5 *Fructus percepti ex re nulliter data in solutum non restituuntur, vbi decretum secundum interponitur, & fit adiudicatio in executionem sententia iam lata super credito certo contra debitorem.*

6 *Adiudicatio facta partim ex vera, & partim ex falsa causa non retractatur in totum, sed pro parte tantum non debita, quando debitum fuit authore Iudice liquidatum.*

7 *Adiudicatio quando facta est non seruatis seruandis, & sic nulliter, vel quia non rectè processum, debitor tamquam de facto spoliatus restituitur contra creditorem violentum possessorem; sed videas numer. seqq.*

*Creditor missus in possessionem bonorum debitoris authore Iudice non dicitur violentus possessor.*

*Sed est per Iudicem super illius exceptionibus terminandum. num. 9.*

10 *Debitor à Iudice spoliatus, siue Index procedat, vt priuatus, siue alio modo, ante omnia restituitur ex communi. Quin etiam manutenetur.*

## QVAESTIO XCIII.

IN casu nullitatis subhastationis, & dationis in solutum illius occasione facta, An creditor possit incumbere pignori, donec sibi integrum soluatur debitum, & fructus in sortem computare non leuis est difficultas.

1 In qua conclusiōe procedendo, respondeo affirmatiuè, quia licet subhastatio, & datio in solutum illius occasione facta nulla declaretur, vel annullentur, tamen ipse creditor statim dictæ rei, & pignori incumbere potest donec sibi vniuersum debitum soluatur, & fructus in sortem computare, *sic Bal. in cap. quoniam, §. sin autem num. 2. vt lit. non contest. & in l. fundus, qui l. Titij in lect. antiqu. ff. de rescind. vendi. per tex. & gl. ibi Negusan. de pign. 2. membr. 3. part. quæst. 10. Tiraqu. de retract. lignag. §. 23. glos. 2. num. 24. in fin. Gallesi. de form. Camer. oblig. quæst. 37. num. 32. Curt. Iun. de feud. part. 2. 6. quæst. princ. num. 14.*

2 quod procedit etiam, quod res non fuisset hipothecata, sed tantum per Iudicem in solum data, *Paul. de Castr. in l. petenti in fin. ff. de pign. act. Negus. in dicto Tract. 2. membr. 3. par.*

3 *princip. num. 43. Neuizan. cons. 77. num. 12.* Ac præsertim si facta opposiitione per creditorem, dum ratione nullitatis subhastationis, ac dationis in solutum petitur res cum fructibus, quod soluatur debitum certum, ac verum vna cum damnis, & interesse ipsius creditoris, quia per debitorem solui debent, seu alius cum fructibus debitis compensari, *Osasch. decis. 160. per totam, & præsertim sub num. 17. infra.* etiam quod datio in solutum esset in totum nulla, *vt Neuizan. cons. 77.*

4 *num. 24. & seq.* dicentem considerari debere melioramenta factam in re data in solutum, & quod si fructus sunt consumpti restitui non debeant, *ad tradit per Imol. in l. si fur, ff. de vsucap. & Neuizan. in præcitato cons. 77. num. 23.*

5 Quibus fit, quod regula stante in solutum dat ione nulla fructus in sortem computentur, & omnia bona restituantur, non procedat, vbi secundum decretum interponitur, & fit adiudicatio in executionem subhastationis facta, & sententia iam latæ super credito cer-

6 to aduersus debitorem, cum dicto casu etiam quod plus debito petitum esset, & in parte crediti petiti ex falsa causa adiudicatio facta in totum non retractatur adiudicatio ipsa, sed pro parte tantum non debita, *ita Bal. in l. sunt, & alia §. fin. ff. public. & vectig. Alex. cons. 147. num. 1. lib. 7. Ruyn. cons. 12. num. 4. & seq. lib. 4.* qui licet in casu suo contrarium sentiat, ideo accidit, quia non erat lata sententia condemnatoria debiti, sed declaratoria, actionem scilicet competere tantum, *vt ibidem per eum, facit Neuiz. dicto cons. 77. num. 7. & infra, & præclarè Bas. cons. 21. in 2. dub. lib. 2.*

7 Non obstat, si obijciatur, quod stante adiudicatione nulliter facta, quia non ritè fuerit processum, vel quia non seruatis seruandis, debitor ante omnia tamquam de facto spoliatus restitui debeat cōtra creditorem violentum possessorem, *glos. in can. in summa 3. quæst. 1. Hostien. in tit. de restit. spoliat. in §. quando faciendam*

princ.

*princ.Bal.conſ.357.lib.2.Aym.conſ.18.num.8. Caputaq. deciſ.186.par.3.Cæſ.de Graſſ.dec.1.nu. 4.de conſtitu.*

8 Nam reſpondetur, quod creditor, vbi miſſus eſt in tenutam bonorum debitoris authore Prætore, ſeu iudice cum cauſæ cognitione, & medio publici nuncij, non dicitur ob hoc poſſeſſor violentus, ſed ſolum quando creditor per ſe tenutam apprehendit, vel Iudex de facto & nulliter proceſſit abſque cognitione cauſæ, & non ſeruatis, ſeruandis, vel conſtito de debito, vel vt priuatus, quo caſu dicitur de facto aliquem ſpoliare, vt ſtatim illum reſtituere debeat. *Rota coram Sanctiſſ. deciſ.105.num.4.& 5. & 198. num. 2.* & propterea ſuper ilius exceptionibus cognoſcendum erit, vt per *Negusan.de pignor.2.membr.3.par.num.46. & 49.Put.deciſ. 18.de re iudic.latè Neuiz.dicto conſ.77. num.6.& ſeqq. & num.11.Mandoſ.ad Roman.conſ. 158.nu.6.in ver.Iudicem.* Etenim malè, & nulliter facit Iudex non ſeruando ordinem in exequendo, quo caſu non rectè procedere, ſed tanquam priuata perſona, dixit *Bal. in l.ſi ob cauſam,C.de euict.Surd.conſ.168. num.25.lib. 2.* Et ideo debitorem reſtituere debet ex prædictis; Quin etiam tunc non cenſetur quis priuatus poſſeſſione, ſed debet manuteneri. *Ang.in l.clam poſſidere, §.qui ad nundinas num.2.ff.de acqui. poſſeſſ. Rota coram R.P. D.Coccino in Fauentina de Paſſis 28.Ianuarij 1605.& coram R.P.D. Manzanedo in Bracaren. Beneficij 3. Iulij 1606. cum alijs per Rot.deciſ.630. num. 1. in fin. par.2.in recentior. Card.Seraphi.deciſ.1041.n.3.Pute.deciſ.409.in fin.lib.2. in nou.*

## EPITOME.

Reſcriptum mandans ex integro in cauſa procedi qualiter intelligatur, vbi ſubhaſtationes fuerunt nullæ.

Nullitas ſententiæ quando influat in alias, ita vt non poſſit deueniri ad aliquam executionem, deliberationem, & ſubhaſtationem.

Spolium eſt purgandum, ſiue procedat à Iudice, ſiue à Principe.

## SVMMARIVM.

1 *Verba reſcripti, ex integro procedat, qualiter intelligatur.*

2 *Nullitas ſententiæ quando influat in alias, ita vt non poſſit deueniri ad aliquam executionem, deliberationem, & ſubhaſtationem.*

*Neque incipi iudicium à nona ſubhaſtatione. num. 3.*

4 *Spolium quando opponitur, illud eſt purgandum, & ſuper illo eſt pronunciandum, etiam ſi procedat à Iudice, quo nulliter procedente datur actio ſpolij. & numer. 5. & 7.*

*Et etiam ſi quis ſpolietur à Principe. num. 6.*

8 *Iudex, quando nulliter proceſſit ad inſtantiam partis, dicitur ſpoliare, ſicut ipſa pars.*

*Et Iudicis ſpolium eſt notorium. num. 9.*

## QVÆSTIO XCIV.

STante nullitate ſubhaſtationum, fuit procuratum reſcriptum, quo conceditur, vt Iudex ex integro procedat: Ideo dubitatur, qualiter hoc verbum, ex integro, intelligatur, An vt nempè cauſa à principio denuo, ac inſolidum ſit cognoſcenda, non ſecus ac ſi antea nihil in ea factum eſſet. Vel quod ſimpliciter denuò inchoari debeat ab ipſa ſubhaſtatione.

1 Et quidem concludendum eſt, nouum iudicium in totum, & ex omnibus ſuis partis incipiendum eſſe, *per l.Nauis,ff.ad l.Rhod.de iact.l.locus,ff.de verb.oblig.l.in Prætor. §. exitus verſ. ſtipulatio, quæ accepta,ff.de his, quæ in fraud.credi.l.Diuus.ff. de Cuſto. reor.l.enim qui in ff.de vſufruct.Rebuff.in l.Sylua cædua,§.integra, col. 2. verſ.Decimo octauo, & verſ.Decimo nono, ff. de verb.ſig-*

2 *gnif.* Cum enim ſubhaſtationes ſint nullæ, & ſententia inde ſecuta, huiuſmodi nullitas influit in omnes actus ſubſequentes, & vitium in primo perſeuerat in alijs, ita quod ex illis deueniri nequaquam poſſit ad aliquam executionem, deliberationem, & ſubhaſtationem, licet eſſent plures ſententiæ, *Soc.Iun.conſ.41.num.17.& ſeqq. lib.2.poſt Ioann.Andr. in cap. quoniam contra.in fine de proba.Bal.in l.libert.C.de teſta.Fulg.conſ.73.Parerſ.col. 4.in princ.Dec.conſ. 475.in cauſa, quæ vertit.col.3.verſ. & breuiter conſiderandum n.13.vſque ad n.17.* Neq; in-

3 cipi poteſt à ſubhaſtatione, quia diminderetur cauſa contra mentem reſcribentis, qui committendo cauſam ex integro, voluit, quod denuo à principio, & inſolidum, ac in totum cognoſcatur non ſecus, ac ſi antea nihil factum eſſet, iuxta quod verba prædicta de iure intelliguntur *Rebuff. qui multis comprobat in l. Sylua cædua, §.integra col. 2. verſ.Decimo octauo, & Decimo nono.ff. de verb.ſignific.*

4 Quod magis firmandum eſſet, quatenus obijceretur de ſpolio, quia tunc pars audiri non deberet, niſi prius purgato ſpolio, atque ideo in primis pronunciandum eſſet ſuper iudicio reintegrationis ad poſſeſſionem nulliter, & male captam, & ſubhaſtatam, *l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l.Iul. de vi public.Rip.in l. naturaliter,§. nihil commune nu.26.ff.de acquir.poſſeſſ. Surd. conſ.28. num.29.lib.1.Menoch.de recuper. poſſeſſ. remed.1.num. 12.Pute.deciſ.138. num.1. lib.1. in nouiſſ.Honded.conſ. 18.num.32.lib.2.Ludou.deciſ.Peruſ.17.n.1. Rota deciſ.*

5 *365.num.9.par.1.in recentior.* Etiam quod illud acciderit ex facto Iudicis, cum etiam illo nulliter, ac iniuſte procedente detur actio ſpolij; *cap. ex inſinuatione de procur.Bar.l.cauſe poſſidet.ff.de acqu. poſſeſſ. Aym.conſ. 140.ſub num.2.& dixi in quæſtione præcedenti num.10. Rota deciſ.60.par.4.in Nouiſſimis Gipſij.* idem dicitur, ſi quis ſpolietur à Principe ſine cauſæ cognitione, *Afflic. deciſ.361.nu.24.& 35.Menocch.de recuper.poſſeſſ.rem.*

6 *8.n.3.Surd.conſil.168.n.26.lib.2.Rota in Mantuana bonorum 16.Dec.1611.impreſſ.inter recent,deciſ. 365. nu. 11.p.1.& cor.Sanctiſs.deciſ.85.num.2. & 3.p.2.recent. Decian.conſ.54.n.6.& 7.lib.4.Rol.conſ.6.nu.12. & ſeq. lib.2.Hond.conſ.82.n.25.lib.1.& conſ.21.n.2. lib.2.*

7 Quodque ſpolium quamuis iudiciale ante omnia ſit purgandum non minus, ac ſi fuiſſet commiſſum à priuato, *Dec.l.fin.n.35.C.de edict.Diu. Adr. tollen.Menoc. d.remed.8.n.19.Surd.conſ.168.n.26. lib.1. Caputaquen. dec.186.p.1.Rota dec.724.in fin.p.4.in recent.Rol.dicto conſ.6.n.12.& infra lib.2. Aym.conſ.140. n.2.* præſer-

8 tim quando Iudex proceſſit ad inſtantiam partis, quaſi tunc ipſamet pars ſpoliare videtur. *Dec. conſ. 125. in cauſa ſpoliationis mota num.3.Beninten. in deciſ. Bonon. 93.n.8.ſequitur Rota coram bon.mem. Vbaldo in Romana domus 24.Maij 1619.* & Iudicis ſpolium eſt nullum,

9 & notorium, prout eſſe debet, vt ſpoliatus à Iudice reſtituatur. *Rota coram Card. Romana de Bombellis 31. Maij 1616. quam multoties ſequuta eſt Rota coram Car. Caualerio in Nepeſina laudi 13.Februar. 1615. impreſſ. in recentior.deciſ. 646. n. 1. p. 2. late Gratian.diſceptat. for.lib.3.cap.524.n.26.*

## E P I T O M E.

Fructus rei subhastatæ decursi, an debeantur licitanti à die commissæ executionis, vel à die aresti lati.
Tempus quod detur in actione personali ad rem subhastatam tradendam.
Quid in reali.
Quid in mixta.
Quid in personali in rem scripta,
Et quid in criminali pecuniaria.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Fructus subhastatione durante, ac tempore redimendi perceptos debitor facit suos.*
2 *Licitans non potest pretendere fructus res licitatæ, nisi post tempus executionis petitæ ad rem tradendam elapsum.*
3 *Tempus quadrimestre datur in actione personali ad rem tradendam. & num. 5.*
4 *Agens ad speciem actione reali fructus non percipit, nisi post tempus elapsum executionis petitæ.*
*Idem procedit, si agatur personalis in rem scripta num. 6.*
*Et in actione quod metus causa, quæ pariter dicitur in rem scripto. num. 7.*
*Et datur tempus, sicut in reali, Iudicis arbitrio moderandum. num. 8.*
*Quid in actione mixto. num. 9.*
*In qua veniunt personales præstationes. num. 10.*
*Quid si agatur criminali actione pecuniaria. num. 11.*
*Et aliqui sunt condemnati ex delicto. num. 12.*

## Q V Æ S T I O XCV.

FRuctus rei subhastatæ decursi, An debeantur à die commissæ executionis, vel Aresti lati, Quæritur.

1 Questionem hanc tractat *Boer. decis. 45. num. 11. par. 1.* dicitque, quod ex quo in Curia Burdegalensi datur tempus ad rem ipsam redimendam, prout in hac Ciuitate Pisauri, & pluribus in locis ne dicam vbique, quo durante debitor possidet, & fructus interim perceptos facit suos, & illi ad fauorem licitantis non veniunt
2 nisi post tempus executionis petitæ ad rem tradendam elapsum, licet adiudicatio rerum subhastatarum plerumque descendat ex debito personali, in quo dari debet tempus quadrimestre. & ita origo actionis attendi debet. At quia per ipsam subhastationem res tradi, & restitui, regnari solet iuxta naturam realis *ad tex. in l. qui restituere, ff. de rei vendi.* ideo fructus non lucratur,
3 nisi dicto tempore elapso. Si vero agatur personali, & tunc habet tempus quadrimestre, *l. in fideicomis. in prin. ff. de vsur. & l. si cum exceptione, §. quod si homo, ff. quod met. caus. & cap. quærenti de offi. celeb.* Verum quia prædictis contrariari videtur secundum *Bar.* quod dicitur in dicto §. *quod si homo.* qua ratione aliqui dicebant, quod quando agitur ad speciem, incontinenti fieri potest executio, quod est contra, *l. in fideicommissi*, superius relatam, ea propter concludendum asserit, quãdo
4 agitur actione reali, & tunc seruandum est, quod supra fuit dictum.
5 Aut agitur actione personali, & habet tẽpus quadrimestre, *d. l. in fideicom. sequitur glo. in c. cũ apud 11. q. 3.*
6 Aut agitur personali in rẽ scripta, vel actione ad exibendum, quæ personalis est in rem scripta, *l. de eo. in fin. ff. ad exiben.* & tunc idem, quod in reali, *d. §. fi. in rem actum.*
7 Et idem etiam est in actione, quod metus causa, quæ pariter dicitur in rem scripta, *l. metum, §. fin. ff. quod met. caus.* Et in his casibus datur tempus, sicut in reali
8 Iudicis arbitrio moderandum, *dicta l. si cum exceptione,*
9 *§. quod si homo.* Si vero agatur actione mixta, vt petitione hæreditatis, tunc prout in ea venit vẽdicatio, & sapit
10 naturam realium. Si autem ea veniunt personales præstationes, sapit naturam personalium, *ex tex. l. hæreditatis, C. de peti. hæredi.*
11 Cæterum si agatur criminali actione, statim mandatur executioni, *cap. sicut 11. q. 1. l. cum reis, C. de pen. & Innoc. in dicto cap. quærenti de offic. delega: Bal. in dicta l. vlt. col. fin. vers. item do pro regula, cum cæteris per Alex. ibi in addit. de execut. re iudic. Barba. in cap. de cætero col. 5. vers. adde tamen, & ibi Felyn. col. 2. vers. tertius casus de re iudic.*
12 Et idem secundum *Bal.* si qui sint condemnati ex delicto pœna pecuniaria, cum quibus agendum non est misericorditer, sed rigidè, & velo leuato, quia reatus omnem miserationem excludit, *l. 1. C. vbi Sena. vel Cla.* Fallit quoque in alijs casibus, quos notat *glos. in dicto cap. cum apud* ponens pro dicta theorica versum. In personali post menses quatuor, in reali protinus est omnis sententia perficienda, & ita in criminalibus, sed casus excipe quinque. Confessus, Pregnans, iratus, infulsus, seruus, vt ibi. *& Boer. vbi supra, sequitur Asin. de execut. §. 6. cap. 30. per totum.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, & venditio quando rescinditur ex causa de præterito, An, & quando fructu per emptorem, vel licitantem sunt restituendi.
Quid quando venditio rescinditur voluntate emptoris.
Et quid quando procedit à voluntate venditoris.
Quid quando venditio contrahitur sub conditione, quæ impedit natiuitatem ipsius venditionis vel eam inficit.
Et quid etiam quando rescinditur occasione pacti legis commissoriæ, & illud conceptum est verbis directis, & obliquis, seu inflexis.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Venditio, & subhastatio quando rescinditur ex causa de præterito, quæ venditionis, & subhastationis tempore iam inerat, fructus ab emptore, vel licitatore percepti venditori sunt restituendi.*
2 *Emptor tenetur restituere fructus, quando venditio rescinditur ab enormem læsionem.*
3 *Fructus restituuntur, quando rescissio venditionis procedit à voluntate emptoris, ac licitantis, vel sunt in sortem compensandi. & num. seq.*
*Et contractus aliter factus est vsurarius, & illicitus. nu. 5.*
*Ratio adducitur num. seqq.*
6 *Rescissio contractus, quando procedit à venditore, cessat mutuum, & inest vera venditio, cum is, qui dat pecuniam, repetere non possit.*
*Et periculum rei emptæ transit in emptorem. num. 7.*
*Nec fructus compensantur, sed sunt ipsius venditoris. nu. 8.*
*Fallit, si rescissio causatur à tempore, quia tunc venditio cessat, & remanet mutuum cum pignore, cuius fructus si non restituantur, dicitur mutuum vsurarium. num. 9.*
10 *Rescissio contractus quando procedit à voluntate vendito-*

*ditoris, fructus non sunt restituendi, nec in sortem compensandi, quia hæc est vera venditio, & distat à mutuo.*

11 *Venditio quando contrahitur sub conditione, quæ impedit natiuitatem venditionis, conditione eueniente fructus venditori sunt restituendi.*

12 *Venditio quando contrahitur sub conditione, seu pacto, quo inficit venditionem iam ortam, & perfectam, fructus sunt emptoris, neque restituuntur, vel compensantur.*

13 *Venditio quando dissoluitur, vel rescinditur occasione pacti legis commissoriæ, vt quia emptor non impleuit id, ad quod se obligauit, fructus sunt restituendi venditoris.*

*Ampliatur, vt procedat ne dum si dictum pactum sit conceptum verbis directis, se etiam si sit conceptum verbis obliquis, & inflexis. numer. 14.*

15 *Pactum in venditione oppositum, quando dicatur verbis directis factum, vel etiam obliquis, & inflexis.*

## QVÆSTIO XCVI.

EGregia est dubitatio, quid resoluendum, quando venditio occasione subhastationis facta licitanti rescinditur, an fructus sint restituendi.

In qua quæstione constituo sex casus.

1 Primus est, quando venditio rescinditur ex causa de præterito, quæ venditionis, ac subhastationis tempore iam inerat, & tunc dicitur fructus ab emptore, seu licitante perceptos venditori fore restituendos, vt in actione redhibitoria, quando res vendita tempore venditionis erat vitiosa, & ideò rescinditur, *l. cum autem, §. cum redhiberetur. ff.* de ædili. *edict. Couar. var. resol. lib. 2. cap.* 9. sub *num. 1. vers. tandem his distinctionibus,* latè *Copin.*
2 *de fruct. lib. 4. tit. 1. cap. 14. num. 1. & seqq.* in rescissione, ob enormem læsionem, quod inquam emptor restituere teneatur fructus, quos percepit, *Bal. in l.* 2. sub *num. 3. vers. tertij dicunt, & ibid. Salyc.* sub *num. 5. vers. venio ad quæstionem, C. de rescindend. vend.* in specie, sic etiam tradit *Couar. var. resolut. lib. 2. cap.* 3. sub *num. 9. d. vers. est & aliud,* quamuis, vt ibidem praxis, contrarium receperit.

3 Secundus est, quandò rescissio venditionis à voluntate emptoris, seu licitantis procedit, quo casu fructus interim percepti non efficiuntur emptoris; sed restituendi sunt, vel in sortem imputandi, vel compensandi, ita *Abb. in cap. illo nos,* sub *num. 6. vers. quando apponitur pactum, & vers. Nam facio magnam vim, de pign. Ant. Burg. in cap. ad nostram,* sub *num. 33. vers. primus est, de empt. & vendi. Tiraq. de retract. Connent. §. 5. glos. 2.* sub *num. 3. versic. ex quibus,* vbi de communi testatur; quid dixerit *Couar. dicto lib. 3. cap. 9.* sub *num. 1.* qui tamen, *num. 3. vers. quarto est,* asserit maiorem subesse vsuræ suspicionem, si rescissio procedat ab emptore, cum retentionem fructuum, quam si procedat à venditore. Quodque, vbi facultas resoluendi contractum, seu redimendi rem venditam est collata in arbitrium emptoris offerentis meliorem conditionem, emptor rem cum fructibus restituat, quasi nil venditori imputari possit, cur contractum resoluat, tradit *Franc. Zoanet. in tract. de empt. & vendi.* sub *pact. de retrouend. num. 44. con-*
5 *cl. 2.* Et successiuè, si emptor aliter contraxerit, quod non teneatur restituere, seu compensare fructus, & contractus sit illicitus, & vsurarius, tenent *Dominic. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 3. concl. 1. & Ioan. Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 10. tit. de Censi. cap. 17. q. 4.* Et ratio ea assignatur, quia quemadmodum in rescissione procedente à venditore cessat mutuum, & inest vera venditio, cum is, qui dat pecuniam, eam repetere non possit, & sic est vera venditio,
*Sot. de iust. & iur. lib. 6. dict. q. 5. art. 3. conclus. 2. vers. at*
7 *verò cum emptor. col. 3.* Et periculum rei emptæ transit in emptorem, vt generaliter de contractu emptionis explicat latè *Molin. de iust. & iur. tom. 2. de contract. di-*
8 *sput. 366. per totam.* Et ideò fructus, non computantur in sortem; sed sunt ipsius emptoris, ita è conuersò dicendum, in resolutione causata ab emptore cessat ven-
9 ditio, & remanet mutuum cum pignore, cuius fructus nisi restituantur, dicitur mutuum vsurarium, vt inquit *Bal. in l. iusiurandum, col. 33. ad fin. ff. de iureiurand.*

10 Tertius est casus, quando rescissio venditionis contractæ procedit à voluntate venditoris, & debitoris, & tunc fructus non sunt restituendi, seu in sortem compensandi, quia hæc dicitur venditio vera, & licita, & distat à mutuo, quorum is, qui dat pecuniam, eam repetere non potest, *Sot. d. art. 3. conclus. 2. vers. at verò cum emptor,* & periculum rei emptæ transit in emptorem, iuxta quæ proximè dixi.

11 Quartus casus est, quando venditio contrahitur sub conditione, quæ impedit natiuitatem venditionis. Exempli gratia: vendo tibi fundum, nisi infra bimestre mihi offeratur melior conditio, & hoc casu conditione eueniente fructus venditori sunt restituendi, si *Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 9. n. 2.*

12 Quintus est casus, quod venditio fit sub conditione, seu pacto, quod inficit venditionem iam ortam, & perfectam, vt puta, vendo tibi hac lege, quod si alter meliorem offeret conditionem, res sit inempta, & hoc casu dicitur, quod fructus sunt emptoris, neque restituendi sunt, seu compensandi, vt habetur ex *Couarru. in loco præcitato.*

13 Sextus casus est, quando venditio rescinditur, seu dissoluitur occasione pacti legis Commissoriæ, vt quia emptor non impleuit, id ad quod se obligauit ex pacto, & isto casu concluditur, quod fructus restituendi sunt venditori, quia penes emptorem nil residere debet ex re, in qua fidem non impleuit, ad *tex. in l. lege fundo, ff. de leg. commiss. Copin. in tract.* de *fruct. lib. 4. tit. 1. cap. 13. num. 1. & 2. Andr. Tiraqu. de Retract. Conuenent. §. 5. glos. 2. numer. 3. & Didac. Couarr. var. resolut. dicto lib. 3. c. 9.* sub *n. 2.*

14 Ampliatur, vt procedat, ne dum si pactum legis Commissoriæ, sit conceptum verbis directis, quo casu dominium transfertur ipso iure in venditorem, sine alia retardatione, ideoque conditione adueniente agi potest rei vendicatione; sed etiam si sit conceptum verbis obliquis, seu inflexis, quo casu dominium non transit ipso iure; sed agitur actione ex vendito, vel prescriptis verbis ad contractus obseruantiam, quamuis etiam primo casu, quando dominium transfertur ipso iure,
15 venditor valeat agere, ex vendito ad retradendum, & verba dicuntur directa, quando est dictum, quod si emptor infra tale certum tempus non soluerit, vel melior conditio offeratur, res sit inempta, seu ab emptione recedatur. Et obliqua illa dicitur, quando est dictum, vt pretio non soluto res reuertatur ad venditorem, vt optimè per *Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæst. 7. princ. numer. 13. & in 13. quæst. numer. 2.* ex dictis in hoc sexto casu. Cum in vtroque casu militet eadem ratio, ita quod teneatur restituere fructus etiam perceptos post conditionis euentum, & pactum conceptum esset verbis, cum tunc ipso iure dominium transeat in venditorem.

H 2 Ept.

## E P I T O M E.

Fructus fructuum an, & quando peti possint occasione rescissionis subhastationis, ac venditionis disseritur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Fructus fructuum, interesse de interesse, ac vsura vsurarum non debetur.*
*Contrarium, num. seq.*
2 *Fructus, vbi sunt restituendi veniunt etiam fructus fructuum, & num. 4. 5.*
*Præsertim si petantur cum omni causa, num. 3.*
4 *Fructus conuersi in capitale pariunt alios fructus seu alia lucra, & interesse.*
6 *Præstationes annuæ, seu redditus, vbi debentur de per se principaliter, & non accessoriè ad capitale, quod vllo modo exigi potest, & sunt ipsamet sors, pro eis peti possunt fructus, ac interesse.*
7 *Fructus, & interesse, vbi petuntur non vt sors; sed vt interesse accessorium ad capitale, & vt fructus ipsius capitalis, non debentur fructus fructuum, nec vsuræ vsurarum, nec interesse de interesse.*

## Q V Æ S T I O XC.

Ex præcedentibus insurgit alia quæstio, an scilicet fructui fructuum debeantur occasione rescissionis subhastationis, ac venditionis.

1 Et negatiuè concludendum videtur, quod fructus fructuum, vel interesse de interesse siue vsuræ vsurarum nequaquam peti possint, aut debeantur, ita sanè senserunt *Alber. in l. Socium, qui in eo, ff. pro Soc. Dec. in cap. cum venerabilis, num. 61. de except. Cephal. consi. 85. à n. 7. vsque ad 10. Ruyn. cons. 55. numer. 15. & cons. seq. numer. 13. lib. 2. Peregr. cons. 100. à numer. 15. vsque ad 40. lib. 1.* vbi ait, id etiam procedere in dote, quæ est priuilegiata, & in *tract. de fideicommiss. art. 36.* sub *num. 9. in fin.* vbi de fructibus legitimæ, ex quibus non debentur fructus, *Afflict. decis. 291. Riminald. Iun. cons. 166. n. 15. lib. 2.* latè *Fab. de ann. cons. 48. per tot. lib. 1.* post *Gabr. Lup. Roger. Minado* & cæteros ab eo adductos, *Ludou. Morot. consil. 65. numer. 3. Giurb. ad Consuetud. Messane. cap. 4. num. 21. Straccha de Mercat. tit. de contract. Mercat. num. 4. Rebuff. in l. vnica, in glos. in vers. dupli.* sub *num. 2. versic. præterea interesse, & ibid. Bolognett num. 20. & 21. C. de senten. quæ pro eo, Lup. in l. curabit, §. 6.* sub *num. 20. versic. sed aduertendum,* ibi similiter dum, *C. de act. emptione Rota Gen. decision. 87. numer. 8. in fine & numer. 9. Rota diuers. decis. 315.* diu fuit, *num. 8. par. 2.*

2 In contrarium facit, quia vbi sunt restituendi fructus veniunt, etiam fructus fructuum, *glos. 1. in l. sed & partus ff. quod met. caus.* præsertim quando petitur aliquid cum omni causa, quo casu dicitur etiam peti partus partuum, & fructus fructuum, qui non venirent sub simplici appellatione fructuum, sine illis verbis, cum omni causa vt scribit *Alex. in l. cum fundus, in princ. & n. 1. ff. si cert. pet.* nec est nouum, quod fructus conuersi in capitale pariant alio fructus seu alia lucra, & interesse, & locorum montium multiplicationes passim fiunt, emendo ex fructibus alia loca montium, & sic deinceps, in infinitum conuertendo fructus in capitale, & hæres, seu alius, qui hanc conuersionem, & inuestituram facere tenetur, & non facit, tenetur ad interesse, *Rota diuer. decis. ante pen.* placuit, & latius *decis. vlt. 914.* fuit pro maiori *coram Orano 1585. Vener. 19. Nouembris, & 10. Decembris inter impress. Lugdun. 1612. in specie Franch. decision. 254. & Vin-*
3 *cent. de Anna sing. 261.* Quodque interesse alterius interesse debeatur, tam prima, quam secunda vice, quam alijs futuris vicibus, *Ruin. cons. 103. quamuis, num. 4. vers. sed tamen præmissis,* præsertim in *vers. non obstat lib. 1. & cons. 55.* sub *num. 20. vers. secundo etiam, lib. 2. Cagnol. in dicta leg. vnica,* sub *45. & 46. vers. nunquid. C. de sene. quæ pro eo, quod inter. & in dicta l. curabit, num. 69. C. de act. empt. Rota Gen.* in hoc sibi parum constans, *decis. 134. num. 2. in fin. & num. 4. Menoch. de arbitr. Iudi. casu 119.* sub *num. 31. & seqq. vers. dubitatur.*

Pro concordia dictarum opinionum constituo duos casus.

6 Primus est, quando agitur de annuis præstationibus, seu redditibus, qui debentur de per se principaliter, & nō accessoriè ad capitale, quod nullatenus exigi potest, ideò cū sit ipsa met sors, pro eo potest peti interesse, & fructus, quia non est interesse de interesse, nec fructus fructuū, sed solū interesse sortis, & ista præstatio annua est sors principalis, non autem fructus accessorij ad ipsam sortem *Rota coram R. P. D. Gypsio in Cesaraugusta. pensionis 15. Maij 1589.* post *Card. Paleott. decis. 336. impress. inter decis. diuer. 589. p. 3. lib. 3. Gratian. discepta. lib. 2. cap. 206. nu. 18. & 19. & cap. 240. nu. 37. eodem lib.*

7 Secundus est casus, quando fructus, & interesse petuntur, non vt sors; sed vt interesse accessorium ad capitale, & vt fructus ipsius capitalis tunc non debentur fructus fructuum, nec vsuræ vsurarum, nec interesse in specie, sic intelligit *dictam decis. Franch. 254. Fab. Ann. cons. 48. num. 17. ad 37. lib. 1.* vbi latè respondet omnibus contrarijs: habentur plura per *Milanen. decis. 8. nu. 360. & infra lib. 1.* prout ita se ipsum declarare visus est, *Franch. dicta. decis. 254. num. 9. & seq. & adden.* ibi ad eum *& Vrsill. ad Afflict. decis. 291. in fin.*

## E P I T O M E.

Fructus ex meliorationibus factis per creditorem vel licitantem in re licita; an & quando compensentur, cum melioribus ipsis.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Melioramenta à creditore, vel licitante facta in bonis licitatis in restitutione facienda occasione subhastationis, seu adiudicationis, nulla detrahuntur ad fauorem ipsius creditoris, & licitantis.*
2 *Fructus ex meliorationibus à bonæ fidei emptore percepti non debent cum melioramentis compensari.*
*Et de ratione ibid.*
3 *Licitator, & creditor, qui sunt in mala fide fructus à se perceptos non faciunt suos; sed cum meliorationibus debent compensari.*
*Sed quod imò licitator; siue sit bonæ fidei, vel malæ fidei, hoc est ante, vel post litem contestatam faciat fructus suos, & tantum restitui debeat fructus, quos post litem contestatam ex re empta percepit, & ita compensationem meliorationum solum cum fructibus ipsius rei, iuxta antiquum statum faciendum esse ostenditur num. 4.*

## Q V Æ S T I O XCVIII.

1 In restitutione bonorum facienda per licitantes, vel creditores ex causa subhastationis nulliter factæ habenda est ratio melioramentorum ad fauorem ipsorū licitantium, & creditorum, vt per *Neutz. cons. 77. n. 23. & seqq. vsque in fin. Bursat. cons. 73. nu. 26. & 30. lib. 1. Grat. discept. lib. 3. c. 706. n. 17.* vt & damnorum, & interesse, vt ibidem: Et ideo quando licitator, vel creditor fuit condemnatus ad restitutionem rei nulliter subhastatæ

hastatæ vna cum fructibus: Quæritur, an iste licitator, seu creditor teneatur meliorationes cum fructibus perceptis ex ipsa re compensare, seu computare.

Qua in quæstione sunt, qui distinguendo, hanc controuersiam dirimere conantur.

Nam dicunt, quod iste licitator, & emptor, aut fuit bonæ fidei, vel malæ fidei.

2 Primò casu fructus ex meliorationibus percepti à bonæ fidei emptore non debent cum ipsis meliorationibus compensari. Et ratio adducitur, quia iniquum existimatur, vt quis fructus ex propria industria, labore, ac melioramentis quæsitos computet, & compēset in eo, quod sibi ex dictis melioramentis est soluendum, ex quo meliorationes iure proprio, & fructus iure dominij, & non solius possessionis, ad meliorantem spectant, ex notatis præcipuè per *Afflict. dec. 87. n. 7. Surd. decis. 282. n. 20. & decis. 294. n. 11. Garz. de expen. & melior. cap. 23. n. 54. Moder. Gall. in Consuet. Parisien. §. 22. nu. 49. Conar. var. resol. lib. 1. c. 8. nu. 4. Aluar. Baez. de iur. emphit. q. 25. n. 6.* vbi sic iudicatum testatur, & ego ipse in *tr. de Euict. q. 153. n. 24.*

3 Secundo casu quando licitator, & emptor fuit in mala fide emendo, vel meliorando in tempore, quo fuit in mala fide, hoc est à tempore litis contestationis, vel interpellationis iudicialis, *ad l. quæsitum, §. cum homo, ff. de leg. 1.* fructus à se perceptos non facit suos, & per consequens cum meliorationibus computare, & compensare debet, *Accurs. in l. Certum in verbo potuerunt, ff. de rei vend. quem eodem loco sequuntur Aug. & Fulg. Rom. sing. 333. & est glos. in l. quod si artificem ver. compensari, eodem de re iudic.*

4 Verum, & melius *Ioan. Garz. de expens. & meliorat. dicto cap. 22. nu. 54. in fi. recedens ab opin. Conar.* & cæterorum, dixit in hac difficultate, duplex tempus considerandum esse, bonæ scilicet, & malæ fidei, & sic ante, vel post litem contestatam, & quod temporis vtriusq; tam bonæ, quam malæ fidei emptor fructus præcipuos suarum meliorationum habeat, ac pariter fructus ipsius rei ante litem contestatam & eos solum restituere debet, quos post litem contestatam ex re empta percepit, atq; ita compensationem melioramentorū faciendam esse tantum cum fructibus ipsius rei secundum antiquum statum, quos etiam aliàs lite non contestata suos faciebat, & cum hac sententia transeo, cum æquum non sit alterum cum alterius iactura locupletari, *l. Nam hoc natura, ff. de condi. indebi. cum simil.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, adiudicatio, seu in solutum datio debitoris negligentia si non fuit secuta, creditori debentur fructus bonorum adiudicandorum.

Prout & debentur emptori, cui res vendita non fuit tradita.

Vel fuit facta venditio pro pretio declarando.

Et pariter creditori non facta æstimatione.

Et quid quando per dolum fundus fuit pluris æstimatus.

### S V M M A R I V M.

1 *Datio in solutum venditionis naturam sortitur.*

2 *Emptori debentur fructus bonorum emptorum, si ei non fiat traditio.*

3 *Subhastatio, & adiudicatio, vel datio in solutum si debitoris negligentia non fuit secuta, fructus bonorum adiudicandorum licitanti, seu creditori debentur.*

4 *Creditor non secuta æstimatione facit fructus suos.*

5 *Emptor, cui res vendita fuit pro pretio declarando, facit fructus suos, etiam antequam illud declaretur.*

*Ratio assignatur, num. 6.*

7 *Adiudicatio si facienda est pro iusto pretio, æstimatio dicitur certa, & à lege facta.*

8 *Debitor, qui per dolum pluris æstimatum fundum dedit, non liberatur, nisi id, quod deest, repleatur.*

9 *Dolus omninò puniendus est, etiam si illi qui eum, admisit damnosus futurus sit.*

## Q V Æ S T I O XCIX.

1 Dubitatio est, quid quando culpa, & negligentia debitoris, subhastatio adiudicatio, seu datio in solutum non fuit secuta, quæ naturam, venditionis sortiuntur, *l. eleganter, & ibi Bar. Bal. & Castr. ff. de pign. act. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 1.* An debean-
2 tur creditori fructus bonorum adiudicandorum, sicut, & emptori debentur, cui non fit rei conditio, *ad l. Curabit, C. de act. empt. vbi scribentes, & præsertim Cagnol. n.*
3 *37. & seq. Natt. cons. 384. n. 12.* & concluditur quod sic.
4 Quia licet æstimatio procedre debeat subhastationem secundum plures, quos adduxi in *q. 18. per tot.* pro-
5 ut & bonorum assignationem, tamen ea non secuta, creditor facit fructus suos, prout facit emptor, cui res vendita fuit pro pretio declarando, etiam antequam illud declaretur, *Ioan. de Anan. cons. 19. num. 13. & seq. & ibid. Bolognin. numer. 21. Thesaur. decis. 288. & Card. Mantic. de Tacit. & Ambigu. conuen. lib. 4. tit. 19. nu. 44.*
6 Ratio assignatur, quia fructus debentur ex mera æquitate, ne quis pretio rei, & fructibus careat, *dicta l. Cura-*
7 *bit, vbi Cagnol. num. 31.* & eo magis, cum adiudicatio facienda esset iusto pretio, atque ita dicebatur æstimatio certa, & à lege facta, *Socin. cons. 60. n. 1. lib. 3.*
8 Sed quæritur, quid in debitore, qui per dolum pluris æstimatum fundum dedit; Respondetur equidem, eum non liberari, nisi id, quod deest, repleatur, *l. si quis aliam*
9 *§. vlt. ff. de solut.* Nam dolus puniendus omninò est, etiam si ipsi, qui eum admisit, damnosus futurus erit, *l. procurator, §. 1. ff. de dol. mal. except.*

## E P I T O M E.

Fructus bonorum post Iudicis adiudicationem, An spectent ad creditorem, & emptorem appellatione ab extimatione pendente.

Emptor, qui percipit fructus conditione pendente, An faciat fructus suos conditione deficiente.

Appellatione pendente à sententia extimatorum, An, & quando suspendatur, seu extinguatur iudicatum.

### S V M M A R I V M.

1 *Fructus bonorum post Iudicis adiudicationem ad creditorem, seu emptorem spectant, cum sententia, seu Decretum superueniens dominium in eum transferant.*

2 *Fructus rei vendita perfecta venditione ad emptorem pertinent.*

3 *Fructus post litem contestatam percepti ex re, quæ in iudicio petitur, si feratur sententia pro Actore, ad eum spectant.*

4 *Possidens fundum fructibus plenum fundum possidet, licet valeat plus fundus ob fructus pendentes.*

5 *Fructus pendente æstimatione, seu appellatione ab*



æsti-

*æstimationibus medio tempore percepti pertinent ad possessorem, non autem ad Actorem, cui interim bona fuerunt adiudicata.*

*Sed videas infra, & in specie, num. 18.*

6 *Fructus tempore sententiæ extantes pars prædij sunt.*

7 *Fructum pendentium pendente iudicio non transfertur dominium, sic nec de fundo, in quo pendent.*

8 *Emptor, si percepit fructus pendente conditione, non facit eos suos conditione deficiente.*

*Limitatur procedere, nisi in casu deficientis conditionis ipse emptor perdat pretium datum, & cedat lucro venditoris, nu. 9.*

10 *Emptor soluens partem pretij pro rata facit fructus suos.*

11 *Rei, seu fundus est pretiosior, & plus valet ratione fructuum.*

12 *Succedens alteri pro rata temporis fructus habere debet.*

13 *Appellatio datur à sententia peritorum, & extimatorum, & ea pendente suspenditur iudicatum.*

*Declaratur appellation m su pendere quidem sententiam futuro euentu considerato, secus si præsens status consideretur, quia extinguit, n. 14.*

*Limita non procedere cum agitur de ligamine animæ, quia tunc non extinguit, neque suspendit, n. 15.*

16 *Sententia absolutoria, quando lata est à iuramento, & excommunicatione, & appellatur, non obstante appellatione, & exceptione periurij opposita potest in causa procedi.*

17 *Ablatiui absoluti inducunt conditionem.*

## QVÆSTIO C.

PRæcedenti succedit quæstio, An appellatione pendente ab extimationibus fructus medio tempore percæpti ad possessorem, vel ad creditorem, & licitantem, cui interim fuerunt bona adiudicata, pertineant.

Hanc quæstionem decidit, *Afflict. in decis.* 188. qui
1 arguit pro vtraque parte; Et ait, quod pro parte actoris
dicebatur fructos prædictos sibi deberi post adiudicationem, cum sententia, seu decretum superueniens dominium in eum transferat, *l. 3. C. de iur. domin. impetran. & l. ordo, C. de execut. rei iudic. Rota in Bononien. de Paunolinis 16. Ianuary. 1617. coram Manzaned.* prout quo-
2 que dici solet, perfecta venditione fructus rei venditæ
ad emptorem pertinere, *l. si uctus, & ibi notat Bal. C. de act. empt. & traditur in l. fin. vbi Doct. ff. de iur. fisc.* & pa-
3 riter etiam fructus post litem contestatam ex re, quæ
petitur in iudicio, si feratur sententia pro actore, ad ipsum actorem spectare, *l. si fundus, §. in venditione, vers. interdum, ff. de pign. & facit tex. in l. fin. §. fructus, ff. quæ*
4 *in frand. credi.* Vbi si quis fundum fructibus plenum
possideat, licet huiusmodi fructus pendentes pretium augeant ipsius fundi, adhuc possidere dicitur.

5 Pro contraria parte adducitur, quod antequam fiat
æstimatio, dominium in agentem translatum non intelligitur, secundum *Bar. in l. Iulianus col 7. ff. de condict. indebi. & in l. Papinianus, §. si iussu, ff. de acqui. possess. & in l. executio, ff. de except. rei iudic. & in l. sunt, & aliæ, §. ait Prætor, ff. de public. in dicta l. ordo, & in dicta l. 3. C. de*
6 *iur. domin. impetran.* Nam fructus extantes tempore
sententiæ pars prædij sunt, *l. fructus pendentes ff. de rei vendic. & l. in lege falcidia placuit, ff. ad l. falc.* Et idcirco,
7 sicut fundi dominium translatum non dicitur, idem
8 quoque, & de fructibus pendentibus dicendum est. Et
magis in terminis, quod emptor, si percipit fructus pendente conditione, non faciat suos deficiente conditione, est *tex. in l. necessario, §. quod si pendente, ff. de pen. &*
9 *commod. rei vendi.* quod limitatur esse verum, nisi in
casu deficientis conditionis ipse emptor amittat pretium datum, & cedat lucro venditoris, hos enim in recompensationem amissi pretij emptor debet fructus lucrari, *iuxta l. 4. §. sed quod ait, ff. de leg. commiss. Roma.*
10 *sing. 144.* Fructus percepti, & quatenus emptor partem
pretij soluerit, pro rata pretij fructus ipsos facit suos, *ad l. si stu as, §. qui fundum, ff. de contraben. empt. Curnel. cons. 150. viso tenore per totum libr. 4. Alexand. consil. 121. viso themate libr. 4. Socin. consil. 170. in præsenti numer. 13. lib. 2. Cagnol. latè in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendi Vrsill. ad Afflict. dicta decis. 188. sub num. 4. qui ex*
11 *Tiraq.* inquit, quod res est preciosior, & plus valet ratio-
ne fructuum, ac insuper, quod pro rata temporis; quando quis alteri succedit, fructus pensionis habere debet, adducit *Ias. in l. filiusfamil. §. cum fundum, ff. de ver. obli. & in l. cum filiofam. in fin. ff. de leg. 1.*

13 Addit etiam vbi supra *Afflict. numer. 4.* pro parte
rei fuisse dictum, quod à facta æstimatione fuit appellatum, quod licuit, quoniam a sententia expertorum licet appellare, secundum *Bart. Bald. & Angel. in l. arbitro, ff. qui satisda. cogan.* quæ appellatio suspendit iudicatum, *l. in fin. ff. ad Turpill. cum alijs citatis.*

14 Cæterum id declarat *Gram. cons. ciuil. 118. & Ca-*
*pyc. decis. 202.* nempe procedere futuro euentu considerato; Secus si præsens status consideretur, quia tunc extinguit ex *dicta l. 1. in fin. ff. ad Turpill. sic Ang. quem refert, ac sequitur Felyn. in rubr. de appellat.* qui limitat
15 prædicta non habere locum, cùm agitur de ligamine
animæ, quia tunc non extinguit, neque suspendit, ex doctrina eiusdem *Ang. in l. furti, ff. de his, qui not. infam.* per quam multoties obtinuisse dixit *Vrsill. ad dictam in dec.*
16 *168. n. 6.* quod quando lata est sententia absolutoria à
iuramento, & excommunicatione, & appellatur, quod non obstante appellatione, & exceptione periurij opposita, quod potest in ipsa causa procedi ex *Curt. consil. 23.* ego quoque *col. fin.*

Alia etiam ratio adducebatur pro ipso reo, videlicet, decretum, vel sententia dominium in creditorem sub
17 conditio transferre, hoc est facta extimatione, & pre-
tio, qui ablatiui absoluti inducunt conditionem, *l. à testatore, ff. de cond. & demonst. l. ab emptione, ff. de pact. l. cunctis, ff. de euict.* & ea propter non facta æstimatione, & prætio dominium bonorum remanet penes conuentum, & ita fructus ipsorum bonorum sunt ipsius Rei conuenti, & quatenus ab actore percipiantur ante factam æstimationem, & pretium sortem principalem extinguent per *not. in l. à Diu. Pio, §. si pignora, ff. deinde.*

Dicit tamdem *Afflict. num. 6.* per totum Consilium fuisse votatum, quod si in causa appellationis à relatione extimatorum reuisores ipsius appretij æstimationem augent, vel illam confirmant, fructus pendentes à die primæ extimationis, vel pretij constituti erunt ipsius actoris, secundum *Ioan. Andr. & Abba sicul. in cap. fin. de sequestr. possess. & fruct.* ex quo appellatio à dicta æstimatione, vel pretio ipsorum Reorum non debet esse vinculum iniquitatis, sed innocentiæ præsidium, *vt in cap. cum speciali, § porrò, & cap. consuluit il 2. extra de appell.* At secus si illi reuisores pronuntiauerint male dicta bona fuisse extimata, vt quia sunt maioris pretij, & æstimationis, quoniam eo casu ipsi conuenti possessores, qui appellarunt, fructus suos faciant, cum iuste appellauerint, & talis appellatio iuste illam extimationem, & relationem suspenderit, *cap. pastoralis, §. verum extra de appella. & cap. venientes de iureiur.* Et ideo interim fructus huiusmodi sequestrari possunt, si fortasse de dilapidatione sit dubium, vt dicitur in *dicto cap. fin. extra de sequestr. possess. & fruct.* inquit tamen, quod in illo casu fructus non fuerunt sequestrati, quia actor, & Rei conuenti erant personæ diuites, & non aderat timor dilapidationis.

Qua-

Quare, vt videmus, decisio huius quæstionis pendi ex relaxatione ipsorum Reuisorum, vt ex supradictis patet, ac refert *Asin. de execut. §.7. cap.208. per totum*.

18 Verius tamen sentio, quod in adiucatione facta cum conditione iuxta æstimationem faciendam per peritos, fructus pendentes pro rata pretij emptori, seu creditori debere non obstante illa regula, quod videlicet conditio nil ponat in esse; quia in contrarium vrget alia regula, ne quis re, & pretio fruatur, & etiam quia talis adiudicatio iuxta æstimationem facienda, ab initio perfecta, cum censeatur facta arbitrio boni viri, cuius arbitrij quantitas, de iure est vera, licet solum per æstimatorem restet declaranda, vt decisum fuit *in Bononien. de Pannolinis 27. Ianuarij 1617. coram Manzanedo*, vbi fuit dictum hanc opinionem esse veriorem, quidquid dicant alij contrarium tenentes.

## E P I T O M E,

Mora in subhastatione, An purgari possit,

Et An, & quando huiusmodi moræ purgatio admittatur post factam executionem, siue à lege siue ad homine.

An sola executio sufficiat, vt mora non purgetur.

Clausula Cameralis non impedit purgationem moræ.

Prout neque iuramentum obstat facultati purgandi moram.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Mora purgari potest in subhastatione,*

*Et qualiter loquantur iura, quæ in contrarium solent, num.6.*

*Quæ sententia magis procedit, si ageretur de purgatione moræ breuis temporis, iuxta Iudicis arbitrium, num.14.*

2 *Purgatio moræ non admittitur post factam executionem, & num.seq. & maximè, n.11. & seqq.*

*Primò ampliatur, siue executio facta sit à lege, siue ab homine, n.3.6. & 8.*

*Secundò ampliatur, etiam si solutio esset erronea, cum post eam nulli competat defensio, n.7. post translationem dominij, n.seq.*

*Fallit, si translata esset obligatio, absque dominio, num.9.*

4 *Mora purgari potest post condemnationem.*

10 *Executio quando facta censeatur ante declarationem, remissiuè.*

11 *Executio solum sufficit ad effectum, vt mora non purgetur.*

*Primò declaratur non procedere, quando debitor fuit in culpa, & impedimentum præstitit, n.13.*

*Secundò declaratur, quando adest mora geminata, quæ tollit purgationem, n.13.*

15 *Obligatio Cameralis non impedit purgationem moræ, cum per eam non censeatur renunciatum facultati purgandi moram.*

*Et hæc sententia tenenda est tanquam approbata à Rota, & contraria sit contra æquitatem, n.17.*

*Quidquid aliqui contrarium senserint, n.16.*

18 *Iuramentum non obstat facultati purgandi moram.*

## Q V Æ S T I O CI.

1 OMissum quando aliquid fuit in subhastatione, an mora purgari possit, sæpè dubitari solet.
Et pro affirmatiua concluditur.
2 Quia licèt purgatio moræ non admittatur post factam executionem, *Bar. in l. si insulam, num.19. & ibid. Alex. num.32. Rip. num.38. & Crot. num.61. ff. de verb. oblig. Caputaqu. decis.234. lib.2. Rota per Card. Seraph. decis.1150. num.3. & coram Card. Pamphilio Seniore in Romana deuolutionis 26. Maij 1599. & coram Card. Plato in Viterbien. seu Romana fideiussionis ac repræsentando 22. Iunij 1587.* quod procedit, siue executio fiat
3 à lege, siue ab homine, *Tiraq. in l. si vnquam in ver. reuertatur, num.310. C. de reuocan. donat. Natt. cons.364. in fin. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.47. num.21. & ibi per addent. num.16. Dec. cons.452. num.16. & in l. qui sine dolo malo, in fin. ff. de reg. iur. Roman. cons.103. nu.4. Corn. cons.16. col.3. lib.2. Grat. cons.94. num.62. libr.1. Corbul. de caus. priua. ob non sol. Canon. limit.41. num.17. Mancin. de iurament. par.4. effect.4. num.24. Bertazol. in l. si quis maior, num.661. & 691. cum seq. C. de transact.*
4 Ea tamen purgari potest post condemnationem, vt per *Cumi. super rit. Magna Cur. cap.65. num.13. Farin. in tit. de Carcer. & Carcera. quæst.34. num.136.* & exe-
5 cutio tunc dicitur facta, quando fuit perfecta: Ideircò, si fuerit processum ad subhastationem, dabitur moræ, antequam sit secuta deliberatio, vt in specie concluditur *Rota coram R. P. D. Coccino in Romana fideiussionis de repræsentando 3. Iulij 1617.* vbi quod in istis terminis loquitur *Bar. in dicta l. si insulam, & ibi Ias. num.3. & Ioann. Bologuett. num.213. vsque ad num.217. ff. de verb. oblig. iuxta l. si id cui,* vbi *Bart. num.2. & 3. ff. de leg. 2. & l. qui ob rem,* vbi etiam *Bar. & Ias. num.3. ff. de con-*
6 *dict. indebi.* quæ iura loquuntur, quando executio fit à lege ipso iure per dominij translationem, vel ab homi-
7 ne per rei traditionem, aut solutionem: Non enim post illam locum habet purgatio moræ, etiam quod solutio esset erronea, cum post eam nulla competat defensio, *l. iam tamen in princ. & l. si ex duobus, ff. iudic. solu.* & notat *Bal. in l. qui ob rem, ff. de condict. indebi.* vbi ait,
8 quòd ille *tex.* est magistralis in materia purgationis
9 moræ non admittendæ post factam executionem, & translationem dominij ipso iure, licèt secus, si translata esset obligatio absque dominio, *Dyn. in l. si seruum, §.*
10 *sequitur, ff. de verb. oblig.* & plura, quando executio facta censeatur etiam ante declarationem, *Bertazol. in dicta l. si quis maior, n.691. & infra.*
11 Benè verum est, quòd *Rota in dicta Romana deuolutionis 26. Maij 1599. coram Card. Pamphilo*, decidit executionem solum sufficere ad effectum, vt mora non purgetur, absque eo, quod non sit deuentum ad deliberationem.
12 Nihilominus, hoc ideò ibi fuisse decisum cernitur, quoniam executio, non habuit effectum ob culpam debitoris, qui plura præstitit impedimenta, vt procedi non posset ad vlteriora, ideò non mirum, si in casu illo vti singulari, fuit exclusa moræ purgatio, ne debitor ex culpa sua consequeretur beneficium, quod erat ei negandum tanquam indigno ob præstita impedimenta, prout in specie, ita respondit *Rota in Romana fideiussionis de repræsentando 3. Iulij 1617. coram R.P.D. Cocci-*
13 *no* vbi prætereà additur, quod in casu illo aderat mora geminata, quæ tollit purgationem moræ, *l. cum tutelitiæ, §. de illo, ff. de act. & oblig. Roma. cons.352.* sub *num.8. vers. quarto considero,* vbi *Mandos. in ver. purgation. Tib. Decia. cons.11. num.10. lib.1. Marsil. in l.1. §. quæstioni. num.10. ff. de quæst. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 58. num.3. & ibid. adden.* sub *num.3.* quid de magis communi testatur, *Mancin. in simil. tract. de iurament. par.4. effect.13. num.53. Capyc. decision.19. numer.4. Gabr. de*

tran-

*transact. conclus. 1. num.22.*

14 Et hæc opinio magis admittenda esset, si ageretur de purgatione moræ breuis temporis, & istud breue tempus, quale sit ad hunc effectum, relinquitur arbitrio Iudicis, *Bar. in dicta l. si Insulam, num.3.* vbi *Aug. in repetit. num. 50. Rip. numer.35. Alciat. num.15. ff. de verb. oblig. Ias. in §. in bonæ fidei. nu.82. Instit. de act. & in l.2. num.84. in fin. C. de iur. emphit. Dec. in auth. qui rem, nu. 9. C. de Sacr. sanct. Eccles. Paris. cons 108. num.44. lib.1. Tiraq. in l. si vnquam in ver. omnia, vel partem, num.11. C. de reuoca. dona. Clar. in §. emphiteusis, quæst.8. in fin.*

15 *Menoch. de arbitr. Iudi. casu 7. num.13.* non obstante etiam obligatione in forma Cameræ, cum per talem clausulam renunciatum non censeatur facultati purgandi moram, *Cephal. cons.25. à num.37. vsque ad 53.* quem sequitur *Rota in dicta Romana fideiussionis de re-*

16 *præsentanda 3. Iulij 1617.* quidquid in contrarium asseruerint, *Dec. cons.452. vita instructione, sub nume.19. Afflict. decis.174. num.4. Gozad. cons.57. num.19. Curt. Iun. in dicta l. si insulam, num.57. & ibi Crot. ff. de verb. oblig. Seraph. in dicto tract. de priuileg. iura. priuileg.47. nu.30. & ibi per adden. nu.32. Mancin. de iuram. part.4. effect.13. n.36. Bursat. cons.84. nu.6. lib.1. Magon. decis. Lucen.35. nu.4.*

17 Cum opinio, de qua supra, tenenda sit tanquam à Rota approbata, & contraria sit contra æquitatem, vt aduertit *Vrsill. ad Afflict. dicta decis.174. num. 1. subiungens ibid.* quod iuramentum non obstabit facultati purgandi moram, *Seraph. dicto priuileg.47. nu.8. & 31.* & ibi latè *Martin. in addit. nu.6. Gutier. de iuram. confirmatorio, par.3. cap.17. nu.5. Clar. in §. emphiteusis, q.8. in fin. Mancin. de iuram. par.4. effect.13. nu.4. Ias. in dicta l. si quis maior, col. pen. & ibi Bertaz nu.664. Ant. Paolill. n.25. & Ioseph. Ludo. dec. Perus.90. num.4.* Et ita tenendum.

---

## E P I T O M E.

Cauendum esse à subhastationum nullitate denuo probatur.

Excessus ad effectum nullitatis subhastationum quando attendatur.

Pactum resolutiuum vbi non est in contractu venditionis, An agatur ad rescissionem, vel subhastationem.

Quando per rei subhastationem inferatur ad translationem dominij.

Appellatio à secundo, vel tertio incantu, An ad beneficium debitoris suspendat cursum mensis, vel anni ad recuperandum.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Ex subhastatione nulla nullum ius quæritur.*

2 *Decretum excessiuum etiam in minimo est nullum.*

*Vel etiam ex vera partim causa, & partim falsa. num.3.*

4 *Subhastationes, ac deliberationes subsecutæ à radice infecta sunt nullæ.*

5 *Excessus ad effectum nullitatis non attenditur, nisi quando est in sententia, vel mandato, licet secus, quando est in ipsa executione.*

6 *Subhastatio rei propriæ non valet, si adhuc proprietas eius retinetur.*

*Licet ius redimendi rem subhastari possit. n.7.*

8 *Pactum resolutiuum vbi non est in contractu venditionis, solum agi potest ad rescissionem, non autem ad subhastationem.*

9 *Per subhastationem rei non infertur ad translationem dominij in necessarium antecedens, nisi adsit expressus consensus.*

10 *Subhastationis executio nulla est, quæ facta fuit non seruata forma statuti.*

11 *Statuta de vendendis rebus captis pro executione rei iudicatæ ad vnguem seruanda sunt, aliàs omnia inde secuta sunt nulla.*

12 *Præscriptio annalis non currit ignoranti.*

14 *Præscriptio statutaria currit minori cum beneficio restitutionis.*

14 *Creditor conditionalis debet, ac potest deducere iura sua, aliàs per lapsum temporis finiuntur iura sua, erit tamen in facultate possessoris rem retinere saluis iuribus contradictoris conditionalis in tempus euenientis conditionis.*

15 *Appellatio à secundo Decreto, seu à tertio incantu An ad beneficium debitoris suspendat cursum mensis, vel anni ad recuperandam tenutam.*

## Q V Æ S T I O CII.

1 IN superioribus quæstionibus sæpè fuit dictum, & modo repeto maximè aduertendum, ne nulliter fiant subhastationes, ex quibus nullum ius quæritur, & magna sequuntur incommoda. *Rota per Card. Sera-*

2 *phinum decis.804. num.4.* & præcipuè, quando Decretum fuit excessiuum etiam in minimo, *Ias. in l. si non sortem, §. si censum in princ. ff. de condict. indebi. Paris. cons.81. num.36. lib.2. Pute. decis.323. num.2. libr.1.* &

3 partim ex vera, partim ex falsa causa debiti, *Bal. in leg. certi condictio. §. quoniam, ub num.8. versic. secundus si Iudex, ff. si cer. peta. ibi Dec. num.4. & Bocin. numer.19. Roma. in l. si is ad quem num.8. ff. de acqui. hæredi. & in l.1. §. pen. num.36. ff. de verb. oblig. Tiraq. in Tractat. de Retract. lignag. §.23. glos.1. num.23. cum alijs per Rot. coram Iusto in Romana spolij bonorum 11. Februarij 1606. & in Romana spolij 9. Maij 1614. coram Burato, & coram eodem decis.630. numer.3. par.2. in recentior.*

4 vbi quod per consequens subhastationes, & deliberationes subsecutæ à radice infectæ, & profectæ sunt nullæ, prout, & quando factæ fuerunt contra formam sententiæ, ac mandati Iudicis, *Rota coram Card. Seraphinum decis.929. num.1.* hoc est, quod sententia, & mandatum contineant minorem summam; idemque est, quando sententia, & mandatum excedunt summam debitam, licet secus sit, quando excessus est in ipsa executione, puta si executio fiat in re maioris valoris, quam sit debitum, Nam hoc non causat nullitatem, *Surd. cons.39. sub n. 26. vers. postremo non obstat & n. seq. lib.1. Bursatt. cons.184. num.38. & fuit dictum in d. Rom. spolij 9. Maij. 1614. cor. Buratto, & in Rom. subhastationis 2. Iun. 1614. cor. b. m. Vbaldo, & in Rom. domus de Cardellis 1. Decemb. 1617. coram D. Card. Caual.*

6 Non etiam subhastatio rei propriæ, quamuis proprietarius rem vendiderit, ac tradiderit, si adhuc proprietas eius retinetur, etiam quod ab eo sit euicta, cum adhuc Dominus proprietatis remaneat, *Rota per Card. Se-*

7 *raph. dec.904. n.1.* & si ius redimendi rem subhastari va-

8 leat, vt per *Rot. ibid. num.2. vbi n. seq.* dicitur, quod in contractu venditionis, in quo nullum adest pactum resolutiuum, cuius vigore possit dominium rei venditæ retro transferri propter pactum de faciendo consentire omnem personam, solam agi potest ad rescissionem, non autem ad subhastationem, quæ decisio fuit confirmata ab eadē *Rot. cor. R. P. D. Comitulo sub die Ven.26. Apr.1591. incip. licet quemadmodū, & est dec.13. in eius lib. manuscrip t.* Ita etiā dicimus per subhastationem rei nō inferri ad translationē dominij in necessariū antecedēs, nisi adsit expressus cōsēsus, *Rot. per Card. Seraph.*

.999.n

10 *929.n.3.* prout & executio subhastationis nulla est, quæ facta fuit non seruata forma statuti, *l.non dubium, vbi Doct. C. de legi. Felyn. in cap. cum dilecta, vers. gesti contra formam de rescript, Card. Seraphi. dec. 995. num. 2.*

11 *Rota coram Sanctiss. decis. 224. num. 1.* Quare statuta de vendendis rebus captis pro executione rei iudicatæ ad vnguem seruanda sunt, prout & tempus reluendi, seu recuperandi, quod ex nostro statuto Pisauri *sub. rubr. 63. lib. 2.* est vnius, & in alijs locis trium, vel sex mensium, vel vnius anni, alias irritum est, & inane, quidquid fieret lege municipali non seruata, *Bal. in l. ordo, C. de execut. rei iudi. Fabian. de Mont. in Tract. de empt. & vend. quæst. 5. princ. num.* 88.

12 Vtrum autem tale tempus currat ignoranti, aut aliter impedito ex iustis causis deducere iura sua, *Socin. cons. 57. num. 8. lib. 3. & in eodem casu Dec. cons. 39. col. 2. vers. secundo dictum fuit.* in statuto de quatuor mensibus admittunt non currere tempus ignoranti, *Plot. de in lic. iur. §. 15. num.* 8. ratio potest adduci, quia præscriptio annalis non currit ignoranti *cap. 1. §. porrò quali. olim feud. vbi notant Bal. Martin. Lauden. Præpositi, & cæteri adducti per Tir. de retract. lign. §. 35. glos. 4. n. 22.*

13 Verum in minore, An præscriptio statutaria sibi currat absque restitutione, *Bar. & tradunt. in l. fin. C. in quib. caus. Guid. Pap. decis. 31. Tiraq. de retract. §. 25. glos. 4. num. 27. & 47.* vbi sentiunt annalem statutariam infanti non currere. Adulto autem cum beneficio restitutionis sensit *Menoch. cons. 364. num. 1. lib. 4.*

14 In creditore verò conditionali, vel alio, cuius conditionaliter intersit, habentur quædam per *Ant. Negusan. de pign. in primo membr. 5. par. num. 14. & seqq. & latius Peregr. in tract. de iur. fisc. in tit. de public. bono. sub num. 291. & seqq.* qui dixit in simili materia creditorem conditionalem posse, ac debere iura sua deducere, alias per lapsum temporis huiusmodi iura finiantur, videlicet si certum sit, conditionem exstituram, & non aliter, *Petr. Grego. Tholos. in syntagm. Iur. vniuer. par. 3. tit. de act. lib. 26. cap. 3. sub. num. primo, versiculo Quamobrem creditor. post. Iason. & Tiraquell. quos adducit,* In facultate tamen erit possessionis rem retinere saluis iuribus contradictoris conditionalis in tempus euenientis conditionis.

14 Sed an per appellationem interpositam à debitore terminus suspendatur, vel mensis ad recuperandum tenutam, alia est difficultas. & *Cranett. consil. 66.* voluit suspendere, nisi calumniosè fuerit interposita, & sequitur *Plot. de in lit. iuram. §. 15. num.* 8. & hac doctrina desumpta est à *Castren. in l. contra maiores, num. tertio, C. de inofficios. testamen.*

In simili casu, vbi differit. An dicenti de nullitate sententiæ currat tempus ad appellandum à die primæ sententiæ; an verò à die confirmationis, & distinguit, Aut habuerit iustam causam dicendi de nullitate, aut non, sequitur *Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 10. num. 40. & plenius in §. 3. gloss. 3.*

---

## E P I T O M E.

Debitor in executione sententiæ, quando fatetur debitum, & terminum suscipit ad soluendum subhastatio ex eo facta non dicitur spoliatiua, nec competit reintegratio.

Appellationi renunciatum dicitur per susceptionem termini ad soluendum.

Subhastationi dicitur præstitus consensus per indicationem bonorum factam à debitore.

Consentiens venditioni, quando sibi præiudicet in hypotheca.

Res, quādo fuit male subhastata, an teneantur creditores, qui non institerunt pro subhastatione, sed tenentur de euictione pro rata pecuniarum, quæ ad eos peruenerunt.

Debito, pro cuius debito fuit subhastata res aliena tanquam propria debitoris, tenetur emptori de euictione, & creditor ad cedendum emptori actiones aduersus debitorem contrariam pignoratitiam actionem.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Debitor in executione sententia lata, quando fatetur debitum, & terminum accipit ad soluendum, subhastatio ex eo facta non dicitur spoliatiua, nec competit reintegratio.*

2 *Appellationi dicitur renunciatum per susceptionem termini ad soluendum.*

3 *Consensus dicitur præstitus subhastationi bonorum ex confessione debiti, & termini susceptionem ad soluendum.*

4 *Debitor, qui terminum ad soluendum suscepit, dicitur ex proprio facto cecidisse ab eius possessione, nec competit reintegratio.*

*Licet essemus in actu ex aliqua causa rescindendo, numer. 5.*

6 *Bona quando fuerunt per debitorem indicata, in quibus fieri possit satisfactio, & debitor fuit citatus ad præstandum consensum deliberationi, & subhastationi, consensus intelligitur præstitus, vt bona iam indicata subhastentur etiam nulla præcedente executione.*

7 *Consensus præstitus à debitore pro solutione adeo est potens, vt per subhastationem rei inferatur ad translationem dominij in necessarium antecedens.*

8 *Consentiens venditioni sibi non præiudicat in hypotheca.*

*Fallit, quādo creditores ipsi institerunt pro subhastatione, quia ipsis est imputandum, si non exegerunt. num. 9.*

10 *Creditores vbi non institerunt pro subhastatione, sed tamen illa facta comparuerunt pro recuperando eorum credito, quando res fuit male subhastata, non tenentur ad aliqua damna, & expensas; sed tantum tenetur de euictione pro rata pecuniarum, quæ ad eos peruenerunt.*

*Et repetitur solum pretium, pro qua fuit facta datio insolutum, sed fructus debentur per debitorem, num. 11.*

12 *Debitor, pro cuius debito fuit subhastata res aliena tanquam propria debitoris, tenetur solum emptori de euictione, & creditor ad nihil aliud, quam ad cedendum ipsi emptori contra debitorem contrariam pignoratitiam actionem.*

## QVÆSTIO CIII.

1 FVit quoque resolutum in præcedentibus quæstionibus, quod quando contractus est imperfectus, subhastatio ex eo facta dicitur spoliatiua, & competit reintegratio.

Modo quæritur, ad idem sit, quando debitor in executionem sententiæ latæ fatetur debitum, & terminum accipit ad soluendum: Et negatiuè concluditur.

1 Quoniam per dictos actus dicitur renunciatum appellationi tanquam sint expressè approbatiui sententiæ, *Bald. in l. ad solutionem, nu. 1. C. de re iudic. Franch. in c. sollicitudinem, num. 14. vers. non obstat, de appellat. Felin. in c. quoad consultationem, num. 5. & 6. de re iudic. Ang. cons. 315. num. 2. Calcan. cons. 101. col. 2. in fin.*

*fin. Bellamer. decis. 137. n. 1. Rom. consil. 9. in fin. Aym. consil. 158. num. 3. & consil. 256. sub num. 6. versic. simile videmus.*

3 Et adeò dicitur præstitus consensus subhastationi bonorum suorum pro debito confessato, vt stante dicto
4 consensu, debitori, qui terminum suscepit, dicatur ex proprio facto cecidisse ab eius possessione, quòd facit, vt non competat prætensa reinregratio, *Alex. cons. 92. num. 5. lib. 1. Socin. in l. rem, & quæ nobis, num. 8. ff. de acquir. possess.* vbi dicit communem, *& cons. 39. sub num. 5. vers. præterea, lib. 3. Dec. cons. 56. col. fin. vers. nec obstat, si dicatur, Afflict. decis. 392. num. 27. Bero. cons. 155. in fin. lib. 1. & cons. 60. num. 21. lib. 3. & cons. 65. n. 158. lib. 1. Ruyn. cons. 32. num. 8. lib. 1. & cons. 85. num. 5. eod. lib. Crot. cons. 76. num. 11. & cons. 87. num. 18. Plot. de in lit. iuran. §. 3. num. 7. Soc. Iun. cons. 47. num. 24. lib. 2. Cephal. cons. 271. num. 67. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 95. & cons. 2. numer. 168. & 196. lib. 1. Io-*
5 *seph. Ludou. decis. Perusin. 11. num. 16.* Quamuis essemus in actu, ex aliqua rescindendo, quia si a principio fuit validus, non datur remedium prædictum, vt de contractu per metum celebrato, tradit *Abb. in c. super hoc vol. pen. vers. ex præcedentibus, de renunc. Natt. cons. 386. Surd. cons. 49. num. 3. & infra, lib. 1. Gratian. Discept. lib. 3. cap. 524. num. 29.*

6 Idemque dicitur, quando bona fuerunt per debitorem indicata, in quibus satisfactio fieri posset, & debitor fuit citatus ad præstandum consensum deliberationi, & subhastationi, consensus in specie censeri debet præstitus ad effectum, vt bona iam indicata subhastarentur pro vero, & reali credito nulla alia præcedente executione, quo casu certum est consensum supplere solemnitates in subhastatione requisitas, ex adductis per *Rot. in Romana spolij 14. Ianuarij 1604. coram R. P. D. Iusto, & in causa Asculana prædij 22. Iunij coram Card. Sacrato, & Card. Pamphilio Iuniore in Romana vineæ 14. Iunij* 1613. prout & dicam in particulari quęstione.

7 Et pro prædictis obseruandum est, quod consensus adhibitus in his, & similibus adeo est potens, vt per subhastationem rei inferatur ad translationem dominij in necessarium antecedens *Rota per Card. Seraph. decis. 929. num. 3.*

8 Præterea nota, quod licet consentiens venditioni, sibi non præiudicet in hypotheca, *Card. Seraph. decis.*
9 *1333. nu. 3.* Hoc fallit, quando ipsimet creditores institerunt pro subhastatione, quia ipsis est imputandum, si non exegerunt, prout poterant, vt per *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 126. Rota* per *Card. Seraph. dicta decis. 1333. num. 3.*

10 Vbi autem creditores non institerunt pro subhastatione; sed tantum illa facta comparuerunt pro recuperando eorum credito, quando res fuit male subhastata, non tenentur ad aliqua damna, & expensas, cum ipsi damno causam non dederint; sed tantum de euictione tenentur pro rata pecuniarum, quæ ad eos peruene-
11 runt, *l. si ob causam, C. de euict.* vbi *Bald.* inquit, quod repetitur solum pretium, pro quo facta fuit datio insolutum; sed fructus debentur per debitorem, *l. si filius*, vbi *Bart. de euict. Rota coram Card. Seraph. decis. 1435. nu. 2.*
12 At debitor, procuius debito a creditoribus fuit subhastata res aliena, tanquam propria debitoris, tenetur solum emptori de euictione, & creditores ad nihil aliud, quam ad cedendum ipsi emptori contra debitorem contrariam pignoratitiam actionem. *Negusan. in tract. de pign. in 3. membr. 6. par. num. 40. vers. tertio fallit*, vbi concordantes allegat, *& Card. Seraph. dicta decis. 1435. num. 4.* licet subdubius, *& dixi in quæst. 20. nu. 8.*

## EPITOME.

Emens fundum subhastatione, ac deliberatione præcedente ad instantiam creditorum facta, pretio iussu Iudicis depositio ad effectum illud consignandi creditoribus data per eos cautione de restituendo prioribus, & potioribus; si deindè insurgant alij creditores, qui agant aduersus emptorem bonorum, an ijs prætendere possit amplius molestari non posse, cum Iudicis authoritate fuerit facta subhastatio, & deliberatio, & pretium ab eo solutum, & depositatum.

Et an dictus emptor fuerit liberatus ab omnibus creditoribus hypothecarijs, & eidem competat actio aduersus fideiussores de restituendo prioribus, & potioribus, vt soluant anterioribus, & eum à molestijs indemnem pręstent. Et qualiter indemnitati emptoris consulatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emens fundum præcedente subhastatione, ac deliberatione ad instautiam creditorum, si precium iussu Iudicis deponat ad effectum illud consignandi creditoribus data per eos cautione de restituendo prioribus; si deindè insurgant alij creditores, qui agant contra ipsum emptorem, ipse emptor non dicitur liberatus, quin alij creditores, qui non interfuerunt illum conueniant, & n. seq.*

*Indemnitati tamen dicti emptoris consulitur compellendo Iudicis authoritate posteriores creditores, & eorum fideiussores, vt soluant anterioribus, n. 5.*

*Vt & talis emptor agere potest aduersus eos, qui pretium receperunt, contra quos idem competit actio, etiam quod in Decreto emptor non fuisset nominatus. n. 6.*

*Ne decipiatur emptor, qui Iudicis authoritate emit, & pretium deposuit. n. 7.*

*Nec ad prædicta emptor eget cessione, seu creditorem esse, sed satis est ad hunc effectum, quod constet de suo interesse. n. 8.*

2 *Subhastatio facta non præcedente legitima citatione creditorum non præiudicat.*

*Sed hypotheca creditorum agentium durare dicitur. num. 3.*

*Et agere possunt contra quem malint, aut contra possessorem fundi, vel aduersus posteriores creditores, & eorum fideiussores, qui pretium receperunt. n. 4.*

## QVÆSTIO CIV.

1 QVæritur, quid si quis emat fundum præcedente subhastatione, ad deliberatione facta ad instantiam creditorum, & pretium fuit depositatum iussu Iudicis ad effectum illud consignandi creditoribus, data per eos cautione de restituendo prioribus, & potioribus; Si deinde insurgant alij creditores, qui agant contra emptorem possessorem bonorum, An ijs prætendere possit amplius molestari non posse, cum authoritate Iudicis fuerit facta subhastatio, ac deliberatio, & pretium ab eo solutum, & depositatum.

Et An dictus emptor fuerit liberatus ab omnibus debitoribus hypothecarijs, & eidem competat actio aduersus fideiussores de restituendo prioribus, & potioribus, vt soluant anterioribus, & eum à molestijs indemnem præstent.

Quoad primum propositum dubium dicitur, empto-

ptorem non fuisse liberatum, quominus creditores hy-
pothecarij, qui non interfuerunt, nec subhastationi, seu
deliberationi factæ cõsenserunt, agere possint Saluiano
interdicto contra dictum fundum, cum eorum ius non
fuerit læsum, nec extinctum, neque successiuè illis per
dictam subhastationem, ac deliberationem subsecutam
2 præiudicatum non facta saltem de illis legitima citatio-
ne, cum agatur de magno præiudicio, nempè de domi-
nij translatione, *l. de vno quoque, ff. de re indic. Afflict.*
*decis. 358. num. 3. & 4. & ibid. Vrsill. in fin. Marant. in*
*specul. par. 6. in 3. & vlt. act. in vers. & post omnia aduer-*
*tatur circa executionem, sub n. 19. versi. Nunc in pro-*
*posito, Asin. in prax. §. 7. limit. 21. num. 2.* quibus fit, vt
3 cum hypotheca creditorum agentium durare dicatur,
4 *l. cum acutissimi, §. 1. C. de præscript. 30. ann.* sequitur,
quod eligere possint, contra quem agere malint, vide-
licet vel contra possessorem fundi, vel aduersus poste-
riores creditores, & eorum fideiussores, qui pretium
receperunt, *l. 1. §. quod ergo. de ventr. inspic.* & hæc quo-
ad primam propositam dubitationem.

5 Quo verò ad secundam difficultatem, scilicet quali-
ter prospici possit indemnitati emptoris possessoris.

Dicitur illum posse Iudicis auctoritate compellere
posteriores, creditores, & eorum fideiussores, vt soluant
anterioribus, cum præsertim iussu Iudicis pretium de-
posuerit non simpliciter, sed cum illa adiectione, vt sol-
6 ueret prioribus, & potioribus, & factum Iudicis repute-
tur factum partis, *l. si ob causam, C. de euiction.* vtique ex
tali Decreto potest agere aduersus eos, qui pretium
receperunt, ex quo illud emanauit nedum ad fauorem
creditorum anteriorum, verum etiam ad fauorem
emptoris, cuius intererat pretium conuerti in satisfa-
ctionem creditorum, vt liberaretur ab omni molestia
fortasse super bonis emptis inferenda, etiam, quod in
dicto Decreto emptor non fuisset nominatus, nec ver-
ba expressè ad eum dirigerentur, cum nihilominus ei
competat actio, *l. seruo legato, §. si testator, ff. de leg. 1.*
*Bald. in l. si cui legetur, §. fin. & ibi c. Ias. num. 8. ff. de leg. 1.*
& idem *Ias. in l. stipulatio. §. alteri, num. 7. de verb. obli-*
7 *gat. Roman. cons. 32. num. 7. & ibid. Mandos.* sub *litera I.*
ne decipiatur emptor, qui Iudicis authoritate emit, &
pretium deposuit, ad *Ruyn. consil. 171. num. 3. lib. 4.*
quod æquissimum dixit in terminis *Rota* per *Card. Se-*
*raphi. decis. 1233. num. 3.* vbi *num. seq.* dicitur empto-
rem ad prædicta non egere cessione, neque necesse
eum esse creditorem, cum satis sit ad hunc effectum,
quod de suo interesse constet: Nam & largo modo dici
potest creditor ad not. *in l. creditores, ff. de verb. signifi-*
*cat.* comprobat *Statil. Pacific. de Saluia. interdict. in-*
*spect. 3. cap. 2.* sub *num. 136.*

---

## EPITOME.

Annui redditus an, & quando computentur inter
immobilia.

Et quando vendi non possint, absque subhastatio-
ne.

### *SVMMARIVM.*

1 *Annuæ præstationes, & redditus dicuntur res immo-*
*biles, tanquam debitæ super re immobili.*
*Et inter immobilia connumerantur, n. 2.*
*Primò intellige, quando isti annui redditus non sunt tem-*
*porales, sed perpetui, num. 3.*
*Secundò intellige procedere, antequam vendantur, secus*
*si post, quia tunc comparantur fructibus à solo separa-*
*tis, num. 4.*
5 *Annui redditus publicatis mobilibus, & immobilibus*
*continentur sub nomine immobilium.*
6 *Annui redditus extinguibiles ad voluntatem debitoris*
*censentur perpetui, secus si sint ad certum tempus.*
7 *Annui redditus redimibiles sunt ex iure prothomiseos.*
*Et excusant à satisdatione non secus, ac possessio rerum*
*immobilium, n. 8.*
*Et vendi non possunt ab Ecclesia, minore, ac similibus si-*
*ne certa solemnitate, num. 9.*
10 *Annui redditus licitè non venduntur, absque subhasta-*
*tione per statutum requisita, licet constaret de solutio-*
*ne tantæ pecuniæ erat sors principalis.*

## QVÆSTIO CV.

1 Annuæ præstationes, ac redditus dicuntur res sta-
biles, tanquam debitæ super re immobili, *Bar.*
*Alber. Ias.* & alij in *l. sciendum in princ. ff. qui satisda.*
*cogan. Ruyn. cons. 82. n. 5. lib. 2. Tiraq. de Retract. Lignag.*
*§. 1. glos. 6. num. 4. vsque ad 12. Gayll. obseru. 10. num. 1.*
*& 4. lib. 2. Bald. in prælud. feud. nu. 21. Roman. cons. 302.*
*num. 5. in fin. Afflict. de iur. Prothom. §. 1. num. 6. Roder.*
2 *in tract. de annu. reddi. lib. 1. quæst. 3. num. 8.* inter im-
mobilia connumerantur, *l. iubemus nulli,* vbi *Bart. Bald.*
*& Paul. de Castr. C. de sacr. sanct. Eccles. Clem. exiui. §.*
*cumque annui redditus, extra de verb. signific. cum alijs*
*adduct. per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. per to-*
*tam,* quæ conclusio dupliciter declaratur.

3 Primò, quando isti annui redditus non sunt tempo-
rales; sed perpetui, & ita loqui iura præallegata dixit *Rod.*
*de annu. reddi. d. q. 3. num. 7. ex Pelaez à Meris. de Ma-*
*iorat. p. 1. quæst. 40. n. 6.* & alijs, quos ibi adducit, quam-
uis *numer. seq.* videatur ab eis recedere, & infra dicetur
*num. 5.*

4 Secundò declaratur procedere quoad redditus non
dum cessos, quia postquam sunt cessi redditus; seu pen-
siones, ac præstationes annuæ comparantur fructibus
à solo separatis, nam quemadmodum illi inter mobilia
connumerant, ita quoque redditus, & pensiones ces-
sæ pro mobilibus habentur, *Gayll. dicta obseru. 10. nu. 3.*
Vbi etiam, quod si pensiones, ac redditus partim cessi
sunt, & partim non, iudicandum de illis pro rata tem-
poris, *l. Iulianus, §. fructus, ff. de act. empt. l. vlt. de Iur.*
*Fisc. Afflict. in cap. 1. de pac tenen.*

5 Qua ratione decidunt *Angel. Roman. & Alexand. in*
*l. si Constante, §. fin. ff. solut. matrim.* quod publicatis bo-
nis mobilibus, & immobilibus continentur etiam annui
redditus sub nomine immobilium, intelligendo tamen,
quando annui isti redditus non sunt temporales, sed
perpetui, vt ibi declarat *Alexan.* quamuis fortè extin-
guibiles ad voluntatem alicuius, puta Principis, Nam
causam perpetuam habere censetur, *l. sufficit, ff. de con-*
*dict. indebi. l. iurisperitos, ff. de excusa. tuto. Ruyn. dicto*
*cons. 82. num. 3. lib. 2.* in simili specie *Dec. cons. 472. nu.*
*21. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 119. &*
*120.* & in indiuiduo sic distinxit *Moder. Parisien. in*
*Tractat. de Vsur.* sub *num. 272. & 273.* concludens an-
nuos redditus extinguibiles ad voluntatem debitoris
censeri perpetuos; qui vero constituti sunt ad certum
tempus, hos non computari inter immobilia, *ex Bald.*
7 *in l. etiam column. 2. C. de executio. rei iudicat.* Vnde
annui redditus redimibiles sunt ex iure prothomiseos, vt
resoluit *Afflictus in simili suo Tract. 11. column. 11. ver-*
*sic. item quæro,* quid si vendantur annui redditus. & latè
8 *Tiraqu. in loco præadmonito;* Prout etiam excusant à
satisdatione, non secus ac possessio rerum immobi-
lium, vt omnes latè concludunt *in l. sciendum in princip.*
*ff. qui satisda. cogantur.*

9 Et hinc est, quod prohibitus vendere bona immo-
bilia absque certa solemnitate, veluti Ecclesia, minor,
& similes, non etiam potest alienare annuos redditus

sine

sine ea solemnitate, vt latè alios referendo *Tiraq. dicto loco num. 6.* & nec etiam constituere, *Moder. Parisien. vbi supra.*

10 Ideo cum casus contingat tales annuos redditus debere tradi creditoribus pro exoluendo ære alieno, ij statim tradendi non sunt creditori de manu in manum, nec possunt vendi, absque subhastatione, qua mediante carius vendi posset, prout aliàs contigit dubitari in annuis redditibus; Nam cum fuerit venditus quidam census pro debito, absque subhastatione per statutum requisita, talis venditio fuit declarata nulla, quamuis constaret de solutione tantæ pecuniæ, quanta erat sors principalis eiusdem census, & ita datum esset denarium pro denario, cum forsan si præcessisset subhastatio, talis census potuisset carius vendi, quam sit illius sors, & proprietas, seu pretium, ideò præcisè seruanda erat forma statuti, vt in specie ita iudicatum testatur, *Leo decis. Valentin. 108. num. 7. & 14.* cum, vt dictum isti annui redditus inter immobilia computentur, *Clement. 1. §. cumque de verborum significatione, Gayll. dicta obseruatione 10. num. 1. & 4. lib. 2. cum alijs præcitatis.*

## EPITOME.

Subhastans sciens, & falso afferens plus licitatum fuisse, quam re vera esset, qua pena, & ad quid in vtroque foro teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastans sciens, vbi falso asserat plus sibi dari, quam re vera dabatur, vt falleret emptores tenetur crimine stellionatus.*

*Fallit, si subhastans hoc fecit per errorem, quia tunc plus offerens tenetur ad id, quod obtulit, vel promisit n. 2.*

*Sed quod, imò subhastans sciens, & affirmans plus, sibi dari, vel offerri, quam re vera esset, vel supposuit tertium, qui eius periculo id faceret, tenetur ad restitutionem falsi pretij in vtroque foro decepto, num. 3.*

*Et quatenus per errorem id factum fuit, dabitur conditio indebiti, num. 4.*

*Ampliatur procedere etiam si plus, sic offerentes postea, ex futuro euentu damnum non patiantur, & etiam quod ex hoc commudum perceperint, quoniam adhuc error falsi pretij sibi nocere non debet, num. 5.*

## QVÆSTIO CVI.

INquirendum nunc est, quid censendum, quando in subhastatione reddituum publicorum, seu priuatorum, subhastans affirmat plus sibi dari, quod re vera dabatur, vt ita alliciat alios emptores, vt plus dent, vel offerant, an scilicet plus offerens cognita veritate minoris pretij teneatur ad id, quod obtulit, vel promisit ex falsa assertione, sibi facta minoris pretij, vel potiit repetere conditione indebiti. Super qua re, licèt in superioribus quæstionibus aliquid dixerim, modo plenius attingendo: Dico quæstionem, hanc monere *Gregor. Lopez in l. 33. in glos. prometido, tit. 26. par. 2.* vbi illam examinat pro vtraque parte, ac tandem distinguit duos casus.

1 Primus casus est, quando subhastans scienter hoc falso asseruit, vt falleret emptores, & tunc dicit illum teneri crimine stellionatus per *l. 3. §. siquis imposturam*, secundum intellectum *Bart. ibid. de crim. stellio.* & alios quos citat.

2 Secundus est casus, quando subhastans hoc fecit per errorem, qui tunc plus offerens tenetur ad id, quod obtulit, vel promisit, ex quo dicere non potest se deceptum, cum pretium, quòd dicebatur dari, sciuerit, ita vt scienter obtulisse dici possit; & scienti, & consentienti non fit iniuria, fraus, vel dolus iur. vulgari

Deindè in contrarium arguit, ac dicit talem assertionem maioris pretij fuisse facta in damnum emptorum, & propterea videri illi competere repetitionem, cum aliàs non esset plus oblaturus, seu daturus.

Tandem dicit *Gregor.* vidisse, hanc quæstionem de facto, & contrarium fuisse iudicatum, nempè vltimo subhastanti nequaquam succurrendum esse; Et ideo *Gregor.* relinquit, cogitandum.

3 Cæterum *Ioann. Gutierez. in tract. de de Gabell. quæst. 147. num. 2. 3. & 4.* qui dicta per. *Gregor. Lopez*, vbi supra refert, clarius rem hanc pretractans ait, quod si subhastans sciens affirmet plus sibi dari, vel offerri, quam re vera sit, vel supposuit tertium, qui periculo subhastantis id faceret, eundem dicit teneri ad restitutionem falsi pretij in vtroque foro decepto, & per conditionem indebiti illud repetere potest, quia tenus fuerit iam solutum, vel si solutum non fuit, asserere poterit, vt sibi tantundem de toto pretio tollatur, an deducatur, ita quod ad residuum veri pretij soluendum non teneatur, & insuper huiusmodi deceptorem puniri posse crimine stellionatus Iudicis arbitrio.

4 At si per errorem subhastantis, vel calcularorum fuit affirmatum plus pretij dari, vel offerri, quam re vera dabatur, vel offerrebatur à primo emente, vel licitante, & alij super illo toto pretio plus licitauerint, vel obtulerint, nullum crimen impingi potest ita asserentibus; verum in hac specie, sicut in priori conditio indebiti competit pro falso pretio, sic per errorem vero pretio superaddito, quia damnum factum fuit plus offerentibus inscijs illius falsitatis, quibus error calculi nocere non debet; sed veritati standum est, *l. 1. in princ. C. de iur. calc. simil.*

5 Quod ampliat *num. 5.* procedere, etiam si plus, sic offerentes postea ex futuro euentu damnum non patiantur, & etiam quod commodum, ex hoc preceperint, quoniam adhuc error falsi pretij sibi nocere non debet.

## EPITOME.

Licitator reddituum Principis, ac Fisci pro certo tempore vnius, vel duorum annorum pinguium, in quibus lucrum est consecutus; an teneatur denuo licitare pro alijs duobus annis sequentibus sterilibus ob defectum licitatorum,

Conducere denuo, vt qui teneatur, quæ concurrere debeant.

Debitor Fiscalis ante diem ob publicas necessitates an, & quando exigi possit.

### SVMMARIVM.

1 *Licitator reddituum Fisci pro certo tempore vnius, vel duorum annorum pinguium, in quibus lucrum fuit consequtus, non tenetur denuo licitare pro alijs duobus annis, sequentibus sterilibus ob defectum licitatorum, & num. 2.*

*Sed contra, num. 3.*

*Declaratur procedere alio non offerente tantundem, & rebus sic stantibus, & non mutatis de primis annis ad alios, vt puta occasione belli, pestis, vel alia iusta causa orta de nouo, num. 5.*

*Quæ sententia non probatur ab Auctore, num. 6.*

2 Inuitus nemo compellitur emere, vel vendere.
4 Conducere denuo, vt quis teneatur, tria requiruntur, & quae num. 4.
7 Debitor Fiscalis ante diem deducto interusurio medij temporis ob publicas necessitates exigi potest.
Ampliatur id locum habere etiā in debitore debitoris, n. 8.
Et ita practicatum Bononiae aduersus conductores Gabellarum, & Datiarios, num. 9.
Idque continuè fit propter repentinas necessitates, nec est iniustum, num. 10.
Quae necessitas praesumitur in Fisco, quamuis non probetur, num. 11.
Sed quod, imò necessitas probanda sit, nisi appareat notorie, num. 12.
Dura tamen Auctori videtur haec sententia, nec ab eo probatur, num. 15.
13 Fiscus cessante iusta causa si conueniat debitorem ante diem, duplicantur induciae.
Licèt olim actio perimeretur, num. 14.

## QVAESTIO CVII.

1 Circa licitationes redditum Fisci occurrit dubitatio, an licitator talium redditurum pro certo tempore vnius, vel duorum annorum pinguium, in quibus lucrum fuit consequutus, teneatur denuo licitare pro alijs duobus annis sequentibus sterilibus ob defectum licitatorum.

2 Et pro negatiua facit regula generalis, qua dicitur, innitum neminem compellendum emere, vel vendere, *l. inuitum, C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iur. deliber. l. ne cui, l. inuitus*, C. loca, & latè per *Didac. Couar. var. resolut. lib. 3. cap.* 14.

3 Sed quod cogi possit, & sic pro affirmatiua in terminis videtur, *tex. expressus in l. Cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & vectig.* vbi dicitur in haec verba: qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanti locari non possint, ipsi ex prioribus pensionibus suscipere compellantur, & est *glos. vnica in l. inuitus, & in l. cum Hermes ver. detineret, C. loca. scribent. in l. congrui, & in l. fi. C. de loca. fund. ciuil. lib. 11. Ant. Gomez. in 2. to. c. 3. n. 5. Boer. decis.* 349. *& Mar. Ant. Pereg. in tract. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. n. 6.*

4 Vbi quod tria concurrere debent.
Primò, quod proximo tempore praeterito cōduxerint.
Secundò, quod maximè superlucrati fuerint.
Tertio, quod pro futuro tempore conductores non reperiantur, vt legitur *in dicto §. qui maximos*, aliàs reconducere non tenentur, *l. citatio, §. 1. ff. de public. & vectig. Bar. & Doct. in dicto §. qui maximos*, & per illum *tex.* idem tenet *Bald. in l. 1. con. 2. C. de haeredi. vel actio.*
5 *vendi.* quem refert, ac sequitur *Bertacch. de Gabel. par. 2. n.* 13. quòd declarat procedere alio non offerente tantumdem, & rebus sic stantibus, & non mutatis de primis annis ad alios: Nam si mutatis rebus, vt puta occasione belli, pestis, vel alia iusta causa orta de nouo verisimiliter impediente redditum Gabellarum pro annis futuris, non vtique primus licitator, & conductor cogendus erit licitare, & reconducere pro anno sequenti, seu sequentibus, quod & voluit *Rip. in tract. de pest. tit. 1. nu.* 199. & sequuntur *Boer. & Peregr. in locis praecitatis.*

6 Quae declaratio vti vera est, ita etiam rarò, aut nunquam quaestio, de qua agitur, verifica ri potest. Quia si praesens annus fertilis est, vt praeteritus, conductores non deficient. Si autem propter bellum, vel aliam iustam causam alter annus futurus timetur, compelli non potest iuxta praedicta praecedens conductor ad reconducendum, vel licitator ad licitandum. Vndè ita meritò Paduae dispositio *tex. in dicto. §. qui maximos*, non seruatur, nec veteres conductores tenentur reconducere, nec nouis licitatoribus anteponuntur: sed in publica licitatione vectigalia conceduntur plus offerenti, vt asserit *Peregr. dicto lib. 6. tit. 5. sub n. 6. in fin.* nec aliter ego vidi practicari in hoc statu.

7 Et quoad id, quod attinet ad Fiscum, notandum est etiam in proposito, quod licet in Iure communi sit clarum, non tamen in vsu esse videtur, quod nempe debitor Fiscalis ante diem deducto interusurio medij temporis ob publicas necessitates exigi potest, ex *tex.* qui loquitur in debitore debitoris Fisci, & sic à fortiori *in l. & ibi glos. Bald. & Salyc. C. de condict. ex l. & Roder. Suarez in repet. l. post rem indicatam, limitat. 7. legis Regiae, n. 5. ff. de re iudic.* vbi refert *Salyc. dicentem*, quod ita frequenter practicatur Bononiae aduersus conductores
10 Gabellarum, & Datiarios, & inquit *Bald. in d. l.* 1. quod propter repentinas necessitates hoc fieri videmus quotidiè, & quod non est iniustum, *Peregr. in dicto tract. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 7. n. 21. Cassan. ad Consuetud. Burgund.*
11 *tit. ordinat. Chancel. n. 29. Marsil. sing.* 355. quam necessitatem praesumi in Fisco, licèt non probetur, tenet *Suarez. vbi supra, ex dicta l.* 1. quamuis postea cogitandum relinquat.
12 Verum, quia *Doct. omnes in dicta l.* 1. fundant hoc priuilegium Fisci in necessitatibus publici, id necessariò probandam videtur, nisi notoria sit necessitas, quae non
13 indiget alia probatione. Cessante autem Iusta causa, si Fiscus conueniat debitorem suum ante diem, dupli-
14 cantur induciae, *vt in §. temporales, Iustit. de except.* licet olim actio perimeretur, *l. iustas*, vbi *Bart. C. de iur. Fisc. lib.* 10.
15 Dura tamen mihi videtur haec sententia; cum enim regulariter conductores conueniant, & paciscantur soluere pretium licitatum certis quibusdam terminis, ac temporibus, idque praesertim ex assignatione, & praefinitione termini ab Officialibus Fisci, absonum profectò videtur, vt fides data non seruetur, cum conductores, & licitatores ex eorum parte adimpleuerint praestando fideiussores idoneos, nihilque tam congruum sit fidei humanae, quàm pacta seruare, *l. 1. in princ. ff. de pact. cap. 1. & c. qualiter, & quando, eod. tit.* Vbi dicitur studiosè agendū esse, vt ea, quae promittuntur, opere cōpleantur.

## EPITOME.

In subhastatione locum habent Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes alienationem rerum, ac bonorum existentium in Statu Ecclesiastico in forenses, & non subditus.
Item in subhastatione locum habet praelatio competens censuario ex Bulla sanctiss. Pij V.
Dispositio quamuis exorbitans extenditur, quatenus verborum proprietas requirit.
Dominus directus in alienatione rei emphiteoticae habet praelationem, & praefertur in subhastatione.
Prout & pariter ius congrui in subhastatione locum debet.

### SVMMARIVM.

1 In subhastatione locum habent Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes alienationem rerum, ac bonorum existentium in Statu Ecclesiastico in forenses, & non subditos Et de ratione, num. 2.
3 In subhastatione locum habet praelatio competens censuario ex Bulla felic. record. Pij V.
Et adducitur ratio, num. 4.
5 Venditio, quod sit voluntaria, vel necessaria, est quid accidentale.
6 Factum Iudicis est factum partis.

I 7 Dispo-

7 *Dispositio quamuis exorbitans extenditur, quatenus verborum proprietas requirit.*
*Etiam si maior sit ratio in vno, quam in alio casu.num.8.*
9 *Censuario fuit concessa prælatio, propter ius, quod habet.*
10 *Dominus directus in alienatione rei emphiteoticæ habet ius prælationis.*
*Et præfertur in subbastatione, num.11.*
12 *Venditio necessaria licet à Iudice fiat pro executione rei iudicatæ, in ea præfertur habens priuilegium iuris congrui, quod locum habet in subbastationibus.*
*Quidquid in contrarium aliqui asserant, num.14.*
*Nam verior est prima sententia, num.15.*
*Ampliatur procedere, siue res immobilis adiudicetur per Iudicem pro debito ipsimet creditori, siue alteri tertio, num.16.*
13 *Origo obligationis semper attenditur.*

## QVÆSTIO CVIII.

1 CONstitutiones quoque Summorum Pontificum
prohibentium venditionem, seu alienationem
rerum, ac bonorum existentium in Statu Ecclesiastico
2 in forenses, & non subditos locum habeat in subhasta-
tione, quia licet loquantur in venditione, sibi etiam tri-
buunt in subhastatione, quamuis sit venditio necessa-
ria, vt censuit *Rota coram sanctiss. decis.319.nn.5.& 6.*
3 Prout & in subhastatione locum habet prælatio com-
petens censuario, ex Bulla fœl. record. Pij V. quoniam
verba Bullæ verificantur, & mens non contradicit, vt
per *Rot.decis.156.* post *tract. Cinc.de cens.Gratian.disce-*
4 *pta.foren.lib.3.c.654.n.39.* Et enim venditio re, & ver-
bis, cum habeant omnia ad venditionem requisita, non
obstante, quod fiat ex causa necessaria, cum id non alte-
ret naturam venditionis, ex quo esse voluntariam, vel
necessariam venditioni, accidentaliter eueniat, per not.
*in l.pacta conuenta, ff.de contrahend.empt. id l.iuris gen-*
6 *tium, §.adeò.de pact.* Non etiam refert, quod fiat a Iudi-
ce, vel a Domino, maxime cum in hoc factum Iudicis
sit factum partis, *l.si ob causam, C.de euict. l.si pignora.ff.*
7 *eod.* Quibus fit, vt cum simus in venditione propria, lo-
cum habeat regula, quod dispositio quantumuis ex or-
bitans, & restringenda, semper intelligenda est, vt eate-
nus disponat, quatenus proprietas verborum se exten-
dit, *l.cum lege, ff.de testa.cap si quam de sent. excommun.*
8 *Crauett.cons.227.n.12.* etiam, quod maior esset ratio in
vno, quam in alio casu, *l.1.§.quod.autem.ff.de aleat.&*
9 *aleat.& mens*, ac intentio Bullæ concurrit, quæ fuit fa-
uere Dominis census propter ius, quod habet in re,
quem fauorem ita meretur, si fiat venditore inuito, sicu-
ti si eo volente videtur, quod vi in terminis ita per hæc,
& alia decidit *Rota coram sanctiss.decis.193.n.1.& infra;*
vbi *n.7.* additur, quod ob hoc ius vendentis non fit ul-
terius, aut illi in aliquo præiudicatur, cum eius non in-
tersit, an res vēdita permaneat penes oblatorem, cui per
Iudicem fuit deliberata, vel deueniat ad Dominum cen-
sus, *Capic.decis.99.n.4. Magon.decis.100.Rot. Florent.
Franch.decis.277.*
10 Sic & Dominus directus, qui in alienatione rei em-
phiteoticæ habet ius prælationis, ex *l.fin.C.de iur.em-
phit.* præfertur etiam in subhastatione, vt fuit dictum *in
Rommana domus 22.Iunij.1611.corā Card. Lancellotto.*
12 Simile est etiam, quod dicitur de alienatione neces-
saria, quæ licet a Iudice fiat pro executione rei iudicatę
(ex quo enim præcedit factum debitoris, qui prius
sponte debitum creauit) consebitur talis adiudicatio
voluntaria, quamuis fiat a Iudice, cuius factum in hoc
habetur pro facto partis, quasi ex præcedenti contractu
13 debitoris hoc faciat, cum etiam semper attendatur ori-
go obligationis, vt late per *Tiraq. de Retract. lignag.§.
1.glos.14.num.12. vsque ad num. 17.* Et ideo in ea præ-
fertur habens priuilegium iuris congrui, quod locum
quoque habet in subhastatione, *Vinc.Franch. decis.5..*
14 *Adden.ad decis. sanctiss.193.n.13.* vel quid simile. Et
quidquid contrarium sentiant *Specul. tit.de empt.§.
nunc dicendum secundo vers.sed pone statutum*, cum aliis
15 per *Rol.cons.21.lib.1.* hæc est verior, & magis commu-
nis opinio, quam latè tuetur *Matienz.ad l.7. glos.7.tit.
11.lib.5.non.Collect.Reg.num.3.& seq. Perals. in l.2.n,
2.vsque ad num.9.ff.de leg.2.* latè *Gutierez pract.qq.lib.*
16 *2.quæs.157.per totam*: Vbi ampliat procedere, siue res
immobilis adiudicetur per Iudicem pro debito ipsi-
met creditori, siue alteri tertio. *Franch.decis.277.&
decis.482.n.1.& 2. Azened.lib. 5.tit.11.l.7.n. 7.tom.3,
fol.367.Prosper. Rendell. de iur.Prothomis. in vers.non
aliter nisi, num. 65. & Rot.dicta decis.193. repetita post
tract.Cinc.de censi.decis.156.*

## EPITOME.

Deliberatio, vbi facta est de re aliqua pro debito census, iuxta formam Bullæ anteriori cum onere acollandi debitum census posterioris, an aduersus executionem istius census posterioris admittatur exceptio anterioritatis pariter priuilegiatæ.

### SVMMARIVM.

1 *Deliberatione facta de re aliqua pro debito census, iuxta formam Bullæ anteriori, cum onere soluendi censum posteriori, aduersus executionem non admittitur exceptio anterioritatis pariter priuilegiata.*
*Et de ratione, num.4.& 5.*
*Contrarium habetur, numer.6.& infra.*
*Sed pro relata sententia dicitur verior, ac tenenda, num.8.*
2 *Onus accollationis est pars pretij.*
7 *Excessus vbi est in pretio oblato, anullatur deliberatio, & adiudicatio.*

## QVÆSTIO CIX.

1 DVbitatur nunc, quod si fuerit deliberata res aliquã
pro debito census iuxta formam Bullæ ante-
riori, sed cum onere soluendi onus aliquod census, vel
simile, quod esset posterius alterius creditoris agentis
vigore census, an exceptio anterioritatis pariter
priuilegiatæ admittatur aduersus executionem cen-
sus.
Et pro actore adducitur, quod conuentus sibi adiu-
dicando rem hypothecatam ex debito census anterio-
ri, cum accollatione onus posterioris sui crediti, possi-
dere dicitur partim ex causa anteriori, & partim ex
causa posteriori, & respectu posterioris talis exceptio
2 non obstat, ex quo onus illud accollationis est pars
pretij, *l.fundi partem, ff.de contraben. empt. & vendit.
Socin.sen.consil.16. num. 57. lib.primo, Gamma decis.
256.Ioseph. Ludon. decis.Perus. 97.* quia pro illo onere
census nummus soluit pro pretio rei. *Foller.de censib.ver.
tanquam.num.3.*
4 Nec mirum, si iuuari non possit respectu patris pre-
tij soluti posterioribus, vel penes ipsum retenti *per
text.in l.quia debitore, & in l.eum qui à debitori.ff. qui
pot.in pign.habe.Vincen.de Franc.decis.272.in fin.Franc,
Milanen.dec.9.num.62.lib.2.*
5 Præmissis additur, quod cum possessori ipse consen-
serit dicto oneri posteriori ex facta accollatione, vide-
tur ius omne suum remisisse quoad creditorem poste-
riorem, iuxta quæ tradunt *Ioann. Andr.in addit.ad Spe-
cul.in rubric.de solution.quem refert, & sequatur Alex,
in ad-*

*in addit. ad Bart. in l. creditor la seconda, §. si tecum, vbi etiam Bart. qui pot. in pign. habe. Surd. dec. 163. n. 5. & 8.*

6 In contrarium pro reo facit, quod dum adiudicanit sibi rem hypothecatam pro censu anteriori, tantum voluit possidere ex causa priuilegiata fructuum, non autem ex causa accollationis; Nam venditio facta fuit pro illo censu, pro quo processit executio. Etenim pretium dictæ deliberationis, & adiudicationis inde secutæ fuit summa fructuum vigore Bullæ, à qua robur habet actus deliberationis, & adiudicationis, & non in onere, cum creditor à principio sit missus in possessionem ex primo decreto pro debito anteriori, ita quod si aliquis reperitur excessus in pretio oblato, annullatur deliberatio, & adiudicatio, at secus si in onere, *l. hac venditio, ff. de contrahen. empt. Socin. inn. consil. 47. nu. 8. libro secundo.* Et creditor sibi accollando onus posterius, præiudicasse sibi non videtur, nisi in eo, quod sibi accollauit, sed secus quoad alios non accollatos, cum respectu certæ personæ facta fuerit accollatio, & non omnium, iuxta distinctionem *Salycet. in l. fin. C. de remiss. pign. 6. par. 3. memb. num. 13. de quo etiam per Masc. card. de probation. concl. 1178. num. 42.*

8 Cæterum verior est prima relata sententia, secundum quam pluries iudicatum, testatur *Mastrill. decis. 47. sub num. 9. dar. prima in fine,*

## E P I T O M E.

Emphyteusis concessa Titio, ac Meuio fratribus cum pacto, quod alienari non possit altero non prius requisito, si à creditoribus Titii fuerit capta, & sub hasta publica proposita, & alteri deliberata an valeat alienatio non intimato, nec requisito dicto Meuio.

Emphyteusis pignori capi potest, & præmissis subhastationibus vendi.

Venditio voluntaria dicitur, quæ accidit ex debito alterius.

Subhastatio, & deliberatio facta ex ære alicuius prohibiti alienare, nisi cum certo pacto, dicitur nulla.

Portio vocati ad inuestituram consolidata cum proprietate non potest subhastari, ac deliberari per cessionarium, qui alteri cessit, stante pacto, quod res vendi non possit non requisito prius domino directo, quatenus præferri valeat.

### S V M M A R I V M.

1 *Emphitensis concessa Titio, & Meuio fratribus, cum pacto, quod quatenus vendi contingat ab aliquo ipsorum, requiri prius debeat consocius, & frater, si à creditoribus Tity fuerit capta, & subhasta publica proposita, & alteri de liberata altero fratre non requisito, valet alienatio tamquam necessaria, & num. 5.*

*Sed contra ex veriori, num. 6. & infra, & num. 9.*

2 *Alienationes facta contra pactum sunt nulla tamquam facta contra legem.*

*Fallit, quando alienatio est necessaria, quia intelligitur permissa. num. 3.*

*Sed videas, num. 7. & seqq.*

4 *Quod voluntariè prohibetur, ex necessitate permittitur.*

5 *Emphitensis pignori capi potest, & pramissis subhastationibus vendi, & insolutum dari.*

7 *Iudex quod decernit intelligitur absq; tertij præiudicio.*

8 *Venditio voluntaria dicitur, qua accidit ex debito alicuius.*

9 *Subhastatio, & deliberatio secuta ex debito alicuius rel prohibita alienari nisi cum certo pacto, dicitur, nulla.*

10 *Portio vocati ad inuestituram consolidata cum proprietate non post subhastari, ac deliberari per cessionarium illius, qui rem alteri cessit, ad cuius vitam concessa fuerat, stante pacto, quod non possit vendi, cedi, pignorari, locari, vel quomodolibet alienari non requisito prius Domino directo si velit præferri.*

## Q V Æ S T I O CX.

1 QVæstio est quotidiana, Num emphyteusis, quæ fuit concessa, puta Titio pro se, & Meuio fratre cum hac clausula, quod Titius si voluerit vendere, vel in alium quouis modo transferre dictam emphyteusim, quod teneatur primum requirere, denunciare, ac intimare dicto Meuio Fratri, & illi tradere pro æquali pretio, quod ab alio extraneo habere in futurum posset. Modo contingit, quod pro ære alieno dicti Titij in causam iudicati fuit à creditoribus capta, & sub hasta publica proposita, & Sempronio pro quantitare debita. Comparet deinde Meuius, & petit bona prædicta sibi tamquam non requisito, nec intimato relaxari, quod fieri negatur à Sempronio emptore.

Quæritur quid iuris.

Et prima facie concludendum videbatur ab fauorem emptoris.

Quoniam dicta alienatio fuit necessaria, *l. cum fideicommissum, ff. de fideicommiss. liber.* ex quo iudicium redditur in inuitum, *l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verbor. obliga. alienationes, ff. famil. hereiscund.*

2 Licet enim verum sit huiusmodi alienationes prorsus nulla esse ab initio tamquam factas contra legem, *ad notat. in l. non dubium, C. de legi. & l. cum lex, ff. de fideiuss.* Tamen declaratur non procedere, quando alienatio est necessaria, quia hæc semper censetur permissa, & numquam interdicta, *iuxta tex. in l. peto, §. præd. ff. de legat. 2. & ibi Bart. & in l. Pater filium, vbi etiam Bart. ff. de legat. 3. tradit Ias. in l. filius fam. §. Diui, in prima lect. num. 12. & in 2. lect. num. 12. & seq. ff. de leg. 1. dicta l. alienationes, ff. fam. hercisc. Crot. in dicta §. Diui num. 45. Loaz. num. 82. & seq. Rip. num. 15. Vasq. quæst. Illustr. cap. 32. num. 13. & infra, Tiraq. de legib. connub. glos. 5. num. 223. Bar. in l. vnum ex familia. Sed si fundum in fin. vbi Peralt. sub num. 27. in fin. de communi testatur,*

4 *ff. de leg. 3.* & quidem meritò, quoniam quod voluntate prohibetur, ex necessitate permittitur, *l. quia non potuerunt, ff. de manumiss. testam.* & in specie, quod ius

5 emphyteoticum possit capi pignori, & præmissis subhastationibus per iudicem vendi, & insolutum dari, *est tex. in l. finita, §. si de vectigal. & §. si quæ sunt iura, & ibi notatur, ff. de damn. infect.*

6 Sed contrarium dicitur verius, nempè Meuio actionē competere ad rem ipsam emphyteoticā auocandā.

Nam quid quid sit de alienatione necessaria ea circumscripta; Dicitur in præsenti bona emphyteusi prædictæ subiecta sponte, ac voluntariè fuisse alienata, cum id quod fit per Iudicem videatur fieri per partem, & sic in casu nostro per debitorem, *l. si ob causam, C. de euict. l. eleganter in princ. ff. de pign. act. l. libera quidem, C. de sent. & notatur in l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & dixi sæpe in hoc tractatu, probat *Morot. de iur. offer. quæst. 1. n. 38. Rota coram Sanctiss. decis. 193. n. 1. & seqq. & decis. 319. n. 5. & 6.* omnique in casu Iudex non potest derogare iuri alterius, & ideo quod decreuit, intelligitur absque tertij præiudico, *l. Claudius, ff. qui pot. in pign. habe. confert, à Diuo Pio, §. super rebus, ff. de re iudic.* nec dicitur inuitus debitor, cum potuerit, ac debuerit

pactum obseruare, & ideo quidquid inde secutum fuerit, voluntarium reputatur, *per not. in l. 1. C. de natur. lib.*

9 Quibus stantibus subhastatio, & deliberatio dicitur nulla, nullumque ius ex ea fuisse quæsitum Sempronio emptori, vt in terminis per hæc, & alia respondit *Bald. cons. 306. per totum lib. 1. quem sequitur Rota per Card. Seraphin, decis. 808. n. 2. cum se q.*

10 Vbi quod portio vocati ad inuestituram consolidata cum proprietate non potest subhastari, ac deliberari per cessionarium iurium illius, qui alteri cessit, ad cuius vitam concessa fuerat stante pacto, quod res non possit vendi, cedi, pignorari, locari, vel quomodolibet alienari non requisito prius Domino directo, si velit præferri, & his confert *Vincent. de Franch. decis. 277. Corbul. in tractat. ex quibus caus. emphit. iur. sua priuet in titulo de causa priuat. ob alien. req. Dom. fact. in 19. limit. in prima ampliat Thesaur. decis. 139. & in terminis iterum Vinc. de Franch. dec. 482. n. 1. & 2.*

## EPITOME.

Nominandi ius an cedi, & subhastari valeat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nominandi facultas vti quid personale non est cessibilis.*

*Primo declaratur procedere in cessione voluntaria, non in necessaria, n. 4.*

*Secundo declaratur non habere locum, quando tale ius inhæret ratione rei, n. 6.*

*Et contrarium dictæ conclusionis habetur, num. 2. & seqq.*

*Ius nominandi subhastari potest consentiente Domino directo, num. 2. & seq.*

*Et cedi potest, & in alium transferri, n. 3.*

4 *Tex. in l. si stipulatus fuerim, ff. de verb. oblig. locum non habet in subhastatione, sed in cessione voluntaria.*

*Item procedit in facultate eligendi competente per viam facti, non in electione, quæ competit per viam iuris, num. 5.*

6 *Ius personale licet cedi non possit, tamen quando inhæret ratione rei, illud cedi potest cum ipsa re.*

## QVÆSTIO CXL

HOc loco inquirendum est, an & locum habeat subhastatio in iure nominandi.

Et concludendum videtur negatiuè.

1 Quoniam facultas nominandi, vti quid personale, non est cessibilis, *l. si stipulatus fuerim, ff. de verbor. obligat. Surd. post alios, quos adducit cons. 205. num. 21. & 22. lib. 2.*

2 Sed contrarium verius dicitur. Nam quod ius nominandi subhastari valeat consentiente tamen Domino

3 directo, nullum videtur esse dubium, cum, & accedente dicto consensu cedi possit, & in alium transferri, *Aacharan. consil. 63. num. 1. cum seqq. Castren. consil. 329. num. 2. lib. 2.* Ita & pari ratione potest per Iudicem subhastari; etenim quod fit à Iudice rem creditori adiudicante, vel licitatori ab ipso debitore factum censetur, *l. si ob causam, vbi Bart. & Bald. & posteriores, C. de euict. l. si pignora, ff. eod. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. n. 13.*

4 Non obstat, quod dicitur ex dicta *l. si stipulatus fuerim.* Quia ille text. locum non habet in subhastatione facta per Iudicem, vt ibi notat *Ias. sub num. 1. versic. Secundo limita.* Sed procedit in cessione voluntaria, non autem in necessaria, *vt ibidem per Ias. & Tiraq. late de retract. lignag. §. 26. glo. 1 n. 12. & seq.*

5 Secundo respondetur locum habere in facultate eligendi competente per viam meri facti, non in electione, quæ per viam iuris, vt declarat *Bar. in dict. l. in prima opposit.* quem omnes ibi sequuntur, vt testatur *Ias. sub n. 1.*

6 Tertio, & melius, ac tutius in proposito respondetur, quod licet ius personale cedi non possit, tamen quando inhæret ratione rei, illud cedi potest vna cum ipsa re, *Paris. cons. 82. num. 36. lib. 3. Surd. consil. 205. nu. 21. & 22. lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 242. n. 1. Card. Tusch. in practicar. conclus. in verbo Ius congrui, concl. 583. n. 27.*

Et ita vt supra fuit resolutum à *Rota coram sanctiss. decis. 456. per totam.*

## EPITOME.

Heres cum beneficio legis, & inuentarij, An possit vendere bona hereditaria absque subhastatione.

Datio in solutum, An sit ipso iure nulla non precedente subhastatione; vel appellatione opus sit.

Et quibus in casibus absque ea remaneat valida.

Iudex procedens tamquam super notorio, quando rectè agat.

Res data in solutum, quando est maioris pretij, & valoris, quam sit debitum, quando sit nulla.

Quid quando Iudex exequitur non bene regulato arbitrio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij quando vendit bona hæreditaria pro soluendis debitis, non tenetur ea subhastare.*

*Et potest satisfacere creditoribus primo venientibus, neque molestari potest, si soluerit posterioribus absque satisdatione, n. 2.*

*Intellige procedere data ignorantia prioritatis, & posterioritatis, secus si sciuerit adesse anteriores creditores, vel suspicatur de existentia aliorum creditorum, n. 3.*

*Et est opinio recepta, & seruata in praxi. n. 4.*

5 *Hæres cum beneficio inuentarij potest in solutum dare bona hæreditaria creditoribus absque subhastatione.*

6 *Subhastatio requiritur in datione in solutum.*

7 *Bona antequam ponantur sub hasta à peritis debent estimari.*

*Quorum si iustum pretium non inueniatur, adiudicantur creditori pro iusto pretio. n. 8.*

*Subhastationis forma omissa nullam non reddit ipso iure dationē in solutum, sed appellationis remedio opus est.*

*Contrarium plures voluerunt, n. 10.*

*Limitatur procedere, quando interuenit tantum defectus perquisitionis, An mobilia extarent; At secus si etiam concurrat immobilia vendi non præcedente discussione bonorū mobiliū, & non præcesserit subhastatio, n. 11.*

*Primò declaratur, vt quidquid sit de iure, de æquitate sustineatur datio in solutum sine subhastatione, quando ex actis consistat creditum excedere valorem* rei

*rei emptæ, quia tunc valet datio inſolutum ſine ſubhaſtatione, num.12.*

*Secundò declaratur non procedere, quando pretium eſt ita manifeſtum, vt non poſſit interuenire aliqua colluſio & ſic fruſtratoria eſſet ſubhaſtatio, n.14.*

*Teriò declaratur non habere locum quando probari poteſt, quod tempore adiudicaticationis rei datæ in ſolutum res ipſa non potuiſſet plus vendi, quam eo pretio, quo fuit data inſolutum etiam per viam ſubhaſtationis, quaſi tunc ceſſet læſio, n.15.*

13 *Datio in ſolutum facta nulla præcedente ſubhaſtatione, quidquid ſit de iure, de æquitate ſuſtinetur.*

16 *Iudex quando proceſſit, tanquam in notorio, licet tunc haberet probationes notorij, tamen ſententia valebit irreuocabiliter, ſi vere notorium erat, & de eo poſtea appareat.*

17 *Res data in ſolutum, vbi eſt maioris pretij, & valoris, quam eſſet debitum, dicitur nulla.*

*Primò extenditur procedere, licet in vno tantum nummo fuiſſet erratum, num. 18.*

*Secundò extenditur habere locum ſiue à Iudice fiat, ſiue à parte, num.16.*

*Declaratur habere locum, ita tamen, vt non vitietur in totum venditio, ſed ſuſtineatur pro ea parte, quæ proportionatur debito, num. 20.*

*Et reſiduum reſtituitur debitori. n.21.*

22 *Iudex, quando exequitur, vti debet regulato arbitrio, & pro modico debito pati non debet, quod capiatur res magni valoris.*

*Et vbi non vtatur, exequutio non vitiatur, ſed pars grauata, poterit ab exceſſu appelare, num.23.*

## QVÆSTIO CXII.

1 VIdeamus nunc, quid ſi hæres cum beneficio legis, & inuentarij vendat bona hæreditaria pro ſoluendo ære alieno, An requiratur ſubhaſtatio, & Bald. concludit quod non, in *l.fin.§. & ſi præfatam in primo not.C.de iur.deliber.quem ſequitur Guidopap.in tract.de form.inuentar. n.16. Demhauder. in compend.ſubhaſta. cap.5.nu.18. Aſin.de execut.§. 6. cap.28. & Roland.de*
2 *inuentar.in §. At quæritur pag. mihi 97.* Qui propterea poteſt etiam ſatisfacere creditoribus primo venientibus, nec moleſtari poteſt, quod ſoluerit poſteriori abſque ſatisdatione per dictum *§. & ſi præfatam, vbi Doctor. communiter notant Guido Pap.de inuentar.num. 16.Roland.in dicto ſimili ſuo tractat. §. Octaua eſt vtilitas num. 1. Valaſch.Conſulta. 52. num. 38. Aug.de teſtam.glo.112.num.8. Vincent. de Franch. decif. 172. nu.3.& 4.*

3 Quod intelligas data ignorantia prioritatis, & poſterioritatis, ſecus ſi hæres ſciuerit, quod aderant anteriores creditores, vel ſuſpicaretur de exiſtentia aliorum creditorum, quia ſi ſoluat ſine fidem iuſſore, ſibi imputabitur, quaſi tunc ſit in dolo illum non exigendo, *glo.in dicta l.fin.§.& ſi præfatam, in ver.ſatisfaciant, & ibi Bart.ſub n.1. verſic. Tertio appono, Salycet.in fin. Caſtren.n.4.in fin.C.de iur.deliberan. per textum in l.dolo, ff.ad l. Falcid. Rebuff.de ſenten. prouiſionalib. tom.1.*
4 *fol.283.*Et iſtam ſeruari in praxi reiecta ſententia contra ſententium teſtatur *Valaſch.d.conſult.52.n.38.in fi.*

5 Prout & poteſt inſolutum dare, vt communiter per ſcribentes in dicta *l. fin. §. etſi præfatam per illum text. Bart.in l.in ratione, §.ſi diligenter, ff.ad l.fal.Roland.de inuentar.§.alia, & noua vtilitas, num.primo.*

6 Quamuis alia regulariter in datione in ſolutum requiratur ſubhaſtatio eo modo, quo loquitur *Caſtren.in*
7 *l.ſi quos, C. de reſcindend. vendit.* vbi inquit bona antequam ſub haſta ponantur à peritis, & extimatoribus extimanda eſſe, & ea eſtimatione præmiſſa ſubhaſtanda fore, ac deinde plus offerenti tradi, alioquin frau-
8 dem committi poſſe, ſi verò emptor non reperiatur, vel ab eo iuſtum pretium non offeratur, bona prædicta ei vendenda non eſſe, ſed pro iuſto pretio iuxta tamen peritorum extimationem creditori adiudicanda eſſe, *l.prima, C.in cauſ.iudic. Afflict.decif.358.Roland.conſil. 32.num.32.33.lib.primo.*

9 Cuius formæ omiſſio licet dationem in ſolutum nullam non reddat ipſo iure, ſed appellationis remedio opus eſſe dixerit *Bart.* & cæteri, quos refert *Iaſ. in l.à Diuo Pio, §.in venditione, n.19.ff.de re iudicat. & Gabr. commun. opin. lib.2. tit. de execut.rei indic. concl.2.ex magis communi opinone,*

10 Cuius contrarium cenſuerunt *Imol. Alexander, & Iaſon.in dicto §.in venditione, Afflict. dicta decif.358.& Feliu. in cap. cum dilecta ſub num. 32. verſic. ſecundum ſignum, de reſcript.*

11 Tamen loquuntur, quando ille tantum defectus interuenit, quod non fuerit facta perquiſitio, An mobilia extarent, ſed ſecus ſi vtrumque concurrat, nempè ſi bona immobilia vendantur non præcedente diſcuſſione bonorum mobilium, & non præceſſerit ſubhaſtatio, vt conſiderat *Aſin.in tract.de execut.* §. 4.*cap.90.num.12.* cui adhæreo cum infraſcriptis tamen declarationibus.

12 Primò, quidquid ſit de iure, de æquitate ſuſtineatur datio in ſolutum ſine ſubhaſtatione, quando ex actis cõſtat creditum excedere valorem rei emptæ, quo caſu valet datio in ſolutum non ſeruata illa forma ſubhaſtationis, quæ, vt ſæpe fuit dictum, eſt inuenta ad fraudes euitandas, ita *Rota per Cardinalem Seraphinum*
13 *decif.358.nu.1.& 2.* Vbi quod datio in ſolutum facta nulla præcedente ſubhaſtatione quidquid ſit de iure, de æquitate ſuſtinetur. *Put.decif.252.num.8. lib.ſecundo.* Et iterum *Cardin. Seraphin. decif.984. num.5.* dicit, quod ſubhaſtatio non requiritur, quando datur res in ſolutum, quæ minus valet, quam ſit debitum, & eadem Rota coram eodem *decif 105.n.1. ex doctrina Paul. de Caſtr.in l.à Diuo Pio, §.ſi pignora, de re iudic.& Pute.dicta decif.252.lib.2.*

14 Secundò declaratur, quando pretium eſt ita manifeſtum, vt non poſſit interuenire aliqua colluſio, & ſic fruſtratoria eſſet ſubhaſtatio, *l.2.vbi Bart.num.24.C.de reſcinden. vendit. & in l.pretia rerum, §.nonnullam n.3. ff.ad l.ſal.prout ita ſequendo Bald.in l.prima, num.5. C.ſi propt.public.penſit.vendit.ſuer.celebra. concludit Coler. de proceſſ.execut.par.3.cap.9.n.44.*

15 Tertio declaratur, non habere locum, quando probari poteſt, quod tempore adiudicationis rei in ſolutum datæ non potuiſſet vendi pluris, quam eo pretio, quo fuit data in ſolutum, etiam per viam ſubhaſtationis, tamquam tunc ceſſet læſio, vt in ſpecie per *Put.dec. 252.alias in nou. decif.275.par.2. quem ſequitur Rota per Cardinalem Seraphinum dicta decif.358. n.2.* Nam à
16 quando proceſſit Iudex velut in notorio, quamuis tunc non haberet probationes notorij, nihilominus ſententia valebit irreuocabiliter, ſi verè notorium erat, & de eo poſtea appareat, *Innocent.in cap. tua, in fine de cohabi.cler.& mulier. Archid.in cap. cum plures, ad finem. verſic. Credo, de offic.delegat.in 6. Rota decif.578 aliàs 12.de fid.inſtrument.in antiqu.Put.dicta decif.252. in fin.lib.2.*

17 Vbi verò res in ſolutum data eſſet maioris pretij, ac valoris, quam eſſet debitum, diceretur nulla, vt voluit *Bart.*quem ibi ſequuntur *Doctor. in l.ſi non ſortem, §.ſi*
18 *centum, ff.de condict.indebit.* Vbi ait id procedere, licet in vno tantum nummo fuiſſet erratum. *Bald. in l.certi condictio.§.quoniam, ff.ſi cert.petat.Natta conſ.631.nu. 37.Roland.conſ.7, num.17. lib.3.Socin.conſ.82. ad finem lib.3.Tiraq.de retract.lignag.§.23.gloſſ.prima, num.23. & ſequen. Surd. de alimen.tit.nouo, quæſt.32. num.79. Aſin.de execut.§.4. cap.5.per totum.Burſat.conſ.73.nu.*

19 37. *Ancharan.iun.quæst.14. num.7.* qui Doct. loquun-
tur in datione insolutum, & dicunt verum esse, siue à
Iudice fiat, siue à parte, *Roma.in l.prima, §.pen. ff. de*
*verbor, obligat. Ruin. consil.136. num.5. lib. primo, &*
*consil. 160.num.26.lib.2. Paris.consil.81. num.36. lib.2.*
*late Tiraquel.de retract. consanguin. §. 23. glossa prima,*
*num.23. Marsil.in l.fin. num.44. ff. de iurisdict. omn. iu-*
*dic. Afflict. dicta decis.358. num.7. Curt. iun.consil.170.*
*num.8. Roland.consil.7.num.87.lib.3. Cephal. cons.198.*
*num 1.*
20 Quod declaratur procedere, vt non vitietur in to-
tum venditio, sed substineatur pro ea parte, quæ pro-
portionatur debito, vt declarat *Castren. in dicto §. si*
*centum, num.3. & Alexand. ibidem num. 3 Afflict. di-*
*cta decis.358. in fine, & ante hos Bald. in cap. quoniam*
21 *frequenter, §.fin.n.2. vt lit. non contestat.* Et residuum
restituitur debitori, *Bald.in l. fin.num.4. versic. Et non*
*plus, C. de iur. domin. impet. Afflict. decis.218. num.2.*
*Ruyn.consil.160.n.25.lib.2. Surd.de aliment.tit.9.quæst.*
*33. num.83. Rota decis.545.num. 6. 630.num.4. par.2.in*
*recentior.*
22 Et quamuis, quando iudex exequitur, vti debeat re-
gulato arbitrio, & pro modico debito pati non debeat,
quod capiatur res magni valoris, *l.quamdiu, C. de di-*
23 *stract.pign.* Tamen si eo arbitrio non bene vtatur, non
tamen vitiatur executio, sed pars grauata poterit ab
excessu appellare, vt tradidit *Bart. in dicta l. à Diuo Pio,*
*§. in venditione nu.5. Imol.num.primo, Alexand.num.4.*
*& Iason. numer.10.* qui dicit communem *Abb. in cap.*
*quoad consultationem n.27. de re iudica. Surd.cons.39. n.*
*29. lib.1.*

## EPITOME.

Executor testamenti an res hæreditarias pro vltimæ voluntatis executione vendere possit absque subhastatione.

Executor bona defuncti alienare non potest, vltra quam vrget necessitas.

Prout nec tutor, nec curator.

### *SVMMARIVM.*

1 *Executor testamenti res hæreditarias pro vltimæ voluntatis executione vendere non potest absque subhastatione, aliàs venditio est nulla.*

*Extenditur procedere, etiam si rei illius ius luendi vendatur, quam cum pacto redimendi in subhastationibus executor vendiderat. n.2.*

3 *Solemnitas, quæ in rei immobilis alienatione seruatur, eadem requiritur ad rem immobilem seruandam.*

4 *Executor contra iuris formam, à stabilibus venditionem non incipit, existentibus mobilibus.*

*Nec rem magni valoris pro re exigua distrahere potest, num.5.*

6 *Executores testamenti bona defuncti alienare non possunt, vltra quam vrget necessitas.*

7 *Tutor, vel curator ad æs alienum soluendum plus non potest distrahere, quam opus sit.*

*Aliàs sine causa alienare dicitur, & in dolo versari, numer.8.*

*Nisi ea res commodam non patiatur diuisionem, numer.9.*

## QVÆSTIO CXIII.

1 EXecutor testamenti an res hæreditarias pro vltimæ
voluntatis executione vendere possit absque sub-
hastatione queritur, & dicitur nō posse, *l. 1. ff. de reb. eor.*
*l. 1. C. quand. decr. opus non est, l. 1. ff. si cert. petat. Bald.*
*in l. & si sine, ff. de minor. & in l. in alio, ff. de alimen. &*
*cib. lega. num.13. Capr. de execut. membr.6. numer.117.*
*Bald. consil.287.num.4. lib.4. Vin. decis.305.nu.6. Aze-*
*ued. lib.6. num.4. tit.4. lib.5. recop. Crass. in §. fi. quæst.11.*
*num.2. Card. Tusch. litt. E. conclus.528. num.3.* quia di-
stractio non præcedente subhastatione est nulla. *l.2. C.*
*de fide instrumen. lib. 10. l. ordo, C. de execut. rei iudic.*
*Afflict. decis.358. & decis.302. & ibi Vrsill. Marta decis.*
*154.n.4.*
2 Quod extenditur procedere quoque si rei illius ius
luendi vendatur, quam cum pacto retrouendendi in su-
3 bhastationibus executor vendiderat; Nam quod dici-
tur de solemnitate rei immobilis venditione, idem in
pacto redimendi ad rem immobilem seruandam ait
*Alexand. consil.27. & ibi adden. lib.3. Cardin. Tusc. litte-*
*ra E. conclus.537. num.15.* in quo & illud aduertendum
erit, quod executor contra iuris formam venditionem
non incipiat a stabilibus existentibus mobilium, *Bart.*
*in dicta l. in alio, nu.13. Papon. lib.20. tit.6. Arest.5. Gut-*
*tierez alleg.1.n.5. Tell. Athaur.32.n.6. Azeued. lib.6.n.4.*
*tit.4. lib.5. recop. Tepat. var. lib.2. tit. de execu. col. prima,*
5 vel rē magni valoris pro exiguo debito distrahat, *Bart.*
*in l.6. C. de distract. pign. Menoch. de arbit. iudic. casu 182*
6 *n.34.* quia testamenti executores bona defuncti aliena-
re non possunt, vltra quam vrgeat necessitas, *Osas. cons.*
*12.n.7. & 8 Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. li.*
*5. num.35. Azeued. dicto lib.6.n.5.* Sicut tutor, vel cura-
tor ad æs alienum soluendum, nec plus potest distrahe-
re, quam opus sit, *l. magis puto, §. item Prætor, ff. de reb.*
*eor. ex Afflict. & Fabian. de Mont. & aliis respondit Ro-*
*lan. consil.33. num.8. lib. primo. Natt. consil.162. num.5.*
*Neurzan. consil.85. num.2. Borgnin. de tut. & curat. nu.*
*129. Azeued. dicto num.5. Menoch. consil.214. numer.2.*
*& de recuper. possess. remed.15. num.147. & de arbitr.*
8 *iud. casu 171. num.21. & casu 182. num.35.* quare tutor
vendens vltra vrgens æs alienum sine causa, alienare di-
citur, & in dolo versatur, *Angel. consil.175. Alexand.*
*consil.74. numer.3. lib.3. Menoch. dicto consil. 214. nu-*
*mer.4.*
9 Nisi ea res commodam non patiatur diuisionem,
*Bald. in d. l. magis puto, §. idem Prætor & cons.75. lib.1.*
*Menoch. vbi proxime sup. n.34.*
Verum pro limitatione huius quæstionis videas quæ
dicuntur in sequenti.

## EPITOME.

Executor testamenti an, & quando vendere valeat bona hæreditaria absque subhastatione ex facultate sibi à Testatore concessa ea vendendi.

Venditionem impugnans prætextu subhastationum non factarum audiri non debet, nisi prius restituto pretio, vel realiter oblato cum iactis melioramentis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Facultas vbi data est à Testatore executori vendendi bona, ex ea censetur data licentia vendendi sine subhastatione.*

Con-

*Contrarium n.4.*

*Prima relata sententia declaratur primo procedere, si speciale prædium vendere Testator iusserit, secus si in genere licentiam dederit.n.2.*

*Subdeclaratur, particularem rei vendendæ licentiam non obesse, quando extat loci consuetudo, aut statutum vendendi bona præmissis subhastationis, n.3.*

*Secundo declaratur habere locum, si adijciatur, quod vendere possit cum bannimento, vel sine, n.5.*

*Tertio declaratur, quando tutor, & curator condemnatus esset ad tradendam rem minoris, quo casu necessaria non est subhastatio, n.6.*

*Idem erit, si tacite mandauerit testator, n.7.*

8 *Executor à Testatore simpliciter constitutus nulla forma sibi præfixa, id solum exequi potest, quod à Lege, vel Canone est permissum.*

9 *Executor extra tempus à testatore præfinitum exequi non potest.*

*Quod tempus ab hæreditate adito currit.n.10.*

11 *Venditionem impugnans prætextu subhastationum non factarum audiri non debet, nisi prius restituto pretio.*

*Vel etiam realiter oblato cum melioramentis factis, num.12.*

## QVÆSTIO CXIV.

1 QVæro quid censendum, quando à Testatore data est facultas vendendi, An ex ea censeatur etiam data licentia vendendi sine subhastatione. Et concludendum videtur affirmatiuè. Quia venditio facta in vim facultatis à Testatore concessæ, perinde est, ac si ab ipsomet Testatore facta fuisset, *l. item eorum, ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Bald. consil.287.n.4.libr.4. Tiraquell. de legi. connub. glos.8. num.184. dixi in tract. de euict. quæst.192. numer.41. & nunc addo Rota decis. 446. sub num.1. in fine par. prima in recentior.* Quæ con-
2 clusio secundum plures declaratur, si speciale prædium vendere testator iusserit, secus si in genere licentiam dederit vendendi bona, quia tunc subhastatio necessaria est. *addent. ad Alexandr. cons.27. lib.3. Luc. de Penn. & alij in l. final. num.3. C. de princ. agen. in reb. lib.12. vbi glos. reprobat tex. in l. prædium. C. quand. decret. opus non est. Card. Tusch. lit. E. conclus.537. n.14.* Imo & si loci
3 consuetudo sit, aut statutum vendendi bona præmissis subhastationibus, tunc particularis rei vendendæ licentia non obstante, subhastationes sunt necessariæ.

4 Supradictum tamen Baldum sententiam ita simpliciter vt supra intellectam falsam dicit *Munoz. de ratiocin. administrat. cap.16. sub num.18. cui addo Fabian. de Mon. de emption. & vendition. quæst.5. princip. sub n.85. versic. sed dici posset; & Iodoch. Dembaud. in compend. subhast. à c.3. num.30. Gratia. disceptat. cap.479. n.8. lib.3.*
5 Nisi adijciatur, quod vendere possit cum bannimento,
6 vel sine, *ex Surd. decis.77. nu.4.* Item vbi supra *Munoz.* intelligit, vbi tutor vel curator condemnatus esset ad tradendum rem minoris, quia hoc casu necessaria non esset subhastatio, & aliæ solemnitates per *Surd. cons.30. n.1. & seq. lib.1.* Licet regulariter ex communiori, & in practica obseruata opinione de consuetudine in venditione rerum minorum non requiratur subhastatio, vt dixi in q.27. præsertim quando ab executore bona fide facta extitit *Bald. in authen. hoc ius porrectum, nu.15. C. de sacrosanc. eccles. Angus. cons.279. n.43. Rota dec.446.*
7 *n.2. par. prima in recentior.* Idem erit, si tacite mandauerit testator *Bart. in l. alio. de alimen. & ciba. lega. Ce-*
8 *phal. cons.625. n.12. lib.5.* Alias vbi executor à testatore simpliciter constituitur nulla forma sit præfixa, id solum exequi potest, quod a Lege, vel Canone est permissum ex prædictis; Prout & nec extra tempus à testatore diffinitum is potest exequi. *Spin. de testam.*
10 *gloss.28. n.41.* Quod adita prius hæreditate cursurum est, *gloss. in l. qui filio, ff. de hæredi. instit. Alexand. in l. nemo, ff. de legat.1. Ias. in l. eam quam ff. de fideicomm. Oldrad. cons.108. Abb. in cap. nos quidem, num.10. Imol. num.7, & posteriores, de testam. alios plures citat Crass. §. fin. q.5. n.2. Spin. dicta gloss.28. n.10. Card. Tusch. dict. lit. E, conclus.541. num.1.*

11 Notabis tamen, quod impugnantes venditionem ex defectu subhastationum audiri non debent, nisi prius soluto pretio, *l. cum te fundum, C. de pact. inter emptio. & vendit. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. Bald. in l. 2. post medium C. de rescind. vendi. & in l. vlt. num.3. C. si aduer. fisc. Felin. in cap. cum causa, numer.10. extra de re iudic. Abb. consil.62. in fin. versic. Postremo dico, libr.1. Corn. consil.188. in fin. lib.2. Cranett. consil.7. numer.14. Roland. consil.59. num.7. lib.1. Gratian. discept. lib.1. cap.*
12 *7. num.29.* Vel realiter oblato, & cum effectu cum melioramentis factis, & alijs, de quibus per *Simon. de Præt. consil.74. num.28. lib.1. Calcan. consil.26. column. fin. & Odd. in tractat. de restitut. in integr. quæst.47. art. primo, num.14.*

## EPITOME.

Res vendi, ac subhastari debet ab executore præsente pecunia, & non habita fide de pretio.

Et quando hoc non procedat.

Prout nec procurator ad vendendum ad certam causam potest fidem habere de pretio, nisi confitendi ei fuerit data licentia.

Nec sufficit, quatenus esset simpliciter ad vendendum constitutus, nisi aliunde appareat pretium verè fuisse numeratum.

Verbum pecunia in venditione, ac subhastatione qualiter sit accipiendum.

### SVMMARIVM.

1 *Res vendi debet ab executore præsente pecunia, & non habita fide de pretio.*

*Fallit si à Testatore confitendi fuerit data facultas, numer.5.*

2 *Procurator constitutus ad vendendum, ita quod pretium erogari debeat in aliquam causam, non potest habere fidem de pretio.*

*Fallit, si simpliciter fuerit constitutus ad vendendum, num.3.*

*Sublimita, vt pretij confessio satis non sit, si illud numeratum aliunde non constet, n.4.*

6 *Verbum, pecunia, in venditione, & subhastatione non ita stricte accipiendum est pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione.*

*Declaratur, dummodo satisfactio interueniat, non autem si accolletur censuss, vel quid simile, cum ista non sit satisfactio, n.7.*

8 *Venditio si nulla sit, an pretium ab executore receptum per hæredem agentem prius restituendum sit, remissiuè.*

## QVÆSTIO CXV.

1 COnuenit, vt hoc loco, quæramus, An in venditione, & subhastatione possit executor habere fidem de pretio, vel debeant fieri præsente pecunia. Et resoluendum videtur executorem fidem habere non posse, ex *Bart. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iudic. vbi de communi testatur Ias. num.8. Zas. num.7. & 8. Bal. in l.*

mci-

*in ciuile*, *Cod. de rei vendic. Vin. decis.305. num.7. & 8. Ioan. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit.4. §.6. nu.15. Matthe. Coler. de process. execut. par.3. c.9. num.94. Cruss. in §. fin. quæst.11. num.4. Card. Tusch. litt. E, conclus. 528. num.1. Gratian. disceptat. lib.1. cap.7. num.4. cap.326. nu.11. lib.2. & cap.329. à num. 34. ad 45. & cap. 320. num.*
2 *4. eodem lib.* Sic in procuratore constituto ad vendendum, ita quod pretium erogari debeat in aliquam certam causam, vt nempe fidem de pretio habere non possit, post *Bart. in dicto §. sed si emptor, & ibidem Cuman. num.4. Alexand. num.7. Ias. num.4. tradit Pont. in dicto §.6. n.11. Riminal. iun. consil.5. n.169. Morot. consil.24. n.17. Gratian. dicto cap.329. n.42.*

3 Quamuis secus si simpliciter ad vendendum sit constitutus procurator. *Morot. cons.24. Verull. decis.276. lib.*
4 *2. Ponte dicto §.6. num.13.* Ita tamen, quod sola pretij confessio satis non sit, nisi aliunde numeratum illud fuisse constet *Bart. in dicto §. sed si emptor, nume.23.*
5 *Vin. decis.305. num.9. Guttierez. allegat.* 1. & nisi etiam testator confitendi dederit potestatem, *Guttierez. dicta allegat. prima.*

6 Verum verbum istud, pecunia, intelligas accipiendum non ita strictè pro ea, quæ ad numerum datur, sed, vt alias dixi, pro satisfactione, *iuxta l.4. §. ait Prætor, & §. condemnatum in fine. versicul. Soluisse, ff. de re iudic. l. si procurator, alias incip. l. si curator, §. si ab eo, vbi glos. in verbo Soluto, ff. de iur. fisc.* & in materia subhastationis fuit decisum per *Rotam coram Sacriss. in Romana Vi-*
7 *neæ 18. May 1601. impress. decis.28. n.1.* Dummodo tamen satisfactio interueniat, non autem promissio de accollando censum, aut quid simile, cum ista non sit satisfactio, *l. si quis stipulatus sit stichum, §. fin ff. de verbor. obligat. Arctin. consil.28. in primo Dubio, & latius dixi in quæst...*

8 An autem si venditio nulla sit pretium ab executore receptum per hæredem agentem prius restituendum sit, adeas *Ias. in l. si pretium, C. de procur. & Card. Tusch. in litt. E, concl.537. num.12.*

## EPITOME.

Pecuniæ si ab executore non soluantur in causam sibi demandatam, est tamen emptor securus.

Prout & emptor rei minoris est securus, qui soluit Tutori, vel Curatori, si pretium non soluatur creditori minoris.

Idem dicitur in emptore rei Ecclesiæ.

Et ostenditur huiusmodi alienationem à principio vtilem non reddi nullam ex eo quod non probetur pretium versum esse in vtilitatem Ecclesiæ. Nec emptor tenetur probare versionem.

### SVMMARIVM.

1 *Pecunia si ab executore non soluantur in causam sibi demandatam, emptor est nihilominus securus.*
2 *Emptor rerum minoris, qui soluit pretium Tutori, vel Curatori, est securus, si pretium non soluatur creditori minoris.*
3 *Emptoris non spectat ad sollicitudinem si pretium non soluatur creditoribus Ecclesiæ, vel vniuersitatis.*
4 *Debitor de consensu creditoris si rem vendat, vel pignoret rem obligatam ad satisfactionem debiti, & luitionem pignoris, sed illud non soluat creditori, emptor redditur securus.*
5 *Mutuans non debet esse sollicitus in quam causam conuertatur pecunia mutuata, sed quod causa asseratur per procuratorem.*
6 *Venditio executoris facta non bona fide, An sit retractandu.*
7 *Alienatio rei Ecclesiæ, quæ ab initio fuit vtilis non redditur nulla ex eo, quod non probetur pretium versum esse in vtilitatem, Ecclesiæ nec emptor tenetur probare versionem.*

## QVÆSTIO CXVI.

1 FActa subhastatione si pecuniæ non soluantur ab executore in causam sibi à Testatore demandatam, an emptor sit securus, quæritur. & concluditur, quod sic, quia sufficit emptorem dictam causam soluisse, quamuis in istam causam non conuertat. *est tex. in l. 1. §. non autem in verb. Vnde quærit. ff. de exercit. act.* Vbi probatur, quod si Præpositus Naui mutuatos nūmos ad reficiendam Nauē, mox mutauit voluntatē, in priuatos suos vsus conuertat, datur actio mutuāti contra Dominum; qui eum præposuit; licèt in illius voluntatem non sint conuersi nummi, quia imputet sibi Executor, qui talem præposuerit. Ergo idem dicendum est in casu nostro, quod cum executor habeat mandatum a testatore ad vendendum, vt ipsius debita soluantur, si executor vendat in eam causam, & postea pretium conuertat in propriam eius vtilitatem, emptor nihilominus reddatur securus, ita quod imputet sibi testator, qui talem executorem constituit, ita sensit *Bart. in l. alio. n.25. ff. de alim. & cibar. legat. sequitur Paul. de Castr. in l. pretium, C. de procur. Gregor. Lop. in l.60. in glos. fizo pagamiento tit. decimo octauo par. tertia.*

2 Vbi quærit, An emptor, qui soluit tutori, vel curatori minori si securus in emptione per ipsum facta, si pretium non soluatur creditori minoris, & dicit videri, quod sic per illam legem Regiam, iuxta quod notat *Bar. in d. l. Alio vers. Quærit*, quid si dicitur, & per doctrinam eiusdem *Bart. in auth. hoc ius porrectum in ver. Quaro dicitur hic, C. de sacr. sanct. Eccles. num.13.* vbi te-
3 net *Bart* quod in casu *Auth.* prædictæ non spectat ad solicitudinem emptoris, quod pretium soluatur creditoribus Ecclesiæ, sed sufficit, quod soluat de mandato superioris, idemque dicitur in venditionibus rerum Ciuitatis, in quibus versio non est probada, dummodo fiant seruatis seruandis, secundum veriorem opinionē *Ioan. de Plat. in l.x. post prin. vers. Sed dic, quod imo, C. de vendit. rer. Ciuit. lib.10. Card. in cap. ex presentium num. 2. de pign. Innoc. in cap.1. in princ. deposit. Roman. consil. 440. ad med. Dec. consil.36. pro tenui. col.6. in princ. vers. Tertio principaliter, Rotatorum Cardin. Seraphin. Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. Surd. qui de communi decis.366.* & in proposito confert *tex. in l. sicut, §. illud, ff. quib. mod. pign. vel hipothe. sol.*

4 Vbi deciditur, quod si debitor de consensu creditoris vendiderit, vel pignorauerit rem obligatam ad satisfactionem debiti, & luitionem pignoris, & postea ipse debitor, qui pretium accepit, illud non soluit creditori, emptor erit securus, & præfertur primo creditori, quoniam licitè emit de voluntate creditoris, nec ei nocere debet fraus debitoris vendentis.

5 Confirmatur dicta sententia authoritate *Bart. in l. doli mali, num.8. ff. de nouat.* vbi tenet, quod si procurator habens speciale mandatum ad recipiendum pecuniam mutuo in certum quemdam vsum conuertendam, & recipiat, sufficit procuratorem causam asserere, quia non debet esse solicitus mutuans, An conuertatur pecunia in illam causam, sed quod solum asseratur per procuratorem quod comprobat ibidem *Alexan. in addit. sub litt. E.*

6 Non obstat *Bart. in dicta l. alio. num.13. & seq.* dum ait, quod quando executor bona fide non vendidit,

ven-

venditio est retractanda, & prius agendum esse aduersus emptorem.

Quoniam Bart. loquitur, quando executor non seruauit debitam formam in vendendo, quia non incœpit à mobilibus, vel non fecit subhastationem, vel pro modico vendidit; Non autem loquitur, quando executor fuit in culpa in pretio conuertendo, cum tamen esset seruata solemnitas, quia tunc imputandum est testatori, qui talem executorem constituit per *text. in dicta l. 1. §. non autem, versic. Vnde quæris, ff. de exerci. act.* quod notandum dicit tanquam quotidianum, & de pane lucrando, *Franc. Cur. Iun. in l. si pretium, num. 5. C. de procur.* vbi refert eiusdem opinionis fuisse *Castren. in dicta l. pretium, Guttierez. Alleg. 1. num. 2. & seqq.*

7 Visum etiam nota circa venditionem rerum Ecclesiæ, quod quando ea fuit vtilis, non redditur nulla ex eo, quod non probetur pretium versum esse in vtilitatem Ecclesiæ, nec emptor tenetur probare versionem, scribentes communiter in *cap. 1. vbi Butr. colum. 4. versic. Secundo, cum Innocen. & latè ibidem Imol. de deposit. Menoch. consil. 375. num. 12. libr. 4. Rota Auximana bonorum 13. May 1585. coram R. P. D. Rubeo, & in eadem 15. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Robusterio, & ego ipse dixi in Tract. de euict. q. 130. nu. 33. & infra,* vbi etiam habentur limitationes.

## EPITOME.

Subhastatione, ac venditione facta per creditorem habita fide de pretio eidem datur actio aduersus emptorem.

Quod non accidit fauore executoris, cui non permittitur vendere, nisi præsente pecunia.

Sicut nec admittitur Administratori, ac similibus.

### SVMMARIVM.

1 *Actio ad pretium in subhastationibus datur creditori, qui habuit fidem de pretio.*

*Fallit, quando executor vendidit, num. 2.*

*Ratio adducitur, quia executor habendo fidem de pretio non implet consitendo, sed tantum recipiendo, quod secus accidit in creditore vendente, cum valeat subhastatio, etiam non interueniente pretio creditore non contradicente, vel consentiente, n. 3.*

4 *Subhastatio, & venditio si fiat de consensu creditori non consideratur, an sit præsens pecunia, vel non, cum valeat subhastatio etiam non interueniente pretio, vel de eo habita fide ipso non contradicente.*

*Neque tunc consideratur ratio, quod victor sit subrogatus loco iudicis, & quod non vendat iure suo, sed solum, quia poterat creditor sibi praiudicare vendendo bona habita fide de pretio, quod Iudici non permittitur, num. 5.*

*Extenditur idem esse in quolibet executore, administratore, ac similibus, quasi tunc videatur minoris vendere, quam si pecunia præsens esset, num. 6.*

## QVÆSTIO CXVII.

1 SCiendum est præterea, quod vbi venditio fiat per creditorem, qui habuit fidem de pretio, ei datur actio ad pretium, quasi tunc illa non detur in subhasta-
2 tionibus, quando executor vendidit, quo casu victor nullam habet actionem ad pretium contra emptorem, *Paul. de Castr. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor ad fin. in versic. Melius igitur, ff. de re iudic. post Bart. ibid. in princ. versic. Nota bis: num. 1. & ibid. Ias. numer. 2.*

3 Ea ratione, quia, cum detur executori certa potestas in causam limitatam, vt scilicet soluatur æs alienum, vel conuertatur in causam iudicati, ista causa non impletur habendo fidem de pretio, sed tantum recipiendo, secundum *Bar. in d. §. Sed si emptor num. 7.* quod non ac-
4 cidit in creditore vendente, de cuius consensu si fiat venditio, non consideratur, an sit presens pecunia, vel de eo habita fides ipso non contradicente, vel consentiente. *Rota in vrbenetana domus 5. Decembris 1594. coram Card. Pamphilio seniore, & iterum in Perusina dotis prima Iulij 1598. coram bon. mem. Pænia post Imol. in dicta l. à Diuo Pio, §. sic quoque num. 29. in glos. super. verb. capi, ff. de re iudic. & Paul. de Castr. in l. eleganter, §. si*
5 *vendiderit in princ. n. 2. ff. de pign. act.* quo etiam in casu non consideratur ratio, quod victor sit subrogatus loco Iudicis, & quod non vendat iure suo, sed solum quia poterat creditor sibi præiudicare vendendo bona habita fide de pretio, quod Iudici non permittebatur tamquam habenti facultatem vendendi tantummodo præsente pecunia vigore limitati mandati, prout idem est in quolibet alio executore, procuratore, administratoribus, & similibus, quasi tunc videantur minoris vendere, quam si pecunia præsens esset, vt per *Zas. in d. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, num. 7. & 8. ff. de re iudic.*

## EPITOME.

Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro solutione æris alieni testatoris, nec requitur subhastatio.

Etiam quod testator alienationem Prohibuerit, & signanter pro ære alieno soluendo.

Et etiam pro debito heredis valet alienatio, quamuis non fecerit inuentarium.

Sufficitque pro dictæ alienationis validitate offendere, nulla alia extitisse bona libera, & pretium fuisse versum in solutionem creditorum.

Et prędicta locum habent, etiam si agatur de alienatione alicuius rei particulariter legatę.

### SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro solutione æris alieni testatoris.*

*Primo ampliatur procedere, etiam quod testator prohibuerit bonorum alienationem, num. 2.*

*Secundo ampliatur, quod æs alienum sit debitum ipsi hæredi, n. 3.*

*Tertio ampliatur locum habere, etiam quod hæres non confecerit inuentarium, num. 4.*

*Quarto ampliatur, vt id permittatur, etiam, quod testator prohibuerit bonorum alienationem pro ære alieno soluendo; nu. 5.*

*Quinto ampliatur hoc adeo verum esse, vt nec Iudicis sententia, nec decretum sit necessarium in huiusmodi alienatione, num. 8.*

*Ad iustificandum tamen venditionis contractum sufficit ostendere nulla alia extitisse bona libera, & item pretium versum fuisse in solutionem creditorum, num. 9.*

*Extenditur, vt alienatione facta non possit fideicommissarius alienata reuocare oblato pretio emptori, n. 6. & de ratione n. seq.*

7 *Factum legitimè retractari non potest.*

10 *Bona fideicommisso subiecta, vt possint alienari pro solutione*

*solutione æris alieni, non est necesse, vt capiantur ad creditorum instantiam, nec etiam subhastentur, sed suo marte hæres ea potest alienari, ex eorum pretio creditoribus satisfacere.*

*Est tamen necesse, vt creditores vrgeant, numero 11.*

*Extende idem procedere in alienatione rei alicuius particulariter legatæ, aut fideicommissariæ facta super solutione creditorum, vt nempe valeat in præiudicium illius personæ particularis, quando talis alienatio facta est ad instantiam creditorum authoritate Magistratus; secus si facta sit ab hærede, vbi extant alia bona hæreditaria, n.12.*

13 *Bona fideicommisso subiecta, quando & quibus casibus alienari possint, remissiuè.*

## QVÆSTIO CXVIII.

BOna fideicommisso subiecta, an alienari possint pro solutione æris alieni testatoris; Et an opus sit, vt ad instantiam creditorum capiantur, & subhastentur, sæpe quæri contingit.

1 Nam quod alienari possint pro soluendo ære alieno adducuntur *tex. in l. filius fam. §. Diui, ff. de leg. 1. vbi*
2 *Rip. n.24. cum seqq.* etiam quod testator prohibuerit bonorum alienationem, *l. Pater filium in princ. ff. de leg. 3. l. Aristo, ff. de iur. delib. l. non solum, ff. de petit. hæredit. l. cum fideicomm. ff. de fideicommiss. liber. & l. 1. Cod. ad Trebell. & probarunt Bar. in l. Marcellus, §. Res quæ in prima opposi. & ibid. Roma. n. 11. in fin. Ias. vers. Intelligo, & Soc. Sen. n. 10. ff. ad Trebel. Soc. Iun. cons. 38. n. 13. lib. 2. Natt. cons 110. n. 13. & cons. 145. n. 32. Hier. Gabr. cons. 117. n. 6. lib. 1. Surd. cons. 7. num. 23. lib. 1. Honded. consil. 58. num. 25. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 192 in fin. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 8. num. 11. Petra de fideicomm. quæst. 8. num. 315. & quæst. 15. num. 2. & seq. Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 52. num. 107. & prius art. 39. num. 1.*
3 *& art. 40. num. 18. & 23.* etiam quod æs alienum a testatore sit debitum ipsi hæredi per *tex. in l. 4. §. cum quis, ff. de hæredi. vel act. vendi. l. pæn. ff. ad Trebell. & l. 1. Cod. debit. vend. pign. imped. non poss. Cardin. Mantic. in dicto tract. lib. 7. tit 8. num. 15. Peregrin. dicto artic. 35. num. 1. artic 39. num. 1. & artic. 40. num. 18.* & licet
4 non confecerit inuentarium *ad l. Lucius, §. maritus, ff. ad Trebell. & l. cum hæres la 2. ff. eodem tit. Paris. consil. 3. num. 53. lib. 2. Natt. consil. 255. num. 6. & seq. Rolan. consil. 65. num. 12. & infra lib. 2. Aymon. consil. 144. n. 5. Menoch. consil. 183. num. 33. lib. 2. Honded. dicto cons. 58. num. 26. libr. 1. Hieron. Gabriel. cons. 124. num. 3. lib. 1. Cim. de Prat. de interpret. vltim voluntat. fol. 274. n. 8. & fol. 354. num. 13. Peregr. de fideicomm. artic. 34. &*
5 *decis. 6. num. 5. & decis. 96. num. 8.* & quod magis est, permittitur etiam quod testator prohibuerit bonorum alienationem pro ære alieno soluendo. *Menoch. consil. 245. n. 22. Bertazol. cons. ciuil. 76. n. 3. lib. 1. Natt. consil.*
6 *145. n. 22.* ita quod alienatione facta non possit fideicommissarius alienata reuocare oblato pretio emptori, *Paul. de Castr. in auth. res quæ num. 5. Ruin. consil. 137. n. 19. lib. 2. Peregr. in dicto tract. de fideicommis. artic. 40.*
6 *num. 27.* iura prædicta permittunt alienationem nulla redhibendi addita conditione, & quia factum legitimè retractari non potest *reg. factum legitimè de regul. iur.*
8 *in 6.* Et hæc adeo vera sunt, vt nec Iudicis sententia, nec decretum sit necessarium in huiusmodi alienatione, sicut requiritur in alienatione rerum Minorum, vt eorum creditoribus satisfiat, *iuxta leg. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, Peregrin. dicto artic. 40. numer. 23. Hieron. Gabriel. dicto consil. 118. numer. 8. libr. 1.* Non enim dictus *§. Diui, dictus §. predium & dicta l. Pater* filium requirunt decreti interpositionem, sed ad iustificandum venditionis contractum, sufficit attendere, nulla alia extitisse bona libera, & idem pretium versum extitisse in solutionem creditorum, dicens id fuisse de mente *Bal. in l. fin. §. & si præfatam, col. fin. C. de iur. deliber.* Neque minus necesse est, quod ad creditorum in-
10 stantiam bona capiantur, & subhastentur, sed suo marte heres poterit bona alienare, & ex eorum pretio creditoribus satisfacere, *sic Peregr. dicto art. 40. n. 25. per*
11 *tex. in dicta l. Pater filium in princ.* quamuis necessum sit, quod creditores vrgeant *arg. dictæ l. Magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor. & notatur per Gabr. dicto cons. 118. num. 5. lib. 1. & sequitur Monet. de commuta. vlt. volunt. cap. 9. num. 126. tit. de fideicommiss. derogat.*
12 Idemque procedit in alienatione rei alicui particulariter legatæ, aut fideicommissariæ facta pro solutione creditorum, vt scilicet valeat in præiudicium illius personæ particularis, quando talis alienatio facta est ad instantiam creditorum authoritate Magistratus; secus si facta sit ab hærede, vbi extant alia bona hæreditaria, post *Bal. in d. l. fin. §. & si præfatam, q. 4. C. de iur. delib.* & alijs, ita declarat *Peregr. d. art. 40. num. 28.*
13 Quando autem, & quibus alijs casibus liceat alienari bona fideicommisso subiecta, videas per *Peregr. d. art. 40. per totum, & Monet. d. cap. 9. à num. 118. vsque ad n. 142. & nouissimè per Fusar. de subsist. q. 641. 542. & q. 665.*

---

## EPITOME.

Filij hæredes Patris cum beneficio legis, & inuentarij an valeant retrahere bona hæreditaria publicè licitata.

Retrahens non impugnat, sed potius approbat contractum.

Emptor à quo retrahitur res iure retractus agnatitij immunis recedit restitutis sibi expensis omnibus, ac meliorationibus.

Nec quatenus res vendita per agnatum recuperata euincatur ab eo per aliquem extraneum tenetur illi agnato de euictione etiam pro pretio habito.

### SVMMARIVM.

1 *Filij hæredes Patris cum beneficio legis, ac inuentarij bona vendita in publica licitatione ad instantiam creditorum retrahere non possunt.*
*Contrarium resoluitur, n. 4.*
2 *Venditio facta iudicis authoritate habetur, ac si debitor ipso vendisset.*
3 *Factum Iudicis subhastantis dicitur factum debitoris.*
5 *Beneficium inuentarij præseruat iura omnia propria personalia filiorum, ac si non essent hæredes.*
6 *Retrahens non impugnat, sed approbat contractum, & agit, vt nomen suum supponatur loco emptoris.*
7 *Emptor à quo res per agnatum iure agnatitio retrahitur est immunis restitutis sibi expensis in gabellis, instrumentis, & meliorationibus.*
*Nec tenetur de euictione, num. 8.*

## QVÆSTIO CXIX.

SVper contractu venditionis necessariæ in publica licitatione ex statutis pluribus in locis existentibus com-

competit agnatis,& vicinis Ius retrahendi restituto eodem pretio,& ideo quæritur, quid si mortuo Patre filij acceptent hereditate cum beneficio legis, & inuentarij, & ad instantiam puta Sempronij creditoris fuerunt vendita bona in publica licitatione vti de bonis ipsorum filiorum vti heredum cum dicto beneficio, quæ tandem seruatis seruandis ipsi creditori fuerunt deliberata. Et

1 Post aliquod temporis spacium filij prædicti prætendentes sibi bona, vt supra, deliberata sibi dimitti iure tractus agnatitij deposuerunt pretium adiudicationis insolutum.

Opponit Sempronius emptor dictos filio non fore audiendos, & actione carere, quoniam ipsimet erant debitores, licet beneficiati vti patris hæredes, cuius bona eis aditionem fuerant quæsita etiam quoad dominium, vt latè per *Tiraquel. in tract. le mort saisit p. 2. de-*
2 *clar.* 12. & venditio facta fuit authoritate Iudicis, ac seruatis seruandis media subhastatione tanquam de bonis illorum, & ideo perinde esse, ac si ipsi vendissent, ac insolutum tradidissent d. Sempronio emptori, cuius occasione is dicebant etiam eodem de euictione teneri; Et propterea intrare regulam, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *vulg. l. vendicante, ff. de euict. cum simi.*

3 Item quia factum Iudicis subhastantis, ac vendentis dicitur factum debitoris, & eius loco succedit, *l. si ob causam, vbi Bar. & alij, C. de euict. & l. si plus, vel minus, ff. eodem Bar. & Bal. in l. 1. C. de execut. rei iudic. Hartm. Pistor. quæst. iur. lib. 1. quæst. 15. n. 85. Negusan. de pign. par. 5. princip. pri. par. membr. 3. n. 7.*

4 Sed contrarium concluditur, quia pro filijs stat naturalis ratio congrui, super quo fundatur ius retractus agnatitij.

5 Item concurrit beneficium inuentarij, quod solet præseruare iura omnia propria personalia, ac si non essent hæredes, vt plenè traditur in *l. fin.* & ibi per scribentes, *C. de iur. delib.* neque ob id dicitur contrauenire, quia retrahens non impugnat, sed approbat contractum, & agit, vt nomen suum supponatur loco emptoris, & præferatur super contractu venditionis, cum ex lege municipali proponat vti agnatus, & prælatio, ac retractus agnatitius est huius effectus, vt venditionis instrumentum factum ad nomen illius extranei emptoris restituto sibi precio in nihilo alteratur, ita quod factam intelligatur ad nomen ipsorum filiorum, & sic illorum nomen sit subrogatum loco emptoris.

7 Qua ratione emptoris fauore resultat, quod ex quo illius nomen subducitur à contractu, ideo immunis, recedit restitutis, sibi omnibus expensis, ac meliorationibus in re empta factis, prout, & gabellis, ac instrumenti, siue contractus, iuxta, quæ habentur per *Tiraq. de retract. lignag. §. 39. per totum.*

8 Atque insuper casu, quo res vendita per agnatum recuperata euinceretur ab eo per aliquem extraneum, emptor à quo res retracta fuit, non tenetur illi agnato de euictione, etiam pro pretio habito, latè per *Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 9. n. 34. & seqq.* quia emptor voluntariè non vendit, sed ex lege municipij pecunia rem emptam restituit agnato illum subrogando in ius suum.

Quamuis de iuris rigore in quæstione proposita fortè dicendum esset eam diffiniendam ad fauorem emptoris, cum morte Patris debitoris dominium, quod habebat in bonis licitatis, fuit solutum, & translatum in hæredes, *l. 1. §. Scæuola, ff. si quis testam. lib.* & illud fuit quæsitum filijs hæredibus cum beneficio legis, & inuentarij, vt per *Tiraq. le Mort. saisit. par. 2. declar.* 12. & ideo sequitur de necessitate, quod vendi in fuit facta vti de eorum bonis, quæ sibi preseruare poterant soluendo creditum Sempronio.

# E P I T O M E.

In datione in solutum vi subhastationis, ac sit locus retractui.

Datio in soluto vim venditionis obtinet, siue voluntaria sit, siue etiam necessaria, hoc est facta vigore subhastationis.

Et adducuntur ad inuicem contrariæ opiniones, & ostenditur, quæ sit verior, & magis communis.

## *S V M M A R I V M.*

1 *Datio in solutum tunc obtinet vim venditionis, quando datur species pro quantitate.*

*Quidquid sit, quando datur species pro specie, quasi tunc illa habeat se ad instar permutationis n. 2.*

*Ampliatur procedere ne dum in datione in solutum voluntaria, sed etiam in nececessaria à iudice facta pro executione rei iudicatæ, n. 3. & 4.*

*Quamuis contrarium sentiant plures, n. 5.*

*Qui loquuntur etiam in datione extra Iudiciali, n. 6.*

*Et in datione insolutum vigore subhastationis, n. 7.*

*Ac in alienatione ex Iudicis decreto per licitationem facta, in qua dicitur non esse præferendum directum Dominum plus offerenti, cum ei imputandum sit, cur non ipse licitans fuerit, n. 9.*

*Atque etiam in casu subhastationis rerum pignoratarum, & in adiudicatione iudiciaria, quæ non comprahenditur sub statuto iuris congrui, n. 10.*

*Prior tamen relata sententia dicitur magis communis, & verior n. 11.*

*Ampliatur procedere, siue res immobilis adiudicetur per Iudicem pro debito ipsimet creditori, siue alteri tertio, n. 32.*

4 *Origo obligationis regulariter semper attenditur.*

8 *In adiudicatione factis subhastationibus non est locus retractui.*

## Q V Æ S T I O CXX.

IN datione in solutum vi subhastationis facta, an sit locus retractui, in casu quo loco venditionis habetur, disputant scribentes.

Et resolutiuè agendo, sciendum est primo, huiusmodi dationem insolutum obtinere vicem venditionis, quando datur species pro quantitate, *l. si predium, C. de euict. Bar. in l. Eleganter in princ. ff. de pign. act. est tex. in l. litis, ff. pro empt. & l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. ea-*
2 *tur, Afin. de Execut. §. 4. cap. 4. num. 1.* Quicquid secus sit, quando daretur species pro specie, quasi tunc illa habeat se ad instar permutationis, *l. si quis aliam, ff. de solut. glos. C. in. & Bar. in l. libera, C. de sent. & interlocut. omn. iudi.* & in materia retractus ita communiter distinguunt *Doct. de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. n. 2. & infra.*

3 Et hæc vendicant locum, nedum in solutum datione voluntaria, quæ fit ab ipso debitore creditori verum etiam in necessaria à Iudice facta per executione rei iudicatæ, nam ex quo debitoris factum præcedit, qui sponte prius debitum creauit, talis adiudicatio voluntaria censebitur, quamuis à Iudice fiat, cuius factum in hoc habetur pro facto partis, quasi ex precedenti contractu debitoris hoc fiat, cum regulariter semper, attendatur origo obligationis, quæ si voluntaria est, operatur, vt quod inde sequitur, sit quoque voluntarium, vt ex his, & similibus concludit *Tiraq. d. §. 1. glos. 14. n. 13. & seqq. & Rota coram sanctiss. decis. 193. num. 8.* (non obstan-

obstante quod contrarium sentiant *Spec. tit. de empt. & vendi. §. nunc dicendum, secundo, sub num 20. versic. Sed pone statutum*, dicens, quod ita fuit iudicatum, *Bald. in tit. de probibi. aliena. feud. per Feder. in princ num. 11. Alber. de statu. lib. 1. quæst. 88. & quæst. 110. & lib. 2. quæst. 2.* dicens, quod ita communiter tenetur, *Roma. latè cons. 107. per totum*, loquens in alienatione facta vigore laudi, *Alex. cons. 52. per totum lib. 2. & cons. 76. num. 10. lib. 5. Dec. cons. 300. sub num. 7. vers. Sed maior dubitatio, & num. seq. latè Corn. cons. 166. per totum lib.*
6 *2.* loquens in datione etiam extraiudiciali, *Rim. consil. 244. num. 3. & consil. 353. colum. 1. & per totum libr. 2. Roland. consil. 21. num. 13. & per totum lib. 1.* qui alios refert *Decian. consil. 3. num. 136. lib. 1. Fabian. de Mont. de emption. & vendit. quæst. 2. princip. num. 7. Afflict. de iur. Prothom. §. 3. num. 16.* dicens, quod ita practicatur, *& §. 6. num. 3. & decis. 191. num. 2. Capyc. decis. 99. nu. 4. Guid. Pap. decis. 257. in fin. Cassan. ad consuetud Burgund. rubr. 10. §. 9. num. 5. & 6.* loquens in datione in so-
7 lutum vigore subhastationis rerum pignoratarum, vel hypothecatarum, licet aliud dicat esse in sua consuetudine, quæ dictum casum compræhendebat, *Arnold. Ferron. ad consuetud. Burdegalen. lib. 1 tit. 1. de retract. §. 1. col. 4. circa princ. vers. additur*, qui expressè ait,
8 quod quamuis in sua consuetudine aliud sit; tamen de iure in adiudicatione factis subhastationibus non est locus retractui, & idem repetit *lib. 2. tit. de subhasta. in princ. vers. addo autem* loquens pariter in subhastatione *Masuer. in sua praxi iudic. tit. de execut. & subhasta. §. item in pretij distributione col. 13. secundæ par. impress. in princ.* qui etiam loquitur in subhastatione *Amode. de Ponte in qq. laudemia lib. quæst. 27. num. 2. 3. & 5.* qui
9 loquitur de alienatione ex Iudicis decreto per licitationem facta dicens non esse præferendum directum dominum plus offerenti, cum ei imputandum sit, cur non ipse licitatus fuerit *Asin. de execut. §. 4. capit. 3.* lo-
10 quens in casu subhastationis rerum pignoratarum, & in adiudicatione, iudiciaria, quæ non compræhenditur sub statuto iuris congrui, vbi facienda est interpretatio stricta, prout deinde concludit *cap. 5. Carpan. super statut. Mediolanen. par. 1. c. 47. num. 143.*

11 Quoniam prior relata sententia videtur magis communis (Quamuis in terminis consuetudinum, & Constitutionum, seu statutorum concedentium retractum in re vendita simpliciter secunda opinio sit communis, & verior) quam latè tuetur *Mattienz. ad l. 7. glos. 7. tit. 11. lib. 5. nou. collect. reg. num. 2. & seq. Ioan. Fabr. & Alber. in dicta l. si prædium num. 4. C. de euict. Peralt. in l. 2. sub num. 6. & infra, ff. de leg. 2. Cifuent. ad l. 70. Taur. quæst. 40. vbi etiam Gomes. Arias. num. 19. & Ant Gomez. num. 20. Acta. de terminat. 200. Gregor. Lopez. ad l. 55. per totam in glos. in verb. vender. tit. 5. par. 5. Ioann. Gutierez Pract. quæst. lib. 1. quæst. 157. per totam*, vbi ampliat procedere, siue res immobilis adiudicetur per iudicem pro debito ipsimet creditori, siue alteri tertio, *Franch. dec. 267. & decis. 482. num. 1. & 2. Azeued. lib. 5. tit. 11. lib. 7. num. 72. tom. 3. Rendelb. de iur. Prothomis. in verb. Non aliter, nisi num. 65.* & tenere videtur *Rota dicta decis. 193. num. 8. & seq. & decis. 284. nu. 10. par. 1. in recentior.* quam tamen in casu tibi occurrenti videas, & his adde, quæ dicam in sequenti quæstione.

# EPITOME.

1 Prælatio competens Censuario ex Bulla Sanctiss. Pij V. in re censui supposita, an locum habeat, quando fundus censuatus venditor à Iudice ipsimet creditori, ad cuius instantiam sub hasta ponitur.
Et quid si alicui extraneo tamquam plus licitanti liberatur.
Constitutio iuris congrui an locum habeat in venditione necessaria facta per subhastationem.
Et qualiter accipienda.
Sponte, quando dicatur, quid fieri.

## *SVMMARIVM.*

1 *Prælatio competens Censuario ex Bulla Sanctissimi Pij V. in re censui supposita non habet locum, quando fundus censuatus venderetur à Iudice creditori, ad cuius instantiam sub hasta ponitur; secus si alicui extraneo licitanti tamquam plus offerenti. liberatur.*
*Sed videas num. 11.*
2 *Venditio facta vi subhastationis à iudice ad instantiam creditoris excluditur à Bulla Gregorij Decimitertij super iure congrui, quia loquitur in fundo, solo, vel domo vendita à domino volente sua sponte vendere.*
3 *Sponte fieri dicitur, quod fit motu proprio, & ad nullius petitionem, ac libere.*
*Et non cogi potest n. 4.*
5 *Verbum, Sponte, indicat puram, ac liberam voluntatem, non quando vrget aliqua necessitas, vel coactio alicuius.*
6 *Constitutio iuris congrui locum non habet in venditione necessaria, & facta sub hasta.*
*Vbi quod hoc seruatur in Camera, & de ratione, numer. 8.*
7 *Ab obseruantia non est, recedendum, cum per eam reducimur ad terminos iuris communis.*
9 *Constitutio iuris congrui emanata ratione publici ornatus, quæ fauorabilis est, non est amplianda.*
*Sed quinimò strictè intelligenda, quantum illius verba important, n. 10.*
11 *Roman. cons. 107. & Alex. cons. 52. lib. 1. qualiter loquantur.*

## QVÆSTIO CXXI.

1 PRo complemento præcedentis quæstionis dicimus ea, quæ dicta sunt in illa circa retractum limitari, vt non præcedant, quando fundus censuatus venderetur à Iudice ipsimet creditori, ad cuius instantiam sub hasta ponitur, quo casu locum non habet prælatio competens Censuario ex Bulla Sanctissimi Pij V. Secus si alicui extraneo licitanti tamquam plus offerenti, *Alex. cons. 72. per totum, & præsertim n. 4. lib. 1. adducit cæteros Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 4. n. 29. pag. mihi 144.*

2 Non etiam, quæ scipta sunt de Retractu locum habent inspecta Constitutione Gregorij Decimitertij de iure congrui, quæ loquitur in fundo, solo, vel domo vendita à Domino volente sua sponte vendere, per quæ verba venditio facta subhastatione intercedente à Iudice ad instantiam credito-
3 ris excluditur, Cum sponte fieri dicatur, quod fit motu proprio, & ad nullius petitionem, ac liberè, *Decius in leg. velle non creditur numer. 6. ff. de regul.*

*regni.iur. Rebuff. in l. munus, colum. 2. ver, ic. Sponte præſtantur, ff. de verbor. ſignific. poſt. Ancbar. in Clem. præ-*
4 *ſenti in 5. notab. de Cenſi.* & non quando quis cogi poteſt *Bertazol. in l. ſi quis maior. num. 305. C. de tranſact. poſt Dec. in cap. cum M. Ferrarienſis. num. 34. de conſtit.*
5 Nam verbum Sponte, indicat puram, ac liberam voluntatem, non quando vrget aliqua neceſſitas, vel coactio alicuius imperij, *l. 1. C. de teſtam. tut. Bertazol. clauſul. 11. gloſſ. 1. ad med. Surdus conſil. 361. num. 17. lib. 3.* &
6 conſtat ita ſeruari in Camera, vt Conſtitutio prædicta iuris congrui locum non habeat in venditione neceſſaria, & facta ſub haſta, vt habetur per in *Romana iuris congrui 4. Aprilis 1596. coram R.P.D. Lomellino,* à qua
7 obſeruantia non eſt recedendum, ad *l. minime, ff. de legi. Afflict. decis. 383. num. 8.* præſertim cum per eam reducamur ad terminos iuris communis, *gloſſ. in l. Si vnus, §. pactus in verb, Redditur de pact. Dec. conſil. 5. num. 5. Surdus conſil. 182. num. 3. Franc. Becc. conſil. 1.*
8 *num. 21. Surdus. conſil. 242. num. 31. lib. 2.* Quæ eo magis firmantur, quoniam Bulla in §. 8. requirit pro forma, vt poſſit intimationem venditionis facere, & tam venditor, quam emptor apud acta iurent illam eſſe veram, & in ea, ac illius pretio dolum aliquem non interueniſſe, aut ſimulationem, quæ qualitates, aut requiſita applicari non poſſunt venditionis factæ ſub haſta, quo fit, vt caſus iſte remanere debeat ſub diſpoſitione iuris communis.

Non obſtat, quod ratio commoditatis priuatorum conſideretur in Bulla.

9 Quia reſpondetur, quod excluſa ratione publici ornatus, quæ fauorabilis eſt, talis Conſtitutio non eſt amplianda, *Abb. in cap. ſane, num. 3. de priuileg. Afflict. decis. 21. n. 12.*

10 Sed ſtricte intelligenda, quantum illius verba important, in terminis *Rota diuer. decis. 475. par. 1. & coram R.P.D. Coccino. in Romana iuris congrui 5. Iunij 1600. impreſſ. decis. 2. ſub illius nomine, & coram Sanctiſſ. decis.*
11 193. vbi etiam concluditur, quod prælatio conceſſa ex Conſtitutione Pij Quinti Domino cenſus, locum habet etiam in diſtractione neceſſaria facta per ſubhaſtatio-
12 nem, non obſtante *conſil. Roman. 107. & conſil. Alexand. 52. lib. 1.* quia ſtatutum, ſuper quo ſe fundant *Roma. & Alex.* loquebatur de venditione voluntaria per verba, Si voluerit vendere, quæ valde ſunt ponderanda ſecundum *Rot. ibidem* ad effectum probandi, quod ſtatutum loquens de alienatione voluntaria non comprehendit venditionem ſub haſta.

## E P I T O M E.

Bona vt ſubhaſtari valeant, an ſufficiat debitum eſſe chirographarium.

Ius offerendi, an concedatur creditori chirographario.

### S V M M A R I V M.

1 *Bona vt ſubhaſtari valeant, ſufficit debitum eſſe chirographarium.*
2 *Creditor chirographarius ius habet à lege, quæ creditoribus quibuſcumque tribuit, vt ad conſequendum ſuum creditum ſolutionem, & ſatisfactionem habeant in bonis debitoris.*
3 *Lex, vel ſtatutum, vbi de habentibus ius ab homine non exprimit, ideſt à debitore, ſed ſimpliciter, ac indefinitè de quocunque habente ius in bonis, chirographarium etiam creditorem complectitur, & ex conſequenti, & occaſionaliter ius pignoris ſaltem pretorij.*
*Intellige procedere poſt cedulæ, ſeu chirographi recognitionem, num. 4.*
5 *Debitor chirographarius ante recognitionem cedulæ, & condemnationem à Iudice factam exequi non poteſt.*
*Vel debitor expreſſè confiteretur, ſecus ſi tacitè ibid.*
6 *Iudex in contumaciam partis condemnet partem abſentem, ac ſi præſens eſſet non tamen prodeſt contra tertium, ſed contra confitentem tantum.*
7 *Scriptura recognita per teſtes plenam fidem facit.*
8 *Ius offerendi an detur creditori chirographario, remiſſiuè.*

## Q V Æ S T I O CXXII.

1 VT res, ac bona ſubhaſtari valeant, quæritur, an requiratur, quod debitum ſit executorium, vtpotè ex inſtrumento obligatorio, vel ex iudicato, ſeu etiam ſufficiat debitum eſſe chirographarium, & ſic ex priuata ſcriptura.

Et concluditur ſufficere quoque eſſe chirographarium.

2 Nam creditor chirographarius ius habet à lege, quæ creditoribus quibuſcunque tribuit, vt ad conſequendum ſuum creditum ſolutionem, & ſatisfactionem habeant in bonis debitoris, *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re indic. cum concordan.* ideo vbi lex, vel ſtatutum de habentibus ius ab homine non exprimit, ideſt à debitore, ſed ſimpliciter, ac indefinitè, de quoque habente ius in bonis, chirographarium etiam creditorem complectitur, & ex conſequenti, & occaſionaliter ius pignoris ſaltem prætorij conſequatur, cum lex generaliter, ac indefinitè loquens, generaliter, & indefinitè intelliganda ſit, *cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. & notatur in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2.*

4 Quod intelligas procedere poſt cedulæ, ſeu chirographi recognitionem.

5 Non enim debitor chirographarius ante recognitionem cedulæ, & condemnationem à Iudice factam exequi poteſt, *Aym. conſil. 73. num. 15. in fin. poſt Caſtrenſ. conſil. 312.* Ad primum reſpondetur *in 2. dubio lib. 2. & Bald. conſil. 477. colum. 2. in terminis Rebuff. ad conſtit. Gall. tit. de Præcon. art. 7. gloſſ. vnica num. 9.* vel debitor
6 expreſſè confiteretur; ſecus ſi tacitè, ideſt tacendo, *Bal. in cap. 1. colum. pen. de fid. inſtrum. refert Felyn. in cap. 2. col. 5. eodem tit.* & hodie in contumaciam partis Iudex condemnat partem abſentem, ac ſi præſens eſſet, non tamen prodeſſet contra tertium, ſed tantum contra confitentem, *Bal. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. habe. Alex. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. petat. & conſil. 25. colum. 2. lib. 2. quod eſt repetitum conſil. 90. lib. 3. Corn. conſil. 128. viſis ſcripturis lib. 2.* plura habentur per *Bal. in l. Deo nobis in 5. not. C. de epiſc. & cler.*

7 Quæ ſchedula quatenus negari contingat à teſtibus recognoſci poterit, & taliter recognita plenam facit fidem, *l. nuda, vbi Bar. ff. de dona. & anth. & ſi contractus, C. de fid. inſtrum. Alexan. conſ. 123. colum. 2. lib. de chirograph. recognit. in præfat. num. 29. & 30.*

8 Quando autem ius offerendi detur creditori chirographario; videas *Morot. de iur. num. 41. vbi num. ſeqq.* dantur ampliationes, & declarationes.

## E P I T O M E.

Adiudicatio vi ſubhaſtationis, quando fieri poſſit, tàm creditori hypothecario, quàm etiam chirographario.

Creditor chirographarius, quando obtinere poſſit fieri ſubhaſtationem.

Hypotheca, quando concedatur creditori Chirographario.

**Pro hypotheca non requiritur scriptura, sed sufficiunt duo Testes.**

*SVMMARIVM.*

1 *Adiudicatio vi subhastationis fieri non potest tam creditori hypothecario, quàm chirographario.*
*Intellige non procedere in creditore chirographario cum anno, & die, & cum subscriptione partium, & trium testium, fide dignorum recognoscentium suas subscriptiones, & asserentium se vidisse scribi chirographum, & certo scire illam esse eiusdem scripturam, & manum, quia tunc habet vim publici instrumenti, & priuilegium prælationis, num. 9.*
*Quin etiam sufficiunt duo ex tribus testibus subscriptis, qui deponant de veritate contentorum in ea, num. 10.*
*Ac sufficiunt testium depositiones sine scriptura, numer. 13.*
2 *Creditor chirographarius obligationem tantum habet personalem.*
*Præsertim vbi lex, vel statutum diceret, quicunque ius habeat in bonis, num. 3.*
*Fallit, vt num. 9. & infra.*
4 *Ius dicitur habere in bonis, qui bona habet hypothecata.*
*Nec compræbenditur, qui pignus, vel hypothecam non habet. num. 5.*
*Ampliatur procedere, etiam si in chirogapho adesset hypotheca bonorum, num. 6.*
*Declara, vt num. 9. & seqq.*
7 *Creditori chirographario non prodest ex schedula hypothecam habere, cum à sola confessione oriatur, quæ creditori posteriori præiudicare non potest.*
8 *Fraus præsumpta semper obtinet.*
11 *Par est virtus testium, & instrumentorum.*
12 *Hyptohecam anteriorem, tàm ex chirographo tribus testibus notato, quàm ex instrumento habens obtinet.*
14 *Scriptura non est necessaria ad essentiam hypotheca.*

## QVÆSTIO CXXIII.

1 DVbium adhuc restat, an adiudicatio vi subhastationis factæ fieri possit, tam creditori hypothecario, quàm etiam chirographario, ita vt creditor chirographarius ius habeat prælationis in subhastationibus faciendis.
2 Et prima facie respondendum negatiuæ ex eo, quia
talis creditor obligationem tantum habet personalem,
3 præsertim vbi lex, vel statutum diceret, quicunque ius
habet in bonis, &c. is autem ius habere dicitur in bonis,
4 qui bona habet hypothecata *adnot. per Bar. in l. Codicillos, §. institutos, ff. de leg. 2.* neque ideo comprehenditur, qui pignus, vel hypothecam non habet *Negusant. de pignor. membr. 3. 5. par. princip. num. 6. Aymon. consil. 298. colum. 3. vers. Sed Dominus Aduocatus.* Quod procedit etiam, si in chirographo adesset hypotheca bonorum *Salyc. in summario, l. scripturas, C. qui pot. in pign. habe.* & idem quod *Salyc. voluit Castren. consil. 337. si prima duo statuta circa princ. lib. 2.* Non
7 enim quicquam prodest creditori ex schedula hypothecam habere, cum totum id, quod in ea scriptura continetur fauore creditoris, à sola ipsius confessione oriatur, quæ creditori posteriori præiudicare non potest, *l. Seia mancipia, ff. ad Velleian.* & semper obtinet
8 fraus præsumpta *d. l. scripturas.*
9 Præmissa tamen declarantur non procedere in creditore chirographario cum anno, & die, & cum subscriptione partium, & trium testium fide dignorum recognoscentium suas subscriptiones, qui asserant se vidisse scribi chirographum à debitore, & certo scire illam esse eiusdem scripturam, & manum, quoniam talis scriptura, & si priuata vim publici instrumenti obtinet, & habet sua priuilegia prælationis in concursu hypothecarum contra publica instrumenta, ac successiuè subhastationem, ac adiudicationem, & in solutum adiutionē fieri posse, ac debere, & competere ex *d. l. scripturas, verb. Nisi, & ibi communiter per scribentes, facit Gabr. in suis conclus. tit. de probat. conclus. 10. Couar. pract. quæst. cap. 22.* Quinimo sufficit, si duo ex tribus
10 testibus descriptis in chirographo deponerent de veritate contentorum in eo, videlicet rem sic gestam fuisse, & eo pacto contigisse, quo narratur in apodissa; Nam ita rei veritas appareret, & testes subscripti simpliciter non agnoscerent coram subscriptionem, sed potius dicerentur probare facti veritatem, ad cuius probationem testes duo sufficerent, iuxta illud Euangelij, in ore duorum, vel trium stat omne verbum, quod est regulare in omni negocio, *l. vbi numerus, ff. de testib.* vnde cum
11 par sit virtus testium, & instrumentorum, *l. in exercen-*
12 *dis, C. de fid. instrum.* Equidem vbi constat de anterioritate hypothecæ contētæ in chirographo, anterior obtinebit per *reg. qui prior, & tradunt Bar. in dicta l. scripturas sub num. 4. vers. Item debetis scire, & ibid. Angel. n. 5. vers. Sed si per testes, vbi etiam Bal. col. fin. simili vers. Sed si per testes, Canonistæ in ca. 2. de fid. instrum. Couar. pract. quæst. cap. 22. num. 1. Gabriel. dicta conclus. 10. num. 9. Franc. Bursatt. consil. 103. num. 2. lib. 1. Ancharan. Iun. quæst. 10. num. 2. par. 1. qui num. 5.* post adductos per
13 eum addit quoque isto casu sufficere testium deposi-
14 tiones sine scriptura, cum hypotheca solis testibus probari possit, & ad essentiam illius necessaria non sit scriptura, *l. contrahitur, ff. de pign.*

Atque ita concludo in subhastationibus creditorem chirographarium ius prælationis habere.

---

## EPITOME.

Datio in solutum, quando substineatur absque subhastatione.
Forma an impleri possit per æquipollens.
Regula 8. Cancellatiæ requirens sigillum Episcopi in acceptatione alternatiuæ impleri potest per subscriptionem Episcopi in instrumento publico factam.
Oblator, quando non possit obijcere non fuisse seruata requisita ad subhastationem.
Subhastationi per æquipollens satisfieri potest.

*SVMMARIVM.*

1 *Datio in solutum de æquitate substinetur absque subhastatione, quando ex actis constat creditum excedere valorem rei datæ in solutum non seruata forma subhastationis.*
2 *Solemnitas requisita in contractu minoris pro eius vtilitate potest omitti, si constat de dicta vtilitate.*
3 *Forma ad effectum potest impleri per æquipoliens.*
4 *Forma, quando in literis est præscripta ad effectum, vt de vtilitate Ecclesiæ constaret, tunc potest, si constet de vtilitate Ecclesiæ, adimpleri per æquipollens.*
5 *Regula 8. Cancellariæ licet requirat sigillum Episcopi in acceptatione alternatiuæ, id tamen per æquipollens fieri potest, hoc est per instrumentum publicum Episcopi manu subscriptum, quod æquiparatur literis sigillo munitis.*

Nam

Nam sigilli appositio non debet plus operari, quam subscriptis, num. 6.

7 Oblator non potest obijcere non fuisse seruata requisita ad subhastationem, & deliberationem necessaria, quando creditores eius oblatione vlteriori non expectata acquieuerunt, & ipse tamquam Dominus accepit possessionem domus, seu fundi, & vti proprium locauit, & pensiones exegit.

8 Solemnitas subhastationis, & deliberationis licet non interueniat, tamen per aequipollens illi satisfieri potest.

## QVÆSTIO CXXIV.

TEtigi supra subhastationem considerari quoque in solutum datione.

1 Nunc verò aptius dicitur, quandoque contingere, dationem ipsam in solutum sustineri absque subhastatione aequitate suadente, quidquid sit de iure, quando ex actis constat creditum excedere valorem rei datae in solutum, non seruata forma subhastationis, quae fuit inuenta ad euitandas fraudes, *Put. decis. 252. num. 8. lib. 1. Rota in Romana census 24. Aprilis, & 14. Decembris 1592. coram Card. Seraphin. inter impress. decis. 984. & decis. 1005. num. 1. post Castrens. in l. à Diuo Pio, §. si pignora de re iudic. & decis. 358. num. 1. Cardin. Caualer. decis. 564. num. 6. & eadem Rot. in Bononien. Fideicommissi de Pensarasijs 17. Nouembris & 15. De-*
2 *cembris 1589. coram bon. me. Gypsio*, vbi quod solemnitas requisita in contractu minoris pro eius vtilitate
3 potest omitti, si constat de dicta vtilitate, cum forma ad effectum possit impleri per aequipollens *adnot. in l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit de acquir. haered. vt & in Lauden. bonorum 8. Iunij 1588. coram eodem Gypsio*,
4 vbi quod quando in literis est praescripta forma ad effectum, vt de vtilitate Ecclesiae constaret, tunc potest, si constet de euidenti vtilitate adimpleri per aequipolens, *sequitur eadem Rota in Salamantina Fructuum Veneris 30. Ianuary 1587. coram dicto D. Gypsio*, dicens, quod
5 Regula 8. Cancellariae requirat sigillum Episcopi in acceptatione alternatiuae, & hoc ad effectum probandi acceptationem dictae alternatiuae, hoc tamen per aequipollens fieri potest, nimirum per instrumentum publicum Episcopi manu subscriptum, quod aequiparatur litteris sigillo munitis *Archid. per illum tex. in cap. si Canonici, de offic. ordin. in 6.* vbi etiam, quod sigilli appositio non habet plus, quam subscriptio operari, & faciunt tradita per *Roman. consil. 303. Guid. Pap. decis. 175. Marsil. in rubr. C. de probat. n. 320.* & magis in terminis est *decis. Rot. in Romana precij domus 17. Iunij*
6 *1596. coram Gypsio*, in qua dicitur, quod oblator non potest obijcere, non fuisse seruata requisita ad subhastationem, & deliberationem necessaria, quando creditores eius oblatione vlteriori non expectata acquieuerunt, & ipse tamquam Dominus accepit possessionem domus, & vti propriam locauit, & pensiones, exegit.

8 Solemnitas autem subhastationis, & deliberationis licet non interuenerit, cum illius exceptio competat creditoribus, & requiratur ad effectum sciendi valorem rei, non est ita de forma, quin per aequipollens ei satisfieri possit, *Put. dicta decis. 252. in fin. lib. 2.* Ideo cum creditores non conquerantur de pretio rei oblato, frustra obijcitur de defectu subhastationis.

## EPITOME.

Ius offerendi secundo creditori aduersus primum creditorem, qui emit sub hasta, an, & quando concedatur.

Et quid quando emit, vt extraneus.

Creditor comparens facta subhastatione, an amittat ius hypothecae.

Morot. de iur. offeren. num. 40. & infra impugnatur, & declaratur.

Cautela traditur pro secundo creditore, quando vult offerre, & non habet pecuniam in promptu.

### SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit secundo creditori contra primum creditorem, qui rem sui debitoris emit sub hasta.*

*Ampliatur quoque procedere, quando creditor emit, vt extraneus, vel alius quilibet, num. 3. & infra.*

2 *Creditor emens, etiam iure creditoris intelligitur emisse non tam acquirendi, quàm tuendi pignoris causa.*

4 *Creditor an emerit vt creditor, vel vt extraneus, ponderandae sunt coniecturae.*

*Quamuis agi videatur de re indiuisibili, num. 5. & 7.*

6 *Creditoris ossibus affixa dicuntur iura, & actiones.*

8 *Procurator constitutus, qui in electione habet vocem, etiam proprio nomine, non potest vnum eligere nomine proprio, & alium procuratorio nomine.*

10 *Creditor comparens facta licitatione amittitius hypothecae.*

*Fallit, quando tempore licitationis se opposuit, & fuit exclusus, quia fidem non fecit de iuribus suis, quia eis repertis ex benignitate admittitur, num. 12.*

11 *Morot. in tract. de iur. offer. num. 40. & infra impugnatur, & declaratur, & num. 15.*

13 *Emptio a creditore facta praesumitur causa pignoris conseruandi.*

*Fallit, quando res iure dominij praesente posteriore primo creditori fuit adiudicata, num. 14.*

15 *Cautela traditur pro secundo creditore, quando vult offerre, & non habet pecuniam in promptu.*

## QVÆSTIO CXXV.

1 IVs offerendi competere secundo creditori contra primum creditorem, qui rem sui debitoris emit sub hasta dixi in Quaest. lxxxij. quia quando primus credi-
2 tor emit etiam iure creditoris, intelligitur emisse, non tam acquirendi dominij, quàm tuendi pignoris causa, vt habetur ex *tex. l. cum secundus iunct. l. sequ. ff. de distract. pignor.*

3 An autem id procedat, quando creditor emit, vt extraneus, vel alius quilibet, quod fieri potest ex ijs, quae habentur per *Bald. in l. ordo, col. 1. vers. Tertio, quia potest, C. de execut. rei iudic. & est tex. secundum tertium intellectum in l. vbi Rip. in primo not. ff. de priuileg. credit. est glos. in l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. ac tradit Raph. Fulgos. in l. 2. de distract. pign.*

Et posse dicendum est, cum non debeat excludi creditor à licitando rem sibi obligatam, in qua maius habet ius, quam quilibet extraneus; Verum an emerit vt
4 creditor, velut extraneus ponderandae sunt coniecturae, de quibus aliquid habetur per *Vinc. Franch. decis. 69.*
5 *num. 5. 6. & seqq.* licet videatur indiuisibile, vt creditor,
6 cuius ossibus affixa sunt iura, & actiones, iuxta terminos *l. quis ergo. caus. ff. de pecul.* dum est creditor dici possit,
7 quod emat vt extraneus, *c. si quis iusto. §. 1. de elect. in 6.*

8 vbi quod procurator, qui in electione habet vocem, etiam proprio nomine, non potest vnum eligere nomine suo,& alium procuratorio nomine,& post *Hocch. de Curt. tradit Molin. & Bellug. quos refert Franch. dicta decis.68.num.11.cum quo tenet Thesaur.decis.157.num. 11.post Cæph. ibi relatum*, aduersus quos tenuit *Præses Morot. in tract. de iur. offer. num. 40. & infra*, qui distinguit inter ius secundi creditoris,& ius principalis debitoris post *Rim. Iun. consil.3. num.28. lib.1.* pro cuius sen-
9 tentia facit, quia quoad secundum creditorem per adiudicationem non est extincta hypotheca, qua durante semper competit ius offerendi.

Cæterum pro sententia *Thesaur. confert tex. in l. si eo*
10 *tempore, C. de remiss. pign.* vbi creditor non comparens facta licitatione amittit ius hypothecæ, Merito ea amissa non erit amplius tractandum de iure offerendi, & cum dicta *decis. Thesaur.* non obstantibus adductis *per Morot. vbi supra transiuit iterum Senatus 1602. vt refert Thesaur. Iun. in addit. ad dictam decis.* 157. addens insuper, quod in casu, de qua ibi, fuit admissus contra
12 votum Relatoris ad ius offerendi secundus creditor, quia tempore licitationis se opposuerat, & fuerat exclusus, quia non fecerat fidem de suis iuribus; Vnde repertis iuribus,& titulo sui authoris, qui non emerat ante subhastationem petijt se admitti facto deposito debitæ summæ,& fuit admissus ex benigniori sententia, cui rigor iuris obstabat.

Subiungit quoque *Thesaur. Iun. d. loco in addit. adu. 11.* notandum esse, quod præsumptio, de qua per *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump.* 121. quia dicitur, quod
13 emptio facta a creditore censetur facta causa pignoris
14 conseruandi locum non habebit in causa illius decisionis, quando res iure dominij fuit præsente posteriore creditore primo creditori adiudicata, quia in eo casu parificantur debitor, & secundus creditor, & sicut ex forma decreti debitor non admittitur post sex Menses, sic eodem iure saltem post illud tempus secundus creditor erit exclusus, qui sibi imputare debet, quod tempore licitationis nihil dixit, dum posset tunc offerre.

15 Dicit postremo *Thesaur. Iun.* credere bonam esse cautelam pro isto secundo creditore, quando vult offerre, & non habet pecuniam in promptu, vt tempore licitationis compareat,& protestetur de iure suo, petat. que admitti ad soluendum saltem infra decennium, quo in casu inquit, limitari possent, quæ dicit Morot. & tunc primus creditor cautus esse debet: at faciat præfigere terminum, per Iudicem protestanti ad soluendum.

## EPITOME.

Subhastatio bonorum, in quibus quis immissus est ex Saluiano interdicto, an concedatur.

Et quid in hypothecaria.

Couar. lib. 3. var. resol. cap. 18. num. 4. qualiter procedat.

Res per Saluianum abducta, vt Subhastari possit, quæ sequitantur,

### *SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio rei, in qua quis immissus est ex Saluiano conceditur.*

*Sed contra ex veriori, & receptiori, n. 2. & infra.*

3 *Possessio sola auocatur per Saluianum.*

4 *Debitor inuito creditore potest pignus vendere.*

5 *Debitor, qui rem suam hypothecat, vel pignorat creditori, si illam alienet, valet alienatio, nec facere dicitur contra legem hypothecæ, vel pignoris, ex quo in contractu non promisit non alienare, vel vendere.*

*Et dominium dicitur valide alienatum, n. 6.*

7 *Intellectus l. 1. 2. 3. & 4. C. de distr. pignor.*

8 *Libellus in hypothecaria qualiter formetur.*

9 *Creditor non tenetur ex fructibus rei minutas solutiones recipere in extinctionem sui crediti.*

*Fallit, quando actum esset Saluiano, quia tunc creditori saluum ius remanet agendi aduersus principalem debitorem, & fideiussores, & ita euitare potest satisfactionem in minutis solutionibus, n. 11.*

10 *Emptor sine facto suo dominio priuari non debet rei suæ.*

12 *Couar. lib. 3. var. resol. cap. 18. n. 4. non procedit, quando agitur Saluiano.*

13 *Venditio pignoris solum permittitur, quando agitur hypothecaria.*

14 *Res per Saluianum adducta, vt vendi, & subhastari possit, quid agendum.*

15 *Creditor immissus vendens non tenetur de euictione.*

## QVÆSTIO CXXVI.

IN vim immissionis ex Saluiano, an possit ad subhastationem, ac deliberationem rei, in qua quis fuit immissus deueniri, dubitatur.

Et dubitationis ansam præbet doctrina *Didac. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 18. num. 4.* asserentis se vidisse ita in praxi obseruari, nempe vt extraneo possessori, à quo fuerit abdicata res per anteriorem creditorem, assignato congruo termino, intra quem possit, si velit, rem sibi euictam liberare soluta debita pecunia creditori, qui illam euicit, si intra eam diem non fuerit solutum,& liberatum pignus, tunc solemni,& iudiciali subhastatione vendatur pro satisfactione creditoris, sequitur *Mastrill. dec. 100.* vbi dicit non semel ita obseruatum extitisse,& adducit pro hac sententia, *Caualc. de vsufr. sub n. 206. vers. Vel & melius, Molin. de primogen. Hisp. lib. 4. c. 5. n. 7. & Rim. Iun. cons. 3. lib. 1.*

2 Cæterum ex veriori, ac receptiori opinione concluditur,

3 Nam cum per Remedium Saluianum auocetur sola possessio, *adnot. per Bar. in l. 1. de Salu. interdict. Ias. in §. item Seruiana, num. 85. instit. de act.* non potest ex ista immissione ad subhastationem, & deliberationem procedi, per quam auocatur dominium, vt fuit resolutum in causa *Romana quinquaginta millium 15. Iunij 1576. coram R. P. D. de Rubeis, reprobato Couar. vbi supra,* idemque censuit eadem *Rot. coram Seraph. decis. 1100. num. 1. & 2.* & quidem meritò, cum opinio dicti *Couar.* contraria sit conclusioni iuris, quæ habetur ex *tex. in l. si creditor, ff. de distract. pign. & in l. distractis,*
4 *C. de pign.* vt scilicet debitor etiam inuito creditore possit pignus vendere,& probat *Puteus decis. 260. nu.*
5 *1. lib. 3.* vbi dicitur, quod debitor, qui rem suam hypothecauit, vel pignorauit creditori, si illam alienet, valet alienatio, nec facere dicitur contra legem hypothecæ, vel pignoris, ex quo in contractu non promisit non alienare, vel vendere per *tex. in dicta l. distractis*, vbi *communiter Doct. & præsertim Bald.* vnde dominium est valide translatum, & actio hypothecaria non percutit dominium rei alienatæ, sed tantum possessionem, vt expressè loquitur *tex. in auth. hoc ita, C. de pign.* & in corpore vnde sumitur in *auth. de litig.* ibi, si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet eamdem rem vendicare, donec ei satis pro debito fiat; Et sic patet, quod datur retentio rei auocatæ à tertio emptore ad tempus, donec creditori satisfiat, non autem facultas distrahendi, & ita intelliguntur *l. 1. 2. 3. & 4. C. de distract. pign. adducta. per Couar.* pro eius sententia, videlicet, de

de facultate distrahendi pignus, cuius possessionem habet creditor cessante dominio tertij, vel quatenus penes debitorem reperitur, cum alias de directo pugnaret, quod alienatio per debitorem facta esset valida, & quod creditorem alienatam vendere posset, & ita decidit nouissimè *Rota decis. 759. numer. 2. & infra vsque ad fin. par. 2. in recentior. vbi num. 4.* inquit per Dominos fuisse conclusum contra tertium possessorem, & Do-
8 minum rei effectum eatenus prouisum esse à iure, vt creditor ratione anterioris hypothecæ solummodo possit ab eo auocare possessionem eiusdem rei à se restituendam, donec de fructibus in sortem imputandis de suo credito satisfiat, prout ita procedere libellum in hypothecaria, tradunt *Negusant. de pignor. par. vltim. membr. vlt. num. 24. & Menoch. consil. 361. num. 7. lib. 4.* non autem eam detrahere.

Ac insuper respondit vbi supra Rot. num. 5. non obesse illud fundamentum Couar. cum dixit, quod creditor cogeretur ex fructibus rei euictæ minutas solutiones recipere in extinctionem sui crediti contra *text. in l. Tutor, §. Lucius, ff. de vsur.*
10 Quia respondetur absurdius esse emptorem sine facto suo priuari dominio rei suæ contra regulam *l. id*
11 *quod nostrum, ff. de reg. iur.* Cum præsertim creditori remaneat saluum ius agendi contra principalem debitorem, & fideiussores, & ita euitare potest satisfactionem in minutis solutionibus, *vt ibid. per Rot.* per quam plenè respondetur cæteris fundamentis dicti Couarru. quam sententiam ego ipse iam tenui in *tractat. de euict. quæst. 47. à n. 34. vsque ad nu. 37.* & nunc addo eandem *Rot. coram Card. Seraph. decis. dict. n. 1100.* qui loquitur in Saluiano, vt & in Saluiano iterum decidit eadem *Rot. decis. 43. sub nu. 3. par. 1. diuer. & Eugen. cons. 65. nu.*
12 *86.* qui intelligit Couarr. in loco precitato non proce-
13 dere in Saluiano, sed quando agitur hypothecaria, quo casu permissum dicitur vendere pignus *ex Negusan. de pignor. in primo membr. 6. par. per totum, & præsertim n. 6. & nouissimè Gratian. dec. 208. n. 9.*
14 Ad hoc autem, vt pronunciari valeat super dominio, & committi subhastationes, recursus haberi debet ad Principem preces supplices porrigendo, ac petendo rescribi alicui Iudici, vt prefixo competenti termino debitori ad reluendum pignus, quo elapso, & non soluta pecunia, seu pignore non redempto, deueniat ad subhastationem, & plus offerenti liberetur, vt colligitur ex *Rota per Card. Seraph. dicta decis. 1100. sub num. 2. vers. Vnde fuit necessarium, & infra, & tex. Pacifi. de Saluian. interdict. inspect. 4. c. 1. num. 77. qui num. seq.* addit, quod
15 hoc casu creditor non teneretur de euictione emptori, quia quando fit venditio à creditore, vt à creditore, is non tenetur de euictione, vt per *Salyc. in l. 1. nume. 1. C. cred. euict. in pig. non deb. & alios refert Neguf. d. memb. 1. 6. par. sub n. 40.*

Cæterum nota opinionem Couar. de qua supra n. 9. procedere, quando in contrarium est obseruantia, secundum quam bona etiam in Saluiano interdicto subhastantur, vt per *Rotam d. dec. 43. ad fin. vers. & ita concluserunt, sequitur Gratian. dicta dec. 208. n. 12.*
17 Secundo locum habet, quando adest statutum in contrarium, licèt generaliter sequuntur infra, vt in Prouincia Marchiæ Anconitanæ in constitutionibus ca. 7. lib. 5. vbi missus in tenutam vigore sententiæ transactis quindecim diebus vendere potest plus offerenti factis subhastationibus, quæ licet generaliter loquuntur, generaliter intelligenda, vt comprehendat etiam sententiam in Saluiano, & per *Gratian. dicta decis. 208. n. 10.*
18 Tertio declara contrarium sententiam Rot. & aliorum procedere, dummodo opponatur, & non aliter *Grat. vbi sup. n. 12. vers. tertio.*

## E P I T O M E.

Debitor factis subhastationibus, & lata adiudicationis sententia, an possit debitum offerre etiam quod Iudex non reseruauerit.

Et quid quando missio fit ex causa iudicati, an contumax recuperare possit oblatione fideiussoris, & expensarum, vel potius vera debiti solutione.

Debitor post interpositum decretum per venditionem in publica licitatione, an habeat beneficium recuperandi.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Sententia secundi decreti est interlocutoria.*
*Quæ ideo à Iudice quandocunque reuocari potest, nu. 2.*
3 *Creditor post venditionem à debitore præsente ipso creditore factam potest iure suæ hypothecæ pignus ab emptore auocare.*
4 *Consensus creditoris non secuto effectu nihil operatur in venditione.*
5 *Sententia, qua dicitur bona esse vendenda ius non tribuit, sed tantum ad factum obligat.*
*Quæ obligatio solutione dissoluitur, n. 6.*
7 *Debitor donec ad venditionis executionem non deuenit, potest debitum, & expensas offerre, & bona liberare.*
8 *Creditor hypothecam habens si obtineat domus adiudicationem pignoris causa, nec dictum sit in adiudicationis sententia debitorem offerre posse, potest tamen quousque in actione iudicati iudicium suscipiat.*
*Sed videas num. 11. & infra.*
9 *Possessor quilibet offerre potest, vsque ad tempus adiudicationis.*
10 *Missio vbi fit ex causa iudicati, contumax recuperare non potest tenutam oblatione fideiussoris, ac impensarum, sed solum vera debiti solutione, si res in tenutam pro pecunia capiatur, seu alia quauis re. Sed si pro ipsa re facta est executio, tunc talis tenuta est irrecuperabilis.*
11 *Debitori non licet post adiudicationis sententiam pignus luere, seu pretium offerre, cum debitor, quidquid iuris habebat, dicatur amisisse, si citatus ius suum, non fuit prosecutus.*
*Et vbi passus est secundum decretum, pro derelicto habuisse dicitur, n. 12.*
13 *Rei, quam quis pro derelicto habet, statim Dominus esse desinit, etiam quod ab alio non occupetur.*
14 *Executio decreti, bona possideri iubeo, sicut manu militari fit nuncio eum in possessionem mittente, pro quo secundum fuit interpositum decretum, ita & executio illius decreti, bona vendi iubeo, ipsa venditione fit.*
15 *Reseruationes ad Iudicem non spectant, cum debeat iudicare de eo, quod sibi liquet.*
16 *Debitor condemnatus non appellans à sententia dicitur illi acquiescere, & consentire, & ad parendum se obligare, & n. 17.*
*Ampliatur locum habere ne dum in contractu expresso, sed etiam tacito exceptionis ope, n. 18.*
19 *Creditores citati proclamati non contradicentes ex tacito consensu ius pignoris remisisse videntur.*
20 *Contractu perfecto in licitationibus nullus alius ad licitandum, seu offerendum admittitur.*
21 *Debitor post interpositum decretum per venditionem in publica subhastatione priuilegium non habet recuperandi, nec amplius auditur.*

*Primo declaratur procedere in adiudicatione in solutum à Iudice facta per modum Iudicij, secus si adiudicatio fiat vigore rescripti impetrati à Principe, num. 22.*

*Secundo declaratur habere locum in terminis iuris communis; at secus vbi aliter per statuta ordinatum esset, n. 13.*

14 *Ius offerendi locum non habet in adiudicatione, nisi sui purgationis moræ, quæ mora vsque ad sententiam & non vltra purgari potest.*

## QVÆSTIO CXXVII.

VTrum debitor factis subhastationibus, & lata adiudicationis sententia possit debitum offerre etiam quod Iudex non seruauerit, non modica est dubitatio.

1 Nam pro affirmatiua opinione facit, qui sententia secundi decreti, vt est hoc qua agimus est interlocutoria, vt inquit *glos. in l. præsenti, §. 1. vers. vsque ad modum, C. de his, qui ad Eccles. confug. Innoc. in c. dilecto, extra de verb. signif. tradunt scribentes in l. quod iussit, ff. de*
2 *re iud. & in c. cum cessante de appell.* quæ ideo a Iudice quandocunque reuocari potest, vt per *Doct. in d. l. quod iussit, & in d. c. cum cessante.*

3 Rursus quia factum Iudicis vendentis censetur factū debitoris; idcirco quemadmodum post venditionem à debitore præsente creditore factam potest idem creditor iure suæ hypothecæ pignus ab emptore auocare, *l. sicut, §. non videtur vbi notat Bar. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solua.* eodem pacto licere creditori post venditionem se præsente a Iudice factam rem venditam ab emptore auocare, & successiue illi non dum facta venditione, ac traditione, sed tantum lata sententia solum de vendendo idem, & multo magis licere *d. l. sicut, §. si voluntate, vbi etiam Bar. ff. quemad. pign. vel hypot.* vbi dicitur, quod non secuto effectu creditoris consensus nihil efficit, vel operatur.

5 Præterea sententia, qua dicitur bona esse vendenda, ius non tribuit, sed tantum ad factum obligat, cum vendere sit quid facti, *l. cons. in fin. ff. de Cura. Fur.* quæ obligatio solutione dissoluitur *l. si quis ab alio, ff. de re iud. & notatur in l. stipulationes non diuiduntur, ver. Celsus, ff. de verb. oblig.* Etenim talis sententiæ executio in contractu ipsius venditionis perficitur ad instar iudicationis, eaque propter priusquam bona in tertium offerentem transferantur; & donec debitori perdurat hypotheca videtur, quod semper debitor creditori satisfacere possit, & donec ad venditionis executionem non est deuentum, in debitoris facultate esse videtur, debitum, & expensas offerre, & bona liberare, *l. Paul. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solua. & censuit Specul. in tit. de oblig. & so-*
8 *lu. §. 1. ver. quid si T. mihi obligatus n. 39.* dicit enim, si aliquis sit obligatus actione hypothecaria, & creditori domus adiudicata sit pignoris causa, nec dictum sit in adiudicationis sententia, debitorem offerre posse, & ita in sententia ius offerenti non sit reseruatum, an deinde offerre possit, & concludit posse, quousque in actione iudicati iudicium suscipiat, ad *tex. in l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petit. hæred.* & mouetur ea ratione,
9 quod possessor debitum offerre possit vsque ad dictum tempus, *l. Sempronius, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.*

Comprobatur hæc sententia *ex Bal. in l. properandum, §. sin autem reus, n. 3. C. de iud.* dum dicit in *ver. Nec si reversus,* notandum esse, quod vbi fit missio ex causa
10 iudicati contumax recuperare non potest tenutam oblatione fideiussionis, ac impensarum, sed solum vera debiti solutione, si res in tenutam pro pecunia capiatur, seu alia quauis re, sed si pro ipsamet re, ex eo, quod pro ipsa re petita facta est executio, tunc talis tenuta irrecuperabilis fit, *dicta l. properandum, §. sin autem reus, vbi notat glos. & in l. is cui, §. Imperator, ff. vt in possess. lega. & l. cum qui, ff. de priuileg. credi.* quod & latius prosequitur vbi supra Bal.

11 Huic alia, & contraria est sententia negatiua, quod nempe non liceat debitori post latam adiudicationis sententiam luere, seu pretium offerre, ex eo præsentim; quod debitor, quidquid iuris habebat, si quod tamen habebat dicitur amisisse, cum fuerit citatus, & præsens eo tempore, quo bona vendita sunt, nec ius suum prosequi curauerit, *l. si eo tempore, C. de remiss. pign.* vnde
12 dicitur ius suum cessare, & cum passus sit secundum decretum pro derelicto habuisse, *l. si finita. §. non autem statim, ff. de damn. infect. & notat glos. in l. Prætoris in princ. in ver. capere, eodem tit. & ibi tradit Alex. post Bart. in l. 2. in princ. col. 2. ff. si ex noxal. caus. aga.* Rei
13 autem, quam quis pro derelicto habet, statim dominus esse desinit, etiam quod ab alio non occupetur, *§. pæn. instit. de rer. diuis. & l. 1. & 2. ff. pro derelict.*

14 Insuper quia sicut executio illius decreti. bona possideri iubeo, manu fit militari Nuncio eum in possessionem mittente, pro quo secundum fuit interpositum decretum, ita & executio illius decreti, bona vendi iubeo, ipsa venditione fit, vt ait *Specul. in titulo de decret. §. nunc videamus, colum. 8. ver. sic. Forma ab isto die antea.* Nam cum debitor in iudicio interuenerit, poterat, si credebat hoc ius sibi competere ante venditionem, vel in solutum dationem, quod debebat, creditori offerre, cum tales reseruationes ad Iudice non spectent; debet enim is iudicare de eo, quod sibi liquet, & à parte petitur, *l. hoc autem, §. non de facili, ff. ex quib. caus. in possess. eatur, & l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. proconsul. & tradit Specul. in tit. de sentent. prolat. §. iuxta, versic. Sed ecce, & §. species, versic. Et quid si Iudex,* vbi hoc tradit etiam *Io. Andr. in addit.* vbi quod dicit de iure offerendi, dicit etiam de alijs iuribus, si eorum reseruatio petatur.

Confirmatur quoniam si aliter diceremus, facile accidere posset, quod venditor post adiudicationem & venditionem factam, etiam post plures menses conueniret emptorem, vel eius hæredes coram iudice ordinario, & eisdem offerre pretium vna cum expensis, ac alijs necessarijs pro recuperatione rei licitatæ, ac ven-
16 ditæ, quod valde absurdum esse, cum præsertim debitor à sententia lata de vendendo non appellauerit, & sic illi acquieuisse censeatur, *l. ad solutionem cum ibi not. C. de re iudic. & tradit Bart. in l. si qui separatim. §. quod est rescriptum in fin. ff. de appellat. & est tex. in l. ab eo, C. quomod. & quand. Iud. per quem text. Bald. vt refert Ias. in l. quod iussit num. 25. de re iudic.* dixit eum, qui non appellat sententiæ consentire, & quodammodo ad parendum obligare censeri, & ideo quodam quasi contractu se astringere, adeo quod vt absque consensu, & voluntate illius, cui vendita sunt bona à venditionis promissione recedi non valeat, *l. sicut, C.*
18 *de act. & oblig. cum simil.* quod locum habet nedum in contractu expresso, sed etiam tacito exceptionis ope *l. 2. C. de remiss. pign. & habetur per Doct. in l. si tibi, §. de pignore, ff. de pact. & Neguzan. de pign. 3. membr. 6. par. numer. 48.* quod præcipue locum habet per *text. in dicta l. si eo tempore, C. de remiss. pignor.* vbi ex tacito
19 consensu creditores citati proclamati non contradicentes ius pignoris remisisse videntur; At denique, quia in huiusmodi licitationibus, ac venditionibus sub hasta, vt pluries dixi in superioribus quæstionibus plus offerenti bona obligantur, & elapso termino subhasta-
20 tioni præfixo contractus ita perfectus dicitur, vt nemo alius ad licitandum, seu offerendum admitti possit ex *Bart. doctrina in l. licitatio, numer. 4. ff. de public. & vectig. & in l. tempora, C. de fid. instr. & iur. hast. fisc.*
21 *lib. 10.* & magis in specie, quod post interpositum decre-

decretum per venditionem publica subhastatione debitor priuilegium non habeat recuperandi, nec amplius audiatur voluerunt, *Bar. in l. fin. C. vbi in rem. act. Alex. in dictu l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. num. 121. & consil. 15. lib. 5. Dec. cons. 558. colum. 1. & 2. & cons. 592. per totum, Afflict. decis. 187. & Negusan. de pign. par. 3. membr. 3. num. 8.* vbi testatur
21 de veriori, & communiori opinione, quam declarat procedere in adiudicatione in solutum facta à Iudice per modum iudicij; secus autem si adiudicatio fieret vigore rescripti impetrati à Principe iuxta *l. fin. C. de iur. dot.* quia tunc debitor veniens infra biennium à die concessi rescripti, debitum offerre potest ipsi creditori, & resoluere dictam adiudicationem per *tex. in d. l. fin.*
23 Secundo declaratur habere locum in terminis iuris communis; at secus vbi aliter per statuta ordinatum esset, prout est Florentiæ, vt ibidem per *Negusan. n. 9. & sequitur Peregrin. de simili Paduæ statuto loquens decis. 122. num. 10.*
24 Nota etiam, quod in iudicati actione locum non habet ius offerendi, nisi via purgationis moræ, quæ mora vsque ad sententiam, & non vltra purgari potest, adnotata per *Bal. in l. & si post tres, colum. 5. ff. si quis caut. per text. in l. si maior, & in l. siue apud acta, C. de transact.*

Concluditur itaque contractu venditionis perfecto debitorem amplius offerre non posse, neque bona liberare, vt latè per *Asin. de execut. §. 6. cap. 32. num. 40. & infra.*

---

## EPITOME.

Subhastatio bonorum coram Iudice Ecclesiastico facienda est, quando fratres sunt plures, & eorum aliqui sunt clerici.

Clericus in quibus coram Iudice Layco conueniri potest, & qualiter.

### SVMMARIVM.

1 *Fratres, quando sunt plures, & aliqui sunt Clerici iudicium cum eis agendum est coram Iudice Ecclesiastico, etiam quoad laycos.*

*Idem est, quando eorum bona sunt subhastanda, num. 2. & 14.*

*Ampliatur procedere, etiam quod ageretur de patrimonialibus, num. 3.*

4 *Clericus in patrimonialibus conuenitur, coram Iudice layco.*

*Declaratur procedere respectu immunitatum, & exemptionum, in quibus non reperiuntur specialiter priuilegiati, non autem respectu fori, n. 5.*

6 *Clericus nec etiam volens conueniri potest coram Iudice layco.*

*Ampliatur procedere, etiam quod non compareat ad declinandam iurisdictionem, quia nihilominus processus est nullus, num. 7.*

*Fallit si fuerit citatus cum clausula, si petet sua interesse, quo casu si comparet illius iudicio, & sententiæ stare cogitur. num. 8.*

*Ratio est, quia talis citatio dicitur potius incitatoria, quam arctatoria, & Clericus comparendo dicitur actor voluntarius, non necessarius, num. 9.*

*Primo sublimitatur non habere locum, quando Clericus citatus comparendo opponit declinatoriam, & petit ad suum Iudicem remitti, quia tunc Iudex laycus non dicitur competens, num. 12.*

*Secundo sublimitatur non habere locum, quando citatio non fuit facta simpliciter, si sua putet interesse, sed fuit adiectum, quod nisi comparcat, in eius contumaciam procedetur, quia tunc sententia contra eum lata, non præiudicat, num. 13.*

10 *Citatus cum clausula, si sua putet interesse, non comparendo non dicitur contumax.*

*Nec sententia contra eum lata exequi potest. numer. 11.*

## QVÆSTIO CXXVIII.

1 Regulariter quando plures sunt fratres, quorum aliqui sunt Clerici, iudicium cum eis agitandum est coram Iudice Ecclesiastico, etiam quoad laycos, *Bart. in l. præcipimus, §. eodem obseruando, C. de appellat. Felin. in rubr. extra eodem tit. num. 9. Ias. in l. si emancipati, num. 13. C. de collat. cum alijs per eundem*
2 *Ias. ibidem*; Ideo an idem sit, quando eorum bona subhastari debent, quæritur. Et respondetur affirmatiuè, etiam quoad interesse laycorum, quia cum agatur de re communi cum Clerico, seu Clericis, iudicium est Ecclesiasticum, *Bart. in dicta l. præcipimus,*
3 *cum alijs superius*. Quod procedit etiam si ageretur de patrimonialibus.
4 Nam & si secundum aliquos in patrimonialibus Clericus coram Iudice layco conueniri possit, *Dec. in cap. Episcopus n. 10. de præben. Plot. con. 93. num. 5.* de magis communi testatur *Socin. consil. 230. num. 8. lib. 2. Viu. commun. opinion. in ver. Clericus in bonis cum alijs per*
5 *Rimin. Iun. cons. 2. num. 32. lib. 1.* Id tamen procedit respectu immunitatum, & exemptionum, & eorum, in quibus non reperiuntur specialiter priuilegiati, non autem respectu fori *cap. si diligenti, & cap. significasti de*
6 *for. competen.* ita vt nec etiam volens conueniri potest coram Iudice layco, cum sit incapax huius iurisdictionis, *Dec. consil. 150. num. 4. & consil. 241. num. 2.* & in Clerico hærede clerici conuento pro debito defuncti tradit *Couar. pract. quæst. cap. 8. Dec. consil. 700. Gallesi. de oblig. Camer. par. 2. q. 2. ad secundam. par. formulæ, n. 1. nouissimè Gratian. disceptat. lib. 1. cap. 16. num. 1. 31. 33. & ferè per totum*, etiam quod non
7 compareat ad declinandam iurisdictionem, quia nihilominus processus est nullus, *Felin. in cap. cum ordinem num. 15. de rescript. & cap. si duobus de appell.*
8 Et quamuis secundum plerosque iudicium sub sistat, quando clericus citatur coram Iudice layco cum clausula, quatenus sua putet interesse, quo casu si comparet, illius iudicio, ac sententiæ stare cogitur, *Bal. in l. Testamenta, col. fin. C. de testam. Cepoll. caut. 68. numer. 5. Rol. à Vall. cons. 29. numer. 1. & seqq. lib. 2. Maran. in specul. par. 4. in 7. distinct. iudic. in fin. Ioseph Ludouic. concius. 5. versic. Ampliatur prædicta in commun.*
9 *opin. lib. 1.* Quoniam talis citatio dicitur potius incitatoria, quam arctatoria, & clericus ita citatus non reus necessarius, sed actor voluntarius dicitur *Bal. Castrens. Alex. & alij in d. l. Testamenta, C. de testa. Afflict. decis. 24. num. 7. & 8.*

Sententia tamen prædicta procedit, prout loquitur, quando scilicet clericus citatus, si sua putauerit interesse, compareat, quia tunc per comparitionem efficitur actor voluntarius; secus si non compareat, quia tunc acta, & sententia contra ipsum lata non afficiunt.
10 Non enim citatus cum clausula, si sua putauerit interesse non comparendo contumax dicitur, *Bal. in cap. 1. in 5. quæst. de mil. Vall. qui contum. est, & ibidem Afflict. num. 59. Ias. in l. Libertus, ff. de in ius vocan. Bal. & Salyc. in l. ea quidem, C. fiman. ita fuer. ulteni Ang. in §. quadrupli. colum. 27. versic. Quid si comparet contradictor instit. de act. & in l. si perlusorio, colu. 2. ff. de appellat. Alexand. in l. de pupillo, §. 1. in fin. ff. de nou. oper. nunc. & in l. Libertus, la prima, colum. 2. vers. Item illud,*

*lud,ff.de in ius vocan.Rota per Cardinal. Seraphin.decis. 957.num.8.*

11 Et quidem iure meritò, quoniam ſicut citatio iſto caſu non arctat ad comparendum citatum,ſi ſuâ putauerit intereſſe, ita etiam ſententia contra ipſum lata exequi non poteſt,*Bellamer.deciſ.11.Felin. in cap.cum inter num.12.de except.Roland.conſ.29.num.6. lib.2. in ſpecie Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.15. n.228. poſt Afflict.deciſ.2.n.8.*

12 Non etiam locum habet, quando clericus ita citatus non ſimpliciter comparet, ſed comparendo opponit declinatoriam exceptionem, petitque ad ſuum competentem Iudicem remitti, nam tunc Iudex laycus non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ, *ſic Afflict. ad conſtit. Regni in conſtit. de Burgenſaticis, colum.3. verſic. Septimo quæro,quem refert, ac ſequitur Roland.dicto conſ.29.num.17. & ante eum Capyc. deciſ. 8.num.3.Gramat.deciſ.61.num.3.& infra, Afflict.deciſ. 380.num.7. & ſequentib.& ibidem Vrſill. in addit. n.5. & ſeqq.Menoch.dicto remed. 15.n.232.*

13 Et propterea declaratur non habere locum, quando clericus fuit citatus, vt compareat, ſi ſua putauerit intereſſe, alio non adiecto; Secus verò ſi citatio vlterius procedendo dicat,quod ni ſi compareat, contra ipſum in eius contumaciam procedetur, quia tunc comparendo non dicitur actor voluntarius, ſed reus neceſſarius; ideo ſententia contra illum ferri nequit, & lata eidem non præiudicat, vt in terminis dixit *Socin. in tract.de citat.in 2.artic.princ.quæſt.14.Capic.dicta deciſ. 8.num.4.Grammat.dicta deciſ.61.num.3. & Roland.dicto conſil.19. num.18.* & ita in terminis ſubhaſtationis decidit *Rota coram Card. Seraphin. dicta deciſ.957.per totam.*

## E P I T O M E.

Tertius opponens in ſubhaſtationibus non fore vlterius procedendum qualiter admittatur, & quid reſoluendum.

Quid quando opponitur rem ſibi eſſe hypothecatam,& oſtenditur ius habere.

Et vbi plures ſunt opponentes, & res venditur ex cauſa iudicati iudex ceſſare non debet à rei licitatæ venditione,& adiudicatione.

Alias ſuperſedetur,& res traditur priori, & potiori creditori.

### S V M M A R I V M.

1 *Tertius comparens,& opponens in ſubhaſtationibus vlterius non eſſe procedendum, qualiter admittatur,& quid reſoluendum.*

*Et pariter quid agendum, quando opponitur rem eſſe hypothecatam,n.2.*

3 *Tertius opponens ſubhaſtationi, quando oſtendit ius habere opponendi, illi ſoluitur ex pretio auctionis iuxta potioritatem,& proprietatem creditorum.*

*Et ſi plures ſunt opponentes,non ob id Iudex ceſſabit à rei licitatæ venditione,& adiudicatione, n.4.*

*Quod procedit, quando res venditur ex cauſa iudicati, num.5.*

*Alias ſuperſedendum erit,& res tradenda priori, & potiori creditori,niſi ſecundus offerat, n.6.*

## Q V Æ S T I O CXXIX.

1 QVandoque dum bona licitantur, comparet Tertius, & opponit in licitationibus non fore vlterius procedendum, vt quia prætendit ea omnia, vel partem eſſe ipſius opponentis,quo caſu iſtius onus erit probare ſuam exceptionem, videlicet rem eſſe ſuam, ſi non poſſideat,*l.fin.C.de rei vendic.*dicenti enim incumbit onus probandi,*vulg.l.2.ff.de probat.* cui, quatenus velit, danda erit auction um,ſeu licitationum copia, vt indicare valeat quam rem, quamue partem vult tollere, ſeu ſeparare à licitatione.

2 Sicut,& quando opponitur, quod res eſt ſibi hypothecata, vt debitum ſibi ſoluatur, & huic opponenti datur dilatio pro diſtantia locorum ad docendum cauſas oppoſitionis, quia eius non intereſt. vt res vendatur,ſed vt ipſi magis ſatisfiat,ac ſoluatur; Et eidem poteſt ſubhaſtans reſpondere, & opponens replicare, ita quod ſi dic ſtatuto, iuxta fori conſuetudinem compareat,audietur, & ſi ſi dabitur modica dilatio ad tradendum iura ſua,quæ ſi non tradiderit, excludetur à Iudice,qui Iudex pronunciabit reijciendum,& non obſtante ſua oppoſitione ad adiudicationem rei licitatæ procedendum.

Si autem non compareat,ab appoſitione repelletur, & pro his videndus erit *Imber.in lib.inſtit. foren. par.1. §.ſed quia ſæpius.*

3 Vbi verò is oſtendat ius habere opponendi, illi ſoluetur ex pretio auctionis iuxta potioritatem creditorum,vt per *Rebuff.de præcon.art.6.gloſ.vnica num.3.&*

4 *4.qui num.5.*addit,quod ſi plures ſint opponentes, non tamen ob id Iudex ceſſabit à rei licitatæ venditione, &

5 adiudicatione per *l.fin.C.de iur. dom.impet.* quando res venditur ex cauſa iudicati, vt in *l.d Diuo Pio, §.quod ſi*

6 *rerum in fin.ff.de re iudic.* alias ſuperſedendum erit, & res tradenda priori, & potiori creditori,niſi ſecundus offerat *l.diuerſis,C.qui pot.in pign.habe.Ioan. Fabr. in l.ſi eo tempore,C.de remiſſ.pignor.*

## E P I T O M E.

Licitationi ſe opponens recipi non debet ad licitationem.

Iudex, quando videt partem opponentem de iure impedire non poſſe, quin res vendatur,quid pronunciare debeat.

Et quid quando aliqua iuſta cauſa allegatur.

### S V M M A R I V M.

1 *Opponens ſe licitationi recipi non debet ad licitationem.*

2 *Iudex,quando videt partem opponentem de iure impedire non poſſe,quin res vendatur,quid pronunciare debeat.*

*Et quid quando aliqua iuſta cauſa allegatur, numero 3.*

## Q V Æ S T I O CXXX.

1 QVæro,an is,qui ſe opponit licitationi, recipi debeat ad licitationem.

Et reſpondetur quod non,per *l.2. C. ſi in cauſ. iudic.* & ita iudicatum teſtatur in Senatu Pariſienſi, *Rebuff. ad conſtit. Reg. Gall. tit. de Præcon. art.4. gloſ. vnica, num.35.*

2 Qua in re notabis etiam, quod vbi Iudex videat partem

rem opponentem de iure impedire non possit, quin res vendatur, pronunciabit praeconia ritè, & rectè facta, & non obstantibus ex aduerso adductis, seu allegatis, ad vlteriora in subhastationibus forè procedendum, & bona adiudicanda plus offerenti, & contradicentem in expensis condemnabit.

3 Et quatenus aliqua iusta causa allegetur, pronunciabit illam subhastationibus obstare, easque impedire, & actorem condemnabit in expensis, & in teresse per notata per Bar. in l. si oleum, ff. de dol. sequitur Rebuff. dicto art. 4. n. 29.

## EPITOME.

Pro quo tempore in subhastationibus quis recipiatur ad offerendum.

*SVMMARIVM.*

1 *ad offerendum in subhastationibus, quis recipitur, donec decretum fuerit interpositum, & sigillatum.*
2 *Fallit si à tali decreto fuerit appellatum, n. 2.*

## QVAESTIO CXXXI.

1 AD offerendum pro quo tempore quis recipiatur, quaeritur, & respondetur recipi donec decretum fuerit interpositum, & sigillatum, *l. fin. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.* & indicatum fuisse testatur in Curia *Paris. Ioann. Gall. in quaest. 2.* quem refert, ac sequitur *Rebuff. in constit. Reg. Gall. tit. de Praecon. art. 4. n. 33.* non autem postea.

2 Fallit si à decreti interpositione fuerit appellatum, *l. 1. in fin. ff. ad Turpill.* interim tamen recipitur pars offerens debitum cum expensis, *Capic. dec. 202. & Rebuff. vbi proximè supra.*

## EPITOME.

Offerenti bonis ad hastam positis, an omnino facienda sit venditio appellatione pendente à debitore facta.

Et an hoc casu simplex venditio sufficiat.

Quid in possessore etiam malè fidei, & iniusto resoluendum sit.

Et praesertim, quando passus est sententiam, ac proinde in iudicio iudicati vsque ad litis contestationem.

*SVMMARIVM.*

1 *Offerenti bonis positis ad hastam facienda est omnino venditio etiam appellatione pendente à debitore facta, qui debitum soluere obtulit creditori.*
2 *Ratio est, quia quando res subhastatur, vt primum quis obtulit, contractus videtur perfectus, num. 2.*
*Declaratur, n. 9.*
*Contrarium habetur, num. 3. & infra vsque in finem.*
4 *Appellatione pendente nil est innouandum.*
5 *Et quod gestum ea pendente, dicitur attentatum, n. 5.*
6 *Debitor quilibet potest creditori offerre, & venditionem pignoris, seu bonorum obligatorum impedire.*
*Etiam post sententiam, quando ab ea fuit appellatum, num. 7.*
8 *Debitor semper creditori satisfacere potest, & donec ad executionem deuentum non fuerit, in eius est facultate, tertijue possessoris interesse habentis debitum, & expensas offerre.*
*Et simplex venditio non sufficit, absque rei actuali satisfactione, n. 10.*
*Primo ampliatur procedere in quocunque possessore, etiam malae fidei, & iniusto actione hypothecaria à creditore conuento, n. 11.*
*Ratio est, quoniam agens hypothecaria non concludit ad rem praecisè, sed agit, vt auocet possessionem, donec sibi sit solutum, n. 12.*
*Secundo ampliatur, vt hoc ius detur etiam possessori, qui passus sit sententiam, ac proinde in iudicio iudicati vsque ad litis contestationem n. 13.*

## QVAESTIO CXXXII.

1 OFferenti bonis positis ad hastam, an omnino facienda sit venditio appellatione à debitore facta pendente ex eo, quod debitum soluere obtulerit creditori, atque ita venditionem impedire, & bona sua luere.

Et prima facie dicendum videtur bona praedicta omnino ipsi oblatori vendenda.

2 Quia quando res subhastatur, vt primum quis obtulit, contractus videtur perfectus, per ea, quae scripsit *Bar. in l. si tempora, n. 3. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. & in l. licitatio, ff. de public. & vectig.* ac voluit *Dec. cons. 558. n. 1. & 2.*

3 Sed contrarium concluditur, nedum quia appellatione
4 ne pendente nil est innouandum, ex quo actum suspendit, vt scribunt omnes *in rubr. C. de appell.* & quod ge-
5 stum est ea pendente, dicitur attentatum, & innouatum, & ideo reuocandum, *vt in rubr. & tot. tit. ff. nil. nou. appel. pend. & C. vt lit. pend. Dec. cons. 97. in casu n. 1. Augustin. Bero. consil. 116. Pendente num. 10. libr. 3.*
6 verum etiam quoniam potest quilibet debitor creditori suo offerre, vt pluries dixi in hoc tract. & venditionem pignoris, seu bonorum obligatorum impedire, *l. si residuum, & l. si priusquam, C. de distract. pign. & l. fin. C. de lu t. pign. Bar. in l. pen. C. de distraction. pignor.*
7 quodque post sententiam, quatenus ab ea appellatum sit, liceat debitori debitum offerre, & pignus, seu hypothecam à creditore liberare, & adiudicationem resoluere, sensit *Bart. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & ibidem, latè Alexand. in princ. & colum. fin. pro qua facit Capic. decis. 201. num. 7.* cum dixit, pendente quoque appellatione iuri offerendi locum esse; ergo fortius iuri pignoris luendi locus esse debet, cum dominium adhuc penes debitorem extare dicatur.

8 Praeterea quod debitor semper creditori satisfacere possit, & donec ad venditionis executionem deuentum non fuerit, sit in facultate debitoris, & tertij possessoris interesse habentis debitum, & expensas offerre, & bona liberare, *est tex. in l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solua. Specul. in tit. de oblig. & solut. §. 1. vers. Quid si T. mihi obligatus num. 39.* dum inquit, si aliquis sit obligatus actione hypothecaria, & creditori domus adiudicata sit pignoris causa, nec in sententia adiudicationis dictum sit debitorem offerre posse, & sic in sententia ius offerendi reseruatum non sit, an post modum offerre possit; quaeritur, & concludit posse quousque in actione iudicati iudicium suscipiat per *text. in l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petit. haered.* & ea ratione mouetur, quod quilibet possessor debitum offerre vsque ad dictum tempus possit, *l. Sempronius, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hipothec. soluat.*

Non obstat, quod per oblationem factam dicitur perfectus contractus.

9 Quia quidquid sit respectu creditoris, & eius qui in emptorem obtulit, inspecto debitore contradicente vea-

venditio nequaquàm dicitur perfecta, ex quo sequitur, quod re non dum vendita, ac tradita debitor soluendo, vel offerendo, seu etiam disponendo summam debitam, illius venditionem impediat, *per tex. in l.2. C. deb. vend. pign. imped. non poss. & tradit Bald. in leg. priusqu.m, C. de distract. pignor. in addit. ad illum text.* dum loquitur de creditore, qui in pignore legem ven-
10 ditionis exercuit, idest vendidit, ac tradidit, quasi quod simplex venditio non sufficiat absque rei actuali traditione, & ita in specie tradit *Asin. de execut. §.6. cap.31. per totum.*

11 Primo ampliatur hoc procedere, etiam in quolibet possessore, etiam malæ fidei, & iniusto, actione hypothecaria à creditore conuento, *l. Paulus, §.1. vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluat. glos. in l. iu verb. iustus, ff. qui pot. in pign. l. tale pactum, §. post diuisionem, vbi Ang. Fulgos. Castrens. & Ias. ff. de pact. Angel. in §. item si quis iu fraudem sub num.20. vers. in eadem glos. instit. de act. Federic. de Sen. consil.226. ad fin. Afflict. decis.259. num.3. Cranett. consil.298. post princ. Roland. à Vall. consil.14. num.9. lib.1. Menoch. de adipisc. possess. remed.3. n.182.*

12 Ratio eam adducitur, quoniam agens hypothecaria non concludit ad rem præcisè, sed agit, vt auocet possessionem, donec sibi sit solutum. Nam hæc est natura hypothecariæ, rem non euincere, sed tantum possessionem auocare, quousque creditori debitum vniuersum, aut litis æstimatio soluatur, *l. si eum venditor, ff. de euict. l. si fundus, §. in vendicatione, ff. de pign. & d. l. mulier glos 1. in l. qui rem. & in l. ex his prædijs C. de euict.* & ea propter possessor offerens id facere videtur ex voluntate creditoris, qui nihil aliud petit, quam crediti solutionem; Nec tunc quæritur de iure possessoris, quia satis est, quod soluto pignore, ius petitoris amoueatur, dicto §.1.

13 Secundo ampliatur, vt hoc ius detur etiam possessori, qui passus sit sententiam, ac proinde in iudicio iudicati vsque ad litis contestationem, *Bart. in l. stipulationes non diuiduntur num.41. ff. de verbor. obligat. & in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle ad fin. ff. de solut. Ang. in dicto §. si quis in fraudem instit. de act.* dicens hoc mirabile viden. in alio, quam in debitore, qui post sententiam offerre potest, *l. si fundus, §. si plures, ff. de pign.* Verum admiratio Angel. non est considerabilis, cum in possessore æque militet ratio adducta per *Bart. in dicta l. stipulationes non diuiduntur*, nempe quod quando vnum est in obligatione, & aliud est in solutione, ex legis dispositione facultas soluendi durare soleat post sententiam, donec condemnatus conueniatur actione iudicati, *l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petit. hæred. & ibi Bart.*

Quare cum in obligatione hypothecaria actionis sit relaxatio rei possessæ donec solutum sit creditori, & ex dispositione, l. Paulus, & cæterorum iurium, vt supra citatorum sit in facultate possessoris offerre, ac soluere, vtique ei non secus, quam debitori, offerendi facultas permitti debet post sententiam, & de possessore loquitur *Bal. consil.109. num.2. libr.3. Afflict. decis.187. num.4. Cranett. dicto consil.298. circa princ. Negusant. in tract. de pign. membr.3. 5. par. princ. sub num.51. Capic. decis.41. per totam, Menoch. de adipisc. possess. remed.3. num.184.*

# EPITOME.

I Licitator primus, an, & quando per secundum licitantem excludatur.

Offerre plus, vt quis dicatur, qualiter probetur.

Actus primus venditionis perfectæ cum pacto addictionis in diem per oblationem à secundo factam, quando rescindatur.

Cautela traditur, vt res plus offerenti tradatur.

In licitationibus res qualiter dirimenda sit.

## SVMMARIVM.

1 *Licitator primus per secundum licitatorem non liberatur, si secundus aufugit vel non sit idoneus, & non soluendo, & n. seqq. & præsertim n.7.*

*Declaratur procedere, quando secunda oblatio non fuit acceptata, n.15.*

*Sed contra n.8. & infra.*

*Declaratur hæc secunda opinio vt locum habeat, quando secunda oblatio fuit acceptata, n.16.*

*Secundo declaratur procedere, quando res fuit perfectè licitata, ac tradita plus offerenti, & vbi secundus licitator est idoneus facultatibus, & soluendo n.17.*

*Tertio declaratur locum habere in subhastatione bonorum priuata personæ, & non quæ Principis, vel Regis sunt, in quibus opinio Bar. seruatur. n.18.*

2 *Offerre plus, vt quis dicatur, requiritur identitas facultatum, maior promissio, conueniendi facultas, & par vtilitas.*

3 *Soluere qui non potest, & qui non habet vnde soluat, est similis habenti exceptionem.*

4 *Subhastationis verba cum effectu intelligi debent.*

5 *Licitator debet esse talis, quod obligari possit.*

6 *Idoneus non dicitur, qui conueniri non potest.*

9 *Actu secundo ante rei perfectionem à primo recessum videtur.*

10 *l. Sabinus, ff. de in diem addict. qualiter procedat.*

11 *Actus primus venditionis perfecta cum pacto addictionis in diem per oblationem à secundo factam non rescinditur.*

*Fallit in licitatione, & subhastatione, vbi venditio perfecta non est, sed suspensa donec plus ab alio offeratur, num.12.*

*Præsertim si in edicto positum fuerit, quod res liberabitur plus offerenti, n.13.*

14 *Cautela notatur, vt res plus offerenti tradatur.*

19 *In licitationibus res dirimenda est iuxta formam licitationum, stylum, ordines, ac consuetudines locorum.*

20 *Licitator primus, qui minus obtulit offerendo plus quam secundus, secundum licitatorem denuo vincit.*

## QVÆSSTIO CXXXIII.

1 PRimus licitator, quando per secundum licitantem qualiter, & quando liberetur, modo indigemus.

In qua quæstione duæ sunt principales Doctorum opiniones.

Prima fuit opinio negatiua, nempe quod liberatus non censeatur, si secundus oblator, vel aufugit, vel non sit idoneus, & non soluendo, vt tenuit *Bar. in l. licitatio, q.1. ff. de publ. & vect. per tex. in l. Sabinus, ff. de in diem*
2 *addict.* ad hoc enim, vt quis plus offerre dicatur requiruntur identitas facultatum, maior promissio, vtilitas, & conueniendi facultas, *l. eum qui emit, §. pen. & fin. ff.*

de in

*de in diem addict. M. Aut. Amat. dec. March. 67.*

5 Nam qui non habet, vnde soluat, ei similis est, qui exceptionem habet, vt notatur in *l. Titius, ff. de procur.* &
8 his accedit, quod verba licitationis ita intelligenda sunt, vt effectum aliquem sortiantur, vt notat *gl. communiter approbata in l. qui accusare, & in l. 2. in princ. ff. qui satisd. cog. & in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ier.* tale
5 lisque debet esse licitator, quod possit obligari, & con-
6 ueniri, *l. qui satisd. 1. resp. ff. de fideiuss.* & non dicitur idoneus, qui conueniri non potest, *l. sciendum, ff. qui satisd. non poss. §. suscepit, auth. de exiben. reis, & l. nec ciuita-*
7 *tis, ff. de procur.* latè hanc opinionem sequens firmat *Fab. de Mont. in tract. de empt. & vend. q. 5. princ. n. 93. & 94.* & ante eum idem asseruerunt *Alexan. in addit. ad Bart. in dict. l. licitatio, Salyc. in l. penes, C. de vectig. Bertachin. in tract. de Gabel. par. 2. n. 20. Iodoc. Dembauder. in compend. subhasta. cap. 4. num. 8. Ari. Pinell. ad l. 2. par. 2. cap. 2. num. 29. C. de rescinden. vend. & cum Bar. visus est tenere Bal. cons. 327. n. 5. & 6. lib. 2. quem sequitur Afin. de execut. § 6. c. 11. per totum.*
8 Contrarium, & sic affirmatiuam tenebit Bal. in quodam suo consilio incip. Titius de Arimino, consulendo in casu, qui accidit in ciuitate Aretina, & mouetur tribus præcipue iuribus, *ex tex. scilicet, in l. Valerianus, ff. de prætor. stipul. in l. stipulatus es opus, ff. de fideiuss. & in l.*
9 *cum plures, §. lege dicta, ff. loca,* Vbi habetur secundo actu ante rei perfectionem à primo recessum videri, & tenendo hanc opinionem respondet *Bal. ad tex. in d.*
10 *l. Sabinus*, procedere in actu perfecto, & iam consumato, vt puta in venditione perfecta cum pacto addi-
11 ctionis in diem, quo casu nulli dubium, primum actum venditionis perfectæ creditore inuito per obla-
12 tionem à secundo factam non rescindi. Sed secus in licitatione, seu subhastatione, vbi venditio perfecta non est, sed suspensa, donec plus ab alio offeratur, & *Bald. sequitur Paul. de Castr. in d. l. licitatio in princ. num. 3. Cremen. sing. 41. incip. tu scis, Giroud. de Gabel. p. 2. §. 1. num. 20. & 21. Anend. 2. par. cap. 12. præt. num. 8. vers. Item infertur, Auiles in c. 32. præt. in glos. Putar. nu. 6. cum seq. quos refert Gutierez de Gabel. quaest. 134. nu. 2. & his addo Marsil. in l. 1. §. si serui quasi, num. 10. in fine, ff. de quaest. Boer. dec. 248. num. 2. Et Heryng. in tract. de fideiuss. cap. 6. num. 18. Rebuff. in tit. de pracon. art. 7. glo. vnic. n. 21. qui cæteros allegat.*
13 Et præsertim videtur hoc procedere, si in edicto positum fuerit, quod res liberabitur plus offerenti, vt in specie per *Ang. cons. 324. vers. Nunc ad propositum.*
14 Et cum hæc sententia videtur in aliquo conformis vsus hodiernus, à quo obseruatur, vt in edictis, quæ occasione prædicta fiunt, vt apponatur, quod res dabitur plus offerenti candela accensa, addendo, quod obligatus remaneat, & primus oblator liberatus non censetur, vt & inquit *Afin. de execut. §. 6. c. 3. in fin.*
15 Supradictas contrarias opiniones conciliando *Gu-*
16 *tierez dict. quaest. 134. n. 3.* dicit, primam procedere, quando secunda licitatio non fuit acceptata; Secunda verò, quando est acceptata, iuxta quod etiam tradit *Rebuff. de Præcon. artic. 7. glos. vnica num. 21. sequitur Cassan. ad Consuet. Burgund. rubr. 5. §. 2. n. 23. & 24. vbi*
17 *ex Gtrond. vbi supra* addit etiam hoc procedere, quando res fuit perfecte licitata, & tradita plus offerenti, & vbi secundus licitator est idoneus facultatibus, & soluendo, quod & probasse videtur *Cassan. in loco citato, versic. ad vnum, & in tit. Ordinationes Cancellariæ num. 22.*
18 Subiungit insuper Guttierez in loco præallegato præmissis sibi locum tribuere in subhastatione bonorum priuatæ personæ, & quæ Principis, vel Regis non sunt. Nam in redditibus Regis seruari opinionem Bart. testatur ibid. *num. 4. post Castill. & Azened. ab eo adductos.*

Alias declarationes ad opinionem Bart. affert *Afin. de execut. §. 6. cap. 3. sub num. 2. versic. Stante hac, & infra.*

19 Sed consideratur, si dici possit, rem ipsam dirimendam iuxta formam licitationum, quæ plures, & variæ sunt secundum stylum, & ordinationes diuersorum locorum, vbi licitationes fiunt, & ideo in his seruanda esse, quæ scripsit *Bal. in cons. 191. lib. 3.* qui, vt alias dixi, respondit in casu, qui accidit in hac Ciuitate Pisau-
20 ri, quem sequitur *Afin. d. §. 6. c. 12. per tot.* Et nota, quod licitator primus, qui minus obtulit, offerendo plusquam secundus, licitatorem secundum debuo vincit, nisi in subhastatione dictum sit, quod plus offerenti dabitur, *Matthe. Coler. de process. execu. p. 3. c. 9. n. 83. & 84.* Verum Genuæ fiunt licitationes cum partito lucrandi, ita quod si res pro mille cum partito lucrandi centum vendatur, is qui vltra mille offeret lucrari dicitur. Sed si alter plus offerens non inueniatur, ipsi pro noningentis vendita, remaneat, & hoc ideo conceditur, & obseruatur à Rota, vt licitantes animosiores, ac promptiores ad offerendum fiant. *Chartar. decis. Gen. 103.*

## EPITOME.

Res captas, & subhastari cæptas pro vno debito, debitor offerendo aliam rem pro eodem debito, liberare non potest, nisi pecuniam offerat.

Condemnatus soluere non liberatur dando fideiussores.

### SVMMARIVM.

1 *Res capta, & subhastari cæpta pro vno debito, à debitore liberari non potest offerendo aliam rem pro eodem debito, nisi pecuniam offerat.*
2 *Offerre, vel dare fideiussores quantumuis idoneos non est soluere.*
3 *Condemnatus soluere non liberatur dando idoneos expromissores.*
4 *Condemnatus ad pœnam pecuniariam, & si eam intra certum tempus soluerit ad pedis imputationem, non liberatur ab hac posteriori pœna dando fideiussores.*

## QVÆSTIO CXXXIV.

1 Postquam res vna, vel plures captæ sunt, & subhastari cæptæ pro vno debito, an debitor offerendo aliam rem pro eodem debito, eas liberare possit, quæritur.

Et respondetur quod non, nisi pecuniam offerat, probatur *in l. 4. §. ait Prætor.* ibi, *pecuniam soluat, ff. de*
2 *re iudic.* non enim offerre, vel dare fideiussores quantumuis idoneos est soluere, *l. si rem in fiu. cum l. sequen-*
3 *ti. de pigno. act. & dicto §. ait Prætor.* vbi condemnatus soluere non liberatur dando idoneos expromissores, *l. quod si non soluere, ff. de pign. act. & in l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solua.* quo in
4 loco *Bart.* ait, condemnatum ad pœnam pecuniariam, & si eam intra certum tempus non soluerit, ad pedis amputationem, non liberari ab hac posteriori pœna dando fideiussores. *Tract. Papien. in forma resp. libell. in act. hypothe. in glos. satisfacere debito, n. 2. Dec. in l. nemo dubitat, ff. de reg. iur.* alios citat *Tiraq. de Retract. linguag. §. 3. glos. 3. n. 14. in terminis Rebuff. ad Constit. Reg. Gall. in tract. de pracon. art. 4. glof. vnic. n. 36.*

EPI-

## EPITOME.

Debitor, appellatione pendente à sententia de subhastando bona, debitum offerre potest.
In expensis tamen oblatoriis condemnatur.
Appellatione pendente non est locus iuri offerendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor appellatione pendente à sententia de subhastando bona debitum offerre potest.*
*Debet tamen condemnari in expensis oblatoris, n. 7.*
2 *Factum quid non dicitur, cum aliquid superest faciendum.*
3 *Debitor non aliter liberatur, nisi facta solutione Creditori.*
4 *Creditor si pignus vendat, debitor non liberatur, donec pretium sit solutum.*
5 *Iudex iterum vendere potest non recepto pretio,*
6 *Iuri offerendi non est locus appellatione pendente.*

## QVÆSTIO CXXXV.

1 IVdex priusquam ad deliberationem deueniat pronunciare solet bona in tenutam capta vendi, ac subhastari, & eadem plus offerenti tradi, & de pretio Creditori satisfiat. Quæritur, an pendente appellatione à tali sententia si compareat debitor, & offerat satisfacere ipsi Creditori, audiendus sit, atque ita illi liceat liberare bona licitanda sententia ipsa non obstante;& concluditur affirmatiuè.

Nam iudex, vt supra pronunciando non dicitur vendere, cum adhuc subhastari debeant bona,& illis offerri, nec factum quid dicitur, cum aliquid superest fa-
2 ciendum, *l. pen. C. ad Senat. Cons. ad Syllan.* Et venditio recipit essentiam, & perfectionem à pretio, *l. quæsitum, in princ. vbi not. Bart. ff. de pign.* ac tradit *Specul. in tit. de secun. Decreto, §. vlt. & eod. tit. in §. dicamus in fin.* ibi Iudex pronunciauit venditionem faciendam, ego rediens volo probare exceptionem mihi competentem, numquid retractabitur venditio. Abbas, inquit, pretium tantum ex re vendita perceptum repeti posse, ideoque præsupponit pretium solutum, & in *tit. de secundo Decreto, in §. vltimo dicamus in versic. Quia quandocumque Dominus veniens offerret debitori, restituetur ei res sua, nisi distracta fuerit Iudicis aucthoritate, vel in solutum data.*

Et in §. *Præterea, ibi*, Antequam à Pratore iure dominij iussus sit, quod accidit, cum pretio soluto,& per-
3 fecto instrumento, ex quo debitor non aliter liberatur, nisi facta solutione creditori, *dicta l. quæsitum, & l. rescriptum, in primo respons. ff. de distract. pign.* Et in terminis adducitur *tex. in l. si mandato Titij, §. creditor. ff.*
4 *manda.* Vbi expresse dicitur, quod si creditor pignus vendat, debitorem non liberat donec pretium non sit solutum,& tenet *Ang. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor,*
5 *ff. de re iudic. n. 2.* cum inquit posse Iudicem iterum vendere non recepto pretio. Quæ omnia fortius pro-
6 cedunt stante appellatione; qua pendente non est locus iuri offerendi, vt in specie per *Capyc. decis. 201. n. 7.* prout ita reiectis contrarijs latè decidit *Asin. de execut. §. 4. c. 136. per totum.*
7 Et in proposito illud notes, quod quando debitor liberat bona, condemnandus erit à Iudice in expensis factis per oblatorem, vt per eumdem *Asin. dicto §. 4. cap. 135. n. 4.*

## EPITOME.

L. omnis,& l. Bene à Zenone qualiter procedant, & quibus casibus.
Dicuntur valde rigorosæ,
Subhastationes requiruntur in venditionibus faciendis à Principe, seu Fisco.

*SVMMARIVM.*

1 *L. omnis, & l. Bene à Zenone de quadr. præscript. locum habent in Imperatore, & Augusta, ac Summo Pontifice, non autem in inferioribus.*
2 *l. omnis, & l. Bene à Zenone dicuntur valde rigorosæ.*
3 *Non præsumitur, quod Princeps concedat rem alienam, nisi ex iusta causa.*
4 *L. omnes, & l. Bene à Zenone, locum non habent, nisi constet, quod Princeps vsus sit plenitudine potestatis,*
*Et vt illarum dispositiones procedant requiruntur subhastationes, & solemnitates, n. 5.*
*Et præsertim in venditionibus, & alienationibus ex causa onerosa, ad hoc vt emptor reddatur tutus, num. 6.*
7 *L. omnes, & l. Bene à Zenone, sibi vendicant, quando Papa, Imperator, vel Augusta non alienant simpliciter rem alienam, vt suam.*
*Ac insuper habent locum, vbi fiscus possidens bona fide donat, vel vendit rem tamquam suam simpliciter, non autem quando fiscus vendidit rem expressa falsa causa, per quam credidit rem esse suam, n. 8.*

## QVÆSTIO CXXXVI.

QVæro, An subhastationes requirantur in alienationibus faciendis per Principem, vel eius fiscum, ad hoc vt etiam emptor vti possit beneficio *l. omnes, & l. Bene à Zenone, de quadr. præscript.*

1 Et retenta sententia, quod leges illæ locum tantum habeant in Imperatore, Augusta, & Summo Pontifice, & non in alijs inferioribus, vt scripsi in *tract. de euict. quæst. 171. num. 10. & infra*, quidquid alij, & quidem minus rectè asseruerint, vt per *Petr. de fideicommiss. quæst. 14. num. 144.* penes quem alij habentur; Aduer-
2 tendum est, quod dispositio dictorum iurium est valde rigorosa, quia non debet pars priuari iure suo sine iusta causa,& absque facto suo, vt inquit *Bald. in proem. Greg. num. 4. Purpur. cons. 374. num. 38. libr. 5. Honded. cons. 38. num 51. & 52. lib. 2. & ego ipse dixi in d. Tract. de euict. quæst. 168. num. 16. & d. quæst. 171. sub num. 17. vers. Quin etiam ideo addit Bald. in loco præcitat.* quod dd. ll. non habent locum, nisi constet, quod Princeps velit vti plenitudine potestatis, quia non est præ-
3 sumendum, quod Princeps concedat rem alienam, nisi ex iusta causa, & ex certa scientia,& quod propterea leuis quælibet occasio erroris impedit *d. l. Bene à Zenone dispotionem, Honded. vbi sup. Castill. quotid. qq.*
4 *iur. p. 2. cap. 5. num. 6.* ita quod locum non habeat, nisi constet, quod Princeps vsus sit plenitudine potestatis *Soc. Iun. cons. 69. num. 61. & seq. lib. 1. latè Rim. Iun. in §. 1. instit. de dona. num. 72. & seq.* vbi de communi;
5 Vnde his stantibus dicimus, quod vt dictæ leges locum habeant, requiritur, quod alienatio sit solemnis, ac valida,& sic, vt in venditione interueniat subhastationes, de quibus habetur *in l. 1. & tot. tit. C. de fid. instr. & iur. hast. fisc. libr. 10. Bal. in l. 1. col. 2. C. de hæred. vel act. vend.* dicens, quod *Doct.* antiqui ita intellexerunt *dd. ll. omnes & Bene à Zenone, idem Bal. cons. 295.* quæ-

titur,

titur, An si per officiales, quem refert, ac sequitur *Socin. cons.46.lib. 4. Aldobraud. in §.fin. instit.de vsucap. Purpur.cons. 279. num.8.latè Gramat. decis.65.num.76. de communi Petra de fideicom. quaest. 12.num.145. Rim. Iun.Instit.quib. alien.lic. vel non §.1.num.128. Lauren. in decis.Anen.17.num.4.Menoch.cons.2.num.333. vers. Respondetur sexto lib. 1. Honded. cons. 38. numer.59. & 61.lib.2.* vbi de communi, quodque subhastatio exi-
6 gatur saltem in illis alienationibus, & casibus, in quibus conuenit, & sic in venditione, & alienatione ex causa ad hoc, vt ille, qui acquisiuit ex titulo rem à fisco reddatur tutus, quemadmodum declarat *Purpur. Rim.*
7 *Iun. in loc. prox. cit.* Ac praeterea supradicta sententia tenenda est, saltem quando Papa, Imperator, vel Augusta non alienat simpliciter rem alienam, vt suam, secundum *Bald.cons.126. num.2. lib.3. Decia.cons.327. numer.7.vers. Tertio responderi, Bellon. cons.61. numer. 5.quos sequitur Honded.dicto consil.38.numer.61.* & ego aliquid scripsi in *Tract.de euict.quaest.68.numer.23.* Sed
8 expressa falsa causa, per quam credidit esse suam, quo casu dispositiones dictarum legum non habere locum, dixi in dicto *Tract.de euict. quaest. 171. numer. 13. & num.18.Menoch. dicto cons.2.sub num. 333. versic. Respondetur secundo, Rimin.Iun.Instit. quibus alien.lic. vel non,§.1.num.131. Petra de fideicommiss. dicta quaest. 14. num.146. Gramm.dicta decis. 65.sub num.79. vers.item lex illa.*

## EPITOME.

Regula, qui prior est in tempore procedit etiam in subhastationibus.

Statuto stante, quo disponitur, quod in causis subhastationum primo satisfiat ei, qui prius particularem obtinuit sententiam, & fideiussorem dederit, si expedierit non habita ratione, quod sit respectu sui crediti posterior, An prior, qui sero sui crediti declarationem obtinuit, audiendus sit.

Et quid si fuerit fiscus, An virtute sui priuilegij admittatur.

Princeps An, & quando ligetur legibus à se conditis.

## SVMMARIVM.

1 *Regula, prior in tempore, &c. procedit etiam in subhastationibus.*
*Et prodest non solum in agendo, sed etiam in excipiendo, & replicando, num.3.*
*Primo ampliatur quoque procedere, quando statutum disponeret, quod in causis subhastationum primo satisfiat ei, qui prius particularem obtinuit sententiam, non habito respectu, quod ratione sui crediti sit posterior, num.2.*
*Sed contra, num.8. & infra.*
*Secundo ampliatur, etiam si secundo creditori res hypothecata tradatur, quia adhuc in ea praefertur prior in tempore, cui res non fuit tradita num.4.*
5 *Persona loquentis non continetur in generali dispositione.*
6 *Statuentes non ligantur proprio statuto.*
7 *Sententiam hominis, sicut non ligat proferentem, ita nec statutum ligat promulgantem.*
9 *Statuti vbi adest decisio, ac determinatio, non est vlterius inuestigandum.*
10 *Dispositio generaliter loquens includit etiam fiscum.*
11 *Fiscus intelligitur vti priuati quando in specie non est priuilegiatus.*
12 *Fiscus comparens in iudicio subhastationis censetur se obligare legibus concernenti ordinem iudicij praedicti, & ligatur ad illius obseruantiam, & de ratione, num. seq.*
13 *Faciens actum censetur se obligare legibus de illo actu loquentibus.*
14 *Superior potest se subijcere legi, qua non erat obstrictus.*
15 *Princeps ligatur legibus, quando vult.*

## QVÆSTIO CXXXVII.

1 Regulam, nempe priorem in tempore potiorem esse in iure diximus aliàs procedere quoque in subhastationibus, *l.1.ff.priuileg.credit.*

Modo quaero quid dicendum, quando extat statutum, vel decretum disponens, quod, in causis subhasta-
2 tionum primo satisfiat ei, qui prius particularem obtinuit sententiam, & fideiussorem dederit, si expedierit, non habita ratione, quod sit respectu sui crediti tempore posterior, qui sero sui crediti declarationem obtinuit, sit audiendus.

Et quid si is fuerit fiscus, an virtute sui priuilegij admitti debeat.

Pro priore creditore, & multo magis pro fisco facit regula praedicta, & ideo praeferendi videntur, *iuxta cap. qui prior, vbi latè Dyn.de regul.iur.in 6.est text.in l.quoties vtriusque, ff. eodem tit. & in l.qui balneum in princ. & in l. pono, in princ.ff.qui pot.in pign.habe.* quae prioritas prodest non solum in agendo, sed etiam excipien-
3 do, & replicando, *ad text.in l.creditor. prior. in princ.ff. eodem,* etiam si secundo creditori res hypothecata tradatur, quia adhuc in ea praefertur prior in tempore, cui non fuit tradita, *vt est text.in l.si prior, §.fin. tit.praedict. qui pot. in pign. habe latè Negusant. in tractat. de pignor.2.membr. 5.par.num. 1. & seqq.* quae, vt dixi, si procedunt in creditore priuato, multo fortius procedunt in fisco, & causa Principis, qui statutum, decretum, seu constitutionem fecit, non enim in generali dispositione continetur persona loquentis, *l.Inquisitio, C. de solu.cap.quisquis de praebend. Rip. de remed.ad conser-*
6 *uan.vber. num.250. Ruin. consil. 137. num.13. lib.* &c in specie, quod statuentes non ligentur statuto proprio, *Ioan. Andr. in cap. animarum de constit. in 6. Angel. Castrens. & Alex.in l.1. ff.quod quisque iur. & ante hos*
7 *Bal.in l.2. §.simili modo, C.de lati.liber. tollen.* vbi quod sicut sententia hominis non ligat proferentem, ita nec statutum ligat promulgantem, alia habentur per *Roman.cons.444.in vlt.dub.*

8 In contrarium facit, quia regula ex aduerso adducta locum habere potest, vbi versaremur in puris terminis iuris communis. At nos agimus in statuto, seu decreto, quod in hac parte derogat iuri communi, & mandat creditorem prius venientem, etiam quod sit possessor,
9 praeferri, & quando statuti adest decisio, ac determinatio, non est vlterius inuestigandum, *Corn. consil. 109.in fin.lib.1. Caphal.consil. 138.num.20. Roland.consil.72. num.6.lib.3.Riminald.consil.178.num.36.& consil.503. num.34.Becc.cons. 12. num.3.sola ad consist.Pedamont. in procem.glos.4.num.48.*

10 Et in specie, quoad fiscum dicitur, quod dispositio generaliter loquens includit etiam fiscum *arg.l.in fraudem, §.fin.ff.de testament. milit. Dec.consil.531. num.30. Boss.in tit.de fisco, & priuileg.eius num.76. & infra,* &
11 fiscus intelligitur vti iure priuati, quando in specie non est priuilegiatus, *l. quod placuit in fin. ff. de iur. fisci, Aym.cons. 168.num.10. Natt.consil.500.num.6.& Menoch.consil.242.num.9.* plura habentur per *Sur.decis.13. num.1.& plur.seqq.*

12 Et præsertim facere videtur, quod fiscus comparens
in iudicio subhastationis censctur se obligasse legibus
concernentibus ordinem iudicij prædicti, & legatur ad
13 illius obseruantiam, quia faciens actum videtur se ob-
ligare legibus de illo actu loquentibus, *glos. & Bald. in l. si duo, ff. de acquirend. hæreditat. Craueti. consil. 186. num. 9. Natt. consil. 48. num. 22. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 94. num. 15. Surdus consil. 42. num. 6. lib. 1.* Nam
14 potest superior subijcere se legi, qua non erat obstri-
ctus, *iuxta glos. in l. digna vox. C. de legi.* vbi dicit, quod
15 Princeps ligatur legibus, quando vult, hoc ibidem
sequitur *Castrens. in fin. post Ioann. Andr.* quem citat, & ita quoque sensit *Bald in l. 4. ff. ad l. Falc. Roland. de lucr. dot. quæst. 84. in fin.*

Et pro hac posteriori sententia sic decidit *Senatus Mantuanus penes Surd. d. decis. 13. vt ipse testatur ibid. in fin.* licet ille contrarium sensisse asserat.

## E P I T O M E.

Stante statuto, quod creditores quicunque declarantur non aliter crediti sui satisfactionem recipiant, nisi præconis, seu subhastationi bona subijciatur, & prius fideiusserit de restituendo habentibus potiora, & meliora iura, & conferendo habentibus æqualia; An dispositio prædicta locum habeat, quando quis obtinuit declarari bona, de quibus in proclamationibus, seu subhastationibus factis suam esse, ac vendi non potuisse.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Generalis locutio præsertim in statutis generaliter intelligitur in omnibus casibus.*
*Declaratur procedere in casu, quo verba illius verificari possunt. n. 12.*
*Complectitur directè omnia particularia, & nihil excipit, num. 2.*
*Et ad vnguem seruanda est, num. 3.*
*Contrarium habetur, num. 4. & infra, & num. 14.*
5 *Venditio rei alienæ est nulla.*
6 *Res aliena ad præiudicium vendentis valet, non ad præiudicium Domini.*
7 *Statutum intelligitur disponere de casu valido, non inualido.*
8 *Statutum verba faciens de instrumento intelligitur de valido, non inualido.*
9 *Verba in statutis intelliguntur cum effectu, & pleno iure.*
*Et in potiori significato, num. 10.*
11 *Alienatum, vel venditum quid non dicetur, nisi plenè, & irreuocabiliter dominium transferatur.*
13 *Verba vniuersalia legis recipiunt interpretationem de habilitate.*

## Q V Æ S T I O CXXXVIII.

Alia præcedenti succedit quæstio, an stante statuto, seu decreto, quod quicunque creditores declarantur, non aliter crediti sui satisfactionem recipiãt, nisi præconis voci, seu subhastationi bona subijciantur, & prius fideiusserint de restituendo habentibus potiora, & meliora iura, & de conferendo habentibus æqualia, statutum, seu constitutio prædicta locum habeat, quando quis obtinuit declarari bona de quibus in proclamationibus, seu subhastationibus factis sua esse, ac vendi potuisse.

1 Et concludendum videtur, quod sic ex regula, quod generalis locutio præsertim in statutis, seu decretis generaliter intelligenda est in omnibus casibus, *l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præstan. Ias. in l. non dubium num. 38. C. de legi. Aymon. consil. 272.* & complectitur directè
2 omnia particularia, nihilque excipit *Fulgos. consil. 161. numer. 3. in fin. Decian. consil. 17. numer. 17. lib. 1. Ceph. consil. 524. numer. 34. Card. Mantic. de tacit. & ambigu.*
3 *conuent. lib. 3. tit. 2. num. 6.* ita quod vnguem seruanda sit, *glos. in cap. 1. in ver. vocationem, & ibi Bald. de mili. vasall. qui cont. est Bald. in l. 2. colum. fin. C. quomod. & quand. Iud. cum simi l. quæ adduci possent.*
4 Cæterum contrarium verius esse resoluitur, nempe venditionem nullam esse, nec ideo iudicio prædicto subijci posse, nam statutum, seu constitutio prædicta loquitur de venditione valida, dum mandat proclamationes, seu subhastationes fieri ad hoc, vt emptor reddatur tutus.
5 Quod autem in quæstione proposita venditio sit
nulla, patet, quia res est aliena, & non vendentis; Nam
6 & si res aliena ad præiudicium vendentis vendi posit, *l. rem alienam, ff. de contrahend. empt. Afflict. decis. 40. Roland. cons. 57. n. 20. lib. 3. & cons. 60. n. 56. lib. 4. dixi in tract. de euict. quæst. 125. num. 7.* & alibi pluries, non
7 autem ad præiudicium veri domini, vt ibidem habetur,
& quidem statutum dicitur disponere in casu valido, non de inualido, adscripta per *Bar. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam.* cum ait, quod statutum verba faciens
8 de instrumento intelligitur de valido, non de inualido,
sequuntur *Roman. consil. 42. nu. 3. Ruyn. consil. 78. num.*
9 *8. lib. 4. Cephal. consil. 270. num. 51.* & verba in statutis
intelliguntur cum effectu, & pleno iure, *Bald. in l. cum mota col. 2. C. de transact.* & in potiori significato *l. 1. §.*
10 *fin. ff. si ag. vectig. vel emphyt. per l. si duo Patroni, §. 1. ff. de iureiur.*
11 Et quid non dicitur venditum, vel alienatum, nisi plenè, ac irreuocabiliter dominium transferatur, *l. 1. C. de fund. dot. Bald. in cap. 1. §. aut. si libellario in fin. quib. mod. feud. amitt. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. glos. vnico num. 9.*
12 Non mouet, quod statutum generaliter loquatur:
Quia respondetur intelligi in casu, quo verba illius verificari posint, & conueniunt, cum verba vniuersalia
13 legis recipiant interpretationem de habilitate, *glos. in §. vestra, in ver. Quibuscunque verbis, & ibidem Aret. instit. de lega. & in §. personam, vbi etiam Ias. nu. 16. instit. de act.*
14 Atque ita pro hac secunda opinione decidit *Surd. decis. 122. per totum.*

## E P I T O M E.

Emptor, & conductor gabellarum sub hasta si fecet, vel vendat alteri, & primus Conductor aufugiat, vel factus sit non soluendo, Communitas agere potest aduersus secundum Conductorem, seu emptore.

Cõductor sub hasta, quãdo impeditur ne possit percipere fructus, seu exactiones occasione sterilitatis, belli, vel pestis, vel etiam facto Domini, An, & quando eidem debeat fieri mercedis remissio, & contradicere possit.

Et quid quando non interuenit culpa locatoris.

Conductor, quando casu fortuito contingente non potest percipere fructus rei conductæ, non tenetur stare locationi.

Ga-

## Gabellis locatis, Ciuitas, Princeps, vel Respublica, An possit eas augere. Et istius augumentum ad quem spectet.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptor, & conductor Gabellarum sub hasta, si locet, vel vendat alteri & primus conductor aufugiat, vel factus sit non soluendo, Communitas ugere potest in subsidium contru secundum conductorem, vel emptorem.*

*Declarutur procedere, dum tamen locatio, vel venditio fiat alteri idoneo, aliàs expelli potest secundus conductor per locatorem, num. 2.*

3 *Conductor sub hasta, quando impeditur, ne possit percipere fructus, seu exactiones occasione sterilitatis, beli, vel pestis, debet eidem fieri mercedis remissio.*

*Præsertim quando spes colligendi fructus esset locata num. 4.*

*Ampliatur procedere, etiam quod fuerit conductor impeditus vti re conducta absque culpu locuris, n. 5.*

*Et multò magis si illius culpa sit impeditus, quo casu agit ad totale interesse aduersus eum, n. 6.*

*Declaratur procedere, si fuerit impeditus ob voluntariam Domini refectionem, secus si ob necessariam, quia tunc fit remissio necessitatis pro ruta, & non datur actio ad interesse, n. 7.*

*Verum in his iusta partium conuentio seruanda est, numer. 8.*

9 *Locatio qualibet intelligitur more solito, & iuxta consuetudinem locorum.*

10 *Respublica, vel Communitas locans Gabellas sub hasta, vel alia iura sua, si aliquid facit id praiudicium conductoris, propter quod impediatur Gabellurum statuendo, vel quid aliud faciendo, Gabellarij possunt contradicere pro suo interesse.*

11 *Vsufructuarius agit contra Dominum non patientem frui operis suis pro rata temporis, quo fuit impeditus.*

12 *Conductores Gabellarum impediti facto, & culpa locatoris agunt ad interesse aduersus locatores, nec eis inuitis concedi potest temporis restauratio.*

13 *Communitas reddens reditum molendinorum tenetur ad interesse, si cursum aquæ impediat.*

14 *Colonus impeditus colere fundum in principio anni agit ad interesse totius anni.*

15 *Emptor redditnum publicorum, vel conductores Gabellarum non tenentur ad id, quod promiserunt soluere, si ad ipsos redditus, vel Gabellæ non peruenerunt.*

16 *Conductoribus Gabellarum, seu vectigalium facienda est remissio, si causa pestis prohibitus est accessus, & negocia cessans.*

*Primò ampliatur procedere etiam, quod conductor suscepisset omne periculum, n. 20.*

*Secundò ampliatur habere locum etiam quod promiserit soluere omni exceptione remota, & fuerit renunciatum omni exceptioni, num. 21.*

*Tertiò ampliatur sibi quoque tribuere, si non sit dictum. num. 22.*

17 *Conductor Gabellæ non tenetur de casu fortuito.*

18 *Pestis connumeratur inter casus fortuitos.*

19 *Casus fortuitus dicitur, cui humana mens obuiare non potest.*

23 *Conductor, vbi casu fortuito, & sine sua culpa non potest percipere fructus rei conductæ, non tenetur stare locationi.*

24 *Dominus datij ad instar venditoris tenetur tradere, & manutenere possessionem rei locatæ, & sic datij, liberam, vacuam, & expeditam, ita vt possit vti, frui, aliàs tenetur ad remissionem.*

25 *Gabellis locati Ciuitas locatrix non potest exactionem augere, vt nempe loco vnius denarij, qui exigi consueuerat, exigantur duo, & ille alter suo commodo cedat, & de ratione.*

26 *Rex, vel Princeps non potest ordinationes constituere, quibus conductor damnum sentiat.*

27 *Conductor bonorum Ciuitatis, & emptor pascuorum, publicorum, in quibus glandes nasci consueuerunt, vti potest remedio sterilitatis, & læsionis vltra dimidiam.*

*Fallit, si ille renunciauerit cum iuramento, n. 28.*

*Sublimitatur ex communiori non procedere, si adsit enormissima læsio, num. 29.*

*Ampliatur si dicta locatio, vel venditio facta fuerit cum conditionibus quaterni gabellarum, n. 40.*

*Intelligas dicta verba quantum ad ordinem subhastationis, non autem operari debet renunciationem casuum fortuitorum, n. 31.*

32 *Gabellæ augumentum si fiat rerum forensium, quæ in Ciuitatem introducuntur, illud non comprehenditur sub illa locatione, sed ad locantem pertinebit.*

33 *Mercedis remissio fit conductoribus Gabellæ, etiam si bellum, vel pestis non sit in loco, vbi adest Gabella.*

*Et qualiter, & quomodo fiat, n. 34. remissiuè.*

## QVÆSTIO CXXXIX.

1 EMptor, & conductor Gabellarum ab hastam quiuis locet, vel vendat alteri, primus conductor
aufugiet, vel factus sit non soluendo, & Communitas
agere possit in subsidium aduersus secundum condu-
ctorem, vel emptorem ad pretium, *arg. l. 1. ff. de instit.*
2 *act. eum l. sequen.* Nihilominus dicitur id procedere,
dum tamen locatio fiat alteri idoneo, aliàs expelli po-
test secundus conductor per locatorem, vt tenet *Specu.*
*in tit. de iudic. §. 2. vers. circa hoc*, quem refert, ac sequi-
quitur *Bertachin. in Tract. de Gabell. par. 2. n. 5. & Gi-*
*rond. in simili suo Tract. §. 1. n. 21. Guttierez. de Gabell.*
*quæst. 144. num. 9. & seq. & quæst. 136. n. 22.*
3 At è conuerso, quando conductor sub hasta aliquo
casu impeditur, ne possit percipere solitos fructus, seu
exactiones, vt puta occasione sterilitatis, vel belli, vel
pestis, seu alterius cuiusuis impedimenti dari a Principe,
seu Ministris illius; An ei fieri debeat remissio mercedis,
Quæritur.
Et pro affirmatiua tenet *Boss. in praxi tit. de remiss.*
4 *merced. publ. num. 1. & 6.* Præsertim quando spes colli-
gendi fructus esse locata, secundum *Boss. ibid. quem*
*referunt Lussart. de decim. vendi. cap. 18. n. 83. & Girond.*
*in Tract. de Gabell. par. 2. §. 1. num. 43. vbi num. seq.* du-
pliciter limitat eius sententiam, & alios adducens
*Azeued. in l. 2. tit. 9. lib. 9. Nou. Collect. num. 2.*
5 Quin etiam *Bertachin. de Gabell. par. 2. num. 42.* fir-
mat, quod conductori impedito vti re conducta absque
6 culpa locatoris fit mercedis remissio; Verum si illius
culpa sit impeditus, agit ad totale interesse aduersus
eum per *l. si fundus quem in princ. & ibi Bar. num. 43. ff.*
*locu.* vbi addit, quod conductor impeditus vti re con-
ducta ob voluntariam Domini refectionem, vel Reipu-
7 blicæ agit ad interesse contra locatorem, secus si ob
necessariam, quia tunc fit remissio necessitatis pro ra-
ta, & non datur actio ad interesse.
8 In his tamen iusta partium conuentio seruanda est, *l.*
*si quis domum, §. Iulianus, ff. loca. Pinell. in l. 2. par. 1.*
*cap. 3. num. 26. C. de rescinden. vendit. Girond. in dicto*
*tractatu de Gabell. 1. par. §. 1. n. 10.* vbi quod qualibet
9 locatio intelligitur more solito, & iuxta consuetudi-
nem locorum, secundum *Ioan. de Plat. in l. 1. C. de pascu.*
*publ. lib. 11. & tradit Rebuff. ad Reg. Constit. tom. 2. tit.*
*de Præcon. num. 14. in præfat.*
10 Cæterum si Respublica, vel Communitas locans Ga-

bellas subhasta, vel alia iura sua, aliquid deinde facit in
præiudicium conductoris, propter quod impediatur
redditus Gabellarum statuendo forte, quod frumen-
tum, ordeum, vinum, vel Grassa non extrahatur de
Territorio, vel quod Nundinæ non fiant tempore soli-
to, seu similia, Gabellarij possunt contradicere pro suo
interesse, illudque petere aduersus locatorem, *l. Procu-*
11 *lus, §. fin. vbi Florian. per illum. text. ff. de vsufruct.* quo
loci vsufructuarius agit contra Dominum non patien-
tem frui operis pro rata temporis, quo fuit impeditus,
12 ex quo infert Florian. ibi, quod Conductores Gabella-
rum impediti facto, & culpa locatoris aguat ad inte-
resse aduersus ipsos locatores, nec eis inuitis concedi
potest temporis restauratio, vt quia impediti per an-
num non coguntur recipere fructum alterius anni, &
13 ideo subiungit ibidem Florian. quod Communitas ven-
dens redditum Molendinorum tenetur ad interesse, si
cursum aquæ impediat, vt refert, ac sequitur *Bertachin.*
14 *in dicto tract. de Gabell. par. 2. num. 41. & 42.* qui & sub-
iungit, quod Colonus impeditus colere fundum in prin-
cipio anni agit ad interesse totius anni, *l. ff. de annu. le-
gat. l. si in lege, §. Colonus, ff. locat. sequitur. Girond de Ga-*
15 *bell. p. 2. §. 1. n. 29. & infra, qui n. 32. ait,* quod emptor
redditÞuum publicorum, vel Conductores Gabellarum
non tenentur ad id, quod promiserunt soluere, si ad ip-
sos redditus vel Gabellæ non peruenerunt, vt quia fuit
datum impedimentum, vel contractus non valuit, vel
quia fuit eis sublatum ius, iuxta quæ habentur per *Ro-
der. Suarez in l. post rem iudicatam post l. Reg. part. ver-
sic. Sed pro euidentiam num. 10. ff. de re iudic.*

16 Et in casu fortuito, vt puta belli, & pestis est *text. in l.
si fundus, ff. loca.* vbi impeditus vti frui propter casum
fortuitum datur repetitio pro rata temporis, quo fuit
impeditus, & ita consulendo respondit *Roman. consil.
432. vbi ad hoc adducit text. in l. si vno, ff. loca. & in l.
exceptio, C. eodem, & in l. damum, ff. de contrahen. empt.
Bart. in l. habitatores, §. fin. & in l. item quæritur, §. exer-
citu, ff. loca. & hoc idem tenuit Calde. cons. 5. loca. cum
alijs adductis per Rip. in tract. de priuileg. contract. in
caus. pest. num. 23. & 33.*

17 Nam Conductor Gabellæ non tenetur de casu for-
tuito, *Corn. consil. 128. lib. 2.* quem referendo sequitur
*Cardin. Tusch. in verbo Gabella concl. 24. n. 3.* nec de casu
insolito, vt ex *Bar.* & alijs volunt *Ripa in d. tract. n. 97.*

18 Et quod pestis ponatur inter casus fortuitos, tenue-
runt *Bald. & Salyc. in l. quæ fortuitis, C. de pign. act.*

19 Etenim casu fortuitus dicitur ille, cui humana mens
obuiare non potest, *l. 1. §. si eo tempore, ff. de administr.
rer. ad Ciuit. pertinen.* & in his terminis dixit *Ripa in*
20 *dicto tractat. num. 67. & seq. & sub num. 72.* procedere,
quæ supra diximus, etiam quod quis suscepisset in se
omne periculum, quo tamen casu adueniente peste fit
restauratum, & locum habet etiam, quod promiserit sol-
uere omni exceptione remota, & omni exceptioni re-
nunciauerit, *Ripa d. loco num. 74. 84. & 86.*

22 Quin etiam locator tenetur conductori facere remis-
sionem mercedis in casu, & tempore pestis, etiam si
non sit dictum, quia vbicumque casu fortuito, & sine
23 aliqua culpa Conductoris ipse conductor non potest
percipere fructus, non tenetur stare locationi, *Calderin.
cons. 282. alias 4. & dicto consil. 283. alias 5. eodem. titulo
de locat. circa finem versic. Item de iure. Bart. in l. ex con-
ducto, §. si vis maior, ff. locat. Socin. consil. 88. colum. 2. lib.
1. Decius consil. 312. & cons. 697. n. 11. Paris. consil. 38.
lib. 1. Aretin. consi. 40. Alexand. consil. 151. nu. 5. versic.
Nec oportet, lib. 6. Signorol. consil. 259. Cardin. Tusch. in
verbo Locator, conclus. 431. n. 67.* & sufficeret rumor pe-
stis ob quam cessauerit commercium, *Ripa dicto loco
numer. 131. & infra, quem sequitur Surd. decis. 182. nu-
mer. 3.*

24 Cum Dominus Datij teneatur ad instar venditoris
tradere, & manutenere possessionem rei locatæ, & sic
Datij liberam, vacuam, & expeditam, ita quod possit
vti, frui iuxta solitum absque impedimento, alias fit re-
missio, vt per *Calderin. dicto consil. 183. locat.* quem
refert *Card. Tusch. in verbo Conductor conclus. 615. n. 11.*

25 Præmissis adde in materia, quæ scripsit *Angel. in l. at
vbi, num. 2. ff. de petit. hæredit.* videlicet, quod Gabellis
locatis Ciuitas locatrix non potest exactionem augere,
vt loco vnius denarij, qui exigi consueuit, duo exigan-
tur, & ille alter suo commodo cedat, quia ob illud au-
gumentum non erunt tot venditores, aut emptores, vt
esse consueuerunt in eo loco, & sic præiudicium fiat
emptori, seu conductori Gabellarum, sequuntur *Albe-
ric. de statu. par. prima, quæst. 123. & in rubr. C. de public.
& vectig. Menoch. consil. 34. num. 13. lib. 1. & Cranet.
consil. 95.* inquiens ob id consuluisse, non licuisse Regi
26 Francorum nouas ordinationes constituere, quibus
emptor Grapharius damnum sentiebat, cum acceden-
tes ad illud officium deinde abstinerent, vt per *Menoch.
dict. consil. 34. num. 14.*

27 Sciendum est insuper, quod conductores bonorum
Ciuitatis, & emptores pascuorum publicorum, in quibus
glandes nasci consueuerunt vti possunt remedio steri-
litatis, & læsionis vltra dimidiam, hoc est *l. 2. C. de rescin-*
28 *den. vendit.* nisi illi renunciauerit cum iuramento,
quamuis secundum communiorem sententiam etiam
renunciatio iurata non obstet stante enormissima læ-
sione, vt per *Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. n.
19.* vbi de magis communi, & æquitate plena opinione
post adductos per eum, & probauit post alios *Guttierez
in repet. auth. sacramenta puberum, num. 92. C. si. aduer.
vendi. & in cap. quamuis pactum, sub nu. 2. versic. Si ta-
men iuramento, de pact. in 6. tradit Girond. de Gabel. par.*
30 *2. §. 1. num. 56. & 57.* qui cæteros refert, amplians di-
ctam sententiam, etiam si dicta locatio, vel venditio
facta extiterit cum conditionibus quaterni gabellarũ,
quoniam licet huiusmodi verba addita fuerint, intelli-
31 genda sunt, quantum ad ordinem subhastationis, non
autem operari debent renunciationem casuum fortui-
torum, nec remedij dictæ *l. 2. C. de rescinden. vendit.* cum
ad hoc requiratur expressa renunciatio, vt ibid. *nu. 60.*

32 Notandum est ad ea, quæ superius dixi *nu. 10. & 25.*
quod si rerum forensium, quæ in ciuitatem introdu-
cuntur, augumentum Gabellæ fiat, illud non compre-
henditur sub illa locatione, sed ad locatorem pertine-
bat, ex *Angel. in dicta l. At vbi, num. 2. ff. de petit. hære-
dit.* quem refert, ac sequitur *Decius consil. 4. & Menoch.
dicto consil. 34. num. 14. li. 1. Lassarte de Decim. vendi.
cap. 18. n. 80. in fine.*

33 Præterea etiam nota, quod licet bellum, vel pestis
non sit in loco, vbi Gabella solui debet, sufficit, quod
adsit in locis, vnde merces solent conduci, & aduentant
emptores *argu. notatorum per Bart. in l. cotem ferro, §.
qui maximos, ff. de public.* vbi quod bellum Apuliæ præ-
stat remissionem mercedis Conductoribus Gabellæ
Perusinæ, refert, ac sequitur *Caroc. in tractat. de locat.
par. 4. quæst. 8. num. 7. Surd. decis. 326.* vbi rationem af-
fert, quia omnis contractus censetur celebratus sub
conditione firmo manente rerum statu, comprobat
*Natt. consil. 50. num. 2. Osasc. dec. 91. n. 2.*

34 Qualiter autem, & quomodo fieri debeat huiusmodi
remissio consulas *Bal. in l. voluntas num. 6. C. de fidei-
commiss. & consil. 475. num. 8. lib. 2. Bart. in q. incip. Pu-
blicanus, Anchar. consil. 302. num. 5. Boss. in tit. de remiss.
merced. conduct. num. 23. & 36. Surd. consil. 339. num. 3.
& infra, consil. 389. nu. 12. consil. 391. n. 45. & cons. 400.
per totum lib. 3.*

EPI-

## E P I T O M E.

Bona feudalia, an, & quando subhastari valeant traditur regula cum declarationibus, & & limitationibus.
Statutum, vel consuetudo permittens feudum alienari ex causa necessaria, necessitas qualis esse debeat, & à quo probanda.
Fructus, & commoditates feudi quando executionem patiantur pro ære alieno Vassalli.
Et quid in feudo dignitatis.
Et quando Vassallus est mortuus.

### S V M M A R I V M.

1 *Bona obnoxia puta feudo, & emphyteusi veniunt in subhastatione bonorum ad fauorem creditorum iuxta illorum prioritatem, & anterioritatem.*
*Quod procedere videtur, cum emphyteusis Ecclesiæ datur per Iudicem in solutum creditoribus vassalli etiam sine Domini, vel Ecclesiæ licentia, num. 2.*
*Sed quod imo locum non habeat nisi de licentia, & consensu Domini, & in subsidium, num. 9.*
*Primo declaratur, vt valeat etiam irrequisito Domino, dummodo ius Domini saluum maneat, num. 10.*
*Secundo declaratur, quod tantum præferatur illi, qui sunt tempore priores respectu licentiæ, non autem hypothecæ, & obligationis in subsidium, quatenus an adsint alia bona, ex communi num. 3.*
*Ratio adducitur num. seq.*
*Primo limitatur, quando feudum esset alienabile, quia tunc executio fit pro debito à Iudice etiam in vtile dominium feudi alienabile absque Domini consensu ex consuetudine num. 11.*
*Secundo limitatur, quando feudum esset hæreditarium, num. 12.*
4 *Bona feudalia, & obnoxia alicui oneri regulariter non veniunt in obligatione bonorum absque Domini consensu.*
*Extenditur locum quoque habere in emphyteusi, numer. 5.*
*Quæ tradi non potest absque Domini consensu, num. 6.*
*Præsertim si non sit emphyteusis priuatorum, vel Ecclesiæ transitoria ad hæredes, num. 7.*
*Declaratur, quod dicitur de feudo absoluto non procedere in feudo hæreditario, quo casu executio contra Vassallum personaliter obligatum, & condemnatum sit in feudi commoditates, & fructus cum declaratione, de qua hic, num. 8. & 15.*
13 *Consuetudo, vel statutum permittens vt pro debito necessario feudum vendi liceat, ea debet esse necessitas, quæ non habeat originem à principio mere voluntariam.*
*Et talis necessitas ab allegante probanda est, num. 14.*
16 *Dominus inuitus non tenetur alium vassallum suscipere.*
17 *Subhastatio feudi possit requiritur Domini assensus, & licentia.*
*Nec sine illa admittitur ex veriori, sed tantum immissio super fructibus, num. 16.*
*Extende etiam procedere in emphyteusi Ecclesiastica, quod scilicet commodum, & fructus adiudicentur creditoribus in subsidium, num. 19.*
20 *Bona feudalia cum Domini consensu, & licentia obligata possunt per creditores capi ex secundo Decreto, de subhastari, & distrahi non requisito alio Domini consensu.*
21 *Vassallus ex actione personali obligatus, & condemnatus, etiam si feudum non esset expresse obligatum, executio fieri potest in commoditates, & fructus feudi.*
*Limitatur in feudis dignitatis, n. 22.*
23 *Vassallo mortuo, vel feudo aliter soluto ius creditoris, & fructuum perceptio cessat.*

## Q V Æ S T I O C X L.

1 CReditores plures puta Meuij, qui habet bona libera, & vinculata, veluti sunt feudalia & emphyteotica, instant pro satisfactione, & tandem iure meddio pro illorum creditis cœperunt tenutam in bonis feudalibus, & petunt ea subhastari, quasi quod bona omnia etiam oneri obnoxia veniant in subhastatione bonorum facienda ad fauorem omnium creditorum prætendentium esse præferendos iuxta illorum anterioritatem, & potioritatem ex regula, *ca. qui prior. de regul. iur. in 6. & l. qui prior. ff. qui pot. in pign. habe. Negusan. de pign. par. 5. in 2. membr. ampliat. 6.* Quod de
2 iure videtur procedere, cum emphyteotica Ecclesiæ dentur per Iudicem in solutum creditoribus Vassalli etiam sine Ecclesia, vel Domini scientia, ex notat. per *Iason in l. 3. n. 113. vbi adden. C. de iur. empyte. Alexand. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. Decius consil. 160. num. 3. Affl. decis. 191.*

Quæritur quid iuris.

3 Et in hac quæstione censeo creditores illos tantum præferendos, qui sunt priores in tempore respectu licentiæ, non autem eorum hypothecæ, & obligationis in subsidium, quatenus non ad sint bona libera, *Marin. Frecc.* qui sic terminatum testatur in Consilio Neapolitano in suo tractatu de feudis *lib. 2. cap. 20. fol. 158. late Paris. consil. 18. per totum lib. 1. plura Roland. consil. 7. num. 6. & infra lib. 3. Cæpoll. cautel. 130. Vrsill. ad decis. Afflict. 186. Afflict. ad Constit. diu. memor. lib. 3. rubr. 5. numer. 45. cum seq. Bursatt. consil. 44. in fin. & consil. seq. numer. 7. lib. 1. Isern. in capitul. 1. §. quid ergo, numer. 6. de inuestit. de re alien. fact. & ibid. post eum per Aluarott. num. 3. Præposit. num. 1. Afflict. n. 4. Mart. Landen. n. 12. Balzaran. in princip. num. 22. Aluarott. in capit. Imperialem, §. habito, num. 16. Rauen. ibidem, & Raynald. num. 32. Camerar. pag. 132. & seq. vbi de communi, de probibi. feud. alien. per Federic. Afflict. cap. 1. numer. 13. de alienat. feud. Curt. Iun. de feud. par. 4. numer. 102. Capyc. in inuestit. feudal. cap. feudorum alienationes colum. 12. §. limita sexto, & colum. penult. §. limita 29. Hartman. Pistor. quæstion. iur. lib. 1. quæst. 15. Andreas Gayll. obseruat. 117. num. 2. & 3. lib. 1. & de Pace publi. cap. 17. num. 16. lib. 2. Bal. consil. 182. num. 2. lib. 3. Dec. consil. 445. num. 29. & seq. Cran. consil. 197. num. 1. Vuesembecc. consil. 50. num. 7. & 12. vbi de communi, & recepta sententia arg. l. stipendia, & ibi nota. C. de execut. rei indic. Matthe. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 3. n. 278. Rosental. de feud. aliena. cap. 9. membr. 1. conclus. 16. num. 9.*

4 Quoniam bona feudalia, & obnoxia regulariter non veniunt in obligatione generali bonorum absque Domini afsensu, vt de iure communi in feudo per *Bal. in cap. 3. & in c. Imperialem. de probib. feud. alien. & in l. 2. C. commun. delegat. Gabr. commun. conclus. lib. 6. de reg. iur. conclus. 12. num. 15. & seqq. Suarez. commun. opin. in verb. feudorum. num. 93. Bero. consil. 66. n. 15. & sequen. lib. 1. Clar. in §. feudum, quæst. 35. latè Aymo. ad consuetud. Aluern. titul. 22. artic. 2. n. 26. Crass. de communi lib. secundo commun. opinion. cap. 298. Franc. de Rip. inter consil. feudal. consil. 8. num. 13. volum. 2.*

5 Quod etiam locum habet in emphyteusi, quæ quãuis veniret in obligatione etiam generali, *Gabr. dicta conclus. 12. numer. 19. tit. de reg. iur.* de communi *Crass. lib. 1. commun. opin. cap. 16. quæst. 1. Afflict. decis. 191. nu. 3. Vin. opin. commun. in ver. Emphyteota, & Suarez. in si,*

*in simili suo Tract. in ver. Emphytenta, num. 106. Alcint.*
6 *consil.* 323. tradi tamen non potest sine Domini consen-
su, *Curt. Iun. cons. 130. in fin. adden. ad Alex. in cons. 120.*
*lib. 1. Vin. vbi supra*, nec in solutum dari, vt resoluit *Rota*
*decis. 862. in antiqu. de communi Iason in l. si domus, §. fin.*
*num. 32. ff. de leg. 1. & in l. fin. num. 66. & 75. ac infra, C.*
7 *de iur. emphyt.* præsertim si non sit emphyteusis priua-
torum, vel Ecclesiæ transitoria ad hæredes, quæ in solu-
8 tum dari potest, *Alciat. cons. 343. per totum.* Sicuti etiam
contingit in feudo, quod est hæreditarium, quo casu
executio contra Vasallum personaliter obligatum,
& condemnatum in feudi commoditates, & fructus fit
etiam si feudum non sit expresse obligatum, sed tamen
ita vt dominium vtile penes vasallum, ac is iure vassal-
lagij, & seruitiorum obligatus maneat, creditor autem
commoditates nomine vassalli percipere dicatur *Ro-*
*sental. de feud. aliena. cap. 9. concl. 16. num. 7. 9. 10. 11. 12.*
*& 13.*
9 Non igitur, vt dictum, in generali obligatione ve-
niunt huiusmodi bona, nisi accedente consensu, & licen-
tia Domini, & in subsibium, prout de iure communi ser-
nari superius dixi in princip. ex *Ias. & Dec.* & alijs, qui-
bus nunc addo *Affl. dec. 191.* Quin etiam, & irrequisito
10 Domino, dummodo ius Domini saluum maneat, quē-
admodum tradit *Dionys. Pont. in consuetud. Blesen. artic.*
81. *vers. aiunt præterea. fol. 310. Roland. cons. 80. num. 35.*
11 48. *& seq. lib. 1.* Quod limitatur, quando feudum esset
alienabile, quia tunc executio fit pro debito à Iudice
etiam in vtile dominium feudi alienabile absque Do-
mini consensu ex consuetudine, *Rum. in cap. Imperia-*
*lem, §. habito, num. 38. vers. Quæro numquid per hoc, &*
*seq. Afflict. ibidem in §. illud n. 6. Ioachin. de S. Georg. in*
*ver. & cum pacto de non alien. sub nu. 16. ver. hic pulchre*
*cadit dubitatio, Curt. Iun. de feud. p. 4. n. 110. Capyc. in sua*
*inuestitura in cap. feudorum diuisio col. 20. lim. 22. Mozz.*
*tit. fin. ex quib. feud. amitt. num. 146. & n. 159. Guid. Pap.*
*q. 297. Boer. decis. 204. n. 7. Hartman. Pistor. lib. 2. par. po-*
*sterior. q. 41. nu. 32. cum seq. post Bal. cons. 9. incip. factum*
*tale est sub num. 6. vers. Surgit hic, lib. 1. & cons. 38. per*
*totum lib. 2. Dec. cons. 208. num. 9. & cons. 445. num. 24.*
*Aym. cons. 241. num. 5. & cons. 303. num. 5. Roland. cons.*
*2. num. 18. & consil. 42. num. 21. lib. 1. Decian. consil. 124.*
*nu. 4. lib. 3. Corbul. de emphyt. cap. omnia, & cap. 14. am-*
*pliat. 35. nu. 10. & limitat. 32. per totam, & ampliat. 48.*
*nu. 2. & 3.*
12 Vel etiam esset hæreditarium, quia irrequisito Do-
mino hypothecæ efficaciter obligantur, ita vt soluto iu-
re vassalli exonerata maneant, & à patrono, aut agnatis
agnoscenda, & sustinenda sint, eo quod à cæteris rebus
hæreditarijs parum differant, vt per *Rosental. de alienatio-*
*ne feud. cap. 2. conclus. 35. & sequentib. & cap. 7. quæst.*
*6. & 60. Modern. Parisien. ad consuetud. Parisien. §. 13.*
*num. 29. & 85.* vbi idem scribit de feud. Galliæ, quæ ex
consuetudine sunt alienabilia.
13 Aduertas tamen, quod statutum, vel consuetudo per-
mittens Vasallo, vt pro debito necessario feudum ven-
dere liceat, quod eam oportet esse necessitatem, quæ
14 non habeat originem à principio mere voluntariam,
quod per allegantem probandum est, vt pluribus osten-
dit *Aym. in consil. pro Genero, num. 21. cum pluribus se-*
*quentibus, Neurzau. consil. 10. num. 10. & sequitur Me-*
*noch. de recuper. possess. remed. 9. num. 252. & seqq.*
15 Ratio autem eorum, quæ supra diximus, nempè feu-
di commoditates, & fructus, sed non ius feudi, hoc est
vtile dominium, quod Vasallus habet in tenutam capi
liceat per creditores, & sub hastari, ea assignatur; quia
feudum est vtile dominium, cui annexum est ius perso-
nale, quando ius personæ Vasallo vnitum separari non
potest, *Bart. in dicta l. si finita, §. si de vectigalibus, nu. 4.*
*& 6. Roman. & Zas. num. 11. ff. de damn. infect.*
16 Non enim Dominus inuitus tenetur alium suscipere
vasallum, cum aliæ sint operæ vnius, aliæ alterius, veluti
sensit *Bart. in dicto §. si de vectigalibus, num. 4. Alexand.*
*num. 12. Pistor. quæst. 15. num. 4. Mattheus Coler. de pro-*
*cess. execut. par. 2. cap. 3. num. 269. & seqq.* vbi plura,
*Rosental. dicta conclus. 16. cap. 9. num. 5.*
17 Et propterea, vt subhastatio de feudo rectè fieri pos-
sit, opus est, quod Dominis assensus, & licentia accedat,
quo casu Vasallus contrahendo se creditori obligat,
quia dicto casu non tam vassallus qui causam dedit,
quam Dominus, qui consensit dictam alienationem,
vna facere videntur *Hartman. Pistor. quæstion. iuris lib.*
*1. quæst. 15. num. 2. & seqq. & num. 25. & 71. vsque ad*
*finem*, quem sequitur *Rosental. dicta conclus. 16. num. 16.*
*& 17. latè Beneuentan. in dicto cap. Imperialem, pag. 15.*
*colum. 2. & pag. 50. & seq. de prohibit. feud. alienat. per*
18 *Federicum* concludens secundum veriorem, sine assen-
su non venire bona feudalia in subhastatione, ac dispo-
sitione, *l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* etiam
pro oneribus feudi, sed solam immissionem in dictis bo-
nis in subsidium super fructibus tantum per *l. commo-*
*dis, ff. eodem, Imol. Roman. & Alexand. in dicto §. si de*
*vectigalibus, Brun. consil. 36. per totum, Alexand. consil.*
*19. lib. 5. Roland. consil. 80. num. 34. lib. 1.*
19 Et in emphyteusi Ecclesiastica, quod commodum, &
fructus adiudicentur creditoribus in subsidium, tradunt
*Alex. in dicto §. si de vectigalibus, colum. 8. & seq. ibid.*
*Imol. Alciat. cons. 343. per tot. Alban. consil. 27. n. 7. & 8.*
20 Adeo quod vbi fuerit obtentus assensus, & licentia
Domini etiam obligandi pro tali debito, vel super de-
bito contracto, creditores capiant ex secundo Decreto
bona feudalia, & possunt ex causa illa, vel alienatione
subhastari, ac distrahi etiam absque vllo alio assensu
Domini requisito, *Afflict. decis. 285. num. 10. Thom. de*
*Marin. de feud. lib. 1. tit. 6. num. 37. Beneuentan. vbi* pro-
ximè supra, quod latius dicam infra in quæst... Ex qui-
bus duo infero.
21 Primò, quod contra Vassallum ex actione etiam per-
sonali obligatum, & condemnatum, etiam si feudum
non sit expresse obligatum in commoditates, & fru-
ctus feudi executio fieri potest, ac debet, *Andreas de*
*Isern. in c. 1. §. quid ergo. n. 6. de inuestitu. de re aliena. fact.*
*vbi. Aluarott. num. 3. Landen. num. 12. & 13. Præpos.*
*numer. 2. Balzaran. in princip. numer. 22. late. Hartman.*
*Pistor. quæstion. iur. lib. 1. quæst. 15. ferè per totam, Schra-*
*der. de feud. par. 7. cap. 1. numer. 28. Gayll. pract. obseruat.*
*lib. 1. obseruatio. 117. num. 2. & 3. Aymon. consil. 197.*
*num. 1. Aluarott. in cap. 1. num. 17. Præposit. num. 2. de*
*milit. Vassall. qui contumax est. Neguſant. in Tract. de pi-*
*gnorib. in 2. memb. 2. par. num. 48. Rip. in obligatione*
*generali. num. 37. & sequen. ff. de pign. Tiraq. de retract.*
*lignag. §. 1. gloss. 7. num. 44. & plur. seqq. Dec. cons. 445.*
*num. 19. Vuesembecc. consil. 50. num. 7. & 8. & seqq.*
*lib. 1.*
22 Quod limitatur in feudis dignitatis, vt per *Præposit.*
*in dicto §. quid ergo, post Landen. ib. num. 12*
23 Secundo infero, quod vassalli morte aut alijs con-
tingente feudi solutione, creditoris ius, & perceptio
cessat consensu Domini quæsita, nec commoditates
amplius, siue feudum ad agnatos, siue ad Dominum de-
uoluatur, percipere potest seu debet, sub distinctione
circa seruitutes, de qua per *Rosental. de feud. alien. c. 11.*
*n. 8. & 9. & seq. & ante illum Modern. Parisien. ad dictas*
*Constit. Parisien. §. 13. gl. 5. numer. 26. Guid. Pap. decis.*
*575. numer. 1. Cather. decis. 166. num. 6. & 14. Francisc.*
*Bursatt. qui cæteros adducit cons. 171. n. 29. lib. 2.*

## EPITOME.

Feudum Domini consensu obligatum ob moram Vassalli creditori sine nouo Domini consensu adiudicari, aut pro executione subhastari potest.

Idem dicitur procedere in consensu à patre præstito, vt debitore non soluente, aut moram trahente fiat immissio, bona subhastentur, distrahantur, & adiudicentur.

Non tamen feudum consensu Domini pignori, vel hypothecæ obligatum Vassallus sine nouo Domini consensu auctoritate propria Iudice non impellente, & creditoris instantia pro distractione in solutum dare potest.

Creditor ius hypothecæ, aut pignoris, quod Domini consensu habet in feudo, vendere, cedere, aut donare sine nouo Domini consensu potest.

### SVMMARIVM.

1 *Feudum Domini consensu obligatum ob moram Vassalli sine Domini consensu creditori adiudicari, aut pro executione subhastari potest.*

*Et de ratione num. 2.*

2 *Consensus simpliciter præstitus secundum naturam contractus adhibitus censetur.*

*Consensus in connexis operatur, ibid.*

3 *Consensus patris præstiti in causa principali, qui durare videtur in causa executionis, & pignorum, & hypothecarum ea est natura, vt debitore non soluente, aut moram trahente fiat immissio, & bona subhastentur, distrahantur, & adiudicentur.*

4 *Feudum consensu Domini pignori, vel hypothecæ obligatum, Vassallus sine Domini nouo consensu auctoritate propria Iudice non impellente, & creditoris instantia pro distractione insolutum dare non potest.*

*Et de ratione, ibid.*

5 *Creditor ius hypothecæ, aut pignoris, quod Domini consensu habet in feudo, vendere, cedere, aut donare sine Domini nouo consensu potest.*

## QVÆSSTIO CXLI.

1 PRæcedenti subsequitur quæstio, an feudo Domini consensu obligato ob moram Vassalli creditori sine nouo Domini consensu adiudicari, aut pro executione illud subhastari possit. Et posse dicendum est, ad scripta per *Affl. in c. Imperialem, sect. 2. duodecimi not. n. 9. de prohib. feu. alie. per Feder. & ibid. Camerar. pag. 338. vers. Ex quibus, & seqq.* vbi contrarijs respondet *& pag. 405. cum seq. Balzaran. ibid. in princ. nu. 35. vers. Sed videtur, Affl. in constit. Neap. lib. 1. rubr. 97. incip. si quis post litem, n. 52. Dec. cons. 558. n. 1. Tho. Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 6. n. 37. Schrader. de feud. p. 8. cap. 4. q. 7. n. 23. & seq. Loffred. cons. 14. n. 74. Capyc. dec. 51. in 3.*
2 *dub. n. 11.* Ratioq. est, quia consensus simpliciter præstitus secundum naturam contractus adhibitus censetur, per *l. si stipulatus, §. verum, ff. de vsur. l. si verò, ff. loca, l. si postea, ff. rem rat. habe. l. si insulam, ff. de præscrip. verb. Hartman. Pistor. lib. 2. q. iur. p. 1. q. 11. n. 57. Ias. in rubr. ff. de verb. obl. n. 15.* in connexis enim consensus operatur, *Balzaran. d. n. 35. vers. Sed videtur, quod fundus, Affl. dec. 335. n. 29. ex not. per Bal. in l. 3. §. sed vtrum, n. 2. ff. de*
3 *minor.* dum ait, quod consensus patris præstiti in causa principali, qui videtur durare in causa executionis, & pign. & hypoth. ea est natura, vt debitore nō soluente, aut moram trahente, fiat immissio, bona subhastentur distrahatur, ac etiam adiudicetur, *tot. tit. ff. & C. de iur. domi. impetr.* vbi notant scribentes, vt & in *§. Seruiana, instit. de act. facit l. à Diuo Pio, §. si super rebus, & §. sic quoque, ff. de re iudica.*

4 Non tamen sentio, quod feudo consensu Domini pignori, vel hipothecæ obligato Vassallus illud sine nouo Domini consensu auctoritate propria iudice non impellente, & creditoris instantia pro distractione insolutum dare possit, veluti concludit *And. de Isern. in dicto cap. Imperialem, n. 5.* cum venditio grauior sit *per l. seruitutes, & l. præterea, ff. manda. sequitur ibidem Camerar. pagin. 396. & Mariu. Frecc. lib. 2. de autho. Baron. auth. 1. sect. 19.* quæro per totum, ex quo Domini consensus non videatur se extendere, vt aliter quam in hypotheca procedi, distrahi, aut adiudicari valeat, quia secundum contractus naturam dictum consensum accomodasse videtur, non autem vt pro sua voluntate alienaret, de quo videas latius per *Rosent. de feud. alien. c. 9. memb. 1. concl. 19. n. 10. vsque ad fin. qui in conclus. seqq.*
5 *disputat.* An creditor hoc ius hypothecæ, aut pignoris, quod consensu Domini habet in feudo, vendere, cedere, aut donare sine Domini consensu nouo possit, & concludit, quod sic, per ea quæ ibi latè deducit.

---

## EPITOME.

Creditores impetrantes licentiam à Domino feudi, vel bonorum alicui oneri obnoxiorum, in subhastationibus, An, & quando præferri debeant, iuxta tempus contractus, & obligationis, vel licentiæ, siue assensus Domini.

Conditio mixta, vel potestatiua quando retrotrahatur ad diem obligationis, vel existentis conditionis.

Et quid, vbi agitur dè præiudicio tertij.

Assensus Domini in actu nullo qualiter attendatur, & dicatur validus.

Conditio mixta, & casualis, an retrotrahatur in præiudicium actus medii, vel tertii.

Ea quid, si adsit clausula. Ex nunc prout ex tunc.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores impetrantes licentiam à Domino feudi, vel bonorum obnoxiorum in subhastationibus præferri debent iuxta tempus contractus, & obligationis initæ.*

*Et de ratione n. seq.*

*Contrarium, quod attendi debeat tempus licentiæ, num. 6.*

2 *Ablatiui absoluti important conditionem.*

3 *Conditio mixta, & non potestatiua retrotrahitur ad diem initi contractus, hipothecæ, & obligationis, non autem ad diem conditionis impletæ.*

4 *Verba, seu Clausula, habita licentia, non importat conditionem contractus, sed limitationem, & restrictionem quamdam actus perfecti.*

5 *Conditio mixta purificata retrotrahitur in noua hypotheca in præiudicium tertij ad diem contractus, dummodo secundo loco non sit translatum dominium, vel possessio in alium.*

6 *Contractus, & obligationes super rebus obnoxijs adhibita licentia vires accipiunt non ante illam alius contractus sunt nulli.*

7 *Actus*

7 *Actus vbi est nullus ex defectu licentiæ secuta confirmatione per Principis assensum, obligationes, & contractus non retrotrahuntur ad initium contractus, sed ad tempus impetrati assensus.*

8 *Assensus Principis in actu nullo non retrotrahitur, sed dicitur de nouo datus.*

*Nec dicitur confirmatus, n. 9.*

10 *Actus vbi fit denuo, ex quo primus est nullus, ab illo recessum censetur, ita vt iste secundus actus attendatur, & dici debat validus.*

11 *Assensus Domini feudi super hypotheca non præstatur inuitis contrahentibus, sed eis instantibus tantum, ac petentibus, & conditio super ea retrotrahi non potest.*

*Quod præsertim procedit in obligationibus feudorum, in quibus fictio nulla operatur sine Domini consensu, propter quod dies sola assensus, non obligationis consideratur, n. 12.*

13 *Conditio potestatiua deficit stante negligentia non petentium in tempore.*

*Et non petita alijs non præiudicat. n. 14.*

*Nec retrotrahitur in præiudicium habentium cum licentia Domini alias hypothecas, & obligationes, nu. 15.*

16 *Conditio etiam mixta, & casualis numquam retrotrahitur in præiudicium actus medij, vel tertij etiam si adesset clausula Ex nunc, prout ex tunc.*

## QVÆSTIO CXLII.

1 QVarto, An quando creditores impetrantes licentiam à Domino feudi, vel bonorum obnoxiorum præteriri debent in subhastationibus, id sequi debeat iuxta tempus eorum contractus, & obligationis initæ, An vero assensus obtenti; cum fieri nequeat, nisi adhibita licentia, vel Domini assensu?

2 Et concludendum videtur attendi debere tempus contractus, & obligationis initæ, quoniam ablatiuum hoc absolutum, adhibita licentia, importat conditionem, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solu. Bar. in l. 1. in 3. quæstio. ff. de conditionib. & demonstration.* & dicitur mixta, non potestatiua, dependens à facto Domini præstare debentis pro suo iure, & voluntate creditoris, vel debitoris eam obtinentis, *l. in testamento, vbi Bar. & cæteri, ff. de conditionib. & demonstrationib.*

3 Quæ conditio retrotrahitur ad diem initi contractus, hypothecæ, & obligationis, non autem ad diem existentis conditionis, iuxta notata per *Doct. in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. habe. & in l. si filiusfamilias, §. fin. ff. de verbor. obligat. Bero. consil. 46. num. 13. & infra, lib. 1.*

4 Vbi in huiusmodi mixta conditione dicit attendendam anteriorem hypothecam tempore respectu contractus, non respectu conditionis implotæ; quamuis ei dici possit, dicta verba, habita licentia non importare conditionem contractus, sed limitationem, & restrictionem quamdam actus perfecti, *Syluan. consil. 77. n. 7.*

5 Et sic tempus contractus attendi debet; Nam conditio mixta purificata retrotrahitur in noua hypotheca in præiudicium tertij ad diem contractus, dummodo secundo loco non sit translatum dominium, vel possessio in alium, sic *Bart. & Ias. ex communi in l. si quis pro emptore, quæst. 5. vbi etiam Crot. num. 136. ff. de vsucap. Alexand. consil. 30. lib. 3. Aret. consil. 171. num. 30. & consil. 176. nu. 9.*

6 In contrarium, quod attendi debeat tempus licentiæ concessæ, facit, quia isti contractus, vel obligationes super rebus obnoxijs adhibita licentia, vires accipiant, non ante illam, cum hoc vltimo casu sint nulli, *Roland. consil. 7. num. 6. & seq. lib. 3.*

7 Si igitur sunt nulli, secuta confirmatione per Principis assensum non retrotrahetur ad initium contractus, sed ad tempus impetrati assensus iuxta communem, de qua per *Innocent. Abb. & Alios in cap. super eo de condit. apposit. Aret. consil. 142.* qui dicit assensum Prin-

8 cipis in actu nullo non retrotrahi. *Alex. cons. 78. nu. 24. lib. 5.* sed dicitur de nouo datus, *l. 1. §. omnia, C. de vet. iur. enuclean. Paris. consil. 3. num. 40. lib. 4. Felin. in cap. 1. de treug. & pace, Natt. cons. 669. num. 16.* & non confir-

9 matus, *Bart. in l. more, num. 5. ff. de iurisd. omu. iudic. Angel. Areti. consil. 124. num. 18. post Bald. in l. ex placito, C. de rer. permuta. & in l. ius ciuile, ff. de Iusti. & iur. Paris. consil. 3. n. 40. & 41. lib. 4. Rota coram Sanctissimo de-*

10 *cis. 267. num. 8.* Cum omni in casu per istum secundum actum videatur recessum à primo, adeo vt iste secundus attendatur, & dici debeat validus, *Alex. cons. 75. in cau. sa & lite. vers. secundo respondeo lib. 7.*

11 Ac insuper dicitur, quod cum assensus Domini super hypotheca non præstetur inuitis contrahentibus, sed eis instantibus tantum, ac petentibus, conditio super ea retrotrahi non potest, *dicta l. qui balneum, §. 1. ff. qui pot. in pign. habe. Alex. cons. 228. nu. 3. lib. 6. latè Crot.* limitando dictam regulam *si quis pro emptore num. 137.*

12 *ff. de vsucap.* quod præsertim procedit in obligationibus feudorum, in quibus fictio nulla operatur sine Domini consensu, propter quod dies sola assensus, non autem obligationis consideratur, vt habetur per *Doct. adductos per Frecc. de feud. lib. 2. cap. 30. num. 13.*

Non obstat, quod dictum fuit conditionem mixtam retrotrahi, quia supra fuit ostensum non dici mixtam, sed potestatiuam, *Afflict. in cap. 1. n. 73. de prohibi. feud.*

13 *alien. per Lothar.* ac etiam defecisse stante negligentia non petentium in tempore, *Cephal. cons. 118. nu. 19.* ac

14 successiuè non petitam alijs non præiudicare, *l. item vbi glos. ff. de pact.* nec ideo retrotrahi in præiudicium

15 habentium cum licentia Domini alias hypothecas, & obligationes ex *Bart. in l. aliena rei n. 2. ff. de pign. act. & l. si indebitum, §. fin. ff. rem rat. habe. Dec. cons. 247. num. 6. & notat Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glos. 10. n. 68.* in fi.

16 vbi ex pluribus inquit conditionem etiam mixtam, vel casualem nunquam retrotrahi in præiudicium actus medij, vel tertij, etiam si adesset clausula, Ex nunc, prout ex tunc, vt & notat *Syluan. cons. 97. num. 17. & 18. & probat in specie Bursatt. consil. 45. per totum lib. 1.*

## EPITOME.

### De alienatione facta sub hasta, An debetur laudemium, & quando.

*SVMMARIVM.*

1 *De alienatione facta sub hasta debetur laudemium.*

*Ampliatur procedere quoque in alienationibus, siue voluntarijs, siue necessarijs permutationibus, ac dationibus in solutum, n. 2.*

*Et de ratione, n. 3.*

*Sed contra n. 4.*

*Ampliatur habere locum etiam quando in inuestitura emphiteusis fuisset conuentum, vt quouis modo emphiteusis alienetur, laudemium solui debeat, cum talis conuentio de voluntaria, non autem de necessaria alienatione intelligatur, n. 6.*

*Opinio tamen prædicta secundum aliquos procedit de consuetudine sed non de iure communi, n. 9.*

*Primò, limitatur dicta sententia tribus concurrentibus, de quibus hic, n. 10.*

Secun-

Secundò, limitatur non habere locum, quando causa necessaria oritur ex obligatione contracta per ipsum alienantem, quo casu debetur laudemium, n. 11.
Affertur alia distinctio, n. 12.
5 Dationis in solutum voluntariæ, & necessariæ alienationis differentia, quæ.
7 Domus quando est indiuidua licitanda est, & vni adiudicanda.
8 Domus partem habens, si aliam emat sub hasta, non tenetur laudemium soluere pro illa parte, quia ex necessitate res vendita fuit.
Et ita iudicatum refertur, ibid.

## QVÆSTIO CXLIII.

DE subhastatione, An debeatur laudemium res nunc expostulat, vt disseramus.
1 Et deberi resoluit Bal. in consil. 306. incip. Verba, lib. 1. Alber. in l. alienationes, vbi sic intelligit illum textum, ff. famil. herciscun. Tiraq. de retract. lignag. in §. 1. in gloss. in verb. æquipollens in glos. 14. n. 14.
2 Quæ sententia procedit tam in alienationibus, donationibus, & permutationibus, quam in dationibus insolutum siue voluntarijs, siue necessarijs factis per viam subhastationum, in quibus Iudicis Decreto debetur semper laudemium, vt voluit Aym. in consuetu. Alnert. tit. 16. art. 6. n. 5. & art. 8. n. 2. dicens id esse de mente omnium, Arnuld. ad consuetu. Burdegal. tit. de retract. §. 1. lib. 1. ver. Moribus, & tit. de feud. §. 15. quos refert. Bursatt. consil. 44. sub n. 31. lib. 1. Vincent. de Franch. decis. 277. n. 1. Thesaur. decis. Pedemont. 139. n. 1. vbi refert eiusdem opinionis D. Præsidem à Ponte in suo tractat. de laudem. quæstio 27. column. 2. in fin.
3 dicentem quod alias aperiretur via fraudibus, dum homines, vt euitarent solutionem laudemij, fingerent se debitores ex aliqua causa, & paterentur fieri leuationem de gagio, & sic Domini fraudarentur iure suo, quibus solent vt plurimum subditi quasi domestici æmulatores, & Dominorum bono inuidentes, & libertatem omnem affectantes, insidiari.
4 Sed quod imo in venditione necessaria, quæ fit ex legis, vel Iudicis necessitate non debeatur laudemium, tradunt communiter Doct. in l. & ideo ff. de condi. furti. in l. 3. vbi Ias. numer. 48. C. de iur. emphit. Anfrer. ad Capel. Tholos. decis. 75. ad finem. Cassane. ad consuetud. Burgund. de retract. & c. rubr. 10. §. 9. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. glo. 2. numer. 2. & seq. Crauett. consil. 215. nu. 3 & in consil. pro Genero, num. 13. Brun. in cons. feudal. 44. num. 9. & 11. Redoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 11. vers. Ista autem quinquagesima num. 20. Vinc. Ann. sing. 579. & singul. 140. in fine, Afin. de execut. §. 7. cap. 249. num. 1. Hieron. Lauren. in decis. Auenion. 143. num. 2. Dionys. Pontan. de consuetud. Blesen. artic.
5 81. fol. 310. cum seq. vbi latè de differentijs dationis in solutum voluntariæ, & necessariæ, de quo etiam, per Afin. de execut. dicto §. 7. c. 248. num. 1. & infra per totum, & cap. 251.
6 Quæ conclusio ampliatur, vt procedat, quando in inuestitura, puta emphyteusis alienetur, laudemium solui debeat, cum talis conuentio de voluntaria, non autem de necessaria alienatione intelligatur, vt post Brun & Cranet. respondit Roland. consil. 21. num. 16. lib. primo, Sola. ad consit. Saband. titul. de iur. emphyt. gloss. 1. nu. 37. quamuis ibi de hoc dubitare videatur, Maur. Burg. in tract. de laudim. par. 2. inspect. prima, numer. 15. Surd. decis. 305. num. 30. Mar. Muta. ad consuetud Panorm. cap. 26. num. 126. Addit insuper Petr. Rebuff. ad constitut. Gall. tit. de præcon. art. 3. gloss. vnica, quod vbi
7 domus est indiuidua, licitanda est, & vni adiudicanda, §. eadem instit. de offic. iudic. & si is, qui habet partem al-
8 teram ex licitatione emat, non tenetur laudemium soluere pro illa parte, quia ex necessitate res vendita fuit, argum. l. Cæsar. ff. de publica. & l. naugia, C. de furt. & ita iudicatum testatur à Senatu.
9 Sunt tamen, qui patent opinionem affirmatiuam procedere stante consuetudine, non quod de iure communi illa si vera, ex Bal. in cap. 1. num. 11. de prohibit. feud. alienat. per Federic. Bart. Bal. Fulgos. & alij in l. si ideo, de condi. furti. Iason in l. final. colum. 12. quæst. 7. C. de iur. emphyt. Afflict. dec. 191. Brun. cons. 44. Boer. tit. de retract. §. 3. & tit. de feud. §. 7.
Cæterum Bald. in loco superius adducto ait totum contrarium in illius verbis, Saluo iure Canonis & Brun. dicto consil. 44. loquitur in diuisione, quamuis conclusio sit generica.
10 Primò limitatur hæc sententia tribus concurrentibus, videlicet si causa obligationis sit dos; si fiat leuatio ex necessitate mera sub hasta, si nulla alia bona extarent, veluti & istis tribus concurrentibus in Camera fuisse indicatum dixit D. Præses à Ponte in d. tract. de laudem. col. 2. vers. Secus si debitum.
11 Secundò limitatur, quando causa necessaria oritur ex obligatione contracta per ipsum alienantem, quo casu debetur laudemium ad tradita per Albert. in dicta l. alienationes, ff. fam. hercisc. quem sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. in glo. in verb. æquipolleus, in gl. 14. num. 14. Vincen. de Franc. dicta dec. 277. sub nu. 1. vers. & propterea, qui addit eiusdem opinionis Frecc. in lib. sub feud. in 6. limita. ad constit. Regni constitut. Diuæ memoria fol. 110. in prima impress. & sic semper fuisse indicatum.
12 Licet distinguant Doct. in datione bonorum, si illa dentur æstimata, vel libera, quod nempe laudemium ex causa necessaria non debeatur, vt ex Franch. d. decis. 277. refert Thesaur. d. decis. 139. sub num. 3.

## EPITOME.

Gratificationi an, & quando sit locus in subhastationibus.

### SVMMARIVM.

1 Gratificationi locus non est in subhastationibus.
Sed res dari debet plus offerenti, n. 2.
3 Fallit in Ecclesia, quæ potest ei gratificare, qui soluit iustum pretium, licet alius offerat, quia plus iusto vendere non debet, n. 3.
Cæterum Rebuff. hic relatus contra tenet, n. 4.

## QVÆSTIO CXLIV.

1 GRatificationi an locus sit in subhastationibus, quæritur.
Et respondetur quod non.
2 Nam pluries dictum fuit plus offerenti dari debet res licitata, ex tex. auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. & l. si tempora, C. de fide instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. vbi Bar. dicit, quod illa verba, Plus offerenti, inducunt obligationem præcisam, ita vt in hoc locus non sit gratificationi, quod & scripsit Bertachin. in tractat. de Gabell. par. 1. quæst. 9. quod.
3 Fallit in Ecclesia, cuius administratores poterunt ei gratificare, qui soluit iustum pretium, quamuis alius plus offerat; quia plus iusto vendere non debet, glos. est sing. in cap. ex enim, §. hoc ius, 10. quæst. 11. in verb. vt plus, quam adducit Roman. sing. 762. Tu scis, quod res Ecclesiæ, & sequuntur omnes communiter, & dicunt sing. vt per Archid. in dicto §. hoc ius porrectum, Abb. in cap. 1. in princ. de empt. & vendit. in cap. per tuas de do. na.

*na.in cap. in Ciuitate, de vsur. Cepoll. in tract. de simula. contract. 11. præsumpt. n. 21. Barba. in cap. Raynaldus, column. 113. de testam. Tiraq. in tractat. de legi. connub. fol. mihi 90. Redoan. de reb. eccles. non alienan. rubr. 28. n. 8. & 31. Cagnol. qui alios citat in l. 2. n. 10. C. rescin. vendit. Dembauder. in summ. subhasta. c. 5. n. 22.*

4 Verum *Rebuff. ad constitu. Reb. Gall. tit. de præcon. art. 7. gla. vnica, num. 20.* dixit verius putare, quod Administrator Ecclesiæ male faceret, si non daret plus offerenti, quia illud censetur esse iustum pretium, quod liberaliter offertur à scientiæ rei conditionem *l. mortis causa capiamus, vbi gloss. de dona. causa mort. Canonistæ in cap. dilecti de empt. & venditione.*

## E P I T O M E.

Iudex qui subhastationi bonorum venditorum auctoritatem interposuit, an sibi præiudicet in iure retractus, qui sibi iure consanguinitatis competit.

Quid in fideicommissario, seu substituto consentiente alienationi bonorum, quæ ad illum spectabant conditione apposita purificata.

Quidve in Prælato consentiente venditioni rerum Ecclesiæ.

Atque etiam quid in tutore substituto minori decedenti absque liberis, qui consensit hæredi alienanti.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Iudex, qui subhastationi bonorum venditorum auctoritatem interposuit sibi præiudicat in iure retractus, qui sibi iure consaguinitatis competit.*
*Contrarium habetur num. 9. & infra, & præsertim nu. 14.*

2 *Testator si liberis prædium reliquit mandans non alienari, & omnes vno excepto alienarunt, qui non vendidit, nec consensit, integras partes alienatos petere potest. & n. 4.*

3 *Fideicommissarius consentiens hæredi grauato alienanti potest certo casu recuperare pretium fundi alienati à venditore, licet fundum ipsum recuperare non valeat ab emptore.*

5 *Substitutus ad quem spectabat hæreditas, casu quo primus hæres contra mentem testatoris alienasset bona ipsius hæreditatis, si fuit præsens, & nihil dixit, sibi præiudicat, & hæreditatem amittit.*

6 *Testator si reliquit Ecclesiæ domum casu quo hæres suus eam alienaret, Prælatus si alienationi consentit Ecclesia ius suum perdit.*

7 *Contractum in dubio reuocari non debere pronunciandum est, & præsertim ad fauorem illius, qui agit de damno vitando, pro quo in dubio pronunciandum est, num. 8.*

10 *Approbans alieno nomine testamentum non priuatur remedio querelæ, cum non tamquam filius, sed tamquã extraneus approbauerit.*

11 *Iniquum est, damnosum fore cuiquam officium suum.*

12 *Iudex, qui fert sententiam inter litigantes, quoad ius suum sibi non præiudicat cum necessitate officij ductus id fecerit.*

13 *Tutor, cui fideicommissum decedente primo sine liberis relictum fuit, si consentiat hæredi alienanti, sibi non præiudicat, quin si casus eueniat, alienata reuocare valeat.*
*Et de ratione, ibid.*

## Q V Æ S T I O CXLV.

1 DVbitari solet, An Iudex, qui subhastationi bonorum vendicorum auctoritatem interposuit, sibi præiudicet in iure retractus sibi iure consanguinitatis competentis.

Qua in dubitatione concludendum videtur, quod sic, per *text. in l. cum Pater §. libertis, ff. de leg. 2.* vbi de-
2 ciditur, quod si testator liberis prædium reliquit, & mandat, ne illud alienent, & omnes excepto vno, partes suas alienarunt, qui non vendidit, & non consensit, integras partes alienatas petere potest Ergo à contrario sensu, si is consenserit, sibi præiudicat.

Comprobatur hæc conclusio ex *text. in l. nihil §. 1. ff. de leg. 1.* Cuius verba sunt hæc.

Omnibus, quibus fideicommissum relictum est, ad distractionem consentientibus nullam fideicommissi petitionem profuturam.

3 Et his accedit *l. si fundum per fideicommissum, ff. de leg. 1.* ex qua probatur, quod fideicommissarius consentiens hæredi grauato alienati à venditore, fundum autem ipsum non valet recuperare ab emptore, & sic apparet, quod quoad ipsum emptorem valet contra-
4 ctus. Ad idem adducitur textus magis expressus in *l. quoties ab omnibus, C. de fideicom.* disponens hæc verba.

Quoties ab omnibus, qui alienatione facta ad fideicommissi petitionem aspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam vendentibus alij consenserint, contractus auctoritas conuelli nequaquam potest.

Et huic sententiæ videtur adhærere, *Roman. in for-*
5 *tiori casu consil. 457. circa propositam, in fine,* qui respondit, quod si is, ad quem spectabat hæreditas, casu quo hæres primus contra mentem testatoris alienasset bona ipsius hæreditatis, fuit præsens, & nihil dixit, sibi præiudicauit, & ita hæreditatem amisit, quamuis durum sit nimis, quod sola præsentia, & taciturnitas id operetur, idem ferè respondit *Alexand. consil. 7. num. 4. lib. 5. & in consil. 150. in fine, lib. 7.*

6 Vbi, quod si testator reliquit Ecclesiæ domum, casu quo hæres suus eam alienaret, & Ecclesiæ prelatus alienationi consentit, Ecclesia ius suum perdit & *Alexan. sequitur Ias. in l. quoties, num. 1. C. de fideicommiss.* sic etiam sentit *Cuman. consil. 33. quidam colum. 1. Socin. sen. consil. 49. num. 18. lib. 4.* & ante hos *Bald. consil. 102.* Punctus super quo, *lib. 2. & consil. 319. lib. 4. Dec. cons. 604. nu. 6.*

7 Et quidem quatenus etiam res esset dubia, in dubio pronunciandum est, contractum reuocari non debere, *l. si inter virum, vbi Soccin. sen. numer. 5. de rebus dub. Paul. de Castr. consil. 278. passus iste, colum. fin. lib. 1. Alexan. consil. 157. colum. 1. lib. 7. Dec. cons. 168. quos refert ac sequitur Crau. in quæst. de indemnit. mulier. nu. 35. post tract. de antiquita. tempor. num. 25. vbi num. 34.*
8 addit hoc præsertim procedere ad fauorem illius, qui tractat de damno vitando, pro quo in dubio est pronunciandum, post *Bart. in l. cum mulier, ff. de damn. infect. & Fel. in cap. dilecti, col. 3. de except.*

9 Sed contrarium facit *text. in l. filius, §. multo, ff. de inoffic. testam.* inquiens multo magis, si mihi legatum testator dedit, cuius de inofficioso testamento filius agens decessit me hærede relicto, egoque hæreditariam causam peregi, & victus sum, id quod mihi eo testamento relictum est, non perdam, vbique si iam defunctus agere cæperat, & ita ex hoc tex. habetur, quod is, qui nomine alieno testamentum approbauit, non priuatur remedio querelæ; cum non tamquam filius, sed tamquam extraneus approbauerit.

Et his adstipulatur alius *tex. in l. quadam, C. de administrat. tutor.* Vbi Iustinianus Imperator statuit, quod

quod ſi tutor, vel curator adhibet auctoritatem ſuam pupillo, vel minori adeunti hæreditatem ex eo teſtamento, in quo ipſe tutor, qui teſtatoris erat filius, fuit præteritus; ſibi non præiudicat, quin dicere poſſit de nullitate teſtamenti ob prætæteritionem, ratioque eſt, quia officium tutoris eſt diſtinctum à ſua priuata perſona, & ideo ſuo iuri priuato nocere non poteſt.

Ad idem affertur *l. aduerſus, §.1. ff. de inoffic. teſtam.* cuius verba ſunt hæc: Tutores pupilli nomine ſine periculo eius, quod ei teſtamento datum eſt, agere poſſe de inofficioſo, vel falſo teſtamento, Diui Verus, & Antoninus reſcripſerunt. Cum quo concordat *text. in l. tutorem, ff. de his quib. vt indign. in hac verba:*

Tutorem, qui pupilli ſui nomine falſum, & inofficioſum dixit teſtamentum non perdere ſua legata, ſi non obtinuerit, optima ratione defenditur. Pro quibus facit ratio ducta ex *l. ſi quis ſignatoribus, ff. quemadmod. teſtam. aperit.* nempe iniquum eſſe, damnoſum fore cuiquam officium ſuum; quod & probat *text. in l. inter officium, ff. de rei vendic. & in l. poſt legatum, §. aduocatum, ff. de his quib. vt indign.*

2 Et magis in ſpecie pro hac ſententia eſt doctrina *Salyc. in d. l. cum quadam, de adminiſtr. tuto.* Cum dixit, quod ſi Iudex fert ſententiam, inter litigantes, quoad ius ſuum ſibi non Præiudicat, cum neceſſitate officij ductus id fecerit. Ita quoque reſpondit *Bal. conſ. 102. Punctus ſuper quo lib. 2.* cum dixit, quod ſi tut. cui fideicommiſſum decedente primo ſine liberis relictum fuit, conſentiat heredi alienanti, ſibi non præiudicat, quin ſi caſus eueniat reuocare valeat alienata, ea ratione motus eſt Bald. quod non conſenſit tamquam fideicommiſſarius, ſed tamquam tutor, & huic ſententiæ adhæret, *Caſtren. conſil. 259. omnis difficultas, n. 4. lib. 1. vt ibi per eum.*

Et in indiuiduo quæſtionis noſtræ ad ducitur *Moder. Pariſien. tit. 1. §. 18. n. 3. in fine,* quem ſequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 272.* qui tradidit Iudicem, qui ſubhaſtationi bonorum venditorum auctoritatem interpoſuit, ſibi non præiudicare in iure retractus, qui ſibi iure conſanguinitatis competit.

Et hæc ſententia tenenda eſt.

Non obſtant ex aduerſo adducta, quia procedunt, quando quis ſponte proprio nomine conſenſit; Nos autem agimus, quando quis neceſſitate officij ſui coactus quid agit, & ſic non ſponte ex præmiſſis.

## E P I T O M E.

Retrahens rem licitatam de euictione, an teneatur.

Et ad quid.

### S V M M A R I V M.

1 *Retrahens rem licitatam de euictione cauere non tenetur.*

*Sed de facto ſuo tantum, n. 2.*

*Contrarium, n. 4. & infra, n. 7.*

3 *Creditor, qui iure ſui crediti emit, tenetur ſe præſtare potiorem.*

5 *Emptor non tenetur, niſi de facto ſuo.*

*Et ſimiliter nec is, cui res fuit inſolutum data, n. 6.*

## Q V Æ S T I O CXLVI.

CReditor pro ſuo credito in publica licitatione fundum emit: Agnatus ſui debitoris inſtat ſibi relaxari iure ſanguinis bona ad haſtam empta, recuſans pretium ſolutum reſtituere, niſi creditor ſibi caueat ſe priorem, & potiorem creditorem.

Quæritur quid iuris.

2 Pro parte Agnati adducimur, quod quamuis emptor Agnatus retrahens de euictione cauere non teneatur, niſi de facto ſuo tantum, *l. creditor, & ibi gloſſ. Bart. & cæteri, ff. de pignora. act. l. ſi filio famil. §. 1. ff. ſolut. matrimon. Tiraq. de retract. lignag. ad finem, tit. q. 9. nu. 42.*

3 Nihilominus in re, de qua agitur, videtur quod emptor, qui iure ſui crediti emit, teneatur præſtare ſe potiorem, *l. 1. vbi eſt caſus, C. de credit. euict. pign. debit.*

4 Sed in contrarium videatur veritas, quia factum Iudicis rectè factum partis putatur, vt ſæpe dixi, *l. ob cauſam C. de euict. & ibidem Bat. Bal. & alij, & l. ſi pignora, ff. eodem titulo, cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 1 gloſſ. 14. n. 13.* Atque ita ſicut emptor non tenetur niſi de facto ſuo cauere de euictione, *Tiraquell. de retract. li-*

6 *gnag. ad finè tit. dicta quæſt. 9. n. 42.* Ita non debet teneri is, cui res in ſolutum fuit data; Ac rurſus, quia retractus Agnatitius eſt actus voluntarius; vnde Agnatus conſulat, An expediat retrahere, vel non.

7 Non obſtat *tex. in d. l. 1.* quoniam termini ſunt diuerſi vti diuerſam cauſam habentes, ex eo quia, quando agnatus licitando emit, quodammodo habere videtur cauſam à creditore; Sed quando creditor emit, & agnatus retrahit, vi legis excludit creditorem, & in eius locum ſubintrat, nec in eo concurrit eadem ratio, nempe, vt ſibi ipſi teneatur præſtare potiorem alijs creditoribus, prout alio caſu, & ideo ex diuerſis non bene infertur, vt in ſpecie decidit *M. Ant. Peregr. decij. 72.* vbi ſic iudicatum, & executum teſtatur,

## E P I T O M E.

Subhaſtatio an, & quando ex diuturnitate temporis præſumatur.

Subhaſtatio non requiritur in re in ſolutum data, quæ minus debito valet qualitas probanda eſt ab allegante.

Sententiæ dicuntur notoriæ iniuſtæ non conſtito ex actis de ſubhaſtatione, & valore bonorum.

Adiudicatio eſt nulla, quando intimatio Iudicis non eſt facta, nec fuit reproducta.

Deliberatio, vt ſit valida, requirit citationem ad videndum deliberari, cui ſubſequitur decretum, niſi infra menſem.

Negatiua probatur ex inſpectione Actorum.

Decretum de deliberando antequam fiat, plures requirit oblationes.

Acta ſunt nulla in quibus interuenit circumductio.

### S V M M A R I V M.

1 *Subhaſtatio præſumitur, & ea quæ ad perfecta adiudicationem requiruntur ex temporis diuturnitate.*

*Primò declaratur procedere, quando interuenit obſeruantia pacifica, ſecus ſtante lite per plures annos continuata, n. 2.*

*Secundò declaratur habere locum, quando præceſſerunt ſententia, & proceſſus vſque ad relaxationem mandati executiui concurrente lapſu longiſſimi temporis, n. 4.*

*At vide as, n. 7.*

*Extende*

*Extende idem dicendum esse, quando non constat de intimatione ritè, & rectè iuxto Iudicis decretum, & quod sit reproducta n.8.*

3 *Subhastatio non requiritur, quando res data in solutum minus valet.*

5 *Res in solutum data, quòd sit minoris valoris, quam debitum, probari debet ab allegante bona capta non excedere debitum, & esse minoris valoris.*

6 *Reus in exceptione est actor.*

7 *Sententiæ dicuntur notoriè iniustæ non constito ex actis subhastatione, & valore bonorum.*

9 *Adiudicatio est nulla, quando intimatio decreti Iudicis non fuit facta, nec extitit producta, vt Iudex de ille sit certus.*

10 *Deliberatio, vt sit valida, requirit citationem ad videndum deliberari.*

11 *Citationis defectus est insanabilis, etiam stante clausula arbitrio.*

12 *Citatio ad deliberandum quando est facta, subsequi solet decretum, nisi infra mensem.*

13 *Citationis defectur probatur ex inspectione actorum, ex qua tollitur quæcumque presumptio contraria.*

14 *Negatiua probatur ex inspectione actorum.*

15 *Decretum de deliberando antequam fiat, plures in actis debet esse oblationes.*

16 *Acta sunt nulla, in quibus internenit circumductio.*

## QVÆSTIO CXLVII.

1 AN ex curso temporis præsumatur subhastatio, alia est quæstio.

1 In qua traditur pro regula eam præsumi, & cætera, quæ ad perfectam adiudicationem requiruntur, *Affli. dec.178.n.5. & 368.n.2. Anchar. cons.40.n.2. Dec. cons. 375.n.3. Achil. dec.13. de attenta. Rota per Card. Seraph. dec.242.n.4. & dec.984.n.4.*

2 Quæ regula primo declaratur, vt procedat, quando interuenit obseruantia pacifica, secus stante lite per plures annos continuata, vt per eamdem *Rot. d. dec. 242 sub n.4. & d. dec. 984. n.4. vbi n. seq.* dicitur quod non re-
3 quiritur subhastatio, quando res data in solutum minus valet, ex *Paul. de Castr. in l. à Dino Pio, §. si pignora, de re iudic. & Put. dec.252. lib.2.*

4 Secundò declaratur habere locum, quando processerunt sententiæ, & processus vsque ad relaxationem mandati executiui concurrente lapsu longissimi temporis, iuxta quæ habentur per *Rot. dicta decision. nu. 4.*

5 Cæterum ad ea, quæ dicta sunt supra numero tertio, quod res insolutum data sit minoris valoris, quam extet debitum, probari debet ab allegante bona capta non excedere debitum, & esse minoris valoris. *Rota per Cardinalem Seraph. dec.1095. n.2.*

6 Vbi quod reus in sua exceptione est actor, *l. in exceptionib. ac probat.* & postquam actor probauit intentionem suam, debet ipse probare suam exceptionem. *Aym. cons.226. n.8. & addit. q. n.3.* Non obstate, si opponatur de sententijs, quia eo ipso, quod non constat ex actis de aliqua subhastatione, nec de valore bonorum redduntur notoriè iniustè, ex *Franch. in c. dilecto, quæst. 55. de appell. Felin. in c. inter cæteras, col. final. de re iudi.* & opinione quam seruat *Rot. vt per Put. dec. 401. in causa Toletana lib.1.*

8 Idemque dicitur, vbi non constat de intimatione ritè, & rectè facta iuxta Iudicis Decretum, & quod sit reproducta *Rota coram Card. Seraph. dec.1100. n.9.* quam sequitur eadem *Rota in Romana Domorum de Roncioni. 14. Iunij 1615. n.8. coram R.P.D. Buratto, vt legitur dec. 825. par.2. in recent.* Vbi agitur de Nullitate adiudicationis quoniam intimatio Decreti Iudicis non fuerat facta iuxta *decis. per Puteum 168. lib.1. in nouiss.* neque etiam fuerat reproducta, vt Iudex esset de illa certus, *Bart. & Bal. in l. multum interest. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* cum adductis per *Vantium in tit. de Nullit. ex defect. cita. n. 146.* & quod fuit dictum in *Imolen. seu Fauentina Bonorum 16. May 1594. coram Litta, & in vna Romana Pecudum 14. Nouembr. 1611. coram Car. Caualerio. Gratian. discept. lib.3. c.545. n.53. & seq.*

10 Nimirum, quia deliberatio, vt sit valida, requirit citationem ad videndum deliberari, *l. Creditor, C. de distract.*
11 *pign. Afflict. dec.358. n.3.* qui citationis defectus non sanatur, *Feli. in c. com. olim. sub n.11. ver. per. quem dixit, de sent. & re iud. Rota in Zamoren. pecuniaria 20. Martij 1609. coram Card. Caualerio, & dec.64. n.2. par.1. diu. & Ferrarien legati 8. Februarij 1610. coram Marquemon-*
12 *tio.* Et vbi fiat, ei deinde subsequitur Decretum nisi infra mensem, vt disponitur in statuto Pisauri sub *rubr. 63 lib. 2.* & habetur ferè in omnibus statutis Ciuitatum Italiæ.

13 Et nota, quod citatio huiusmodi non præsumitur, cum ex inspectione actorum de ea non constat, vt post *Paul. de Castr. cons.81. n.3. lib.2.* dixit *Rota in Senogallien. Syluæ 24. May 1577. coram Cotta, quem sequitur iterum*
14 *eadem Rota decis.416. n.5. coram Sanctissimo.* Est enim conclusio satis nota, quod ex reuolutione actorum probatur negatiua, *Rota decis. 455. n.4. p.2. in recent. & dec.611. n.2. par.1. in recen. & in Astoricen. Beneficij. 11. Decembris 1585. coram Card. Pamphilio, post Surd. cons. 28. n.110. & infra, & Honded. cons.80. n.25. lib.2.*

15 Præterea in proposito scias, quod decretum de deliberando antequam fiat plures debent esse in actis oblationes, vt per *Gallesium de obligat. cameral. q. præ. incid. n.31.* & ad minus debent esse tres oblationes, *Rota in Romana Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram eminentissimo, ac Reuerendiss. D. Cardinali Pamphilio Iuniore,* vbi etiam fuit dictum sub *ver. Præterea considerabant,*
16 quod in illo casu decretum, quo emanauit non habuit effectum, quia elapso mense non fuit expeditum mandatum de deliberando maiori, tunc oblatori, & vlterius fuit circumductum per aliud subsequens decretum cum assignatione noui termini, qua ratione acta priora fuerunt nulla, ex *Felin. in c.1. n.22. de iudi. Osasc. dec.142. nu. 37. & Rota in vna Leodien Prioratus 21. Iunij 1596. coram Gratio.*

## EPITOME.

Subhastatio qualiter probetur, referuntur opiniones.

Et quis probare debeat solemnitates interueniße in subhastatione.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio, Tractatus, & huiusmodi præambula probantur per instrumentum factum super principali contractu, in quo Notorius de voluntate partium consitentium facit mentionem de istis solemnitatibus.*

*Sed contrarium, quod subhastatio aliter probanda sit, quam per instrumentum, n.2.*

*Et de ratione, ibidem.*

3 *Subhastatio, vt facta dicatur, requiritur probatio per testes de visu, & auditu simul, & non per instrumentum, vel confeßionem partium, vel tabellio debet fidem facere, qualiter Præconia coram ipso facta fuerunt, & tandem pro tanta quantitate fuit talis fundus addictus, n.4.*

*Ampliatur hoc fortius procedere, vbi ageretur de præiudicio tertij n.5.*

Nec

*Nec creditor assertioni Notarij circa solemnitates necessaria. ibid.*

*Declaratur hæc sententia, vt procedat, quando quis probare vellet subhastationis solemnitatem per instrumentum venditionis.*

*At secus si probaretur per aliud instrumentum separatum, quod testaretur de quolibet actu, scilicet quando, & qua die actus factus esset, & quo in loco, coram quibus testibus, dispositiuè, & non enunciatiuè, quia tunc subhastatio rectè probaretur num. 6.*

7 *Solemnitates in subhastatione interuenisse quis probare debeat, distinguitur.*

## QVÆSTIO CXLVIII.

AN statur instrumento venditionis, in quo fiat mentio licitationis, seu adiudicationis factæ, vel potius requiratur alio modo de eis doceri, hoc est, verè, & cum effectu interuenisse quæstionis. In qua duæ sunt Doctorum contrariæ opiniones.

1 Prima est, quod subhastationes tractatus, & huiusmodi præambula probantur per instrumentum factum super principali contractu, in quo notarius de volũtate partium confitentium facit mentionem de istis solemnitatibus, vt in specie respondit *Bal. cons. 411. sub n. 1. versic. contrarium lib. 1. per glos. vnicam in iure, in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.* sequitur *Redoan. de reb. Eccles. non alien rubr. 27. n. 12.*

2 Contraria supradictæ est sententia, némpe, quod aliter subhastatio probanda sit, quam per instrumentum venditionis, vbi id enuncietur, quia debet diuersis temporibus ab ipsa venditione interuenisse, nec ideo præsumitur inesse, cum illa tantum inesse dici possint, quæ incontinenti fiunt, non autem, quæ ex interuallo, *ad tex. in l. Quicumque, §. final. de public.* prout ex his, & aliis concludunt *Dembander. in summmula subhastation. cap. 5. n. 19. Roland. à Valle consil. 33. sub n. 13. lib. 1. Simoncell. in Tractat. de decret. tit. 1. lib. 1. sub n. 65. vers. Adeo quod, Afin. de execut. §. 6. cap. 29. per totum, & Munoz. de Ratiocin. administr. cap. 16. sub. num. 36. vers. Ego tamen in-*
3 *telligo.* Vbi quod ab probationem talium subhastationum necessario requiritur probatio per testes de visu,
4 & auditu simul, vel si hoc deficiat, Tabellio debet fidem facere, qualiter coram ipso præconia facta fuerunt diuersis diebus, ac temporibus, & tandem plus offerenti fuit pro tanta quantitate fundus addictus quod si non fieret, maxima pateferet via fraudibus, præsertim vbi
5 ageretur de præiudicio tertij, *l. duobus, §. 1. ff. de iureiuran. Afflict. decis. 245. num. 11. Natt. consil. 439. num. 9. Roland. consil. 58. num. 14. & consil. 85. num. 34. lib. 2. Surdus consil. 22. num. 29. & consil. 85. numer. 22. libr. primo, Achill. de Graff. decis. 4. num. 2. de confess. Rota diuersor. decision. 802. numer. 10. part. prima, & in Ariminen. deuolutionis domorum 16. Februarij 1609. coram Cardinale Sacrato.* Cum nec credatur assertioni Notarij circa solemnitates necessarias, *Rota coram Sanctissim. decision. 485. num. 10.* & hæc est verior sententia.

6 Et ideo vt instrumenta in his probent debent testari de quolibet actu, videlicet quando, & qua die actus factus est, & quo in loco, coram quibus testibus, dispositiuè, non enunciatiuè, & ita solemnitates non probantur per instrumentum venditionis, sed requiritur aliud instrumentum, vt ex *Alexand. & Modern. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. tradit. Rebuff. ad constitut. Regn. Gall. tom. 2. tit. de præcon. & licit. artic. 7. gloss. vnica, num. 24.*

7 Quæro præterea, quis probare debeat solemnitates in subhastatione interuenisse.

Respondetur, quod si instrumentum dicat solemnitates interuenisse, & alius dicat contrarium, & instrumentum iuxta iam dicta in hac eadem Quæstione sub num. 6. testetur de quolibet actu, tunc pro instrumento præsumitur, *l. cum precibus, C. de probationib.* Vnde is, qui dicit solemnitates non interuenisse probare debet, secus si instrumentum nihil diceret de solemnitatibus, & emptor eas allegaret, quia probare teneretur, *l. ei qui, ff. de probationib. Bart. Luca de Penn. Ioann. de Plat. & Rebuff. in l. 1. C. de fide instrument. & iur. hast. fisc. lib. 10. Aretin. cons. 69. late Ias. in §. item si quis in fraudem n. 45. Instit. de act. plene Albert. Brunus in tract. de forma, & solemnitat. actus, Rubr. de potentia, & effectu formæ, versic. septimus effectus* quos, & alios refert, ac sequitur *Rebuff. dicto art. 7. gl. vnica sub n. 23. & 24. vbi n. seq. addit,* quod vbi summaria recitatio facta fuerit in decreto præsentib. partib. & non contradicentibus probaret acta sic facta, saltem donec fuerit contrarium probatum, secundum *Bart. & alios in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden. Cassador. in dec. vl. de proc. & dec. 1. de præsump. videas quæ dixi in q. 199.*

## EPITOME.

Res obligata, quæ semel exiuit obligationem per venditionem sub hasta factam ad instantiam creditorum, si postea redeat ad debitorem, an, & quando reincidit in eam.

Et quid in venditione rei feudalis.

Dominium, quando suspensiuè transfertur, resoluto contractu reincidit ad sua principia attractiua.

Et dominium primi resuscitat non tamquam à morte, sed tamquam à somno.

## SVMMARIVM.

1 *Res obligata, quæ semel exiuit obligationem per venditionem factam sub hasta ad instantiam creditorum, etiam si postea redeat ad debitorem ex alia causa, non reincidit in obligationem ad fauorem ipsorum creditorum.*

*Primo fallit, quando eadem bona redeunt ad debitorem ex eadem causa. n. 2.*

*Secundo fallit, quando renunciatio facta per creditores, vel consensus præstitus fuit ex causa, quæ cessauit, & deuenit ad non causam, & creditor non habuit animum remittendi ius, quod habebat in pignore, n. 3.*

*Venditione rei feudalis resoluta ex necessitate pacti de retrouendendo antecedente, necessario omnes hypothecæ medio tempore contractæ resoluuntur.*

*Quo casu concurrit creditor super pecunia prædicta restituta virtute primi pacti, quod in pristinam causam redit, & ad tempus celebrati contractus retrotrahitur, n. 5.*

*Quia dicta pecunia semper censetur fuisse in bonis debitoris, n. 6.*

*At etiam quando dicta pecunia dicitur redditina potius, quam de nouo translato. n. 7.*

*Et recuperatu vigore pacti præcedentis eiusdem censetur esse qualitatis, prout erat ante venditionem. n. 8.*

9 *Dominium quando transfertur, si suspensiuè transfertur, resoluto contractu, res addit ad sua principia attractiua.*

10 *Contractu resoluto, qui non habet causam perpetuam, sed suspensiuam, dominium primi resuscitat se tamquam à somno, non tamquam à morte.*

## QVÆSTIO CXLIX.

RES obligata, quæ semel exiuit obligationem per venditionem factam sub hasta, an re incidat in eam, si ad debitorem, licet ex alia causa, ad fauorem creditorum, quæro.

1 Respondetur negatiue per text. in *l. fin. C. de remiss. pign.* vbi probatur, quo res hypothecata semel creditore consentiente alienata non reincidit in obligationem, si redeat ad debitorem, vbi dicit, quod ille text. singularis, & qui illum nesciret, responderet contrarium, & Bald. dicit, singularem, nec alibi reperiri. Et Salyc. ait esse singularem & obliuioni non tradendum, quia multi ignorantes eum casum, responderunt contrarium. Et ratio est, quia cum res tempore contractus esset in bonis, venit in obligatione bonorum præsentium, & ideo quando obligauit futura, non potuit debitor intelligere de his, quæ tunc erant in bonis, & eo tempore obligauerat; cæterum ea obligatio præsentium fuit remissa, ex quo creditor, qui consensit subhastationi rei sibi obligatė, sibi præiudicauit in hypotheca, *l. cum te, C. de remiss. pign. & l. si probaueris, C. eodem, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. numer. 137.*

Adducitur, & alia ratio, quia tempore, quo res reuersa est ad debitorem iam per consensum extincta erat obligatio, seu hypotheca, ideo res reuersa in eam reincidere nequit, vt per *Cyn. in d. l. fin. post Iaco. de Aren. ibi, vt & Faber. eodem in loco in fin.* dicens, quod partes non videntur sensisse, quod bona, quæ veniebãt in obligatione, seu hipotheca tempore contractus, haberētur pro futuris, quod & firmat *Salye. ibi in fi.* vbi quod obligatio futurorum bonorũ non includit præsentia, & ante cum Bal. ibidem inquit, quod vbi obligatio habet duo capita, si res ab vno extrahatur, ab vtroque eximitur. Idemque procedere in rebus donatis dixit *Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 6. vers. Secundo fortificari potest, & scribentes ibi, ff. de verb. oblig.*

2 Fallit primo supradicta conclusio, si eadem bona redeant in debitorem, vel donantem ex eadem causa, ex qua fuerunt alienata, & ipsimet debitori, seu donanti reacquiruntur, vel ex simili, vel connexa causa, vt puta, quia illam est pacto redemit, vel quia ei fuit redhibita, vel ex pacto adiectionis in diem vel legis commissoriæ ad ipsum debitorem est reuersa, quoniam in his, & similibus casibus reincidit in obligationem, & hypothecam, prout ex *gloss. magna in d. l. fin. Bart. Bal. Salye. & alijs, & ex text. in l. voluntate in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solua.* dixit *Negusan. de pignor. pa. 6. mem. 3. sub n. 21. vers. & ista ampliatio declaratur, & prius n. 19. ibidem.*

3 Secundo fallit renunciatio facta, vel consensus præstitus per creditorem fuit ex causa, quæ cessauit, & deuenit, ad non causam, & creditor non habuit animum remittendi ius, quod habebat in pignore, & ideo pro non præstita, seu prætitio habetur, ita post Iacob. de Aren. dixit Cynus in dicta l. finali, & manifestius Bart. dicens, quod si certum est, quod voluit creditor, vel non voluit remittere pignus, stamus certo. sequitur *Surd. decis. 163 sub. n. 19. vers. Tertio dicitur,* vbi addit *Salye.* ponentem vna cum superius citatis exemplum, quando creditor consensit vendi pignus, vt sibi satisfiat, Nam si non sit satisfactum, reincidit in obligationem, quod idem est, ac si diceretur, quod causa consensus redacta est ad nouam causam, vel cessauit.

4 Et hinc est, quod in simili dicimus, nempe, quod resoluta venditione rei feudalis ex necessitate pacti de retrouendendo antecedente, ac necessario omnes hypothecæ medio tempore contractæ resoluuntur, iuxta quæ tradit *Bart. in l. in diem, ff. de acqui. plun. areen. & in l. si ex duobus, §. Marcellus, ff. de in diem addict.* adducit concordantes *Modern. Parisien. ad consuetud. Paris. §. 41. in 4. quæst. num. 21. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. gloss. 1. & vnica, vers. Id autem opportune quæri potest, nu. 9. & Hier. Cagnol. in l. 2. quæst. 5. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. 2. quæst. 12. vers. hinc est, C. de rescind. vend.*

5 Quo casu cõcurrit creditor super pecunia, quæ à principio burgensatica, alijs cum creditoribus erat, & præfertur, qui ante contraxit, quia pecunia prędicta restituta virtute primi causam redit, & ad tempus celebrati contractus retrotrahitur, *l. 2. §. id quoque, de colla. bon.* ita vt pecunia prædicta semper censeatur fuisse in bo-
6 nis debitoris, *l. sicut, §. superuacuum, & ibi Bar. ff. quib.*
7 *mod. pign. vel hypothe. solua.* Et potius dicatur redditiua, quam de nouo translato, secundum terminos, *l. filio, quem pater, ff. de lib. & posthum.* Et recuperata vigore
8 pacti præcedentis eiusdẽ censetur qualitatis, prout erat ante venditionem. *Bart. in l. sequitur, §. idem labeo, ff. de vsucap.* pro quibus conferunt per *Bald. in l. qui ea lege, C. de pact. inter empt. & vendit.* Cum inquit, quod quando dominium transfertur, suspensiuæ transfertur.

Et ideo resoluto contractu res redit ad sua principia
10 attractui, qui, & in *in l. vnica, colum. 10. vers. attende hic, C. quand. non peten. par.* dicit, quod resoluto contractu, qui non habet causam perpetuam, sed suspensiuam dominium primi resuscitat se tamquam à somno, non tamquam à morte.

---

## EPITOME.

Creditores habentes assensum Domini directi præferuntur in pretio redacto ex feudo vendito sub hasta.

Et quando, & qualiter id procedat.

Pretium ex re feudali, quando sit, vel non feudale.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores habentes assensum Domini non præferuntur in pretio redacto ex vendito feudo sub hasta.*
*Sed contrarium num. 5.*
*Declaratur procedere in creditoribus illius debitoris, quibus pecunia ex feudo redacta soluenda est, n. 6.*
2 *Pretium redactum ex re feudali non est feudale.*
*Intellige, vt nu. 3.*
*Præsertim quando creditor habet iura petendi creditum, super feudo, & illa erant feudalia, nu. 7.*
4 *Feudum non consistit nisi in rebus soli, vel solo cohærentibus, vel in his quæ inter immobilia connumerantur.*

## QVÆSTIO CI.

ALiàs supra disseruimus in Quæstione 142. in concursu creditorum quis præferendus in tenuta capta in bonis feudalibus cum assensu obligatis, & quo tempus ostendi debeat: Nunc quæritur, An creditores habentes assensum præferantur, in pretio redacto ex feudo vendito sub hasta.

2 Et concludendum videtur quod non ex regula, quod scilicet pretium redactum ex re feudali non est feudale, ad *tex. in c. si vassall. ff. de feud. fuer. contro.* ibi, nec quod accipit transactionis nomine, sic *Belu. de feu. non haben. prop. natur. feud. per c. sciendum, de cogn. feud. & ibidem Afflict. n. 11. & seqq. & ante eum Bal. num. 6. quem sequuntur alij, vt Aluarott. num. 5. Præposit. num. 2. & in specie Afflict. decis. 112. Balzaran. in cap. 1. §. sed non est*

*est alian.15.& 16.quæ fuer.prin.cau. benef.amit.Tiraq. de retract.lignag.§.1.gloss.9.n.136.Thom.Marin.tit.31. n.14.& in consil.Study. Lipsensis quodam per Hartma. Pistor.post quæst.17.lib.2.par.2.inserto Aretin.consil. 14.n.3. Bal. & Ias.secutus, etiam si sit feudum, Castr. Ias. in l.si cum seruum num. 6.ff.si cert. peta.* vbi videas de natura pretij, quando succedat loco rei, *Lipsien.dicto loco.*

3 Et notandum Bal. videri presupponere, si feudum per venditionem plane desinat, & fiat allodium pretium loco rei succedere, sed Aluarott. & Preposi. generaliter loquuntur, quia in tali casu, vbi cum isto pacto, instar allodij, vendendi datum, est Dominus donasse presumatur. *Ardizon. in summ. sub rubr. vtrum vassallus prohibeatur compensare, c. 235. ver. Merito ergo sicut vassall.* Nisi ea manente consenserit Dominus, vt pecunia in

4 feudum conuerteretur, Quare in *cap. vnic. de feud. cogn. in fine*, dicitur feudum non consistere, nisi in rebus soli, vel solo coherentibus, vel in his, quæ inter immobilia connumerantur.

5 Contrarium tamen in proposito verius asserimus, quia licet in pretio redacto est feudo vendito sub hasta præferantur creditores habentes, vt dixit in add. Quæstion.141.142.ac decidit *Franch. decis.64.n.6.& seq.& n.16.& sequentib.*

6 Attamen id procedit in creditoribus illius debitoris, quibus pecunia ex feudo redacta soluendo est, quo casu inter creditores illius debitoris non fit talis differentia, sed deliberata, vel disposita pecunia pro soluendo puta creditoribus creditoris, cum pecunia eidem creditori soluendo non esset amplius feudalis apud ipsum credi-

7 torem, sed burgensatica, quoniam, vt dixi pecunia redacta ex feudo non dicitur, præsertim quando iste creditor habet iura petendi creditum super feudo, & erant feudalia, quæ iura quamuis postea redigantur in pecunia, non tamen extinguuntur, nisi facta solutione iis, qui ante solutionem comparuerunt, & virtute istorum iurium translata est vtilis actio, vt latius per hæc, & alia deciditur per *Franch. decision.75.sub nu.4.6.7.& 8.*

## EPITOME.

### Subhastatio in donatione, an requiratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio in donatione requiritur?*
*Sed contra, n.2.*
*Et de ratione n.seq.*
3 *Subhastationes propter venditiones sunt inuentæ.*

### QVÆSTIO CLI.

1 Congruit nunc videre, Num subhastationes in donatione requirantur, de qua loquitur *l. fin. C. de quadr. præscript.* Et requiri concludendum videtur per ea, quæ tradit *Bald. in in l.1.C. de hæredi. vel act. vendi.*

2 Cæterum *Bal.* in specie reprobat *Iacobi. de S. Georg. in in sua Inuesti. feuda. in verb. Princeps Pedemontium, col. 5. ver. Sed an Princeps in 7. limit.* vbi dicit, quod *l. bene à Zenone* non loquitur de subhastationib. quem refert, ac sequitur *Bad. in tract. de Præscript. in 2. part. 5. par. princ. in 8. quæst. in 7. limit.* & concludit, quod respectu donationis nemo dixerit subhastationem requiri, & cum *Iacobi residet Gramat. dec 65. n.36.* Et quidem iure optimo, quia subhastationes propter venditiones inuentæ sunt, *l. & si sine, §.1. & ibi glos. Bar. & alij, ff. de Minor. Rol. à Vall. cons. 33. num. 13. lib. 1.* vel quando res debitorum pro satisfaciendo creditoribus venduntur, *l. si quos C. de rescind. vendi. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 2. casu 129.* in donatione præter supradictos ita quoque sensere, *Bellon. con. 51. n.4. Rimin. Iun. in §.1. in Inst. quib. alien. licet, vel non. n.129. & 130. Hond. cons. 38. n.60. l.2*

## EPITOME.

### Licitatio facta calore iracundiæ an, & quando valeat breuis, & distincta enarratio.

*SVMMARIVM.*

1 *Licitatio facta calore iracundiè est nulla.*
*Ampliatur procedere quoque in contractu ad pias causas, n.2.*
*Fallit, quando is non perseuerauit, sed quinimo fecit aliquos actus approbationis, seu ratificationis præcedentis licitationis, n.5.*
*Primò declaratur procedere si licitans paratus non sit offerre cautionem, seu fideiussores idoneus, n.3.*
*Secundò declaratur habere locum, quando licitans esset in totum alienatus à mente propter iracundiam, num.4.*

### QVÆSTIO CLII.

Licitatio facta calore iracundiæ, An, & quando valeat, nunc differendum est.

1 Et quidem concludendum videtur huiusmodi licitationem esse nullam, *ex text. in l. quidquid calore iracundiæ, ff. de reg. iur. & ibi per glos.* vbi quod omnis actus èa. lore iracundiæ factus est irritus, & nullus, *l.3. & ibi glos. ff. de diuor. & in l. si filiam tuam, C. de inoffi. test. & in c. diuortium,* vbi etiam *glos. de pœnis. distinct. 1. Rom. sing. 4. Volo commutare in princ. Ias. in l. si filiam nu.4. & 5. C. de inoffic. testam. Cagnol. in d. l. quidquid n. 2. & 3. Tiraq. de pæn. temper. caus. 1. n.24. Duenn. reg. 292. in princip. Farinac. in praxi Crim. thom. 3. de pen. temper. quæst. 9. n. 18. & 19.* qui cæteros adducit, & loquitur de contractibus celebratis calore iracundiæ, quod sint nulli, *& num.*

2 20. Ampliat, vt procedat etiam in contractu ad pias causas.

3 Primò declaratur procedere, si licirans paratus non sit offerre cautionem, seu fideiussores idoneos, *ad text. in l. licita. in prin. de publi. & vectig.*

4 Secundò declaratur locum habere, quando licitator esset in totum alienatus à mente propter iracundiam; secus si licitatio facta esset calore iracundiæ ab eo, qui fuisset aliqualiter concitatus, quia tunc talis contractus, & licitatio tenet, *ita Ioann. Andr. & Ant. de Butr. in c. dudum de conuers. coniug. Fely. in c. sicut ex literis de iurciur. Dec. in d. l. quid calore iracundiæ numero primo & ibidem per adden. latè Farinac. d. quæst. 9. n. 21. 40. & seqq.*

Et quamuis, vt inquit *Farin.* vbi proximè supra, difficile sit probare talem iram, quæ in totum à mente alienet, non tamen est impossibile.

5 Quod autem superius dictum fuit licitationem, videlicet in totum esse nullam, quando facta extitit calore iracundiæ, quæ alienet à mente, limitatur non procedere, quando talis licitans ad se reuersus in licitatione prius facta perseuerauit, faciendo actus approbationis vel ratificationis præcedentis licitationis, *per l. 3. ff. de diuor. & d. l. quidquid calore iracundiæ*, ibi, nisi perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse.

Concludo igitur licitationem calore iracundiæ facta valere, vbi non fuit perseueratum in mentis alienatione

sed quinimo deinde rata fiat, vel fuerunt oblati fideiussores idonei, & præstita cautio, *vt in dicta l. licitatio in princip. & ibi per Bart. & Doct. citat. alios Farinac. d. quæst.9.n.37.*

## EPITOME.

Traditur praxis de iure communi seruari solita in subhastatione facienda.

Terminus ad reluendum dandus est, vt subhastatio valeat, & qualis.

Iudex non seruans iuris ordinem, & nulliter procedens dicitur spoliare.

Quemadmodum, & Princeps, si procedat absque causæ cognitione.

Possessio est spoliatiua capta vigore sententiæ nullæ.

Spolij actio competens authori in vita spoliato transit in eius hæredem, & in singularem successorem.

Et datur etiam contra titulo possidentem etiam bona fide existente.

Subhastatio est nulla non constito de debito.

Et nulla est, quæ ortum habet ab executione nulla.

Spolij extrema probantur constito de antiquiori possessione ex subhastatione, & ex ipsa subhastatione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Praxis seruari solita de iure commmuni ante subhastationem, quæ.*

*Primò fallit in rebus minorum, Ecclesiæ, & Ciuitatis, quorum bona de consuetudine non subhastantur, numer.3.*

*Secundò fallit, quando iudicium fieret in contumaciam, quia seruandum esset statutum de materia loquens, num.4.*

2 *Terminus ad reluendum omnino est dandus.*

5 *Debitor potest bona reluere ante lapsum termini.*

6 *Ius reluendi in deliberatione reseruatum non amittitur per venditionem rei, cum alteri vendi, & cedi possit ex frequentiori.*

*Et talis venditor præfertur vicino, & consanguineo, qui ex iure municipali vendicare potest rem venditam quando pactum, edimendi appositum est incontinenti, ibid.*

7 *Res vendita cum pacto retrouendendi retroempta potest alij vendi.*

8 *Terminus quis detur ad reluendum.*

9 *Iudex nulliter procedens dicitur spoliare.*

10 *Possessio est spoliatiua capta vigore sententia nulla.*

*Quia dicitur capta per vim expulsiuam, & competit interdictum vnde vi, n.11.*

12 *Spolij actio competens authori transit in eius hæredem.*

*Præsertim, quando author fuit in vita spoliatus, numer.13.*

*Et transit etiam in singularem successorem absque alia cessione, n.14.*

*Daturque aduersus possessorem rei, super qua est commissum spolium n.15.*

*Et si iste tertius possessor titulo, & bona fide emit à non legitimo possessore, n.16.*

*Et de ratione, ibid.*

17 *Iudex non seruans ordinem in exequendo dicitur procedere tanquam priuatus.*

*Et non priuat quem possessione, sed ille est manutenendus, num.18.*

*Et debitori competit actio spolij, vt & successori contra successorem, n.19.*

20 *Spolium est purgandum, & super iudicio reintegrationis possessionem rei nulliter subhastata, ac vendita pronunciandum, priusquam reliqua cognoscantur.*

*Etiam quod illud acciderit ex facto Iudicis, num.21. & 24. & sic esset iudiciale, n.23.*

*Vel ex facto Principis absque causæ cognitione, n.22.*

24 *Spolio agens non videtur dimittere possessionem ciuilem, quam retinet solo animo, sed solum agere pro recuperatione possessionis naturalis.*

25 *Iudex nulliter committit subhastationes non constito de debito.*

26 *Subhastatio, & venditio retrotractanda est non constito de debito, etiamsi deinde constet de bono iure.*

27 *Executio vbi nulla est, ita etiam est nulla subhastatio, quæ ortum habet ab executione nulla.*

28 *Subhastationes commissæ à Iudice de cuius facultate non constat, sunt nullæ.*

*Et pro nullis etiam habentur, quando nullæ factæ sunt æstimationes bonorum, prout & adiudicatio exinde secuta, n.29.*

30 ***Spolij extrema probantur, hoc est de antiquiori possessione ex subhastatione contra debitorem obtentæ, & ipsamet subhastatione, quæ duo extrema requiruntur, & probanda sunt ab agente spolio.***

## QVÆSSTIO CLIII.

IN causa iudicati pignora capiuntur, & deinde subhastantur, vt dixi in prima quæstione; Et modo addo, quod praxis inoleuit, quod intimetur debitori, vt infra duos, vel tres dies, aut plus si statutum, vel consuetudo, seu stilus hoc dictet, veniat ad reluendum pignus, ac soluendum debitum, alias ad intelligendum causam quare subhastari, vel vendi non debeant, vel creditori in solutum dari, vel adiudicari, *sic Alber. in l. creditor per illum text. C. de distract. pign. Guid. Pap. decis.329. num.1. & fuit de mente glos. in l. debitores in ver. conueniendi, C. de pignor. & hypothe.* Qui terminus ad reluendum omnino est dandus, alias si omittatur subhastatio dicitur nulla *per tex. in l. à Diuo Pio, §.2. vbi glos. in ver. iubentur ff. de sent. & re iudi. l. creditor la 2. C. de distract. pign. Guid. Pap. dicta dec.329. Afflict. dec. 358. num.3. vbi Vrsill. num.5. Rebuff. ad Constit. Reg. Gall. Tom 2. tit. de Præcon. art.7. glos. vnica num.15. Rota decis.115. num.7. par.4. in nouiss. & decis.476. num.4. par.2. in recentior.* exceptis tamen rebus Ecclesiæ, minorum, & Ciuitatis, in quibus de consuetudine non requiri subhastationem, dixi in quæstione 28. & 29. Vel etiam vbi aduersus debitorem ageretur in contumaciam, & statutum formam traderet, quæ seruanda esset, vt facit *statutum Pisauri rubr.63. lib.2. de forma, & modo procedendi contra contumaces.*

Præmissis stantibus notandum est, quod cum talis terminus dari soleat sub conditione, ac reseruatione, quo debitor possit bona reluere infra certum tempus, vbi constat de oblatione iudiciali per eum facta ante lapsum dicti termini, dicitur adimpleta conditio, & locum esse redemptioni, *l. Thais ancilla, §. Stichus ff. de fideicommiss. liber. Bar. in l. quibus diebus, §. Terminus n.6. ff. de cond. & demonst. Paris. cons.19. num.46. lib.2. Rol. à Vall. cons.61. n.20. lib.4. Cephal. cons.207. num.52. Surd. cons.298. num.2. & 3. lib.2.* Neque dictum ius reluendi, seu redimendi in deliberatione reseruati dicitur amis-

sum,

ſum, etiam quod debitor vendiderit dicta bona redimenda cum omnibus iuribus ſibi competentibus, prout paſſim habentes facultatem redimendi rem illam vendere poſſunt,& alteri cedere, cum omnis actio cedi poſſit, l. fin. de rei vend. l. vbi Bal. C. de litigioſ. tot. ti. de hæredi. vel act. vendi. Caſtrenſ. in l. 1. C. de aliena. indic. mut. cauſ. fact. Aym. conſ. 191. & in ſpetie iuris redimendi latè Roland. conſ. 28. n. 29. per totum lib. 2. poſt Alex. conſ. 139. n. 1. & infra lib. 6. Dec. conſ. 164. in fin. & conſ. 614. num. 8. Grat. conſ. 157. num. 15. lib. 2. & de frequentiſſima opinione, & ſequenda teſtatur Card. Mantic. de tacit. & ambigu. conuen. lib. 4. tit. 32. num. 113. & Aym. dicto conſ. 191. num. 3. ita quod talis venditor præferendus, quoque ſit vicino, & conſanguineo, qui ex iure municipali vendicare poſſunt rem venditam, quando pactum redimendi appoſitum fuit incontinenti, Caſtren. conſ. 74. num. 2. & 3. lib. 2. Igne. in l. dudum num. 58. C. de contrahen. empt. Rip. in l. 1. num. 20. ff. de priuil. credi. Henrich. Boich. in cap. conſtitutus de reſti. in integr. Card. Mantic. dicto tit. 32. n. 40. & 43.

7 Et ex his etiam dicendum ſequitur, quod cum ius redimendi cedi poſſit, vt eſt dictum, poſſit quoque per eum, qui retroemit, vigore facultatis ſibi reſeruatæ, ſeu conceſſæ alteri, eadem res vendi, cum ſit alienabile, quod eſt ceſſibile, & etiam tranſmittitur ad hæredes extraneos, ex quo illud ius, quod eſt in aliquo, eſt etiam in alijs, ex quibus peruenitur ad illud, l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. oratio, ff. de ſponſal. Bal. conſ. 28. num. 11. libr. 2. poſt Roma. in l. 1. §. fin. ff. de nou. ope. nunc.

8 Quis autem terminus regulariter detur ad reluendum in ſubhaſtatione, videas penes Amat. deciſ. 66. num. 11.

9 Cæterum ad prædicta notes velim, quod Iudex in ſubhaſtationibus non procedens ſeruatis ſeruandis dicitur nulliter agere, & intrat ſpolium, Rota deciſ. 365. num. 11. par. 1. in recentior. & coram Sanctiſſ. deciſ. 105. num. 5. deciſ. 198. num. 2. deciſ. 209. num. 2. & deciſ. 362.
10 num. 4. prout ſpoliatiua eſt poſſeſſio capta vigore ſententiæ nullæ, Rota per Sanctiſſimum deciſ. 336. num. 2.
11 quo caſu dicitur capta per vim expulſiuam, ita vt competat interdictum, vnde vi, vt ibid. num. 3. & ſpolij
12 actio competens authori tranſit in eius hæredem,
13 Rota per Sanctiſſ. deciſ. 542. n. 2. & ibi adden. præſertim
14 quando author in vita ſpoliatus, vt ibid. notatur. Vbi & quod tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem abſque
15 alia ceſſione nu. 10. & prius n. 3. Vbi quod ſpolij actio datur aduerſus poſſeſſorem rei, ſuper qua eſt comiſſum ſpolium, etiam ſi iſte tertius poſſeſſor titulo, & bona fide emerit à non legitimo poſſeſſore, cum & nullitatis, & inualiditatis vitium in ſubhaſtatione, & adiudicatione influat quoque in omnes actus ſequentes, Decius conſil. 475. à num. 13. vſque ad 17. & Socin. Iun. conſ. 41. num. 17. & ſeq. lib. ſecundo.

17 Iudex enim non ſeruans ordinem in exequendo dicitur procedere tamquam priuatus, Bald. in l. ſi ob cauſam, C. de euict. Socin. conſil. 158. num. 16. lib. 2. Surd. conſil. 168. num. 25. lib. 2. Rota dicta dec. 476. nu. 5. par. 2. in recent.

18 Qua ratione quis priuatus non cenſetur poſſeſſione, ſed quinimo manuteneri debet, Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, n. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Rota coram R. P. D. Coccino in Fauentina de Paſsijs 28. Ianuarij 1605. coram Manzanedo in Braccaren. Beneficij 3. Iulij 1606. cum alijs per eandem Rotam dec. 630. n. 1. in fine, par. 2. in recentior. Put. deciſ. 409. in fine lib. 2. Card. Se-
19 raph. dec. 1041. nu. 3. Eidemq. debitori hoc caſu actio ſpolij, vt & ſucceſſori contra ſucceſſorem, gloſſ. in cap. cum ad ſedem, in verb. Interdictum, vbi etiam Abb. nu. 20. & 27. de reſtit. ſpol. Caſſador. deciſ. 3. eod. tit. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. n. 410. & Rota dicta dec. 476.
20 n. 2. vſque ad 5. par. 2. in recent. quod ſpolium prius eſt purgandum, vt & pronunciandum ſuper iudicio reintegrationis ad poſſeſſionem nulliter, & male captam, ſubhaſtatam, & venditam, Ludou. deciſ. Peruſ. 17. num. 1. Honded. conſ. 18. n. 32. lib. 2. Rota deciſ. 365. n. 9. par. 1.
21 in recent. etiam quod illud acciderit, vt dixi, ex facto Iudicis, cap. ex inſinuatione, de procur. Aym. conſil. 140.
22 ſub num. 2. & ex facto Principis abſque cauſæ cognitione; Afflict. deciſ. 361. nu. 24. & 35. Surd. dicto conſ. 168. num. 26. Rota in Mantuana bonorum 16. Decembris inter recentiores deciſ. 365. num. 11. par. 1. & coram Sanctiſſimo dec. 85. n. 2. & 3. par. 2. in recent. Honded. conſil. 82. n. 25. lib. 1. & conſil. 21. num. 2. lib. 2. Rota deciſ. 724. in fin. par. 2. in recent.

23 Vbi, quod ſpolium etiam iudiciale eſt purgandum non minus, ac ſi eſſet commiſſum à priuato, Dec. in leg. fin. n. 35. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Caputaquen. dec. 186. par. 2. latè Gratian. diſceptat. forenſ. lib. 3. c. 524. nu.
24 26. quæ adeo vera ſunt, vt ſpolio agens non videatur dimittere poſſeſſionem ciuilem, quam retinet ſolo animo, ſed tantum agere pro recuperatione poſſeſſionis naturalis. Natta conſ. 572. n. 21. Surd. conſ. 160. n. 72. Rota deciſ. 561. nu. 5. par. 1. in recen. vbi dicitur ita alias à Rota fuiſſe pluries reſolutum.

25 Nullitas, & quidem notoria, & maximè conſiderabilis ea eſt, quando Iudex committit ſubhaſtationes non conſtito legitimè de debito Rebuff. ad Conſtit. Reg. Gal. to. 2. tit. de præcon. art. 4. gl. vnica ſub n. 31. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 4. Rota deciſ. 689. num. 3. par. 1. in recent. dec. 442. ſub n. 1. par. 2. in recent. in ſpecie d. dec. 476. num. 4. & dec. 115. nu. 1. in nouiſſ. nouiſſ. par. 4. Card. Se-
26 raph. dec. 1168. n. 5. vbi quod venditio eſt retractanda etiam quod conſtet de bono iure, & coram Sanctiſſ.
27 dec. 224. n. 1. vbi n. 2. additur, quod ſicuti nulla eſt executio, ita etiam eſt nulla ſubhaſtatio, quæ ortum habet
28 ab executione nulla; idemq; procedit, quando ſubhaſtationes fuerunt factæ ab aſſerto iudice, de cuius facultate non conſtat, Rota dec. 597. n. 4. p. 1. inter recentior.
29 vel quando alicui fuerunt adiudicatæ nullis factis æſtimationibus, Franch. dec. 54. n. 12. Gratian. diſcep. lib. 3. c. 489. n. 27. & c. 686. n. 3. lib. 4. præſertim vbi adeſt ſtatutum de illis faciendis, vt hic Piſauri d. Rubr. 63. lib. 2. Et ideo nimirum ſi dictis caſibus Iudex non dicatur procedere vti talis, ſed vti priuatus, Dec. in l. vt vim, n. 26. ff. de iuſti. & iur. Cephal. conſ. 289. n. 14. & ſeqq. libr. 2. Verall. dec. 112. p. 2. Rota d. dec. 476. n. 5. p. 2. in recentior.

30 Spolij verò extrema rectè probantur & dicitur conſtare de antiquiori poſſeſſione ex ſubhaſtatione contra aſſertum debitorem obtenta per prætenſum creditorem, & ipſamet ſubhaſtatione, quæ duo extrema requiruntur, & probanda ſunt ab agente ſpolio, Innocent. & Canoniſtæ in cap. ſæpè, de reſtit. ſpoliat. Alexan. conſil. 6. n. 5. lib. 3. Grat. conſil. 70. n. 22. lib. 3. Rota dicta dec. 476. ſub n. 1.

## E P I T O M E.

Creditori offerenti nullis alijs exiſtentibus oblatoribus, ſeu licitatoribus adiudicanda non ſunt bona iuxta illius oblationem, ſed pro iuſto pretio, & æſtimatione expertorum.

Creditor an admittatur ad emendum tamquam tertius, & extraneus abſolutè vna cum cæteris licitantibus, vel in ſubſidium.

### S V M M A R I V M.

1 Creditori offerenti nullis alijs licitatoribus exiſtentibus adiudicanda ſunt bona iuxta illius oblationem.

*Sed contra, quod imo bona illi adiudicentur pro iusto pretio, & æstimatione expertorum n. 7.*

*Aliàs adiudicatio est nulla, ibidem, & n. seqq. & præsertim n. 13. 14. & 15.*

2 *Creditor admittitur ad emendum tanquam tertius, & extraneus.*

*Declaratur procedere in subsidium, quando non inuenitur emptor, qui offerat iustum pretium, n. 3.*

*Contrarium, quod imo admittatur etiam, quando alius reperitur, sed indignum offert pretium, n. 4.*

*Et hæc videtur verior opinio, n. 5.*

*Ratio adducitur n. 6.*

8 *Executio quando fit ad instantiam fisci necessario fit æstimatio.*

9 *Adiudicatio est nulla, quando non fuit seruata forma statuti.*

*Siue simus in debito fiscali, siue priuati n. 10.*

*Maximè si statutum requirat æstimationem, numero 12.*

*Ac etiam quando adiudicatio fit pro concurrenti quantitate debiti, n. 13.*

11 *Prætium iustum constituitur ex præsenti æstimatione.*

14 *Sententia redditur nulla, & notoriè iniusta, eo ipso, quod in actis non constat de subhastatione, nec de valore bonorum.*

16 *Adiudicatio re legitimè fiat prius necessaria est subhastatio.*

*Declaratur n. 17. & 18.*

## QVÆSSTIO CLIV.

1 INsuper ad vnum est maximè aduertendum, in quo plurès hallucinantur prætendentes, creditori offerenti nullis alijs licitatoribus existentibus adiudicanda fore bona iuxta illius oblationem, nullatenus attento, aut iustum sit pretium oblatum, vel non.

2 Quorum fundamentum est, quia creditori permittitur emere tamquam tertio, & extraneo, *ad textum in l. C. si in caus. iudic.* vbi dicitur, quod creditor emere potest ab officio pignus vice cuiuslibet alterius licitatoris, idem quæ tradit *Bald. ibidem, & Salycet. in l. ordo nu. 5. C. de execut. rei iudicat. Rota coram Sanctissimo decis. 12. n. 1. & fuit dictum in Romana de Roncionibus 5. Decembris 1608. coram D. Ortembergo, & firmat nouissimè Gratia. disceptat. forens. lib. 1. cap. 7. num. 7. Rota coram Cardinali Seraphino decis. 1448. & decision. 12. coram Sanctissimo, & in Bononien. prædij 12. Ianuarij 1624. coram Remboldo, dixi in quæstione 18. nu. 6.*

3 Et quamuis communiter declaretur id locum habere tantum in subsidium, nempe quando non inuenitur emptor, qui offerat iustum pretium, secundum *Salyc. in l. 1. C. si in caus. indic. & decidit Rota in Mediolanen. euictionis, 4. Februarij 1600. coram bon. me. Cardin. Millino,* & ego sæpè dixi in hoc tractatu.

4 Contra tamen hanc declarationem vrgere videtur text. *in d. l. 2.* vbi dicitur admitti creditorem, quando alius reperitur, sed indignum offert pretium, & sic vult tex. quod admittatur etiam creditor, quando alius inuenitur, sed iustum pretium non offert, & quidem textus ille loqui videtur etiam de venditione, quæ fit creditori tamquam licitatori, vt latè probat *Surd. cons. 256. sub n.*
5 *6. lib. 2.* Cuius opinio verior videtur per rationes ibi per eum adductas, & præsertim ex eo, quia non est iustum;
6 quod creditor in Pari causa sit deterioris conditionis, quam tertius, vt notis per *Beltramin. ad d. dec. 12. sub nu. 2. Rota in d. Bonon. prætij 12. Ian. 1624. Rolan. cons. 32. n. 33. volum. 1.*

7 Cæterum in proposita quæstione ex quo supponitur nullum alium licitasse, quam creditorem, dicimus ex veriori adiudicationem illi non esse faciendam iuxta illius oblationem ad fraudes euitandas, ne plus ex eo consequatur, quam ex credito, sed pro iusto, & veriori pretio, de cuius iustitia non potest apparere, nisi per extimationem expertorum, quidquid aliud sit, quando extarent licitatores, quibus existentibus forte non opus esset alia extimatione, & hoc vltimo casu loquuntur contrarium tenentes, vt in specie declarat *Roland. consil. 32. numer. 33. & 34. lib. 1. post Castren. in l. si quos, numer. 2. & ibi, Fulgos. & Salycet. C. de rescinden. vendit. Afflict. decis. 358. num. 5.* vbi dicit, quòd in Consilio retractata fuit executio, quoniam bona non fuerunt extimata, sed creditori assignata nulla extimatione præcedente, monetur per *text. in l. 1. C. si in caus. iudic. vbi secundum Salycet.* dicitur, quod bona non sunt adiudicanda creditori, nisi vbi non inuenitur emptor, & eo casu fieri debet datio in solutum iusto pretio, & ita declarat *Afflict. Surd. consil. 256. num seq. lib. 2. Matte. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 11. num. 96. Iodoc. de*
8 *subhasta. cap. 3. num. 11.* quod & in specie locum habet in fisco, vt nempe, quando instante illo sit executio, necessaria sit estimatio, vt respondit *Becc. consil. 95. num. 17.* vbi ita intelligit dictam *l. si quos* in terminis, de quibus agimus, idem tenet, ac sequitur *Gratian. disceptation. Forens. cap. 545. num. 10. & 11. lib. 3.* qui superius *ibidem n. 8.* ait eo præsertim adiudicationem esse nullam, si seruata non sit forma statuti maxime circa æstimationem bonorum, quæ fieri debet tam de iure municipali, quàm de iure communi, siue simus in debito fiscali, siue priuati, *Castr. consil. 156. Visis actis, & attitatis in princip. lib. 2. & in dicta l. si quos, num. 2. Afflict. dicta decis. 348. num. 5. versic. Quarta ratio, Iodoc. de subhasta. cap. 3. num. 11. Matte. Coler. de process. execut. par. 3. cap. 9. nu. 97. Luc. Pet. qui loquitur in casu statuti, lib. 8. cap. 2. num. 32.*

11 Ita quod iustum pretium sit constituendum ex præsenti estimatione, *Peregrin. de priuileg. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 8.*

12 Et quidem in casu, vbi adest statutum disponens estimationem fore facienda, est minus dubitabile, cum debeat aliquit addere iuri cōmuni, & illius forma præcise seruari, alioquin actus erit ipso iure nullus, *Bal. in l. ordo, num. 6. in fine, C. de execut. rei iudic. Gratian. vbi supra, num. 12. qui num. 10.* respondet tacitæ obiectioni, quod scilicet præsumatur Iudicem extraiudicialiter se informasse super tali æstimatione; quia talis præsumptio non sufficit, cum requiratur, quod fiat per peritos, *Rota decis. 328. par. 2. recent.* & constet de illorum relatione, cum ita demum deueniatur ad dationem in solutum, si iustus emptor, siue nullus reperiatur, vel existat, *l. 2. C. si in caus. indic. pign.* ex quo sciri non potest, an illi sit locus, si non sit facta æstimatio rei subhastandæ præcedente relatione peritorum; & hæc sententia
23 præsertim procedit, quando adiudicatio fit pro concurrenti quantitate debiti, quæ verba solum important, vt pro iusta æstimatione, non autem in solutum pro toto debito facta censeatur, sic *Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 984. nu. 2. & in eodem casu decis. 1005. num. 3.* vbi quod propterea sententiæ, eo ipso, quod ex actis non constat de subhastatione, nec de valore bonorum, redduntur notoria iniustæ, ex opin. *Franch. in cap. dilecto, quæst. 55. de appellat. Felin. in cap. inter cæteras, colu. final. de re iudic. quam seruat Rota, vt per Puteum decis. 401. in causa Toletana, lib. 1.* & in specie de quia agimus sequitur *Rota coram Remboldo decis. 226. numer. 1. & 4. impress. post tract. Statil. Pacific. de Salui. interdicto.*

15 Addo ego, quod adiudicatio prædicta creditori plus offerenti nullis aliis extantibus licitatoribus censetur ex alio nulla, quia concepta per verbum, *Plus,* quod est comparatiuum, & supponit positiuum extitisse, hoc est alios obtulisse, licet non tantum, adnotata per

*Ias.*

*Iaf. in l. stipulationes quædam nu. 2. ff. de verb. obl.* quod vtique verum non constat; & ideo est nulla, & inualida ex præmissis & dicitur spoliatiua, ita quod merito agi possit interdicto recuperandæ etiam contra emptorem bonorum, vt in terminis executionis notant post scribentes in *l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. adden. ad Afflict. decis. 302. num. 2. quos sequitur Rota dict. decis. 226. n. 3.*

16 Ac denique nota, quod ad hoc, vt adiudicatio à Iudice facienda subsistat, prius necessaria est subhastatio, & ita in subsidium ea fieri debet, quando scilicet licitator, seu oblator non inuenitur siue minus idoneus reperiretur ad scripta per *Rota coram Buratto decis. 96. n. 3.* quia tunc bona pro iusto pretio creditori adiudicantur, ita quod adiudicatio nullatenus fiat, quando alterius adesit oblatio. *Rota dicta decis. 226. num. 1. Card. Seraph. decis. 984. num. 11.* & in casu, quo creditor admittatur in subsidium ad licitandum, admittitur etiam per suppositam personam, veluti extraneo permittitur, vt fuit dictum in *Mediolanen. Emptionis 4. Febr. 1600. coram Card. Mellino.* Oblatio tamen post adiudicationem non valet, vt inquit *Rota dicta decis. 96. num. 2. coram Buratto.*

17 Declaratur, quod dicitur de subhastatione necessaria non procedere, quando adiudicatur res minoris valoris *Seraphin. decis. 105. n. 1.*

18 Secundo declara non habere locum, quando Iudex processit veluti in notorio, si re vera notorium erat de valore rei, & quod de illo constet, quia tunc licet adiudicatio non præcedente subhastatione non valeat, tamen si impetretur commissio, in qua fuisset probatum, quod tempore adiudicationis pretium in nihilo excedebat rei valorem, & ita lesio excluderetur, adiudicatio tunc valeret. *Rota per Puteum decis. 175. lib. 2. Afflict. decis. 368. ad finem.*

Et quatenus facta super re maioris valoris, quam sit debitum, tenet, si illud plus debitori restituatur. *Rota per Burattum dec. 49. n. 13. & 16. adden. & decis. 91. nu. 5.* & ego alibi dixi in hoc tractatu.

## EPITOME.

Expensæ, quæ fiunt in subhastationibus, deducuntur tamquam æs alienum.

Quod extenditur ad Gabellam, quæ soluenda est pro venditione facta.

Et quid stante statuto.

Idemque dicitur procedere in expensis pro exigendis debitoribus hæreditarijs, & pro defensione hæreditatis.

Etiam si lis finita non sit, dummodo redacta sit ad bonum statum victoriæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Expensæ quæ in subhastationibus fiunt, detrahuntur tamquam æs alienum.*

2 *Gabella vbi solui debet de venditione prius detrahuntur expensæ factæ in subhastationibus, & Gabella exigitur pro eo, quod remanet apud creditorem.*

*Quod præsertim procedit, quando statutum diceret pro pretio, quod fuit receptum gabella soluatur, n. 3.*

*Declaratur habere locum, quando statutum simpliciter disponeret, quod soluatur gabella pro pretio rei; secus vero si loqueretur, quod gabella soluenda esset pro pretio, quod quis vendidisset, quia tunc pro toto pretio soluetur, num. 4.*

5 *Expensa facta pro exigendis nominibus debitorum hæreditarijs deducitur ab hærede. Et de ratione, num. seq.*

*Et tantum dicitur esse in credito, quantum exigitur deductis expensis, n. 7.*

*Extende idem procedere in expensis factis pro defensione hæreditatis, & pro recuperatione bonorum fideicommissi, n. 8.*

*Ampliatur etiam locum habere, si lis finita non sit, dummodo redacta sit ad bonum statutum victoriæ, num. 9. Item amplia, & limita, vt n. 10. & 11.*

## QVÆSTIO CLV.

1 Sciendum est præterea, quod expensæ, quæ fiunt in subhastationibus prius detrahuntur tamquam æs alienum, vt docet *Bar. in l. vbi pure, §. fin. num. 1. ff. ad Senat. Consul. Trebell. & in l. quantitas patrimonij, ff. ad l. Fal. & in l. fin. §. in computatione in princ. num. 3. in 3. not. & ibi Iaf. num. 2. Corn. num. 1. in fine, C. de iur. delib. Afin. de execut. §. 7. cap. 300. nu. 1. Matte. Coler. de process. execut. p. 3. cap. 9. num. 89. Rebuff. in tit. de præcon. tom. 2. art. 4. gloss. vnica, num. 7. Gratian. disceptat. libr. 2. cap. 343. num. 1.*

2 Et ideo si pro venditione solui debet Gabella ad rationem tot quadrantium pro quolibet scuto, deducitur, quod impenditur in subhastationibus faciendis, aut pro soluendis mediatoribus, & solum exigitur pro Gabella respectu eius, quod remanet apud creditorem, *Bar. in l. sed si hoc, quam repetit in l. sed si vir vxori, §. cuidam, in princip. num. 1. ff. de condit. & demonstrat. vbi Castren. num. 3. Iason in l. non amplius in princip. sub n. 4. versic. Secundo addo, ff. de leg. 1. Ripa in dicta l. vbi pure, §. vltim. ad finem, n. 6. ff. ad Trebellian.*

3 Et præsertim procedit, quando statutum diceret pro pretio, quod recepisset, cum non recipiat, nisi quod apud eum remanet. *Bart. in dicta l. si vir vxori, §. cuidam, in princip. num. 1. ff. de condition. & demonstration.*

4 Quod tamen declaratur habere locum, quando simpliciter statutum disponeret, quod soluatur Gabella pro pretio rei: secus verò, si loqueretur, quod Gabella soluenda esset pro pretio, quod quis vendidisset, quia tunc pro toto pretio soluetur, cum certum sit, quod tanti vendidit, vnde alia expensarum deductio fieri non poterit. *Bart. in dicta l. sed si hoc, §. cum quidam, versic. Aut dicit, quod soluatur, ff. de condition. & demonstrat.*

5 Simile videmus in expensa pro exigendis nominibus
debitorum hæreditarijs, quia expensa dicta occasione
facta deduci debet, *Peregr. de fideic. art. 50. n. 14. Intri-*
6 *giol. de subst. cent. 3. q. 74. nu. 103.* Est enim impensa ne-
cessaria, & hæres in culpa esset, si debitores hæreditati
7 non exigeret, *l. si hæres, §. fin. ff. ad Trebellian.* Et tan-
tum est in credito, quantum exigitur deductis impen-
sis in illud exigendo *gl. magna in l. per diuersas, C. man-*
*da. Bar. in l. 1. §. necessariæ, ff. de impen.*

8 Idemque dicimus in expensis factis pro defensione hæreditatis, vel pro recuperatione bonorum fideicommissi, quæ deducuntur in restitutione fideicommissi, *dicta l. vbi pure, §. in detrahendis, ff. ad Trebell. l. fin. §. in computatione. & ibi Angel. in princip. Paul. de Castro num. 3. Alexan. num. 3. & Iaf. num. 2. C. de iur. deliberan. Pinell. de bon. matern. par. 2. num 70. Bald. consil. 73. nu. 3. lib. 3. Ancharan. consil. 32. Grat. consil. 9. num. 17. lib. 2. Marzar. consil. 12. & de fideicomm. quæst. 67. Cephal. consil. 752. num. 30. Rolan. in tract. de inuentar. p. 4. q. 18.* vbi testatur de communi *opin. Garz. in tract. de expens. cap. 6. num. 19. Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt. fol. 354. num. 15. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 240. vers. Quarto, Pereg. de fideicom. art. 50. num. 11.* vbi ita fuisse iudicatum, *Intrigl. de subst. cent. 3. quæst. 74.*

*num.*

num.92.94.& 102. Rauden.in dec. Pisa.31.num.306.& seqq. Rota dec.517. num.6.& infra,p.2. in recen. Card. Seraph.dec.925. vbi idem vult, si lis non sit finita dum.
9 modo causa sit redacta ad bonum statum victoriæ.
10 Ampliatur dicta principalis sententia, vt sibi vendicet, etiam si hæres, cum litigabat cum creditoribus, vel legatarijs non, obtinuit sententiam pro se, dummodo bona fide litigauerit, quia & tunc deducet litis expensas, quamuis aliud sit, quando temerè litigauit, *Bald. consi.76.lib.3.Roland.d.q.18.Peregr.d.art.50. n.11. Rota d.dec.517.n.17.*

Contrarium sensit Cardin.Seraphin. *dicta decis.925. num.3.& seqq.* Licet, vt superius dixi, admittat repeti posse, quando lis non fuit finita, sed fuit reducta in statum victoriæ.

11 Limitationes huius conclusionis videas per te penes *Peregrinum in tract.de fideicommiss. art.50.n.11. vsque ad n.15.& per Rot. dicta decis.517.num.6.& 7.par.2. in recentior.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, an, & quando requiratur in bonis vendendis pro collectis.
Et quid in pecunia stante præsertim statuto subhastationem requirente in bonis mobilibus.

### S V M M A R I V M.

1 *Subhastatio requiritur, quando bona vendi debent pro collectis.*
*Fallit si sint bona mobilia, n.2.*
*Sublimita, quando offertur pecunia, vt illa distrahatur pro satisfactione crediti, n.3.*
*Ampliatur procedere quoque stante statuto, quod subhastatio requiratur bonorum mobilium, n.4.& 8.*
*Et de ratione, n.6.& seqq.*
5 *Pecunia dicitur res mobilis.*
7 *Subhastatio est frustratoria, quando pretium est adeo manifestum, vt collusio aliqua interuenire non possit.*
9 *Subhastatio cessante fraude non requiritur.*

### Q V Æ S T I O CLVI.

Quæritur quid dicendum, quando bona vendi debent propter collectas non solutas, an requiratur subhastatio.

1 Et respondetur affirmatiuè, nisi sint bona mobilia,
2 pro quorum alienatione nequaquam subhastationem requiri, dixit *Bald. in l.1. C. si propt. publ. pensi. Bertachin. in tract. de gabell. par.2. tit. de loca.gabell. vers. Septimo quæro num.18.& sequitur Afin. in tract. de execut. §.6.cap.21.*
3 Vel offeratur pecunia, vt nempè distrahatur pro satisfactione petiti crediti, etiam stante statuto, quod bona mobilia subhastentur.
5 Nam licet statutum subhastationem requirat in bonis mobilibus, & pecuniæ dicantur res mobiles, & de loco ad locum transferantur, *Cyn. Bal. & Alber. in l. ea demum, C. de colla. iuxta, §.& quia parum, in authen. de nupt. & auth. hoc nisi, in princip. C. de solut. Tiraquel. de retract. lignag. §.1. glos.7. num.103. post Dec. consil.181. colum.1. versic. Tertia conclusio. Paris. consil.67. nu.11. lib.4. Natt. consil.117.n.5. Surd. consil.27. num.7. libr.1. Rota decis.419.n.3. ad finem par.2. in recent.*
6 Ex quo tamen vnus nummus non plus valet, quam alius, statutum locum non habet in pecunia, *Bal. in l.1. num.4. C. si propt. publi. pensit. vendi. fuer. celebra.* vbi
7 ait, quod subhastatio est frustratoria, quando pretium est adeo certum, vel manifestum, vt collusio aliqua interuenire non possit, *l.2. vbi Bar. num.24. C. de rescind. vendi.& in l. pretia rerum, §. nonnullam, n.3. ff. ad l. fal. & concludit Matte. Coler. de process. execut. par.3. c.9.n.51.& Paul. Leon. in decis. Valentin.108. num.8.& infra.*
8 Quo in loco agit de simili statuto loquente de subhastatione mobilium, quod pecunias non comprehendit;
9 cum subhastatio inuenta fuerit, vt fraudibus obuietur, & ne res viliori pretio vendatur in debitoris præiudicium, quibus cessantibus deficit etiam dispositio. *Rota per Cardinalem Seraphinum dec.358.n.1.*

Et quidem fraus contingere non potest in pecunia, cuius valor, seu æstimatio est notoria, & manifesta ex valore imposito per Principem.

## E P I T O M E.

Secundum Decretum interpositum super instrumento nullo, vel credito non vero, est nullum.
Et adiudicatio, seu in solutum datio exinde secuta est reuocabilis.
Vt & subhastatio antea facta.

### S V M M A R I V M.

1 *Secundum Decretum super instrumento nullo interpositum, vel credito non vero est nullum.*
*Et per consequens adiudicatio, & in solutum datio cum sit reuocabilis, reuiuiscunt priora iura, n.2.*
*Quemadmodum & subhastatio antea facta, n.3.*

### Q V Æ S T I O CLVII.

Quid iuris sit, quando secundum Decretum fuit interpositum super instrumento nullo, vel credito non vero, modo quæritur.

1 Et respondetur illud esse nullum vti interpositum super non debito, ac instrumento non seruatis seruandis facto, adnotata per *Bart. in l. si non sortem, § si centum. quem communiter sequuntur Doct. ff. de condict. indebit. Franc. Milanen. decis.14. n.31. par.1.*
2 Et per consequens cum adiudicatio, vel in solutum datio sit reuocabilis, reuiuiscunt priora iura, *Capye. dec.43. Afflict. decis.8.& 16.& ibid. Vrsil. ad eum, Surd. post alios consil.7. lib.1.*
3 Vt & subhastatio antea fieri non potuit, *Osasch. decis.70. num.4. faciunt scripta per Rot. decis.476.n.4. par.2. in recentior.*

## E P I T O M E.

Res subhastata, an semper danda sit plus offerenti.
Licitatio secunda cum augumento pretij, quando dicatur nouus contractus, ita vt offerens, dicatur habere rem ex nouo contractu.

### S V M M A R I V M.

1 *Res subhastata plus licitanti danda est.*
*Primò fallit, si licitans post licitationem non comparet, nec in termino consignauit cedulam, quo casu pro renunciante habetur, n.2.*
*Secundò fallit, quando vltimus licitator fuit positus ab ipso principali debitore ad impediendam adiudicationem prius alteri factam pro iusto pretio, & non*

*& non animo augendi, & meliorem conditionem faciendi, num. 3.*

4 *Licitatio secunda cum augumento pretij, ac dicatur noua, ita vt offerens dici possit habere rem ex nouo contractu.*

5 *Quantitas additi, vel detracti pretij debet considerari ex nouo contractu.*

## QVÆSTIO CLVIII.

IN præcedentibus quæstionibus sæpè disceptatum fuit, an res subhastata plus offerenti sit danda, & fuit conclusum cum *Ang. in l. si is qui bona, num. 7. ff. de pignor. & hypothecis*, constituendo duos casus.

Primus est casus, quando in edicto proposito, vel preconis voce, plus offerenti rem esse dandam exprimitur, quo casu ei omnino dari debet.

Secundus casus est, quando verba simpliciter preferuntur, nec apposita fuerunt illa verba, quod plus offerenti dabitur, quia tunc plus offerenti dari cogi, seu compelli non potest.

Et ratio est, quia ad hoc subhastans non astrinxit, cum probabiliter esse possit, vt rem sub hasta iusti pretij perquirendi gratia magis posuerit, quam vendendi; tum etiam, quia minus offerenti vendere magis expediat præsenti pecunia, quam plus offerenti solutione longius dilata, vt voluit *gloss. quam sequitur Bar. in l. si tempora, C. de fid. instru. & iur. hast. fisc. lib. 11.*

Cæterum, quando fuit dictum, quod res dabitur plus offerenti, an semper ei danda sit, quæritur.

1 Respondentur, quod quamuis oblatio maioris summæ regulariter admitti debeat reiectis alijs oblationibus tamquam continentibus minorem summam, iuxta *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Bar. in l. si tempora, in princ. C. de fide instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Rota coram R. P. D. Litta in Romana Nullitatis subhastationis Vineæ 6. Februarij 1604. versic. Secundo quia, & versic. Non obstat.*

2 Nihilominus, si talis offerens postea non comparuit, nec per eum fuerit consignata cedula in termino sibi præfixo, habebitur pro renunciante, cũ temporis lapsus hoc inducat, *Bal. in l. si ego, ff. de negot. gest. & consil. 466. in 2. dub. lib. 1. Surd. decis. 189. num. 8. Tiraquell. de retract. lignag. gloss. 4. §. 3. num. 2. in terminis deliberationis Neuizan. consil. 77. nu. 12. per text. in l. 3. §. An ego, ff. de reb. eor. post Roman. consil. 199. in fine.*

3 Vel etiam si apparet, quod talis vltimus licitator fuit à debitore positus ad impediendam adiudicationem prius alteri factam pro iusto pretio, non autem quod haberet animum augendi, & meliorem conditionem faciendi, quoniam tunc repelli poterit per Iudicem tamquam nimis animosus licitator, *Bal. in l. ad officium, num. 6. & ibi Castren. col. 1. in fine, Salyc. colum. 1. quæst. 1. C. comm. diuidun. Mar. Mut. super consuetud. Panormi, c. 26. n. 34.*

Nam Iudex ex causa licitationem, & oblationem non sequi potest, *l. licitatio ff. de publica. & l. si pignori, ff. famil. hereiscun. & tradunt Doct. in l. à Diuo Pio §. si pignora, ff. de re iudic.*

4 Quando autem contingeret augumenta fieri in locationibus, dicerentur nouus contractus nihil habens commune cum antecedentibus, adeo quod etiam si primus conductor ad offerendum admitteretur, deberet ei plus offerenti res addici non secus, ac si alius obtulisset, Ita vt si ex tali licitatione remaneat conductor, non dicatur habere rem ex primo contractu, sed ex nouo, qui idem operatur in eadem persona, quod operaretur in noua; Non enim dicitur res apud eum propriè permanere, sed potius discedere à prima conductione, & ex secunda venire, quasi sit nouum factum cum repetitione contractus, *l. Valerianus, de Prætor. stipul.* ob rationem additamenti pretij, quod nouum facit contractum, *l. pacta conuenta, §. Paulus, de contrahen. empt. & latè declarat. Bal. in l. item quod dictum, §. si quis extiterit ff. de in addict.*

5 Et semper quando contrahitur debet considerari quantitas additi, vel detracti, vt habetur ex eodem *Bal. in l. si prædio, §. si fundus. ff. eodem tit. per text. in l. fundi partem, de contrahen. empt.*

---

## EPITOME.

Adiudicatio facta creditori nulla præcedente æstimatione est nulla.

Remedium Can. Reintegrandæ competit contra quemcumque possessorem, etiam titulo & bona fide possidentem.

Et quæ sint probanda, vt tale remedium prosit, siue quis agat ex persona propria, siue ex persona defuncti.

Remedium quorum bonorum datur ad res singulas adipiscendas

Et sufficit sola detentio absque eo, quod probetur dominium, & possessio.

Res per secundum decretum ad iudicata quando libera tradita censetur.

Subhastatio facta per Iudicem ante mensurationem nullitatem inducit spolium.

Pretium dicitur ante mensurationem incertum, quando fuit conuentum bona vendita fore mensuranda.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio facta non constito de debito est nulla.*

*Prout, & adiudicatio facta creditori nulla præcedente æstimatione est nulla nullis alijs extantibus licitatoribus, num. 2.*

*Ita quod intret spolium, quod competit hæredi contra hæredem, ac hæredi hæredis, & successori contra successorem, num. 3. & 4.*

*Intellige vt n. 6. 7. 8. & 9.*

5 *Remedium reintegrandæ datur contra titulo, & bona fide possidentem.*

*Et prosit, probandum est, quod quis sit hæres, & quod ipse, vel defunctus possidebat, quodque de præsenti reus conuentus possidet, num. 6.*

*Fallit in filio, in quo non requiritur probatio, quod ipse sit hæres, cum in filio agente ad sui commodum præsumatur statim, quod sit hæres, quicquid aliud sit in filio conuento, & num. 7.*

*Et quatenus intentetur ex persona propria hæredis, necesse est probare eum post mortem defuncti accepisse possessionem bonorum, quæ recuperare intendit, numer. 8.*

*Quando verò ageretur ex persona defuncti probandum est, quod idem defunctus, ex cuius persona agitur fuit in vita spoliatus, n. 9.*

10 *Possidens in vita, præsumitur possedisse vsque ad mortem.*

11 *Remedium quorum bonorum datur ad res singulas adipiscendas, & numero sequen.*

*Vbi declaratur contrarium.*

13 *Dominium, & possessio probari non debet in remedio quorum, sed sufficit sola detentio.*

14 *Adiudicatio, vt valeat, facienda est prævia æstimatione*

per

*per peritos, & non per subhastationem.*

15 *Res per secundum decretum adiudicata libera tradi solet ab omni ære aliena, & hypotheca.*

*Fallit si in preconijs, fuit quid reseruatum, num. 16.*

*Vel etiam in sententia adiudicationis, num. 17.*

18 *Subhastatio facta per Iudicem ante mensurationem inducit spolium.*

19 *Venditio ad mensuram intelligitur fieri sub illa conditione si res vendita mensuretur.*

20 *Pretium ante mensurationem dicitur incertum, & nihil peti potest donec appareat, quod debeatur.*

21 *Executio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla.*

22 *Pretium debitum ex contractu ad mensuram si conuertendum esset in executionem alterius debiti, magis facit subhastationem spoliatiuam, si ante illam facta fuit subhastatio.*

## QVÆSTIO CLIX.

2 IN quæstionibus ad hac quinta, & sexta fuit dictum,
quod vbi subhastatio facta fuit non constito legitimè de debito; vel etiam adiudicatio facta extitit creditori pro oblatione per eum facta nulla præcedente æstimatione, & nullis alijs existentibus licitatoribus, fuerunt, ac sunt nullæ, & competit remedium *cap. redintegrandæ*, & datur hæredi, & successori contra successo-
3 rem, & contra quemcumque possessorem, cum sit in rem scriptum, & transit tam in singularem, quam vniuersalem successorem. *Socin. in l. rem quæ nobis, nu. 19. de acquirend. possess. post Bart. in l. si tertius, §. si quis priusquam, ff. de aqu. pluu. arcen. & declarat Bero. cons. 64. num. 6. lib. 3.*
4 Sufficit enim vitium spolij factum ab ingrediente possessionem, quod transit in tertium, & contra ter-
5 tium possessorem, etiam titulo, & bona fide. *Alexand. consil. 200. num. 8. lib. 2. vbi testatur de magis communi. & consil. 78. num. 1. lib. 3. Socin. consil. 128. num. 21. lib. 2. Innoc. Butr. & posteriores in cap. sæpe, de restitutio. spoliat. Ruin. cons. 49. num. 2. lib. 4. citat alios Franc. Bec. consil. 75. num. 3.*
6 Verum in præsenti quæro, quid agendum, vt in hoc iudicio spolij obtineatur. Et quidem censeo, prius probandum esse, quod quis sit hæres, & quod vel ipse, vel defunctus prius possidebat, & quod præsenti reus conuentus possidet *Innocen. in cap. sæpè de restit. spoliat. Bec.*
7 *cons. 75. num. 2.* licet quando essemus in filio, probatio non requireretur, quod ille sit hæres; cum in filio agente ad suum commodum statim præsumatur, quod sit hæres, quiquid aliud fit in filio conuento, *Bal. in l. 1. in fin. C. commun. deleg. Franc. de Amic. cons. 61. num. 4. Franc. Becc. dicto cons. 75. num. 7.*
8 Obseruandum erit præterea, An remedium huiusmodi intentetur ex persona propria hæredis, vel ex defuncti persona.

Nam si ex persona hæredis agatur, necesse erit probare illum post mortem defuncti bonorum possessionem accepisse, quæ intendit recuperare, Cum in eum non transeat possessio defuncti, quæ eo mortuo finitur, & ideo noua opus est apprehensione, quamuis essemus in suo hærede, adeo quod hoc non probato locus non sit remedio recuperandæ, *Natt. cons. 439. num. 5. Becc. dicto cons. 75. num. vsque ad 14.*
9 Et quatenus agatur ex persona defuncti, probandum erit, quod idem defunctus, ex cuius persona agitur, fuit in vita spoliatus, quo casu tale ius, sicut cætera ad hæredem transeunt; Nam si defunctos spoliatus non fuisset, recuperandi possessionem non esset in defuncti persona formatum, & successiuè non potest ad hæredem transmitti, *Ruyn. cons. 45. sub. num. 10. vers. & eadem ratione lib. 1, Grat. cons. 70. num. 14. & seq. lib. 2, Corn. cons. 329. col. 7. lib. 1. Becc. dicto cons. 75. num. 14. & infra, Natt. dicto cons. 439. n. 5. Ant. Gabr. in tit. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 26. Hier. Cagnol. in l. hæredem num. 16. ff de reg. iur. Bero. cons. 59. num. 9. vsque ad 12. lib. 3.* Huius conclusionis ratio est, quia cum asseratur defunctum aliquod in vita possedisse præsumendum est quodque, quod vsque ad mortem possederit, & ita, quod in vita nunquam desierit possidere, *secundum Abb. in cap. cum ad sedem num. 15. de restit. spoliato. Alex. cons. 133. num. 3. lib. 1. & cons. 33. prope fin. lib. 3.* in proposito latè *Becc. dicta cons. 74. num. 14. & 15.*
11 Verum vbi probationes non haberentur in promptu, maxime concederet intentare remedium quorum bonorum, quod conceditur etiam ad res singulas adipiscendas. Nam etsi secundum aliquos dubitetur, An hoc remedium dandum sit pro re singulari; Attamen verior est sententia, & magis communis, quod detur etiam directum, cum de vtili nemo sit, quod dubitet. Et enim hoc interdictum conceditor aduersus possidentem, qui solum rem vnam possidere potest, Ideo nimirum, si ratione vnius rei conceditur, *est glos. in l. 2. in ver. possidenti, C. quor. bonor. Aretin. in §. quadrupl. nu. 35. & 36. Instit. de act. Soc. Sen. cons. 33. n. 18. lib. 1. Ruyn. cons. 36. sub num. 5.* de veriore, & magis recepta opinione fidem facit, *Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 1. à num. 80. vsque ad 82. inclusiue post Rip. in l. 1.*
12 *num. 15. ff. quor. bonor.* Quamuis enim interdictum hoc concedatur ad vniuersitatem bonorum; Nihilominus intelligitur, vt ad eum pertineat, qui in vniuersitate successit, non autem, vt agi non possit contra eum, qui possidet res singulares, cum etiam spectet ad res singulares pro illorum adeptione, *vt per Menoch. dicto remed. 1. num. 82. post glos. in l. 1. in verb. non ad singulas, ff. quor. bonor. & ibid. Rip. sub num. 15. in fin. qui num. 18.*
13 *in fin.* addit sufficere probare, defunctum resistas mortis tempore possedisse, ex quod non est necesse in hoc interdicto probare dominium, aut possessionem defuncti, sed tantum simplicem detentationem, *Bar. Saly. & posteriores in l. 1. C. quor. bonor. Aret. in. dicto §. quadrupl. sub nu. 36. vers. aduertas Instit. de act. Bellon. dicto cons. 35. numer. 5.*
14 Et propterea nota, quod adiudicatio, vt valeat, facienda est præuia æstimatione per peritos, & non per subhastationem, vt latè declarat, *Franc. decis. 54. num. 5.* quem sequitur *Gratian. Discepta. lib. 3. cap. 489. n. 27.*
15 Item scias, quod res per secundum Decretum adiudicata, libera tradi solet ab omni ære alieno, hypothe-
16 ca, & alio onere, quia res libera præsumitur, nisi probetur seruitus constituta, *l. altius, C. de seruitu. & aqua.* quod si non fuit in proclamaribus probatum, ob id res
17 libera remanebit; vel nisi fuerit per sententiam adiudicationis ius aliquod reseruatum, vel si fuerit reale, & ius directi dominij reseruatum censetur, etiam si dominus non opposuerit, quoniam est ei affixum, & res transit cum sua causa, *l. alienatio, ff. de contrahen. empt. ita Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 2. tit. de Præcon. art. 5. glos. vnica. nu. 20.* vbi addit, quod redditus, ex nummis prouenientes solet Iudex redimendos ex pecunia rei subhastatæ, si sufficiat.
18 Ac præterea, quod etiam datur reintegratio, si contingeret per Iudicem subhastari bona, quæ prius requirebant mensurationem, si nulla præcedat mensuratio, quia talis subhastatio producit spolium illa fieri non posset stante venditione facta ad certum numerum tornaturarum, vel salmarum, & non ad corpus, vt latè resoluit, *Rota in Maceratem. Spolij. 4. Iunij 1610. coram bona mem. Manzanedo*, ob eam rationem,
19 quia venditio fieri intelligitur sub dicta conditione, videlicet tornaturæ, vel salmæ mensurentur, *l. quod sæpe, §. in ijs, quæ pondere, ff. de contrahen. empt. Bar. cons. 74. nu. 2. lib. 1. & cons. 121. in quæstione num. 1. eod. lib.*

*Afflict.*

20 num. 1. Quare etiam pretium ante mensurationem erat incertum, & non liquidum, quod efficit, vt ante purificatam conditionem liquidationis prætij sciri non posset quantitas debita, quia ignorata nihil peti potest, donec exploratum sit, quid debeatur, *l. hoc iure, ff. de verb. obligat. l. proinde la 2. §. notandum, ff. ad l. Aquil. Bart. in l. 1. num. 3. ff. iudic. solu. Bal. in l. 2. sub num. 7. C. de execut. rei iudic. Didac. Couar. Var. resolu. lib. 2. ca. 11. num. 1. Roder. Suarez in in l. post rem iudicatam. limita. 3. ff. de re iudica. Surd. decis. 27. num. 5.* ita vt executio
21 facta non præcedente legitima liquidatione erit nulla, *Gallef. de oblig. Camer. p. vlt. rubr. de quæst. post Process.*
22 *incident. num. 33.* Præsertim si pretium debitum exsimilibus contractibus factis ad mensuram conuertendum esset in extinctionem alterius debiti, quia tunc magis subhastatio esset spoliatiua, & competeret reintegratio, vt in dicta causa *Maceraten. Spoly 4. Iunij 1611. coram Manzanedo.*

## EPITOME.

Res immobiles, quando subhastantur debent esse certæ, ac designari cum suis confinibus.

Creditor ad cuius instantiam subhastantur bona, docere debet, quod res, quæ venditur, sit sibi hypothecata, & potiorem esse quolibet alio, & quod bona fide, an rite vendantur.

Creditores, qui ad subhastationem officiorum procedunt, qualiter præferantur.

Creditor primus, quando, & qualiter impediat executionem, & subhastatione.

Et qualiter agere debeat.

Bona, & pignora subhastata sunt creditori in subsidium adiudicanda pro iusto pretio, & æstimatione, etiam contradicente ipso creditore.

Citatio debitoris requiritur ad reluendum, & ad videndum mandari subhastari etiam in pignoribus conuentionalibus.

Tertius possessor quando impediat executionem, subhastationem, & deliberationem bonorum, seu pignorum.

### SVMMARIVM.

1 *Res immobiles quando subhastantur debent esse certæ, ac specificari cum designatione confinium, & aliarum qualitatum.*

2 *Ne in incertitudinem, vel aliquam exceptionem, seu nullitatem incidatur, n. 4.*

3 *Creditor, ad cuius instantiam pignora subhastantur, de euictione regulariter non tenetur.*

*Tenetur tamen probare, quod res vendita sit sibi hypothecata, & se in ea potiorem esse quolibet, & quod bona fide, ac rite vendatur, n. 4.*

5 *Creditores, qui ad subhastationem officiorum procedunt, cæteris alijs quantumuis anterioribus in pretio officiorum quandoque præferuntur.*

*Et qua ratione, n. 6.*

7 *Creditor comparens ante perfectam executionem in bonis debitoris secundi creditoris admittitur refectis expensis ad impediendam vlteriorem executionem, & subhastationem.*

8 *Diligentia, & vigilantia sua nemini obesse debet.*

9 *Creditor primus comparens post perfectam executionem non nisi in iudicio ordinario agit.*

10 *Bona seu pignora subhastata sunt creditori adiudicanda in subsidium, si alius non reperitur emptor.*

*Et pro iusto pretio præcedente æstimatione expertorum, n. 11. & 12.*

*Quod procedit etiam contradicente creditore, n. 13.*

14 *Pignora conuentionalia regulantur ad instar pignorum iudicialium, ita quod data facultate creditori illa vendendi lapso termino debitori assignato, citatur debitor ad pignus reluendum, & ad videndum mandari subhastari.*

15 *Tertius possessor, An, & quando impediat executionem, subhastationem, & deliberationem bonorum, seu pignorum.*

## QVÆSTIO CLX.

1 Vltimo in materia subhastationum, & licitationum meminisse volui, quod vbi res immobiles vendendæ sunt ex specificari, & terminari debent in instrumentis, videlicet cum designatione confinium, & laterum, cum literis Decurionalibus, ac per earum qualitates, quantitates, loca, & fundos, iuxta quę habentur *I. C. in l. forma, ff. de Cens. & in l. Titius hæres, §. fin. ff. de act. empt. Spec. tit. de empt. & vend. §. 1. vers.*
2 *si ita* quæ singula maximè obseruanda sunt, ne in incertitudine, vel aliam aliquam exceptionem, seu nullitatem incidamus, sed suum operetur effectum, hoc est, vt firmet cōtractum, ac sibi perpetuo robur attribuat, *l. fi. C. si prop. public. pensit. vend. fuer. celebra, ibi,* sub hasta distracta comparauerit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem, est similis *tex. in l. si hypothecas ad fiu. C. de remiss. pign. ibi*, nam fiscalis hastæ fides facile conuelli
3 non debet. Et quatenus lis moueretur super tali re vendita, creditor, ad cuius instantiam bona fuerunt subhastata, non tenetur emptori de euictione, vt latius suo loco dixi, sed solum principalis debitor, ac si ipse vendidisset per publicum instrumentum, cum id fecisse videatur creditor vti debitoris procurator, iuxta quæ
4 habentur per *Dec. consl. 449. num. 37. & 38. lib. 3.* Licet creditor probare teneatur, quod res vendita sit ei hypothecata, vel obligata, & se in ea potiorem esse quolibet alio, & quod venditio fiat bona fide, ac ritè, & recte; alias de euictione tenetur, ex ijs, quos adducit *Negusant. de pign. 1. membr. 6. par. num. 40.*
5 Ad vnum est etiam aduertendum in materia subhastationis, & deliberationis quod creditores, qui ad subhastationes officiorum procedunt, cæteris alijs creditoribus quantumuis anterioribus præferuntur sæpe numero in pretio dictorum officiorum, ea ratione,
6 quia talia officia subhastari non possunt, nisi ex speciali gratia Papæ, & ideo nilmirum, si cæteris omnibus præferantur, ad ea, quæ respondit *Roman. consl. 298. n. 1. ex tex. in cap. Abbate sane, vers. Pro parte autem altera, de re iudic.* conferunt scripta per *Curt. Iun. consl. 143. col. 2. vers. Puto igitur eleuandum ingenium.*
7 Sed nunc quæro, quid, si ante addictum pignus, & factam executionem in bonis debitoris secundi creditoris, alius creditor prior, etiam in termino deliberationi, compareat, & incontinenti doceat de suo credito, & quod bona, quæ instante secundo creditore subhastantur, sint sibi obligata occasione sui crediti prioris, & anterioris; an admittendus sit, præcipuè si debitor non est soluendo? & respondetur affirmatiuè, refectis expensis dicta de causa factis secundo creditori; Non
8 enim diligentia, & vigilantia secundi creditoris ei obesse debet, quamuis non sint pares, *Afflict. dec. 190. nu. 5.* poterit nihilominus secūdus creditor impetrare, quod non supersedeatur in executione, sed venditio fiat, ac de pretio primo creditori satisfiat, & residuum conuertatur in causam iudicati pro satisfactione crediti ipsius secūdi creditoris, ita *Negus. in tr. de pign. 1. mem. 5. p. n. 3*

Quando

9 Quando autem primus creditor compareat post addictum pignus,& factam executionem, iudicio ordinario aget, non autem executiuo, ex quo post subhastationem, & adiudicationem dominium in emptorem est translatum,& ille efficitur dominus,*l.3.C.de execut. rei iudic. & ibid. Bar.Doct.in l.à Diuo Pio, §.si super rebus,vbi in specie Ias.num.13.& infra,ff.de re iud. Alex. in l.si finita,§.Iulianus,n.120.& seq.vers.Item in quantum ff.de damno infect.Gramat.dec.51.nu. 4. Afflict.dec. 358.n.4.5.& 6.* vbi dicit,quod bona,seu pignora in exe-
10 cutione capta in causa iudicati subhastantur, & alteri, quam creditori adiudicantur, nisi in subsidium, si alij non inuenit emptorem: quo casu creditori adiudican-
11 tur, pro iusto tamen pretio, & æstimatione experto-
12 rum;quem secuti sunt *DD. de Rota in Romana Vineæ de Brunis die 11.Decemb.1591. coram bon.me.Orano, post Rol.conf.32.n.33.lib.1.Put.dec.152.n.2.lib.2.&* dixi la-
13 tè *quæst.63.& 54.* dixi in *q.18.* quod procedit etiam, contradicente creditore, *Rota in vna Bellaiana Discussionis 5.Iulij 1563. coram Sarmiento,& in Romana de Trincijs 9.Iulij 1598.coram bon.me.Gypsio.*

14 His additur, quod quæ dicta sunt de pignoribus iudicialibus in executione captis, conueniunt etiam pignoribus conuentionalibus: quoniam licet data sit facultas creditori illa vendendi lapso termino debitori assignato; Nihilominus de necessitate præmittitur citatio ad reluendum huiusmodi pignora, alias videndum illa mandari consignari notario, seu actuario ad effectum subhastandi, & subhastari mandari, *ad not.per Affict.dicta decij.356.sub num.3.propè fin.*

15 Et in specie *dictæ l. à Diuo Pio* firmandum erit, quod quando tertius possessor bonorum debitoris condemnati vult impedire executionem,& subhastationem, ac adiudicationem,seu deliberationem bonorum, vel pignorum in executione captorum, tunc summariè constito,quod bona pertinent ad ipsum, non autem ad debitorem condemnatum,per viam exceptionis impeditur executio;secus si comparet post perfectam executionem,quia tunc introducto iudicio super rescissione, vel actione rei vendicationis probatis probandis, ac debitis seruatis teminis de more, & stylo Curiæ seruari solitis talis venditio retractabitur, seu etiam adiudicatio, *sic Paul. de Castr. in leg. à Diuo Pio, §.si super, & in §. post ad dictum pignus, ff.de sentent. & re iudicat.*

## E P I T O M E.

Adiudicatio pro concurrenti quantitate debiti, quando sit valida,vel non,

Creditor,quando possit rem vnam subhastari petere,vbi ex eius redditibus potest satisfieri.

### S V M M A R I V M.

1 *Adiudicatio pro concurrenti quantitate debiti valet, si non sit facta super re maioris valoris.*

*Primo declaratur non procedere,quando illud plus fuisset debitori restitutum,num.2.*

*Secundo declaratur habere locum in decreto iudicis relaxato pro maiori quantitate; secus si versaremur in Nuncio in maiori quantitate exequente, quia tunc lices verum sit quod actus diceretur iniustus, & ab eo appellari posset, non tamen diceretur nullus, numer.7.*

*Fallit dicta conclusio, quando adiudicatio fieret ante liquidationem debiti, quia tunc esset incerta, nec per eam transfertur dominium,num.3.*

4 *Æstimatio in adiudicatione requiritur pro illius validitate partis citatione;*

*Et dicitur opinio verior ad euitandas fraudes,num.5.*

*Præsertimque facienda est,vbi res adiudicatur creditori, num.6.*

8 *Creditor non potest rem vnam subhastari petere,quando ex eius redditibus intra modicum tempus creditori satisfieri potest.*

*Fallit, quando creditorem aliquam acquireret ex interdicto Saluiano pro satisfactione sui crediti, & ob paucitatem fructuum in longum protrahenda esset illius satisfactio, vel quando fructus debitæ quantitatis essent maioris valoris,seu solum æquiualerent valori illius rei obtentæ in Saluiano, quo casu posset per creditorem à Principe obtineri commissio de illa re subhastanda ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito,num.9.*

*Et quid si adiudicatio fiat pro summa tantum debita, num.10.*

## Q V Æ S T I O CLXI.

IN *Quæst.52.*& alibi in hoc tractatu fuit dictum adiudicationem factam pro maiori quantitate debiti esse nullam,ac inualidam. Nunc autem,quæro, quid si fiat pro concurrenti quantitate debiti.

Respondetur tunc quidem valere, si facta non esset super re maiori valoris,nec creditor à mala fide,& sic à fructuum restitutione excusaretur, vt per *Capyc.decis. 41.num.9.& Afflict.decis.219. num. 2.de veriori, Mandes.ad Roman.in conf.454.num.12.*vbi concordantes citat,& cum his tenet *Rota per Card. Caualerium decis. 539.n.8.& 9.& coram Sanctiss.dec. 319.n.3. & in Romana Silua 3. Iunij 1626. coram R.P. D. Durano, & in Romana dotis 14. Martij 1630. coram R. P. D. Motmanno.*

2 Quod plures declarant non procedere, quando illud plus fuisset debitori restitutum secundum *Rot. per Buratt.decis.49. n.13. & ibid.adden. & decis.91.n.4.& 5. vbi adden.* quidquid dixerit *Magon. in decis. Floren. 109. sub num.6. & 7.*dicens adiudicationem pro concurrenti quantitate non substineri;Cuius tamen opinio procederet,si erretur in re plurimi valoris, *Capic.dec. 41.num.9.& Afflict.decis.218.num.2.*

3 Nota tamen, quod quando adiudicatio fieret pro concurrenti quantitate crediti ante illius liquidationem,esset inualida, ex quo incerta diceretur, nec dicto in casu ex ea diceretur dominium transferri, *Rot.decis. 725.nu. 2. par. 2. & coram Sanctiss.decis.485. & in Romana pecudum 14.Nouembris 1611.coram Card.Canal. & in Asculana prædij 22. Iunij.1609.coram Card. Sacrato,& dixi in quæst. 51.sub nu.10. & in quæst.præcedenti n.11.& 12.*

4 Quare,vtile est in his adiudicationibus æstimationem adhiberi, ac præcedere pro illius validitate, vt scripsi in *quæst.18.56.& 154 Rot.decis.528.num.3.par. 2.in recentior.*cum citatione partis, ad tradita per *Rot. in Narnien fideicommissi 3. Iuly. 1622.coram R. P. D. Merlino, quæ habetur impressa post tract. Merlin.de legit.decis.1.nu.5.& infra, & nouissime adden. ad dictam decis.Buratt. 96. sub lit.A,* quæ verior est ad tollendas fraudes,quæ in adiudicationibus sæpè solent accidere, adducit *Rot. in Romana officij 3. Decembris 1607. coram Scotto, & aliam in Romana Census 21. Maij 1627. coram bon.mem. Vbaldo,*quæ peritorum æstimatio præsertim necessaria facienda est, vbi res adiudicatur creditori, & non nisi pro iusto pretio facienda est,vt diximus in *quæst.155.post.Afflict.decis.358. num.5.* quam probauit *Rot. in Mediolanen. Euictionis 4. Februarij 1600. coram Card. Mellino, & coram Sanctiss. decis. 12.Surd.consil.39. num.46. lib.1. & consil.256.num.6. lib.2.*

7Ad id

7 Ad id verò, quod supra dictum fuit, aduertas velim, nempe adiudicationem factam pro concurrenti quantitate corruere, quando excederet summam debitam, locum habere in decreto iudicis relaxato pro maiori quantitate; Secus si versaremur in Nuncio in maiori quantitate exequente, quia tunc licet verum sit, quod actus diceretur iniustus, & ab eo appellari possit, non tamen diceretur nullus, ex notatis per *Capyc. dicta dec. 41. num. 9. & Magon. in decis. Floren. 66. num. 26.*

8 Ac præterea scias, quod creditor non potest rem vnam subhastari petere, quando ex eius redditibus intra modicum tempus illi satisfieri potest, vt voluit *Rota per Buratt. decis. 627. num.* 10.

9 Quod tamen fallit, quando creditor rem aliquam acquireret ex interdicto Saluiano pro satisfactione sui crediti, & ob paucitatem fructuum in longum protrahenda esse illius satisfactio; vel quando fructus debitæ quantitatis essent maioris valoris, vel solum æquinalerent valori rei obtentæ in Saluiano, quo casu posset per creditorem à Principe obtineri commissio de illa re subhastanda ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, vt fuit resolutum à *Rota coram Cardin. Seraphino decis.* 1110. *num.* 1. *& sequentibus, & dixi in quæstione* 129. *num.* 14.

10 Quando verò contingeret adiudicatione fieri pro summa tantum debita, & non pro ea quantitate, quanti re vera valeret, tunc nullum damnum cæteris creditoribus afferret, si res maioris valoris detegeretur, quia possunt offerre, vt fuit decisum *in Romana de Gaddis 21. Aprilis 1578. coram Card. Seraph. inter impress. dec. 358. num. 3. Magon. d. decis.* 109.

Quod limitatur non procedere, quando adiudicatio fieret in Curia Capitolina, quo casu ex vi *Statuti Vrbis c. 156. lib.* 1. adiudicationes fiunt creditoribus pro eorum credito, pro tertia parte pluris, quam res adiudicanda valebit, ita *Rota per Buratt. decis. 675. num. 2. & in Romana restitutionis in integrum 7. Nouembris 1603. coram Seraph. inter impress. decis. 1478. n. 2.* quod tamen statutum seruandum est solum in foro Capitolino, vt per *Rot. coram Buratt. decis. 96. num. 18. & coram Sanctiss. Ludouis. decis. 352. num. 11. in addit. Seraph. dec. 208. num. 4. in Assisien. bonorum emphyteuticorum 17. Aprilis 1600. coram Card. Sacrato, & in Romana domorum 23. Martij 1604. coram Card. Pamph.*

---

## E P I T O M E.

Adiudicatio facta etiam pro summa debita, quando non obsit creditoribus.

Quid si facta sit non citatis citandi etiam in subhastatione.

Et an ex ea detur manutentio.

Mandatum de adiudicando non importat adiudicationem.

Fructus pendentes rei adiudicatę ad quos spectēt.

Adiudicatio facta contra pupillum non valeat, & quando.

Et facta quando dicatur iure creditoris.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Adiudicatio si fiat pro summa quidem debita, sed non pro ea quantitate, quanti re vera res valeret non obest creditoribus.*

*Intellige quando adiudicatio facta esset non factis prius tribus oblationibus, vel non citatis citandis, vel non facto decreto ad deliberandum, quo casu esset nulla, n.* 2

*Declaratur, quod dicitur de citatione, non habere locum, quando appellatio esset deserta, & executio fieret super eadem re, & causa non esset appellabilis, nec adesset mutatio personæ, ac iudicis, qua sententia executioni demandari posset non aliter citato appellante, num. 4.*

*Ampliatur procedere, quando ei, qui citandus erat nulla defensio competebat, quia tunc citatio redderetur elusoria, si citatus comparendo actum impedire non valeret, num. 5.*

3 *Possessores bonorum, si in eorum subhastatione non sunt citati, non datur manutentio ei, qui illa per viam subhastationis emit.*

*Et de ratione ibid. & num. 4.*

6 *Sententia quando rem aliquam adiudicat pro debita quantitate, intelligitur pro iusta æstimatione non ut rem insolutum.*

7 *Adiudicatio nulla dicitur ex defectu consensus, quando facta reperitur per verbum, Obtinuit mandari adiudicari, & de ratione, ibid.*

8 *Decretum iudicis mandantis bona adiudicari creditori non sufficit ad probandum adiudicationem, nisi etiam ostendatur effectum fuisse sortitum.*

9 *Mandatum de adiudicando non probat titulum sufficientem ad inducendam bonam fidem in creditore, ita vt ei liceat fructus rei subhastatæ, vel adiudicandæ legitime percipere, & suos facere.*

10 *Mala fides in adiudicatione arguitur quando rei adiudicata excedit creditum in magna quantitate, & essent omissa solemnitates requisitæ, quo casu creditor non facit fructus suos.*

11 *Fructus pendentes rei adiudicatæ per iudicem spectant ad creditorem, & emptorem.*

*Extenditur etiam sibi tribuere in adiudicatione facta cum conditione, iuxta scilicet æstimationem faciendam per peritos pro rata tamen pretij soluti, num. 13. & seq.*

12 *Adiudicatio eisdem regulis metitur cum venditione, & emptione.*

14 *Adiudicatio facta pro pretio, & iuxta æstimationem faciendam dicitur ab initio perfecta, & arbitrio boni viri facta, quo casu quantitas dicitur certa, licet per æstimatorem declaranda.*

15 *Adiudicatio fieri, seu committi nequit contra pupillum in descensum ob nullitatem, quæ ex hoc causatur, sicuti quando in ea non fuit datus curator, & consanguinei non fuerunt citati, & de ratione.*

16 *Adiudicatio si insolutum fuit obtenta, & pars haberet anteriorem hypothecam, diceretur vti creditorem non vti hæredem possidere.*

## Q V Æ S T I O CLXII.

1 RESTAT nunc, vt videamus, quid censendum si adiudicatio fiat pro summa quidem debita, sed non pro ea quantitate quanti re vera res valeret.

Respondeo non obesse, ex quo nullum damnum cęteris maioribus affertur, si res maioris valoris detegatur, quia possunt offerre, vt fuit decisum per *Rot. in Romana de Gaddis 21. Aprilis 1578. coram Card. Seraph. inter impress. dec. 358. n. 3. & per Magon. dec. Floren.* 109. supradicta intellige non procedere, quando adiudicatio facta esset non factis prius tribus oblationibus, vel non citatis citandis, vel non facto decreto ad deliberandum, quia eo casu subhastatio, & adiudicatio esset nulla, vt per *Rot. coram Sanctiss. decis. 416. num. 1. & 2. Gratian. discept. lib. 4. c. 739. n. 22. & dixi in quæst. 6.* & alibi in hoc ipso tractatu; Quæ adeò vera sunt, vt si possessores bonorum in eorum subhastatione non sunt citari, tunc non datur manutentio ei, qui illa per viam subhastationis emit; *Rot. per Buratt. decis. 614. n. 1.* ea ratione

quoniam tali casu possessio emptori non acquiritur, maximè vbi spolium fuisset commissum, *Rot. in Romana Spolij. 26. Iunij 1618. coram Manzanedo, in Maceratensi hæreditatis 13. Maij. 1613. coram. Cardin. Caualerio, & decis. 365. num. 9. par. 1. in recentior.*

Declara quod fuit dictum de citatione facienda in subhastatione, vt locum non habet, quando esset deserta, & executio fieret super eadem re, & causa non est appellabilis, nec adesset mutatio personæ, ac iudicis, quia tunc sententia executioni demandari posset non aliter citato appellante ex adductis per *Cassad. decis. 6. de caus. possess. & proprietat. Rot. decis. 365. num. 5. par. 1. in recent. & in Romana Thomæ 17. Decemb. 1604. coram Coccino, in Romana Spolij domorum 27. Nouembris 1617. coram Card. Verospio, Gratian. discept. lib. 1. ca. 40. num. 52. & 53.*

5 Ampliatur procedere; quando ei, qui citandus esset, nulla defensio competeret, quia tunc citatio redderetur elusoria, si citatus comparendo actum impedire non valeret, *Rot. in Roman. Vineæ de Panellinis 29. Februarij 1603. coram Card. Mellino. Surd decis. 276. num. 4. & iterum Rota in Romana Emphyteusis 25. Febr. 1589. coram Card. Blanchetto.*

6 Præmissis adde, quod quando sententia re aliquam adiudicat pro debita quantitate, tunc intelligitur pro iusta æstimatione, non autem in solutum, vt per *Rot. coram Card. Seraph. dec. 984. num. 2.* quod est notandum, & addendum iis, quæ superius dixi *in quæst. praecedenti, & quæst. 154.*

7 Ac insuper, quod adiudicatio dicitur nulla ex defectu consensus, quando facta fuit per verba, Obtinuit mandari iudicari, quæ verba eum tempus præsens non importent, sed futurum, adiudicationis nullitaten inducunt ex defectu consensus, quia mandatum de adiudicando non est adiudicatio, prout nec mandatum de vẽdendo est venditio, adscripta per *Thesau. dec. 234. n. 5. & 6. cum aliis per Rot. decis. 725. n. 3. & 4 p. 2. in recentior. Gratian. discept. lib. 3. c. 545. n. 37. & infra quo loci Rot. n. 4.* testatur de stylo, qui inoleuit in facienda deliberatione, & adiudicatione post decretum de consignando ad effectum subhastandi, & adiudicandi, de quo etiam per *Gratian. d. cap. 545. num. 49.*

8 Et quibus primo infero, iudicis decretum mandantis bona creditori adiudicari non sufficere ad probandam adiudicationem, nisi etiam ostendatur effectum fuisse sortitum, prout & idem de stylo dicit procedere *Gratian. vbi proxime supra n. 32. & 33.*

9 Secundo infero, quod solum mandatum de adiudicando non probat titulum sufficientem ad inducendam bonam fidem in creditorem, ita vt ei liceat fructus rei subhastandæ, vel adiudicandæ legitimè percipere, ac suos facere, vt per *Rot. dicta decis. 225. par. 2. In recentior.* & in eadem causa coram eodem *Buratto 4. Martij. 1616. vbi de ratione.*

10 Sic etiam mala fides argueretur, quando res fuisset adiudicata, sed excederet creditum in magna quantitate, vt dupli, vel tripli, & essent omissæ solemnitates requisitæ tunc dolose omissæ censerentur ad fauorem creditoris, ne alius offerret, nec propterea is à mala fide excusandus esset, neque fructus suos faceret, ad scripta per *Paul. de Castr. in cons. 256. in princ. vers. Primo*

11 *quia lib. 2.* quamuis fructus rei pendentes adiudicatæ per iudicem spectent ad creditorem, quemadmodum, & ad emptorem spectarent, cui assimilatur, & eisdem regulis metitur adiudicatio cum emptione, & venditione *Franch. Marc. decis. 374. n. 1. p. 2. Surd. decis. 294. n. 1. & seqq. Rota in Bononien. de Guidalottis 15. Martij. 1614. coram Card. Verospio, quæ est in recentior. p. 3. dec. 228. num. 3. & in decis. 725. num. 1.*

13 Quod etiam sibi tribuit in adiudicatione facta cum conditione, iuxta æstimationem faciendam per peritos, quia tunc fructus pendentes pro ratà prẽtij emptori, siuè creditori debentur, non obstante regula, nempè, quod conditio nihil ponit inesse; cui contraria est

14 alia regula, quod quis frui non debet re, & pretio, cum talis adiudicatio ab initio perfecta dicatur, & facta censeatur arbitrio boni viri, & quantitas dicatur vera, licèt per æstimatorem declaranda, iuxta quod fuit dictum in dicta *Bononien. de Panolinis 27. Ianuarij 1517. coram Manzanedo,* vbi de veriori, pro quibus facit *Rota in Auximana Spolij 3. Decembris, & 4. Martij 1611. coram Pirouano in dicta Bononien. de Guidalottis. 14. Martij 1614. coram Cardin. Verospio, & habetur per Buratt. decis. 104. n. 6. & decis. 227. per totam.*

15 In proposito illud etiam sciendum erit, quod adiudicationes fieri, seu committi nequeunt contra pupillum indefensum ob nullitatem, quæ ex hoc causatur, sicuti quando in ea non fuit datus curator, nec ad id consanguinei fuerunt citati, ea ratione, quia si curator fuisset constitutus, & citatus fortasse pupillus non succubuisset, vt inquit *Mastrill. decis. 47. & Surd. cons. 115. n. 4. post adductos per eos, Rota Romana dec. 115. par. 4. in nouiss.*

16 Vtrum autem si per partem fuit obtenta adiudicatio, & pars haberet anteriorem hypothecam, dici possit eum, vt hæredem illius rei adiudicationem habere, seu tamquam creditorem possidere. Et respondetur, se quidem vt creditorem posside re, vt decidit *Rot. decis. 315. n. 2. par. 3. diuers.* cum aliud sit possidere pro hærede, & aliud possidere pro creditore.

## EPITOME:

Mandatum executiuum concessum sub consueta forma, auferantur bona &c. An rectè dicatur executum, si creditor eius virtute immittatur in possessionem, & post aliquod temporis spatium bona fuerunt subhastata.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum sub consueta forma, videlicet Auferantur bona de domo N. debitoris valoris scutorum puta centum, vt dicatur rectè executum, ita est procedendum, vt executio fiat ad effectum licitationis, & subhastationis, non autem immissionis bonorum.*

*Et de ratione num. 2. & 3.*

2 *Iudex nulliter, & iniustè procedit, qui mandat prædia capta subhastari, quæ habentur per creditorem cum vitio spolij.*

3 *Executor associans creditorem in possessionem forma mandati non seruata committit spolium.*

*Ampliatur etiam, quod creditori competeret associatio, n. 4. & seq.*

5 *Remedium de iure competens non suffragatur, vbi non illud, sed diuersum fuit intentatum.*

6 *Terminus ad totaliter executionem perficiendam in actione personali creditori à iure non præfigitur, sed debitor instare debet, vt Iudex præfigat.*

*Et Iudex potest differre vltra annum, & biennium, numer. 7.*

## QVÆSTIO CLXIII.

IVdex relaxauit mandatũ executiuum ad instantiam creditoris sub consueta forma, videlicet Auferantur bona de domo N. debitoris valoris puta scutorũ centũ, in

in eius mandati executionem creditor fuit immissus
in possessionem quorumdam bonorum, in qua perstitit, & continuauit per aliquod temporis spatium, &
postea fuerunt subhastata.

Queritur, an recte mandatum prædictum fuerit executum.

1 Et quidem negatiuè respondeo. Quoniam post captam possessionem vigore mandati de auferendo bona
certi valoris, licèt illa fuerint subhastata, nil refert, cum
in huiusmodi mandati executione ita esset procedendum, vt illa fieret ad effectum licitationis, & subhastationis, non autem immissionis in possessionem, *iuxta
l.2.cum seq. C.si in cauf.iudi.l. non est mirum, ff. de pign.
act. Gramat. decis.51. num. 3. Rota coram Card. Seraphi.
decis.937.nu.2. & in Romana spoly 2.Iunij 1595. coram
2 Gypsio.* Et ratio videtur, quia Iudex nulliter, & iniustè
procedit, qui mandat prædia capta subhastari, quæ
habentur per creditorem cum vitio spolij, ex quo, vt
dictum, committebatur executio, vt caperetur de bo-
3 nis debitoris, & executor hac forma non seruata associauit creditorem in possessionem, quæ propterea fuit
nulla, & spoliatiua, *Felya.in cap.cum olim.num.11.vers.
Limita nisi commiss. de offic. deleg. Paul.de Castr. consil.
321.sub num.3.vers.secando fuit, lib.1. Alex.cons.5.nu.
3.libr.3.Pute. decis.318. num.4. lib.2. Rota coram San-
4 ctiss.decis.416. nu.4.* Etiam quod creditori competeret
associatio; quia remedium de iure competens non suf-
5 fragatur, vbi non illud, sed diuersum fuit intentatum,
*Rota apud Zacchi.de oblig. Cameral. decis.24. num.3. in
fin. & in Roman. dotis 17. Aprilis 1617. coram Remboldo.*

6 Non obstat, quod per aliquod temporis spatium
creditor in possessione steterit priusquam bona subhastarentur, Quoniam à iure nullus reperitur creditori
præfixus terminus ad executionem totaliter perficiendam in actione personali, sed debitor instare debet, vt
Iudex præfigat, *glos.in l.si tempora, C.de fid.instrum.libr.
10.Bal.in l.ordo sub n.6. vers.non tamen nego, C.de exe-
7 cut.rei iudic.* vbi quod etiam vltra biennium, *Capye.dec.
36.n.4.Coler.de process.execut.par.3.cap.9.n.58. Pract.
Papien.de for.libell.pro execut.sent. in glos. in verbo faciendan.3.ad fin.*

## E P I T O M E.

Bona quando transeunt in emptorem, qui non spoliauit, sed illius author, ad cuius instantiam fuit facta subhastatio, actio spolij an etiam in illum transeat.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Actio spolij tamquam in rem scripta competit etiam contra singularem successorem. Et datur contra licitatorem, cui sub hasta fuit res deliberata, n.2.*

3 *Possessio capta non dicitur spoliatiua, si executor referat se associasse, & immisisse in executionem mandati relaxati, & pro summa in eo contenta recensendo illius tenorem, & substantiam, & apparet illum immisisse ex primo Decreto ad effectum subhastandi, & non ad effectum, cui non deseruiebat mandatum, & n.5.*

4 *Immissus ex primo decreto quamuis verè non possideat, tamen acquirit detentionem, pro qua datur manutentio Iudicis officio.*

6 *Actus vt substineatur, omnis fieri debet interpretatio etiam verba impropriando.*

## Q V Æ S T I O CLXIV.

1 SEd quid dicendum, quando huiusmodi bona transiuissent in emptorem, qui non spoliauit, sed illius auctor, ad cuius instantiam fuit facta subhastatio.

Respondetur idem fore firmandum, quod in præcedenti quæstione fuit dictum. Nam actio spolij tamquam in rem scripta competit etiam contra singularem successorem. *Menoch.de recuperan.possess.remed.1.
n.410.Rota dec.224.n.1.par.1. diuers. Surd.consil.28.n.
58.Gabr.cons.36.n.3.lib.1.Rota coram Sanctissimo decis.
542.sub n.3.& ibi adden.sub n.10.& 11. & decis.307.n.
3.par.1.& dec.476.n.2. in recentior.*

2 Et inspecie, quod talis actio detur contra licitatorem, cui sub hasta fuit deliberata, *Rota apud Marchesanum de commissionib. par.3.fol.235. in Anconitana Spoly 9.Iunij 1600.coram Card.Sacrato, & in Narnien. bonorum 22.Apr.1622.coram Remboldo.*

3 Quæ conclusio iudicio meo limitanda est non procedere, quando executor refert se associasse, & immisisse in executionem mandati relaxati, & pro summa
in eo contenta, & sic non videtur plus facere cogitasse,
quam quod in ipso mandato continebatur, ad quod se
retulit expressè, *l.asse toto, ff.de hæred.instit. Aymon.consil.45.n.4.Surd.post adductos consil.105. n.30. & consil.
362.num.8.in terminis executionis, Rota dec.397.nu.3.
par.2.recentior.* & solum intellexisse de associatione, &
immissione ex primo Decreto, & ad effectum subhastandi, non autem de vera, & propria associatione, &
immissione ad alium effectum, cui non deseruiebat
mandatum executiuum, *Surd.consil.19.n.1. & seq. Rota
dicta decis.297.n.2.in fine, & n.3.par.1. recentior.*

4 Quo casu immissus ex primo Decreto quamuis verè
non possideat, *adnot.per Alexan.in l.à Diuo Pio, §.si super rebus, n.22. & ibidem Ias.n.15.ff. de re iudic.* tamen
acquirit detentationem, pro qua etiam datur manutentio Iudicis officio, *l.1.§.sed sine vi, ff.ne cui fiat. glos.
in l.3.§.creditores, in ver. non posse, vbi Bar. & Ang.ff.
vti possidet.gloss.& scribentes in l.Aquilius Regulus, ff.
de donatio.Menoch.de retinen.possess.remed.vlt.num.18.
Rota in Anconitana bonorum 9. Iunij 1624. coram Buratto.*

5 Et ideo verba relationis executoris intelligenda
erunt de detentatione iuxta subiectam materiam ad
effectum substinendi actum, pro cuius validitate omnis
6 fieri debet interpretatio etiam verba impropriando,
*l.quoties, de reb.dub. Alexan.consil.35.nu.11.libr.4. vbi
adden.in verb.Fallit, & cons.129.n.4.lib.2. Seraph.dec.
1418.n.12.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, & deliberatio non seruatis terminis statuti dicitur nulla.

Mulier, quæ ex fideiussione facta remanet indotata, dicit de nullitate, & aduersus eam restituitur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio est nulla non seruata forma statuti.*

2 *Actus corruit non seruata forma statuti.*

3 *Fideiussio per mulierem facta de integra dote est nulla; ex quo per eam remanet indotata.*

*Et aduersus eam restituitur tamquam enormiter læsa, num.4.*

*Etiam quod lapsum sit quadriennium n.5.*

## QVÆSTIO CLXV.

MVlier nupta fideiussit ad fauorem mariti, seu alterius pro tota dote, cuius occasione dupplici ex capite.

1 Primò, quia bona fuerunt subhastata, & deliberata, non seruata forma statuti mandantis subhastationem fieri tribus vicibus, & expectatis viginti diebus, & ille facta fuit non expectatis dd. 20. diebus, quo casu absque dubio subhastatio, vt & deliberatio inde sequuta, dicitur nulla, *Bal. in l. ordo. sub n. 8. vers. Nota quod si statutum, C. de execut. rei iudicat.*

2 Ex quo enim statutum dat formam in subhastatione, ac deliberatione, ea vtique seruanda erat, alias corruit actus, *l. cum hi §. & si proc. ff. de transact. Rota in Senogallien. prædij coram Cardin. Blanchetto 15. Martij 1596.*

3 Secundo, quoniam fideiussio fuit facta pro integra dote, qua ratione dicitur enormissima læsa, cum indotata remanserit, & sic fideiussio redditur inualida, *Decius consil. 184. num. 4. Paris consil. 25. num. 14. & seq. lib. 3. Alciat. in cap. cum contingat num. 223. de iureiuran. & voluit Rota coram Card. Arrigono in Romana fideiussionis 21. Iunij 1593.*

4 Vnde nimirum si illa restituenda sit, etiam quod lapsum fuerit quadriennium, adscripta per *Odd. in tract. de*
5 *restitut. in integr. par. 1. quæst. 19. art. 7. num. 69. & quæst. 43. art. 1. n. 25. in terminis ita resoluit Rota in Perusina dotis 10. Decemb. 1600. coram Pænia.*

---

### E P I T O M E.

Subhastatio, & de liberatio facta prædii, quod in diuisione cum Titio fratre deuenerat ad Meuium alterum fratrem debitorem Sempronii, an à Titio spolium opponi possit, ex eo præsertim, quod electi fuerint periti ad illud æstimandum.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Factum Iudicis, dicitur factum partis.*
2 *Immissus in possessionem ex primo decreto, non dicitur possessor, sed per illud in eum translata detentatio ad effectum, vt postea deueniatur ad subhastationem, & deliberationem ex secundo decreto.*
3 *Adiudicatio vim habet emptionis, & venditionis, & eisdem regulis metitur.*
*In qua pretium, & consensus requiritur, num. 4.*
5 *Mandatum speciale requiritur ad recipiendum bona in solutum per ad iudicationem.*
6 *Creditor ne dum nomine proprio, sed vt quilibet extraneus admittitur ad licitandum, etiam nulla facta estimatione, & nu. 7. & 9.*
*Quicquid sit in datione in solutum, num. 8.*

## QVÆSTIO CLXVI.

TItius, & Meuius fratres diuiserunt bona communia Iudice auctore, & elegerunt peritos ad æstimandum.

Seius creditor Meuij fuit immissus in possessionem prædij ipsius Meuij ex primo decreto, & demum bona fuerunt subhastata, ac eidem deliberata: De quo conqueritur Titius asserens se propterea spoliatum.

Quæritur quid iuris.

Respondetur, Titium non esse audiendum, cum dictæ diuisioni consenserit, vel saltem non reclamauerit, ita vt meritò dici possit illum cecidisse à possessione ta-
1 cto suo proprio, cum factum iudicis reputetur factum partis, *l. Si pignor. C. de euict. Surd. cons. 39. num. 10. & cons. 49. num. 1. lib. 1.*

Neque refert, quod facta fuerit immissio ex primo decreto. Quoniam ex ea non dicitur spoliatus Titius, cum non constituat quæ dominum, neque possessorem,
2 sed solum per eam transfertur detentatio ad effectum, vt posta deueniatur ad subhastationem, & deliberationem ex secundo decreto, ad tradita per *Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione num. 10. & ibi Ias. in §. si super rebus num. 15. ff. de re Iudic. cum alijs per Rot. decis. 19. num. 2. par. 4. diuers.*

Non obstat æstimatio per peritos facta. Quia illa non accidit ad effectum adiudicationis dicti prædij, sed tantum ad effectum diuidendi.

Nec minus dicta diuisio fuit facta ad effectum accipiendi in solutum, sed ad effectum euitandi communio-
3 nem, per quam excluditur adiudicatio, quæ vim habet emptionis, & venditionis, & eisdem regulis metitur, *l. Eleganter in princ. & ibi Doct. ff. de pign. act. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 2. Rota decis. 662. num.*
4 *5. p. 1. diuersor.* in qua requiritur pretium, & consensus, *§. 1. Instit. de emption. & vendition. Rot. decis. 117. n. 1. pa. 1. diuers.* quæ non concurrunt in casu, de quo quæritur, cum æstimatio, vt dictum fuit, facta non fuerit ad effectum adiudicationis, nec iudex intellexerit facere ali-
5 quam adiudicationem; Et hæc præsertim procedunt, quando non constaret de mandato sufficienti recipiendi bona in solutum per adiudicationem, *per text. in l. non abstulit, & ibi glos. C. de nouat.*

Item præmissa locum habent etiam si apposita essent verba, assignauit, & adiudicauit, quoniam dicta verba sunt dubia, & intelligi debent ad effectum separandi à parte ipsius Titij *ad not. per Bar. in l. si constante n. 93. ff. solut. matr.* adeo quod vbi postea subhastatio facta legitur cum debitis requisitis, iuxta *Bar. doctrinam in l. licitatio n. 2. de publ. vectigal.* non est, quid dubitandum sit de validitate præmissorum, etiam quod delibe-
6 ratio facta sit creditori, si obtulit nedum nomine proprio, sed vti quilibet extraneus creditor, quia tunc etiam admittitur ad licitandum, vt dixi *in quæst. 18. & 154.* alio emptore non existente, vel existente non tamen dignum pretium offerente, *l. 2. & ibi Bal. & scribentes, C. si in caus. iudic. optimè Surd. cons. 256. nu. 5. & 6. lib. 2. Roland. cons. 37. nu. 33. lib. 1. Rot. coram Sanctiss. Gregor. decis. 12. & apud Card. Seraph. decis. 1448.* etiam
7 nulla facta æstimatione, quia quicquid sit in datione in
8 solutum hoc cessat, quando iudex procedit per viam
9 subhastationis, & vendit bona creditori, vt contra *Afflictum tenet Surd. dicto cons. 156. n. 6. & censuit Rota in Mediolanen. Euictionis 5. Maij 1602. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Bonon. prædij 19. Ian. 1624. coram. Remboldo.*

---

### E P I T O M E.

Subhastatio, & deliberatio facta post tempus citationis, & decreti, an, & quando absque alia citatione, & decreto valeat.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio, & deliberatio facta post tempus citationis & decreti non valet.*
*Sed contrarium concluditur num. 2. & seqq. Declaratur, num. 4.*
3 *Deliberatio facta maiori oblatori, etiam post terminum sine alia citatione, & decreto est valida.*

QVAE-

## QVÆSTIO CLXVII.

SAepe quoque dubitari contingit de validitate subhastationis, ac deliberationis, vt quia fuerit extra, vel post tempus citationis, vel decreti de deliberando, nisi infra mensem, cum intimatione executa, & reprodu-cta. Nam, vt sæpè dixi, ad hoc, vt subhastatio sit valida fieri debet seruatis seruandis præuia citatione ad videndum subhastari bona in executione capta, & decreto de subhastando per totam, &c. Cuius vigore expeditur mandatum de subhastando, & Cursori consignatur, in cuius manibus fiunt tres oblationes, & præuia alia citatione ad videndum deliberari vltimo, & plus offerenti, quo casu Iudex mandat deliberari, nisi infra mensem cum intimatione, quæ exequitur, & in actis reproducitur.

Quæritur modo, an huiusmodi subhastationes, & deliberationes factæ post tempus præfixum valeant absque alia citatione, vel decreto.

1 Et dicendum videtur non valere, cum effectus dictæ citationis, & decreti euanuerit per lapsum termini dicti mensis, adeo quod si oblatio fiat post dictum mensem, facta censetur sine citatione, & decreto, vt videtur resoluere. *Rota in Romana Spolij 19. Ianuarij 1615. coram R.P.D. Pamphilio nunc Cardinali Eminentissimo.*

Sed contrarium in casu nostro est verius, quia terminus dicti mensis fuit appositus ad fauorem debitoris, ad hoc, vt possit durante dicto termino, soluendo, quod debet, pignus luere, vel suam conditionem per meliorem oblationem facere, ita quod si creditor statim elapso mense non curauit bona vltimo offerenti deliberari, sed vlterius expectare voluit, vt compareat, qui debitoris conditionem meliorem faciat, non est, quod debitor conqueratur, quod deliberatio fuerit post dictum terminum absque alia citatione, & decreto, cum etiam sine alia citatione fieri potuisset deliberatio etiam longè post dictum terminum, & sic ei, qui minus obtulerat, si maior oblator post terminum non comparuis-
3 set, vt in specie, quod deliberatio facta maiori oblatori, etiam post terminum sine alia citatione, & decreto substineatur, fuit decisum in *Romana deliberationis census 18. Maij 1584. coram Sanctiss. Clem. VIII. & in Romana nullitatis subhastationis 27. Iunij 1616. coram R.P.D. Pirouano*, atque ita seruari de stylo, testatur *Salust. Tiber. lib. 1. c. 43. num. 7. & voluit Rota in dicta Romana deliberationis census supra proxime relata.*

4 Non obstat decisio in dicta *Romana Spolij 19. Ianuarij 1615. coram D. Cardinali Pamphilio*; quia in eo potissimum fundatur, quod decretum de deliberando, fuit per nouum decretum circumductum; & quod deliberatio per illum nouum decretum substineri non potuit, ex quo factum fuerat cum clausula, Nisi infra tres tantum, & quoniam in isto termino facta non fuit, nisi vnica oblatio.

Et quædam aliæ decisiones allegari solitæ, procedunt in casibus suis, nempè, quando oblatio post terminum facta, non fuit intimata illi, qui intra terminum licitando vicerat; vel quando offerens post terminum non fecit meliorem conditionem debitoris, seu saltem dubium est an eam meliorem fecerit, quo casu ei deliberatio fieri non posset nisi vocato debitore, vt dixit *Rota in Romana subhastationis 10. Maij 1624. coram bo. mem. Buratto*.

## EPITOME.

Oppositio facta per debitorem; quod videlicet bona subhastata, & deliberata ad se non pertinent, vel subhastationem fuisse factam non præsente pecunia, An sit recipienda.

### SVMMARIVM.

1 *Accollatio census in subhastatione facta non liberat impositorem census.*

*Sed vide n. 2. & seqq.*

3 *Debitor ex sua declaratione, & confessione facta post deliberationem non potest præiudicare offerenti.*

4 *Accollatio census, licèt non liberet impositorem ipsius census, deseruit tamen pro solutione in subhastatione.*

## QVAESTIO CLXVIII.

1 TItius debitor post factam deliberationem declarauit bona subhastata ad se non pertinere, & omni in casu fuisse nullam, cùm facta non fuerit præsente pecunia, sed accollatus census: quæ accollatio non videtur recipienda, cùm ea non liberet impositorem census, *Rot. decis. 206. num. 2. impress. post 2. vol. cons. Farinacc. & decis. 238. inter impress. post Tract. Cenc. de censib. num. 2.* per quæ pronunciandum videtur pro inualiditate supradictæ deliberationis.

2 Cæterum concluditur pro illius validitate, quia debitor ex sua declaratione facta post deliberationem non potuit præiudicare offerenti, cui facta fuit deliberatio, cum nec confessio venditoris noceat emptori post factam venditionem, *Cuman. cons. 115. Rot. decis.*
4 *106. num. 2. in fin. par. 2. recentior.* Et licet accollatio non liberet impositorem census, deseruit tamen pro solutione in subhastatione, ad notata *in decis. 28. coram Sanctiss. Gregor. XV*, & dixi supra in quæst.

## EPITOME.

Retentio quando competat aduersus sententias reintegratorias prædij nulliter, ac indebitè subhastati, ac deliberati.

### SVMMARIVM.

1 *Retentio ratione hypotheca pro creditis anterioribus datur aduersus sententias reintegratorias rei nulliter subhastata, ac deliberata.*

*Declaratur num. 2. & 3.*

## QVAESTIO CLXIX.

1 SEmpronius obtinuit sententias reintegratorias ad possessionem prædij nulliter, ac indebitè subhastati, quæ fuerunt executæ; sed pro parte aduersarij fuit oppositum de retentione ratione hypothecæ pro assertis creditis anterioribus, iuxta *text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condi. indeb. Surd. decis. 46. n. 7. & seq.*

Quæritur quid iuris.

2 Respondetur, quod si creditum sit liquidum, vt esse debet ad effectum retentionis, ex dictis per *Rot. in Romana Domorum in Burgo 22. Iun. 1615. coram R.P.D. Vbaldo, & in Romana Domorum 24. Maij eiusdem anni*
3 *coram eodem*, ex hypotheca datur retentio, quando res deuenit ad conuentum spolio ex illamet propria causa,

pro qua fuerat facta subhastatio, & deliberatio, quamuis iudex nulliter processerit, iuxta distincti onem *Bar. in dict. l. si non fortem*, §. *si centum*, *num*. 8. & *ibi Bal. in fin*. & *Castr. n*. 5. *idem Castren. in l. si petenti*, *num*. 3. *ff. de pignor. act. Negusant, de pignor. 4. memb. 5. par. num*. 4. addens *in fin*. hoc perpetuo notandum *Surd. d. decis*. 46. *n*. 12. & *seq. Rota in Romana Domorum* 24. *Maij* 1620. & *in Romana Spolij apothecarum* 21. *Ianuarij*. 1620. *coram Buratto*.

## EPITOME.

Retentio an opponi possit spoliatio predio sibi cesso ab oblatore, qui obtinuit reintegrari, ex alijs creditis anterioribus habentibus hypothecam.

### SVMMARIVM.

1 *Retentio datur aduersus spoliatum prædio sibi cesso ab offerente in iudicio subhastationis ex alijs creditis habentibus hypothecam anteriorem, etiam quod is obtinuerit reintegrari.*

*Sed contra, num*. 3.

2 *Retentio datur occasione hypothecæ, quando de ea incontinenti docetur, etiam si immissio nulliter fuerit data.*

*Declaratur procedere, quando creditum est liquidum, vel quando possessio fuit amissa culpa rei conuenti ob eius contumaciam, n. 3. ex communi, n. 4.*

*Et de ratione, ibidem.*

## QVÆSTIO CLXX.

Stychus fuit à iudice nulliter spoliatus prædio sibi cesso ab oblatore in iudicio subhastationis, qui obtinuit reintegrari, quod tamen prætenditur retineri ex alijs creditis anterioribus habentibus hypothecam. Dubitatur an concedi debeat.

1 Et respondendum videretur affirmatiuè.

2 Quoniam datur retentio, occasione hypothecæ, quando de ea incontinenti docetur, etiam si immissio nulliter fuerit data, secundum *Bart. in l*. 3. §. *fin. ff. de acquir. possess. Dec. consil*. 444. *n*. 2. *Osasc. decis*. 27. *num*. 17. *Surd. dec*. 46. *n*. 13. 14. & 16. *vbi de communi*.

3 Sed contrarium tenendum est, quia possessor non habuit istud prædium in solutum iudicis authoritate pro prætensis creditis, quo casu daretur sibi retentio, etiam si iudex nulliter, ac iniuste processisset, sed habuit virtute cessionis sibi factæ ab offerente in iudicio subhastationis dicti prædij, & propterea non potest retinere, cum illius occasione prædium ad eum non peruenit; Nam si prædium ad eius manus peruenisset pro vero credito subhastationis, vtique daretur retentio, iuxta distinctionem *Bart. in dicta l. Si non fortem*, §. *si centum*, *n*. 8. *vbi Bald. in fin*. & cæteri adducti in præcedenti quæstion. quibus addo *Rota decis*. 11. *nu*. 3. *par*. 2. *diuersorum*.

4 Non obstat contrarium, de quo supra in princ. quia illud intelligi debet, vel quando creditum est liquidum, vel quando possessio fuit amissa culpa Rei conuenti ob eius contumaciam, vt declarat *Alexand. in dicta l*. 3. §. *fin. n*. 27. & 28. *ff. de acquir. vend. possess.* quoniam tunc si creditor offerat probare hypothecam, audiri debet, & impeditur restitutio occasione spolij, & subdit hanc esse veram opinionem, quem ibi Doctores communiter sequuntur, refert, ac sequitur *Hercul. ibid. n*. 33. *Negusant. de pignorib*. 2. *membr*. 3. *par. n*. 20. & 21. Cæterum hic non agitur de amissione possessionis ex culpa, & contumacia, sed de spoliatione à iudice facta nulliter procedente, in specie sic decidit *Rot. in Romana domus* 24. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo*.

## EPITOME.

Decretum de adiudicando si fiat non in die citationis, sed in die ante, an subsistat.

### SVMMARIVM.

1 *Decretum de adiudicando factum non in die citationis, sed in die ante, valet.*

*Sed contra, n*. 6. & *sequentib*. & *n*. 15.

2 *Citationes per contradictas fiunt ex vrbanitate, sed vide, num*. 9.

*Et illarum defectus non attenditur, n*. 3.

*Intellige, vt num*. 8.

4 *Citationes quotidie fieri solent ad sententiam ad hodie per totam, quo casu in qualibet diei parte ferri potest sententia.*

*Declaratur, num*. 10. & 12.

*Et eo magis, si prius fuerit factum decretum de deliberando cum clausula nisi infra mensem, n*. 5.

7 *Citatio si respicit horam præcisam, & actus fiat extra illam horam, factus dicitur sine citatione, & non valet.*

11 *Orationes separatæ coniungi non possunt, sed distinctè qualibet pars de per se intelligi debet.*

14 *Actus validitati non fauetur, cum agitur de notabili præiudicio partis.*

15 *Decreta plura, quando facta sunt sub diuersis diebus, si mandatum fuit expeditum sub vna certa die non potest substineri ex decretis sub alijs diebus factis.*

16 *Actus gestus ex capite incongruo non potest substineri ex congruo, ex quo fieri potuisset.*

17 *Mandato inualido vtens non iuuatur ex valido, quo vsus non est.*

## QVÆSSTIO CLXXI.

Decretum mandari de adiudicando, vt sit validum, requirit præuiam citationem ad comparendum, & videndum mandari adiudicari, & quodcunque mandatum, &c. alias illud est nullum, vt sæpè dixi. Modo accidit citationem fieri pro die puta quinta Decembris, ad videndum adiudicari pro die octaua eiusdem Mensis post citationem emanatam sub quo die decretum de adiudicando factum non fuit, sed sub die septima, & sic per diem ante, quam cadebat citatio.

Quæritur quid statuendum.

1 Videtur dicendum decretum valere; Quoniam istæ

2 citationes per contradictas fieri solent ex vrbanitate, iuxta *decis. Put*. 381. *in fin. lib*. 2. *Rot. dec*. 260. *num*. 2. *lib*.

3 2. *par*. 3. *diuers*. & ideo illarum defectus attendi non debet, *Gallesi. de oblig. Camer. quæst*. 36. *n*. 4. & *seq*.

4 Item, quia quotidie fieri solent citationes ad sententiam ad hodie per totam, & tunc in qualibet diei parte ferri potest sententia *Seraphin. in sua decis*. 1115.

Quin etiam verba, ad videndum mandari adiudicari, & mandatum quodcunque &c. referri possunt ad hodie per totam, & ad dictam diem sunt referenda, ex quo agitur de validitate actus.

5 Quod ego magis firmandum est, si prius fuerit factum decretum de deliberando cum clausula, nisi infra mensem, &c. sub qua citatione valide fit relaxatum mandatum.

6 At quod imo decretum fit nullum, perinde, ac si factum non extitisset absque vlla citatione, habetur per *Bart. in l. fin. num*. 1. *ff. quod vi, aut clam*, *Felin. in capit.* con-

*consuluit, num.3.& ibidem, Abb.sub num.4.vers. Et si vis de offic.delegat. Afflict.decis.387.num.5. Rol.consil. 32.num.37.vol.1.Vant.de nullit.tit.ex defect.cit. nu.73. Verall.decis.285.num.3.par.3.Rot.decis.340.n.1.par.1.*
7 *in recentior.* vbi ex pluribus confirmatur, quod si citatio respiciat horam præcisam, & actus fiat extra illam horam, factus dicitur sine citatione, & non valet, *Grat. discept.foren.cap.510.n 9.lib.3.*

8 Non obstat, si obijciatur, quod istæ citationes per contradictas non sunt necessariæ, cum fieri soleant ex vrbanitate.

Quia respondetur procedere, quando iam personalis citatio præcesserat ad totam causam, quoniam alias requiruntur ex necessitate, *Vital.in Clement. 1.n.59.& 60. de iudic. Gemin. consil.109. num.3.in fin. & num.4. Rota decis.8.de testib. in nouis. & decis.10. de re iudicat. in nou.ac decis.430.num.1.coram Sanctiss.Gregor.& ibi adden.num.3. Vant. de nullit.ex defect. citat. num.98.in fin.* quæ citatio personalis in præsenti non supponitur facta, in terminis sic resoluit *Rota coram bon.mem. Vbaldo in Romana Census decemmill.27. Martij 1628. & coram eodem in eadem causa, 9. Iunij eiusdem anni*
9 *1628.& Galles.* se fundat in antiqua formula obligationis Cameralis cum constitutione procuratoris in curia ad confitendum debitum, sed hoc recessit ab aula ex reformatione *Sanctiss. Pij V. vt in eius constitut.113.in nou.Bullar.tom.2.fol.318.§.5.& sequen.* vbi præscripta forma procedendi per audientiam, vel per edictum, inter alia mandantur fieri citationes; Et hoc ipsum fuit confirmatum per *Sanctiss. Paul. V. in sua reformatione in tit.de A.C.§.5.* vbi requirit citationem etiam, quod mandatum fuerit susceptum, quod & bene declarat *Tiber.Salust.in sua praxi lib.1.cap.10. & cap.27.& 30.* Et hodie nulla est differentia inter absentes, & præsentes, nisi quod contra præsentes citationes fiunt in Vrbe per Cursores; & contra absentes per audientiam contradictarum, vel per edictum publicum, cum tamen de necessitate requirantur ex superius deductis.

10 Non obstat, quod citatio videatur facta ad hodie per totam, quæ erat dies 7.

Quia illa citatio continebat separatas orationes, ac distinctas, ex quo prima pars continebat comparationem faciendam ad hodie per totam; Altera vero pars continebat monitionem ad p.d. in illis verbis, Ad videndum mandari adiudicari, seu mandatum quodcunque desuper necessarium.

Quare dicta pars, quæ continet simplicem comparitionem à parte faciendam nihil habet commune cum secunda, quæ factum iudicis concernit explendum ad
11 p.d. & pro prædicta, cum illæ sint separatæ orationes, vt dictum coniungi non possunt, sed distincte quælibet pars de per se intelligi debet, *Bart.in l.3.§.filius, sub nu. 3.ff.de lib. & posthum. Bero.cons.120.n.72.& 73.lib.2. Rot.dec.308.n.1.p.2.in recentior.*

12 Nec mouet, quod huiusmodi citationes fiant, ac fieri soleant ad sententiam ad hodie per totam, & tunc in qualibet diei parte fieri possit sententia, ex *Card. Seraph.dec.1115.*

Quoniam illud obiectum procederet, si vlterius citatio non progrederetur. Verum quia, quoad mandatum de adiudicando dicit ad p.d. debebat expectari terminus illius diei, iuxta formam citationis, *Rot.per Seraph. dec.972.n.5.& seqq.*

13 Non etiam repugnat, quod verba, ad videndum mandari iudicari, & mandatum quodcunque &c. cum possint referri ad hodie per totam, sint ad hanc diem referenda, ex quo agitur de validitate actus.

Nam ex præmissis apparet contrarium quod non possunt, nec debent referri, nisi ad p.d. cum orationes sint diuersæ, ac separatæ, atque etiam, quia verba, ad videndum mandari adiudicari, &c. sunt iuncta cum illis sequentibus verbis, seu mandatum quodcunque, &c. quæ absque dubio determinantur ex clausula ad p.d. non autem ad hodie per totam, vt ratione istius adiuncti etiam verba illa, ad videndum, &c. de p.d. intelligi debeant, ex traditis per *Honded.consil.8.num.38.lib.2.*
14 Ideo cessat, quod fieri debeat interpretatio pro validitate actus, cum simus in claris de relatione ad p.d. præsertim si agatur de notabili præiudicio partis, quo casu non est fauendum validitati actus, sed potius obuiandum, ne quis damnum patiatur, *Ias.in l.quoties in stipulationibus, num.3.ff.de verb.oblig. Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt.34. num.8. & 13. Menoch. in simili suo tract.præsumpt.34.n.12.lib.3.*

Neque obstat, quod citatio hæc non fuerit necessaria, stante primo decreto de deliberando forsitan facto, sub qua citatione valide, deinde fuerit relaxatum mandatum,

Quoniam id locum habere posset, vbi relaxatio mandati de adiudicando refertur ad illud decretum,

Sed hic supponitur referri ad citationem postremam sub die octaua, nec propterea habenda est consideratio aliqua illius decreti, quo pars vti noluit, & dum post factum dictum decretum fuit de nouo facta citatio pro habendo alio mandato adiudicationis, ad quod etiam iudex se restrinxit, præcedens decretum de deliberando fuit circumductum, *Rot.decis.274.num.1.& seq.par. 1.recentior. & coram Sanctiss. Gregor.decis.339.num.2.*
15 Et in terminis, quando fuerunt facta plura decreta sub diuersis diebus, si mandatum fuit expeditum sub vna certa die, quod non possit substineri ex decretis sub alijs diebus factis *Rot. dicta decis.274.par.1. recentior.*
16 quia actus gestus ex capite incongruo non potest substineri ex congruo, ex quo fieri potuisset; *Gratian. discept. foren.cap.573.num.49.lib.3.* & mandato inualido
17 vtens non iuuatur ex valido, quo vsus non est, *Mohed. decis.5.ante num.1.vers.Fuit resolutum, de procur. Cassador.decis.7.nu.5.ad fin.de appel. Achill.decis.7.de procur.Honded.consil.55.sub n.80.ad fin. & num.seq. lib.1.*

## E P I T O M E.

Retentio pro alijs creditis, & meliorationibus an competat, & pro qua summa facta declaratione spolij occasione subhastationis, & adiudicationis nulliter factæ.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Retentio quandoque datur in spolio iudiciali. Sed declaratur, n.seqq.*
2 *Spolium ante omnia est purgandum.*
3 *Retentio in spolio non datur pro alio credito, licet vero, & reali.*
4 *Fructus, & pensiones exactæ post motam litem super spolio diminuunt creditum sortis, & impediunt retentionem, ex quo non dicitur constare de credito liquido. Et interim non potest euitari restitutio spolij, n.5.*

## Q V Æ S T I O CLXXII.

FVit pronunciatum spolium prædij fore purgandum ex nulliter facta subhastatione, & adiudicatione, & in sententia fuit facta reseruatio pro alijs creditis, & melioramentis factis in eo.

1 Dubitari contingit, an competat retentio pro censu, qui prætenditur, & pro qua summa.

Et dicendum videtur, quod sic, quia aliquando in spolio iudiciali datur retentio, *text.glos.& Bar.in l.fundus, qui locis, ff.de rescind.vendi. Galles.in tract.de form.*

Camer.

*Camer. oblig. in fin. num. 32. Surd. post adductos per eum decis. 47. num. 7.* & dixi in proxime præcedentibus quæstionibus.

2 Verius tamen dicitur non competere, quia spolium ante omnia est purgandum, etiam si fuerit iudiciale, *ad not. in l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi publ. Surd. cons. 189. num. 30. Gabriel de restit. spol. concl. 1. nu. 124. & sequ. Caputaquen. decis. 180. par. 3. Rota in Fauentina spolij 11. Iunij 1615. coram R.P.D. Vbaldo, quæ est 724. num. 5. par. 2. in recentior. & in Romana domus coram eodem Vbaldo 24. May eiusdem anni.*

Non obstat, quod aliquando in spolio iudiciali datur retentio.

3 Quoniam respondetur prædium prædictum non fuisse adiudicatum pro credito dicti census, sed pro alio credito, vnde non potest retineri pro alio credito; licèt vero, & reali, iuxta doctrinam *Bart. in l. si non sortem, §. si centum, num. 8. vbi Bald. in fin. & Castrens. nu. 5. ff. de condict. indebi. Surd. dicta decis. 46. n. 10. & infra*, cum alijs de quibus in superioribus quæstionibus.

Quin etiam dicitur, quod etsi prætenderetur retentio occasione crediti, pro quo fuit facta subhastatio, & adiudicatio quamuis nulliter, ex quo tamen spoliator fuit immissus in possessionem cum dicto vitio spolij
4 predij antedicti, vbi is exegerit pensiones, & fructus, etiam post litem motam super spolio, hi fructus, & pensiones videntur diminuisse creditum sortis, ita vt cum eo compensari debeant, nec ideo interim constare dici potest de credito liquido, cum ad hunc effectum requireretur, vel confessio partis, vel res iudicata, *vt per rotam in Verduuen. Abbatiæ 22. Iunij 1615. & in Barchinonen. Parochialis 29. Nouembris 1613. coram R.P.D. Buratto inter impress. in recentior. decis. 741. par. 2. & dec. 537 par. 1. & per Card. Seraph. decis. 73. n. 1. & dec. 983. num. 7.*

5 Et interim neque poterit euitari restitutio spolij, vt in specie dictum fuit in *Anconitana Bonorum sancti Apollinaris prima Martij 1613. coram R.P.D. Pirouano, quæ est dec. 433. num. 3. & seq. par. 2. in recentior.*

## E P I T O M E.

Deliberatio facta plus offerenti, turbida redditur per inhibitionem factam à Iudice ad instantiam Tertij, ne possessionem ingrediatur.

Et an offerens interim euitare possit pretij solutionem non præstita præsertim cautione de euictione ob periculum imminens.

### S V M M A R I V M.

1 *Subhastatio requiritur in venditione pignoris.*

2 *Offerens in iudicio subhastationis non tenetur ad pretij solutionem, quando imminet euictio in limine contractus, non præstita præsertim cautione per venditorem.*

3 *Inhibitio facta plus offerenti ne ingrederetur possessionem, non liberat emptorem à pretij solutione, & n. 4.*

4 *Venditor sub hasta non tenetur de euictione.*

*Declaratur quadrupliciter, n. 7. 8. 9. & 10.*

5 *Euictione sequuta rei venditæ sub hasta, emptor agere potest ad pretij restitutionem.*

6 *Emptor excipiendo se defendere potest à pretij restitutione.*

11 *Venditor non tenetur præcisè ad fideiubendum.*

*Intellige non procedere, vbi velit pretium exigere, quia tenetur saltem causatiue illum præstare, quando emptor excipit de imminenti periculo euictionis, num. 12.*

## Q V Æ S T I O CLXXIII.

1 IN venditione pignoris capti in executionem rei iudicatæ subhastationem requiri, iuxta textum in *leg. ordo, Cod. de executione rei iudicatæ*, sæpè diximus in hoc Tractatu, nec ideo differendum, seu dubitandum.

Accidit bona ad hastam posita, fuisse deliberata Seio plus offerenti pro certo pretio, qui priusquam eorumdem bonorum possessionem adipisceretur, fuit per monitorium puta Auditoris Cameræ super iactationibus, & molestijs inhibitus, ne ingrederetur dicta bona, cum Titius in eorum quieta, & pacifica assereret esse;

2 Quò deinde stante Seius prætendit nil innouandum contra illum occasione oblationis prædictæ, & adiudicationis sequutæ, neque vlterius cogendum ad pretij solutionem, ob imminentem euictionem in limine contractus non præstita præsertim prius idonea cautione ad *tex. in l. post perfectam, vbi glos. & Doct. C. de euict. & l. habitationum, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vendi.* Et idcirco quæritur quid iuris.

4 Et prima facie videretur respondendum, quod nulliter, ac indebitè se opponant secus. Quia venditor sub hasta de euictione non tenetur, *l. 1. C. Credi. euict. pign. non deb. leg. periculum, vbi Bald. & Salyc. ff. de pignor. Negusant. de pignorib. par. 6. membr. 3. quæstion. 5. numer. 46.*

5 Sed contrarium in proposita concludendum est, quoniam sicut secuta euictione rei venditæ sub hasta emptor agere potest ad restitutionem pretij aduersus illum, qui solutionem recepit, & rem vendidit, *l. si plus, §. iussu iudicis, ff. de euict. l. si ob causam, C. eodem ego ipse in tract. de euict. quæst. 45. num. 3. & quæst. 67. num.*
6 14. ita quoque, & quidem fortius Seius emptor excipiendo se defendere potest à dicta pretij solutione, *l. si post perfectam, C. de euict. & dicta l. habitationum, §. fin.* in terminis *Surd. consil. 36. sub numer. 14. & 23. versic. Non aduertatur libr. 1. Rota diuersor. decis. 281. num. 11. & 32. par. 3. & decis. 525. numer. 8. par. 1. recentior.*

Non obstat, quod venditor sub hasta de euictione non tenetur iuribus, & authoritatibus deductis.

Quia respondetur regulam istam multipliciter declarari. &

7 Primò, vt non procedat, quando subhastatio declaratur nulla, *Rota decis. 370. num. 3. par. 1. recentior.* quo casu venditor sub hasta tenetur ad id, quod interest emptoris, ob dictam nullitatem subhastationis factæ in bonis alterius, quam debitoris, per *text. in l. 1. §. illud sciendum, ff. de separat. l. 2. in fin. C. credit. euict. pign. non debe. Balduin. in tract. de pign. c. 18. vers. quod de euict. non præstan.*

8 Secundo declaratur sibi non tribuere, quando euictionis periculum superuenit in limine contractus, quoniam tunc emptor causatiue per viam exceptionis potest prætium retinere, donec reddatur securus, & vti remedio dictæ *l. post perfectã, Rot. diuers. d. dec. 281. n. 35.*

9 Tertiò declaratur non habere locum, quando is, qui vendidit, & subhastationem obtinuit, sciens, & prudens non detegit vitium, aut rei subhastatæ seruitutem, *Aym. cons. 221. n. 9. Rota diuers. d. dec. 281. n. 34.*

10 Quartò declaratur sibi non vendicare, quando vendens, vt creditor non docuit, seu docere non potest se creditorem, *Rot. decis. 370. n. 6. par. 1. recentior.*

11 Non etiam aduersatur, quatenus diceretur venditorem præcisè non teneri ad fideiubendum ex ijs, quæ dixi in *tract. de euict. quæst. 8. n. 7. & infra.*

12 Quia

11 Quia nihilominus dicimus illum causatiuè cogi, si vult pretium exigere, cum emptor excipit de imminenti euictione, *d.l.post perfectam, Surd. d. cons.39.n.14. & decis.183.n.1.*

## E P I T O M E.

Subhastatio, quando in totum, vel in parte declaratur nulla, priores obligationes an extinguantur, ita quod creditor primæuas actiones non retineat.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Subhastatio si in totum, vel in partem declaratur nulla priores obligationes non extinguuntur, sed creditor retinet primauas actiones.*

### Q V Æ S T I O CLXXIV.

NVnc quæro, an quando subhastatio in totum, vel partem declaratur nulla, priores obligationes extinguantur, ita quod creditor primæuas eius actiones retineat.

1 Respondetur ob huiusmodi nullitatem titulum reduci ad non titulum; Non tamen ad priores obligationes extinguuntur, sed creditor integras retinet eius primeuas actiones, *l.si quis antea, §. si quis conduxerit, vbi Ias.n.13.ff.de acquiren.possess.Surd. dec.51.nu.19.& 20. Rota in recent.decis.370.n.3.par.1.*

## E P I T O M E.

Venditione facta à credit ore sub hasta, si is de euictione promisit, & pretium fuit consequutus, an debitor ita censeatur liberatus, vt de cætero quicquid accidat molestari nequeat.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Euictionis promissio non impedit liberationem debitoris, quæ sequitur ex solutione pretij, quod creditor ab emptore percepit.*

*Sed contra, n.2.*

3 *Creditor licet vendat rem sui debitoris, & pretium deuenit ad creditorem irreuocabiliter.*

### Q V Æ S T I O CLXXV.

CReditor in venditione bonorum debitoris facta sub hasta de euictione promisit ad fauorem emptoris, & pretium fuit consequutus, & ideo quæritur, an debitor ita censeatur liberatus, vt deinceps quicquid accidat, molestari nequeat.

1 Pro parte affirmatiua facit regula, quod solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, & actio, *Insti.quibus mod.tolli.oblig.in princ.cum vulgar.& facit tex.in l.si plus, §.1.ff. de euict.* vbi si pignus venditum euincatur exempto agitur contra eum, qui ex prêtio pignoris liberatus fuit; vnde & sic dicendum videtur in casu proposito, nempè euictionis promissionem non impedire liberationem debitoris, quæ sequitur ex solutione pretij, quod creditor ab emptore recepit, & ex quo euictionis promissio, & obligatio est separata à prima actione, & in terminis ita respondit *consil.449. n.38.cum seqq.*

2 Sed contrarium resoluitur in præsenti Quæstione, quoniam donec locus esse potest euictioni debitor non est liberatus, sed interim liberatio remanet in suspenso, adeo, quod si contingat rem euinci, & creditorem cogi ad pretium restituendum emptori, creditor ipse agere potest aduersus debitorē pro suo credito consequendo veteri actione primæua, seu contraria, *l.rescriptum, §.1. ff. de distract. pign.act.* in specie tenet ita *Negusant. de pign. mem.1.6.par.nu.43.* vbi respondet rationibus *Decij in dicto cons. 440.*

3 Non enim liberatur debitor, nisi pretium rei sub hasta venditæ deueniat ad creditorem irreuocabiliter, *l.Sextante, §.Latinus, de except.rei iudic. Bar.in l.Eleganter, in prima opposit. ad primum not.ff.de pign.act.est glos.in l.si mandato Titij, §. creditori, ff.manda.in verb.non sit per illum tex.* vbi dicit tex. quod si creditor vendat pignus, non liberatur debitor, nisi creditor pretium sit consequutus, & ibi subdit glos. quod non dicitur consecutus pretium, quando illud cogitur restituere, per *l.non videtur, ff. de regul.iur.* & ita concludo, prout, & idem tenui in *tract.de euict.qu.45.n.3.& seq.*

## E P I T N M E.

Creditor, si rem vendat sub hasta, & promisit de euictione, eaque secuta soluit emptori, an eidem detur actio aduersus debitorem ad petendum, & quibus casibus.

### *S V M N A R I V M.*

1 *Res si à creditore sub hasta venditur, & is de euictione promisit, & soluit emptori ea secuta, eidem datur actio aduersus debitorem ad repetendum.*

*Et quibus casibus, ibidem.*

1 *Creditor non repetit, quod soluit emptori sub hasta, ex promissione euictionis facta, quando talis promissio, & obligatio nullam affert vtilitatem debitori.*

### Q V Æ S T I O CLXXVI.

QVid si creditor vendit sub hasta rem sui debitoris, & promisit de euictione, quæ postea secuta fuit, soluit emptori, quod promisit, agere possit aduersus debitorem pro repetitione eius, quo soluit dicto emptori.

1 Istam quæstionem posui in meo tractatu, de euictione, Quæst.44.num.21. vbi pro affirmatiua dixi dari tres casus, & num.seq. declaraui non procedere, quando creditor nullum commodum, seu vtilitatem debitori attulit ex huiusmodi euictionis promissione, vt ibidem videri potest, nec ideo repeto.

## E P I T O M E.

Creditur in diem, ante diem non potest agere ad immissionem, subhastastationem, & adiudicationem absque vitio spolii.

Creditori quemadmodum liceat agere ante diē.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Immissio in possessionem bonorum debitoris ante diem non agit ad subhastationem, & adiudicationem, & n.3.*

2 *Hipothecam quis ante diem intentare non potest.*

4 *Creditori permissum est agere contra debitorem ante diem, vt adueniente die soluat.*

*Intellige, & ad effectum, vt caueat n.5.*

6 *Creditor ante diem non dicitur creditor.*

QVAE-

## QVÆSTIO CLXXVII.

Sempronius erat debitor Seij scutorum puta centum soluendorum illinc ad annum.

Egit Seius ad immissionem, subhastationem, & adiudicationem bonorum Sempronij debitores elapsis tantum sex mensibus, & ita priusquam aduenisset dies solutioni adiectus.

Sempronius opponit adiudicationem esse spoliatiuam ex capite iniustitiæ ratione præmissa.

1 Et sanè concluditur non potuisse Sempronium procedere ad subhastationem, & adiudicationem dictorum bonorum, *ex Bal. consil. 169. lib. 3. & Alexand. consil. 95. in princ. num. 1. vers. Per hoc patet, & num. 7. lib. 1. & in l. pecuniam, num. 7. ff. si cert. petat.* Nam sicut
2 quis ante diem non hypothecam intentare, *l. soluitur, §. si paciscatur, ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. l. cum*
3 *soluendæ, ff. de distract. pign.* ita nec potest ante diem peti subhastatio, seu adiudicatio *ad not. per Ruyn. consil. 152. num. 4. & consil. 119. num. 1. lib. 5.* & dictum fuit coram *Cardin. Caualerio in Nepesina Landi 27. Nouembris 1614. & 10. Martij 1614. inter impress. decis. 270. & 292.*

4 Et quamuis permissum, quandoque sit creditori agere ante diem, vt adueniente die sibi soluatur ad tradita per *Aug. & scribentes in omnibus, ff. de iudic. Afflict. decis. 108. num. 3. & ibid. Vrsill. num. 3. Rip. in l. 2.*
5 *n. 34. ff. sol. matrim.* id intelligitur ad effectum, vt caueat, non autem, vt sibi satisfiat ante diem, vt per præcitatos Doctores, quibus addo *Surdus in tractat. de aliment. titulo 8. priuileg. 77. num. 9. & consil. 68. n. 10. lib. 1.*

6 Non enim ante est verè creditor, *Rota coram Orano, in Romana de Pinellis. 28. Februarij 1598. post Menoch. de recuper. possess. remed. 5. num. 23. & infra, & remed. 9. num. 234.*

## EPITOME.

Subhastatio, & adiudicatio, quando irritę declarantur, & mandatur rem restitui aut iustum pretium, an statim succedat obligatio ad interesse post moram, si reus non habet facultatem rei restituendę.

Et quando res est perempta agi debet ad ipsam rem, licet in condamnatione veniat ęstimatio.

### SVMMARIVM.

1 *In obligatione rem restitui non statim succedit obligatio ad interesse post moram, sed cum reus desinit habere facultatem rei restituendæ.*

2 *Re perempta adhuc agi debet ad ipsam rem licet in condemnatione veniat æstimatio, sicut in obligatione rem dari.*

## QVÆSSTIO CLXXVIII.

In executione iudicati captus fuit equus, qui fuit subhastatus, & plus offerenti deliberatus, & traditus, & postea à Iudice à Principe delegatum ad instantiam partis sententia fuit reuocata, & rescissa, mandatum equum restitui, seu illius iustam æstimationem, & valorem. Accidit, quod equus restitui non potest, quia venditus fuit extero, qui illum duxit in longinquas partes, & ideo emptor vult, ac prætendit soluere pretium, pro quo fuit venditus subhasta. Quæritur an audiri debeat.

1 Et respondetur, quod non, quoniã subhastatio non arguit iustum pretium, vt dixi in Quæst. 56. num. 7.

2 Sed vel debet restitui equus, vel iustum pretium persolui, iuxta doctrinam *Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 6. quæst. principali, ff. de verbor. oblig.* vbi tradit, quod in obligatione rem restitui non statim succedit obligatio ad interesse post moram, sed cum reus desinit habere facultatem rei restituendæ, quem sequitur *Afflict. decis. 347. num. 3. vbi ex eodem Bart. addit,* quod re perempta adhuc agi debet ad ipsam rem, licet in condemnatione veniat æstimatio sicut in obligatione rem dari, vt in *l. seruum, §. fin. ff. de verbor. obligat.* in terminis quæstionis nostræ ita decidit *Cagnol. in l. 2. n. 162. C. de rescind. vend.*

## EPITOME.

Saluiano interdicto an agi valeat aduersus eum, ad quem res deuenit ex subhastatione, & deliberatione facta ad instantiam creditorum.

Creditores hypothecarij, qui subhastationi non interuenerunt sibi non præiudicant.

Maiori parti creditorum statur, quando secuta morte debitoris hæres non vult adire, nisi relaxetur pars debiti.

Emptori soluenti creditoribns posterioribus contra promissa, qualiter succurratur.

### SVMMARIVM.

1 *Emptor sub hasta plenam consequitur liberationem, nec decipi, seu damnum pati debet, & nu. 3. 5. & 7. Sed videas nu. 5.*

*Præsertim, quando maior pars creditorum huiusmodi subhastationi, ac deliberationi consensit, nu. 4.*

*Ampliatur ad debitorem soluentem ex iusta causa putatiuo creditori, nu. 2.*

6 *Creditores hypothecarij, qui subhastationi non interuenerunt, eligere possunt contra quem agere velint.*

8 *Soluens alteri, quam creditori non liberatur.*

*Neque soluens creditori, cui de iure solui non debeat, num. 9.*

10 *Creditorum maiori parti tunc statur, quando debitor mortuus est, & illius hæres recusat adire hæreditatem nisi pars debiti remittatur, & quibus alijs casibus procedat.*

11 *Solutio, quando ex conuentione fieri debet ab emptore anterioribus, & potioribus creditoribus, & facta est solutio posterioribus, soluenti succurritur cogendo posteriores creditores, & fideiussores, vt soluant anterioribus ratione virtutis inclusiue, licet non sit nominatus emptor, vel soluens.*

*Et emptor tali casu agere potest via executiua, si creditores, quibus fuit solutum, obligauerint restituere prioribus, & potioribus etiam nulla existente cessione, nec constet illum esse creditorem, nu. 12.*

## QVÆSTIO CLXXIX.

Quæro, an agi valeat Saluiano interdicto aduersus eum, qui præcedente subhastatione, & deliberatione ad instantiam creditorum facta, obtinuit à Iudice bona debitoris.

1 Et concludendum videretur, quod non; quia stante Iudicis auctoritate, & ementis bona fide in publica subhastatione decipi non debet, vel damnum aliquod sentire, sed quinimò consequi plenam liberationem, per ea, quæ notãtur in *l. ait Prætor, §. permittitur, de minor.*

vi-

*vigintiquinque annis ex aspectu, eodem tit. Bal.in l. 2.C.*
2 *de serui.Ruyn.conf.161.n.3.lib.4.vbi n.4.* hoc ampliat ad
debitorem soluentem ex iusta causa putatiuo credito-
ri, qui etiam nullo Iudicis iussu accedente liberatur, *l. 1.*
*§.si rem à serno, ff. deposi. Bar. & Alber.in l. vrbana, de*
*condit.indebit.Bal.in l.extat, quod met. caus.*
3 Ex quo enim adiudicatio facta fuit iudicis auctorita-
te, & pretium fuit solutum, facta censetur liberatio,
adeo quod emptor nullatenus possit vlterius molestari
nedum à debitore, pro quo pretium fuit solutum cre-
ditoribus, sed nec ab alijs, qui causam habeant ab eo,
quibus non potest plus suis competere, quam vendito-
ri, ex cuius persona ius suum metiuntur, *l. ex qua perso-*
*na, C.de rei vendicat.Surd.decis.60.sub n.9.in fine.*
4 Et hæc præsertim procederent, quando maior pars
creditorum huiusmodi adiudicationi consensissent, *l.*
*iurisgentium, §.hodie, de pact.*
5 His tamen, & similibus non obstantibus contrarium
est verius, quando creditores hypothecarij subhasta-
tioni non interuenerunt, quid non fuit extincta eorum
hypotheca, neque sublatum ius eis competens, *l.cum*
*notissimi, §.1.C.de præscrip.30. ann.* & ideo eligere pos-
6 sunt, contra quem eligere velint, *ad l.1. §. quod ergo, de*
7 *ventr.inspic.* nec mirum, si emptor per solutionem non
est liberatus, cum solutio facta fuerit creditoribus po-
sterioribus, & ita censendum solutum ei, vel eis, qui cre-
ditores non erant, *l.1.§.ante omnia, de pact.Bar.in l.ei*
*qui, in princip.ff.si cert.peta.Surd.dicta decis. 60. sub n.1.*
*post Iason in l.non solum, n.1.ff.solut.matrim. Crot.consil.*
*85.num.14.& Socin.iun.consil.105.numer.33. lib.3. &*
*alios, vt ibi,* & in terminis Saluiani interdicti censuit
*Rota coram Card. Seraphino in Romana subhastationis*
*20.Iunij 1597.inter impress.dec.1233.*

Non obstant in contrarium adducta. Nam ad id,
quod dicitur, emptorem bonæ fidei, & iudicis auctori-
tate præcedente non debere esse in damno.

Respondetur, ei imputandum esse, si non soluit ante-
rioribus, & potioribus creditoribus, ex quo sicut sol-
8 uens alteri quam creditori non liberatur, *l. 1. §. ante*
*omnia, ff.de pact.l.2.vbi gloss.& Bar.& posteriores, ff. si*
*cert.peta.l.in alienam, vbi Bal.C.de procur. l.qui alienã,*
*§. quamquam, ff.de negot.gest.l.filia, ff.de solut. Alexan.*
9 *consil.37.num.1.lib.3.* ita qui soluit creditori, cui de iu-
re soluere non debebat, liberationem non consequitur,
*Surd.dicta decis.60.sub num.1.vbi num.seqq. id compro-*
*bat.*

Neque refert, si subhastationi, ac deliberationi maior
pars creditorum consenserit, quæ præiudicat minori.
10 Quoniam procederet, quando debitor mortuus est,
& illius hæres non vult adire hæreditatem, nisi pars de-
biti remittatur; Aut si debitor aufugisset, ita quod non
posset illum; conuenire, nec inueniuntur eius bona; vel
quando debitor ob paupertatem vult bonis cedere,
quia tunc statur maiori parti non obstante contradi-
ctione minoris partis, & non aliter, quasi tunc credito-
res habeant, quem conueniant, prout in similibus habe-
tur apud *Afflict. decis.288 per tot. & ibi latè per Vrsill.*
*Straccb.in tracta. de decoct. tit. de pact.int.credit. & de-*
*coct. Roman.in cons.439.circa primum.*
11 Verum nota, quod quando in terminis dictæ de-
cis. Rot. coram Seraphino 1233. fuisset conuentum,
quod pretium solueretur anterioribus, & potioribus
creditoribus, & cum ista adiectione fuit factum deposi-
tum cum Iudicis decreto, & emptor molestaretur ab
anterioribus creditoribus, illi vtique succurretur cogen-
do posteriores creditores, ac eorum fideiussores, vt sol-
uant anterioribus iuxta Iudicis decretum, quod respicit
nedum fauorem creditorum, sed etiam emptoris, cuius
intererat pretium conuerti in satisfactionem credito-
rum, competitque illi actio, licet non sit nominatus, ra-
tione virtutis inclusiuæ, quæ in decreto adest, *l.ferno le-*
*gato, §.si testator.ff.de lega. 1. Bald. in l.si quis filium su*
*n.8.vers.quæro retento statuto, C. de innoffic. testam. Ro*
*ma.cons.32.sub n.7.vers.3.hoc idem.*
12 Quia etiam emptor tali casu agere potest via execu-
tiua, si creditores, quibus fuit solutum iuxta dictum de-
cretum se obligauerint restituere prioribus, & potiori-
bus etiam nulla extante cessione, nec constet illum esse
creditorem, cum sat sit apparere de suo interesse, & lar-
ge creditor dici possit, *l.creditores, ff.de verb.signifi.Rot.*
*coram Card.Seraphi.d.decis.1233.* quidquid enim resul-
tat virtualiter ex instrumento, & illius verbis, habetur
pro expresso, *Aym. cons. 149. n.21. Tiraq. 16. l.connub.*
*glos.7.n.179.Cephal.cons. 152. n.76. faciunt adducta per*
*Surd.decis.254.n.49.Gratian. Discept.lib.1. cap.115.nu.*
*27.& infra.*

## EPITOME.

Subhastationes, & deliberationes sunt nullæ ex defectu citationis.
An sufficiat citatio per edictum.
Quid quando in loco est consuetudo.
Et quando valeant non præsente pecunia habita fide de pretio de consensu creditoris.
Excessus reddit subhastationem, & deliberationem nullam, etiam si sit minimus.
Et magis si agatur de onere bonorum Ecclesiasticorum.

### SVMMARIVM.

1 *Deliberatio facta nulla præcedente citatione ad videndum deliberari est inualida.*
2 *Citationi per edictum non est locus, nisi in subsidium, & quomodo.*
*Et quid si adsit consuetudo loci, ibid.*
3 *Deliberatio facta non præsente pecunia est nulla.*
*Etiam quod postea accesserit consensus creditoris, n.4.*
5 *Excessus etiam in minimo sufficit pro inualiditate subhastationis, & deliberationis.*
*Et eo magis si agatur de bonis emphytheusis Ecclesiastica, n.6.*

## QVÆSTIO CLXXX.

FVerunt subhastata, & deliberata bona debitoris, à quo de nullitate multipliciter dicitur.

Primò, ratione citationis non secutæ; aduersus quam replicatur, quod defectus iste suppletur ex affixione edicti de consuetudine loci, in quo fuit facta subhastatio.

Secundò opponitur, factam fuisse deliberationem habita fide de pretio, de consensu creditoris, qui postea accessit.

Tertiò, quod subhastatio, & deliberatio est spoliatiua ratione excessus.

Et idcirco quæritur quid iuris.
1 Quoad primum dicitur de nullitate constare posse
ex reuolutione actorum subhastationis à parte produ-
ctorum, quod deliberatio est facta nulla præcedente ci-
tatione ad videndum deliberari, prout necessariò re-
quiritur ad illius validitatem, *l.à Diuo Pio, §.2.vbi glos.*
*in verbo videatur. ff. de re iudic. Rota decis. 476.sub n.4.*
*par.2. in recentior. & coram sanctissimo Greg. decis. 319.*
*n.1.Gratian.disceptat. forens.c. 239.n.22.& seq.lib.2.*
2 Cuius citationis defectus non suppletur ex affixione
edicti quia citationi per edictum non est locus, nisi in
subsidi-

subsidium, quando scilicet factis diligentijs citandus non reperitur, *Vant. de nullit. ex defect. cita. n. 96. & 122. & seqq. latè Maran. in §. rectè concipiatur citatio num. 82. & seqq.*

Nec obstat, si obijciatur consuetudo loci procedendi per edictum; quia ista consuetudo concludenter deberet concludenter probari in indiuiduo, & in casu de quo agitur, cum non sufficiat probatio in genere, *Rota decis. 72. n. 31. par. 2. diuers. Seraph. decis. 1259. in fine.*

3 Quoad secundam nullitatem, ex eo quod deliberatio facta fuit non præsente pecunia, sed habita fide de pretio contra *tex. in d. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iudic. Rebuff. in tract. de præcon. & licit. art. 7. gloss. vnic. n. 22. Rota decis. 105. n. 3. par. 4. diuers. & coram Gregor. decis. 28. n. 1. & 2.*

4 Non obstat limitatio dari solita, quod id non procedat, quando fuit habita fides de pretio de consensu creditorum iuxta *d. dec. Gregor.*

Quoniam dictus consensus legi debet in ipso actu deliberationis, vt est necesse ad ipsius validitatem, nec valet, si ex post facto præstitus reperiatur ea scilicet ratione, quia requiritur consensus talis, per quem ex tunc in ipso actu subhastationis, & deliberationis debitor liberetur à suo creditore. *Rot. in Asculana prædy 22. Iunij 1609. coram Card. Sacrato, apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 46.* de qua decis. faciunt mentionem *Adden. ad d. decis. 28. n. 6.*

5 De excessu verò (& sic de tertia nullitate) apparere potest, si executio, & condemnatio fuit facta pro summa, puta, scutorum mille, cum debitor non teneretur nisi ad sexcenta, ita quod excessus dicatur euidens, & per consequens subhastatio, & deliberatio dicitur iniusta, & spoliatiua, ad quem effectum sufficit excessus etiam in minimo, *Bart. in l. si non fortem, §. si centum n. 6. ff. de condi. indeb. Rot. decis. 630. n. 3. par. 2. in recent.*

6 Quinimo etiam, quod iste excessus esset minor, augeretur, si pro debito executio capta esset pro valore totius tenutæ, & debitor teneretur solum præstare æstimationem rei, & tenuta habet onus canonis annui, quod minuit valorem, *l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. vbi glos. in verb. vendidisti, Gratian. Discepta. foren. cap. 428. n. 14. lib. 3. Surd. cons. 427. n. 44. lib. 3. in termi. Bal. in l. sed si hoc, §. cuidam in fin. ff. de condi. & demonstr.* vbi quod onus debet deduci ex valore rei, quod si factum non sit, nullitas est euidens ob dictum excessum, *Felyn. in cap. ad aures n. 13. circa fin. vers. duodecima conclusio de rescript. Rot. decis. 60. de concess. præben. in antiq. & in Placentina subhastationis 18. Februarij 1633. coram Eminentiss. D. Cardin. Vbaldo, & coram eodem in eadem causa 5. Decem. 1631.*

## EPITOME.

Subhastationi locus est in hypothecaria, licet secus sit in Saluiano.

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio in Saluiano non conceditur, & de ratione. Admittatur tamen in hypothecaria, n. 2.*

## QVÆSTIO CLXXXI.

1 Obiectio sit de incompetentia actionis ad subhastandum in hypothecaria, quæ vbi actum esset remedio Saluiani interdicti sanè procederet, quia in eo auocatur sola possessio, & à Iudice conceditur in causam pignoris, vt de fructibus creditor sibi satisfiat integrè, *Aret. & Ias. in §. item Seruiana in fin. instit. de act. Bart. in l. 2. ff. de Salu. interdi. lib. 3. quæst. 11. num. 4.* propterea ex eisdem actis fieri non potest transitus de pignore ad solemnem subhastationem contra naturam Saluiani, secundum veriorem, quam reprobato *Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 18. n. 3. tenuit Rot. diuer. decis. 43. n. 3. par. 1. & decis. 759. n. 3. & 4. par. 2. recent. dixi supra in quæst. 126. n. 14.*

2 At secus accidit, vbi actum fuit hypothecaria, quod est petitorium, in quo creditor docto de credito, & illius validitate, agere potest ad auocationem possessionis à suo debitore, & tertio possessore, & procedere ad subhastationem pro integra satisfactione, quod est quid diuersum à Saluiano, prout ista, & plures aliæ differentiæ ponuntur per *Negusant. de pignorib. in 1. mem. primæ par. princ. n. 1. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. n. 7. & 180.* & attenta dissentione crediti in petitorio potest deueniri ad subhastationem, secundum naturam hypothecariæ actionis, vt dicitur in dicta *decis. 43.* & firmatum fuit in *Romana dotis 10. Decembris 1632. coram bon. mem. Iusto.*

## EPITOME.

Spolium in quæstione, de qua agitur, dicitur non intrare, quando Iudice authore fuit facta immissio, & subhastatio multo post fuit subsequuta.

Fructus percepti pendente disputatione super nullitate subhastationis sunt cum credito compensandi, dummodo alia ratione creditori non competat anterior possessio.

Reintegratio competit, quando Iudex nulliter, & iniustè processit, quatenus tamen doceatur de nullitate, ac notoria iniustitia.

Dicens de nullitate ad effectum spolij tenetur producere processum, & ex actis probare defectus, si qui sunt.

### SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non competit, quando in vim rei iudicatæ, & mandati de immittendo, vigore sententiæ latæ in hypothecaria fuit quis possessione ciuili, & naturali priuatus.*

2 *Possessione priuatus authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis non restituitur.*

3 *Spolium pro recuperatione bonorum intrat, quando creditor fuit factus ex fructibus.*

*Declaratur procedere, dummodo creditori non competat anterior possessio, n. 4.*

5 *Reintegratio competit, quando Iudex nulliter, & iniustè procedit.*

*Fallit non constito de nullitate, seu notoria iniustitia, num. 6.*

7 *Spolium prætendens debet producere processum, & ex actis probare defectum, quem asserit.*

8 *Citatio præsumitur ex cursu viginti annorum, & ex re iudicata.*

## QVÆSTIO CLXXXII.

Conqueritur secus se spoliatum occasione subhastationis factæ atque ita reintegrandum.

1 Cæterum ex aduerso replicatur, quinimo illum verè in vim rei iudicatæ, & mandati de immitendo vigore sententiæ latæ in hypothecaria possessione ciuili, & naturali fuisse priuatum per plures annos ante, & absque vlla expulsione, nec ideo ei reintegrationem compete-

re,

petere, *Ang. in l. clam poſſideret, §. quoad nundinas n. 2. in fin. Imol. n. 1. Alex. n. 2. ff. de acqui. poſſ. Mohed. deciſ. 4. n. 3. de reſtit. ſpoliat. Card. Seraphin. deciſ. 1325. n. 1. Rota coram Sanctiſſimo Gregorio deciſ. 582. nu. 5. Rota diuerſor. deciſ. 802. n. 6. par. 1.*

Prætenſio autem nullitatis ſubhaſtationis procederet, ſi in vim ſubhaſtationis fuiſſet amiſſa poſſeſſio, quæ tamen per plures annos antea ob mandatum de immittendo fuit ammiſſa; vnde non ſubhaſtatio, ſed immiſſio anterior Iudicis authoritate cauſam dedit amiſſionis poſſeſſionis, & ſucceſſiue, cum de tempore ſubhaſtationis creditor poſſideret, ceſſat extremum poſſeſſionis
2 requiſitum pro reintegratione; Et priuatus authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis non reſtituitur, *l. inſte poſſidet, ff. de acqui. poſſeſſ. gloſ. in c. præſentium. 7. quæſt. 1 Cæphal. conſ. 675. n. 10. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 43. n. 1. in fin.*

3 Verum difficultas ſuboritur, An quatenus conſtaret de nullitate ſubhaſtationis, dum diſputatum fuit ſuper illius inualiditate creditor fecerit fructus ſuos, ſeu illi compenſandi ſint cum credito, & ſic fuerit ſatisfactus, & ideo intret ſpolium pro recuperatione bonorum. Et dicendum videtur quod ſic, iuxta quæ ſcripſit *Ruyn. conſ. 165. n. 5. Surd. deciſ. 46. in fine Rota in Romana ſpolij 9. Iunij, & 10. Decembris 1627. coram R. P. D. Merlino.*

4 At contrarium concluditur in caſu noſtro, quoniam ex præmiſſis adhuc remanet anterior poſſeſſio ipſius creditoris valde ante ſubhaſtationem ob immiſſionem habitam virtute rei iudicatæ.

5 Non obſtat, quod Iudex nulliter, & iniuſte proceſſerit, quo caſu reintegrationem competere dixit *Rot. coram Sanctiſſ. dec. 43. n. 2.*

6 Quia procedit, ſi debitor probet nullitatem, vel notoriam iniuſtitiam, *Rota deciſ. 646. n. 1. par. 1. recent. Seraphi. dec. 867. n. 1. & fuit dictum in Romana de Bombellis 31. May 1613. coram Card. Sacrato.*

7 His accedit, quod debitor, qui ad effectum ſpolij dicit de nullitate, tenetur producere proceſſũ, & ex actis probare defectum, quem prætendit, *Rota diuerſ. deciſ.*
8 *636. n. 2. par. prima.* aliàs ex curſu, puta, viginti annorum, & re iudicata pro ea præſumitur, *Alex. conſ. 123. lib. 2. Gabr. de præſumpt. concl. 1. n. 36.* qui loquuntur, quando deficit citatio, *Rota in puncto coram Eminentiſ. Virili in Imolen. bonorum, 4. Iulij 1629.*

---

## E P I T O M E.

Subhaſtationis validitas ex defectu citationis debitoris, vel tertij poſſeſſoris oſtenditur.

Tranſportatio integra actorum quando præſumatur.

Et an ſufficiat fides cuiuſuis notarij, vel requiratur ipſius actuarij, vel ſucceſſoris in officio.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Citatio requiritur in venditione pignorum.*
2 *Subhaſtatio valida præſumitur ex poſſeſſione viginti annorum, & interuentus citationis.*
*Niſi contrarium probetur, n. 3. & 5.*
*Ampliatur etiam quod ex inſpectione proceſſus probetur citationis defectus, n. 4.*
6 *Defectus proceſſus probari ex defectu mandati ſe ſubhaſtando.*
7 *Subhaſtatio probatur valida ex aſſertione Notarij dicentis illam factam extitiſſe ſeruatis ſeruandis.*
8 *Tranſportatio actorum integra præſumitur, quando acta fuerunt extracta & tradita à Notario actuario, vel ſucceſſore, ſecus ſi ab alio.*
*Item quando Notarius atteſtatur non extare alia, n. 9.*
*Et ſufficit Notarium atteſtari fideliter extraxiſſe, numer. 10.*
11 *Tranſportatio actorum dicitur integra etiam non tranſportatis inſtrumentis, vbi adeſt ſtylus producendi verbaliter abſque eorum dimiſſione reali in actis.*
12 *Productio non dicitur realis, ſi inra deponantur penes Notarium, niſi petatur, vt regiſtrentur citata parte ad dicendum contra.*

## Q V Æ S T I O CLXXXIII.

AB annis viginti, ſeu triginta in vim Decreti Iudicis Titius eſt poſſeſſor quorundam bonorum ſui olim debitoris, qui modo dicit de inualiditate ſubhaſtationis, ex eo præſertim, quod non fuit citatus, prout nec
1 etiam tertij poſſeſſores, vt requirebatur in venditione pignorum, cum aliàs ſubhaſtatio ſit nulla, *l. Creditor, C. de diſtract. pign. Afflict. deciſ. 358. n. 7. Rol. conſ. 32. n. 30. lib. 1. Rota coram Sanctiſſ. dec. 319. n. 1. & ſuperius ſæpe fuit dictum.*

Et ad docendum de huiuſmodi inualiditate fuit productus proceſſus ab alio traditus, quàm ab actuario, ſeu ſucceſſore, in quo licet deficiat mandatum de ſubhaſtando, pro eius tamen integra tranſportatione videtur præſumendum; *Rota in recentioribus deciſ. 207. nu. 23. par. 4. & poſt ſecundum volumen conſ. Fari. deciſ. 116. nu. 1. & deciſ. 143. nu. 1. & deciſ. 144. nu. 1.*

2 Sed contrarium in propoſita quæſtione concluditur ſtante longa poſſeſſione viginti, ſeu triginta annorum, & quod ſecus non agat pro executione ſententiæ, ſed ſolum ſe defendat, & in vim decreti Iudicis ſit poſſeſſor, vt ſupra, vnde præſumitur pro validitate ſubhaſtationis, & quod interuenerit citatio, vt dixi in fine præcedentis quæſtionis, niſi eius defectus, & nullitas probetur, *Rota deciſ. 454. n. 1. par. 2. in recencioribus & deciſ. 201. n. 1. par. prima, & fuit dictum in Romana Subhaſtationis coram Reuerendo Patre Domino Voaldo, ſecunda Iunij 1614. apud Zacchiam de ſocietat. offic. deciſ. 60.*
3 quod procedit etiam ſi ex inſpectione proceſſus probetur iſta negatiua defectus citationis, *Paul. de Caſtr. conſil. 81. num. 31. lib. 2. Verall. deciſ. 192. num. 30. par. 3. Rota coram Sanctiſſimo Gregorio Decimo Quinto deciſ. 416. n. 5. & 8.*

4 Nam contrarium locum haberet; ſi proceſſus probaretur integer, ita vt ex inſpectione appareret defectus citationis, *Seraph. deciſ. 137. num. 3. Rota deciſ. 636. n. 3. par. prima recentiorum.*

6 At ſecus ſi proceſſus appareat defectiuus, & non integer. *Rot. diuer. d. deciſ. 636. n. 3. par. 1. & deciſ. 293. n. 6. & 7. par. 1. recent. & deciſ. 184. n. 4. par. 2*

6 In præſenti autem proceſſus apparet defectiuus, in quo deficit mandatum de ſubhaſtando, cuius mandati vigore fieri debuit ſubhaſtatio, ex cuius deficientia conſtat, quod proceſſus non eſt integer, & ſicuti illud deficit, ita etiam veriſimiliter deficere poteſt dicta citatio, *Corn. conſ. 349. ſub n. 8. verſ. Et maximè deducitur, vo-*
7 *lum. 1.* præſertim ſi Notarius aſſerat ſubhaſtationem fuiſſe factam ſeruatis de ſtylo ſeruandis, *Card. Seraph. deciſ. 1307. n. 3. verſ. Imo potius.*

Non obſtat, quod præſumatur pro integra tranſportatione actorum.

8 Quoniam præſumptio procedit, quando acta fuerunt à notario actuario tradita; ſecus quãdo ab alio fuerunt tradita, qui non eſt actuarius, nec ſucceſſor in officio, quia tunc non præſumuntur integra, vt fuit dictum in *Algaren. Diſmembrationis 5. Iunij 1617. coram R. P. D*

Remboldo, vbi additur, assertioni iudicis, qui dicit acta esse integra, non credi, cum hoc spectet ad officium Notarij non Iudicis.

9 Sufficeret etiam, quod Notarius attestaretur de integra transportatione, vel non extare alia acta, *Rot. post 2. volum. consil. Farinac. decis. 144. num. 5. & in Bracaren. Parochialis 29. Iunij 1610. coram Card. Sacrato.*

10 Seu si attestaretur fideliter extraxisse, vt in *d. decis. Bracaren. Parochialis*, vbi alia refertur.

11 Ac præterea processus diceretur integer, etiam non transportatis instrumentis, vbi adest stylus producendi iura verbalia absque eorum dimissione in actis reali, *Rota coram Sanctissimo Gregor. dec. 59. num. 2. & 10. vbi etiam adden. n. 9.*

12 Nota tamen in practica, quod ad effectum productionis realis non sufficit, quod iura dimittantur, seu deponantur pœnes Notarium, nisi etiam petatur, vt registrentur, & pars citetur ad dicendum contra, vt censuit *Rota in Mediolanen. Decimarum 27. May 1616. coram R.P.D. Coccina Decano, Adden. ad dictam decis. 59. Sanctiss. n. 12.*

## EPITOME.

Debitore defuncto in subhastationibus citari debeat hæredes, ac interesse putantes.

Vel saltem dandus est curator hæreditati iacenti.

Subhastationis, ac deliberationis nullitate stante fructus compensari debent cum sorte.

### SVMMARIVM.

1 *Debitoris hæredes sunt citandi in subhastationibus, & deliberationibus.*

*Et interesse putantes, n. 3.*

2 *Citatio, quod non fuerit facta probatur ex reuolutione cartarum processus.*

4 *Hæredes, quando non adsunt, dandus est curator hæreditati iacenti, qui citari possit in subhastationibus.*

5 *Fructus compensantur cum sorte, quando subhastatio est nulla.*

### QVAESTIO CLXXXIV.

Mortuo debitore fuerunt subhastata illius bona occasione æris alieni per eum contracti, absque eo, 1 quod fuerint citati sui hæredes, qua ratione subhastatio censetur nulla, cum in venditione pignorum necessario requiratur, *glos. in l. debitores, C. de pign. Afflict. dec. 358. n. 3. Rol. consil. 32. n. 3. lib. 1.*

3 Quod autem non fuerint citati potest apparere ex reuolutione cartarum processus, in quo non reperitur citatio, *Verall. dec. 192. par. 3. Rot. dec. 445. n. 4. par. 2. in recent. & dec. 611. nu. 2. p. 1. in recent. & coram Sanctiss. dec. 416. num. 5. vbi adden. sub lit. B.* de quibus quatenus plene non etiam constaret, sunt tamen citandi interesse putantes, *Mandos. consil. 208. num. 2. in fin.* Vel saltem dandus est curator hæreditati iacenti, qui citari possit, *l. 1. & secunda, vbi Bart. C. de cur. bon. dan. Alex. consil. 100. n. 16. lib. 5.* quibus non seruatis sine difficultate 5 subhastationes, & deliberationes sunt nullæ, & ideo iure merito prætendi potest, fructus perceptos fore compensandos cum sorte, vt resoluit *Rota in Imolen. subhastationis 17. Iunij 1609. coram bon. mem. Iusto.*

## EPITOME.

Subhastatio est nulla facto deposito post eam per plures dies.

### SVMMARIVM.

1 *Depositum factum post multos dies post subhastationem non suffragatur.*

### QVÆSTIO CLXXXV.

Plures dictum fuit supra, subhastationem esse nullam si facta sit non præsente pecunia.

1 Nunc dubitatio est, quid si depositum fiat non in ipsa subhastatione, sed post eam, & post multos dies.

Et respondetur illud non attendi, nec suffragari, vt censuit *Rota in Tiburtina Castri Sambuci 27. Ianuarij 1570. coram Sanctiss.* & iterum *decis. 28. num. 3. coram Greg. XV.*

## EPITOME.

Census, quando fuit impositus super fundo magni valoris, an pro fructibus illius, licet in parua summa, dictus fundus subhastari valeat.

Et qualiter procedat regula in contrarium afferri solita.

### SVMMARIVM.

1 *Res magni valoris subhastari nequit pro modica summa. Fallit n. 2. 3. 4. & 5.*

3 *Census, quando est impositus super fundo magni valoris, ille subhastari potest, & distrahi pro fructibus illius, etiam paruæ summæ.*

### QVÆSTIO CXXXVI.

Dominus census impositi super domo magni valoris, pro fructibus illius, puta scutorum triginta, eam subhastari fecit.

Dubitatur, an iure id fieri potuerit.

1 Et prima facie respondendum videretur negatiuè, ex ijs præsertim, quæ adduxi in Quæst. 17. & 112. num. 17. quæ conclusio fundata est in *glos. l. Quamdiu, C. de distract. pign.*

2 Cæterum aduertendum est glos. præallegatum non simpliciter recedere à regula illius text. sed tunc quando plures res fuissent pignoratæ, & res maxima fuit distracta, cum vilior potuisset alienari, *arg. ducto à l. magis puto, §. ait Prætor, ff. de reb. eor.* necessitas enim in eum modum, & bona fides concurrere debent, & iudices mouere in decernendo venditionem pignorum: vt considerant *Bar. in consil. 322. num. 3. Quaero lib. 1. Ossasc. decis. 27. num. 13. Menoch. post adductos per eum de arbitr. iudic. casu 502. num. 32.* quæ si extarent, decretum de subhastando, ac deliberando videretur claudicare. Ve-3 rum si census (pro cuius fructibus consequendis deuentum est ad subhastationem, & deliberationem) fit impositus super tota domo, & ita est res particulariter pignorata, & obligata, distrahi potuit nedum ratione obligationis, quæ indiuidua est, sed etiam ne domínus census cogeretur scindere in partes iura sui census per alienationem partis domus, vt in specie resoluit *Rota in Romana nullitatis subhastationis 27. Iunij 1616. coram Reuerendo Patre D. Pirouano.*

4 Supradictis adde, quod pignoris per debitorem oblati venditio

Venditio, etiam si magni sit valoris, sub hasta pro exiguo credito facta, retractari non debet, quoniam debitor sibi debet imputare, qui executori illud obtulit; Prout nec etiam, si res magni valoris à debitore pro paruo debito detur, quem aliàs vilioris pretij res habuisse constat, retractari debet, quia in fraudem executionis fecisse videtur, & ne fraus patrocinium præstet, audiendus non est, *Gamma decis.40.*

## EPITOME.

Assertioni Nuncij referentis coram Notario se vendidisse sub hasta seruatis seruandis domum, seu prędium non credendum firmatur, nisi aliunde de his solemnitatibus constet.

Prout nec etiam Notario, cum id non spectet ad eius officium.

### SVMMARIVM.

1 *Assertioni Nuncij coram Notario referentis sub hasta vendidisse seruatis seruandis domum, seu prædium non creditur, nisi id aliunde constet.*

2 *Notario asserenti venditionem sub hasta seruatis seruandis fuisse factam, fides non præstatur, cum id non spectet ad eius officium.*

## QVAESTIO CLXXXVII.

1 NVncius retulit coram Notario se sub die prima Martij, vigore mandati Prætoris Iudicis vendidisse sub hasta seruatis seruandis domum, vel prædium Seio præsenti, & ita confitenti; Quæritur an illi credendum sit.

Respondetur negatiuè, quia de his solemnitatibus aliunde, quam ex assertione Nuncij cōstare debet, *Sur. cons.49.n.19.lib.1.* quem sequitur *Rot. coram Sanctiss.*
2 *Gregor.decis.485.num.9.& 10.* vbi additur, quod nec etiam Notario, seu illius assertioni standum esset, cum id non spectet ad eius officium, & eiusdem sententiæ fuit, *Rolan.cons.33.sub n.13.lib.1.*

## EPITOME.

Solemnitates subhastationum an præsumantur interuenisse.

Decretum Iudicis, quando, probet solemnitates requisitas præcessisse.

### SVMMARIVM.

1 *Solemnitates subhastationum interuenisse præsumitur ex decreto de deliberando.*

3 *Decretum quando probet solemnitates interuenisse, declaratur.*

4 *Decretum de deliberando est quid separatum à subhastationibus.*

*Et non reddit validum, quod est nullum, n.6.*

## QVÆSTIO CXXXVIII.

SVbhastationum solemnitates an præsumi debeant interuenisse præsertim, si appareat decretum Iudicis de deliberando fuisse interpositum, nec videndum est.

1 Nam, quod in huiusmodi alienationibus præcessisse solemnitates iure requisitæ dicendum videtur ex decreto Iudicis de deliberando, quod necessario infert subhastationes præcessisse, *arg.glos.in l.1.C.de fid.instr. & iur.hast.fisc.lib.10.Bald.in l.1.ff.de reb.eor.Becc.cons.52.n.13.Alciat.præsumpt.10.in princ.reg.3.Vasqu.q.Illustr.c.29.Rot.per Card.Seraph.dec.737.n.6. Surd.decis.106.num.9.*

2 Verum contrarium concluditur in quæstione proposita. Quia vbi ex reuolutione actorum non constat de subhastationibus pro eis non est præsumendum, *Honded.cons.80.n.25.lib.2.Surd.cons.20.n.110. & seqq. lib.1.Rot.in Astoricen. Beneficij 11. Decembr.1585.coram Card.Pamphilio,* vbi quod non præsumitur solemnitas, quando ex facie scripturæ, & actorum apparet illam non interuenisse; Quæ conclusio eò magis procedere debet, si in decreto explicitè non sunt enunciatæ solemnitates, vt per *Bald.in dicta l.1. quo in loco ita intelligit glos.in dicta l.1.C.de fide instr. latè Roland.consil.33.n.15.lib.1.qui n.17.addit gloss.in dicta l.1.* locum habere in maioribus iudicibus, non autem in inferioribus, *Rebuff.in tract.de præcon.art.7.gloss.vnica, n.23. & 24.*
4 in puncto, quod de subhastationibus particulariter docendum sit, aliàs non præsumantur, *Munoz.de Patrocin.administr.c.16.sub num.36.vers. Ego tamen intelligo.* præcipuè, vbi ageretur de præiudicio tertij, *vt ibid.Rot. diuersor.decis.802.n.10.par.prima, & in Ariminen. Deuolutionis bonorum 16.Februar.1609.coram Card.Sacr.* & faciunt dicta supra in *q.7.n.15.& q.148.n.2.& seqq.*

5 Præmissis Additur Decretum de deliberando non extendi ad alium actum ab eo separatum, vt sunt subhastationes, cum sit stricti iuris, *Bald.in l.si debitorem meum, ff.de non.Ias.in l.in suis, n.27.ff. de lib. & posthum. Felyn.in c.1.n.8.de accusa.Paris.consil.100.n.23.lib.1. Crot.in l.filiusfam.§. Diui.n.120.ff. de leg.1.*

6 Non enim Iudex potest per suum Decretum reddere validum, quod est inualidum, & obligatorium, quod non parit obligationem, cum nil aliud faciat, nisi quod confirmat actum qualem reperit, tamquam in eo non adsit aliqua medela, quæ possit mederi morbum à natura insitum, vt notat *Bouer.sing.10.in verb.Decretum, per tex.in l.Seiæ egressæ. & ibi gloss. in verb. Seia, ff.de tuto. & curator.l.cum furiosus, C.de curat. furios.* aliud enim sunt solemnitates ipsæ aliud Decretum Iudicis, vt in similibus terminis dixit *Surd. cons.49.sub n.30. vers. Aliud enim, lib.1.*

## EPITOME.

Domus quando est indiuidua, & creditores sunt plures, si licitetur, cui debeat concedi.

Et quid si creditores hinc inde sunt æquales.

### SVMMARIVM.

1 *Res indiuidua quando dicatur, & creditores sunt plures, illi conceditur, qui maiorem habet partem si æquale offerat pretium.*

2 *Creditores quando hinc inde sunt æquales, præualet numerus personarum.*

## QVAESTIO CLXXXIX.

IN Quæstione 143.num.7.dixi, quod vbi res, vel domus non recipit commodam diuisionem deueniendum est ad licitationem, & vni adiudicandam fore.

At modo quæro, quis licitando obtinere debeat.

1 Respondetur illum obtinere debere, qui maiorem habet partem, si æquale offerat pretium, *l.sancimus, §. sin autem, vbi glos.C.de dona.l.2.C. quan. & quib. quar. pars debe.lib.10.l.2.C.de mettala.lib.11.Rebuff.in tract. de præcon.art.7.glos.vnica, n.7.*

2 Vbi addit, quod ſi creditores hinc inde ſunt æqua-
les, numerus perſonarum præualebit, *l. maiorem, ff. de pact. citat Aret. conſ. 157. col. 3. & Capyc. dec 36.*

## EPITOME.

Debitor an ſubhaſtationibus pendentibus poſſit rem proclamatam vendere.

Et an id fieri valeat abſque vitio litigioſi.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt ſubhaſtationibus pendentibus cum licentia Iudicis, vel ſuperioris vendere rem inclamatam. etiam abſque vitio litigioſi, n. 2.*
*Pretiũ tamen deponendũ eſt, vt ſoluatur creditoribus, n. 3.*
*Et quid de expenſis, n. 4.*
*Et quando res fuit adiudicata, n. 5.*

### QVAESTIO CXC.

QVæro An pendentibus ſubhaſtationibus poſſit rem inclamatam vendere.

1 Reſpondetur poſſe cum licentia tamen Iudicis, vel
ſuperioris abſque vitio litigioſi, *l. 2. C. de diſtract. pign.*
3 pretium tamen deponere debet penes Cancellarium,
vel idoneam perſonam, ad hoc, vt ſoluatur creditoribus, & interim ſubhaſtationes ceſſabunt, cum nullum fiat ipſis creditoribus præiudicium, & euitentur expenſæ, & finis litibus imponatur, vt ſæpe deciſum teſtatur à Senatu Pariſienſi *Rebuff. in tract. de præcon. artic. 2. gloſ.*
4 *vnica. n. 16. qui num. ſeq.* ſubiungit præmiſſa procedere
quamuis debitor non ſoluat expenſas, & ſi eas poſſit poſtea petere per viam actionis, & Reus tenebitur eas ſoluere factas in ſubhaſtationum proſecutione, ſed non
5 eas, quas aduerſus opponentes creditor fecit; Quod fal-
lit, quando res fuit per decretum adiudicata, *Bar. in l. vbi purè, §. fin. n. 1. ff. ad Senat. Conſul. Trebell. in l. quantitas patrimonij, ff. ad l. Falc. & in l. fin. §. in computatione in princ. n. 3. & ibi Iaſ. nu. 2. C. de iur. deliber. Coler. de proceſſ. execu. par. 3. cap. 9. n. 89.*

## EPITOME.

Exceſſus oppoſitio an admitti debeat aduerſus ſubhaſtationes factas, quando debitor prius faſſus fuit debitum.

Et quid quando res fuit ſubhaſtata pro maiori quantitate debiti.

### SVMMARIVM.

1 *Debitũ cõfitens nõ poteſt dare de exceſſiuitate mandati.*
2 *Peritis ſtandum eſt.*
3 *Subhaſtatio quando facta fuit pro ſumma contenta in mandato, licet res ſubhaſtata pluris valeat, & pluris fuerit vendita, non tamen ſubhaſtatio eſt nulla, ſed illud plus debet reſtitui, vel deponi pro expenſis liquidandis.*

### QVÆSTIO CXCI.

DEbitor citatus ad videndum contra illum relaxari mandatum pro ſumma ſcutorum centum, faſſus eſt debitum, & terminum ſuſcepit; cuius vigore fuit relaxatum mandatum, & ſubhaſtatum illius prædium. Modo dictus debitor de exceſſiuitate dicti mandati, & ſubhaſtationum factarum, quas propterea dicit nullas, quamuis ex relatione peritorum non appareat de dicto exceſſu, qui eo magis videtur apparere, quoniam dictum prædium fuit ſubhaſtatum pro ſcutis centum triginta, & ſic pro maiori ſumma dicti debiti.

Et idcirco quæritur quid iuris.

1 Reſpondetur, quod ſtante termino, vt ſupra ſuſce-
pto, cuius vigore mandatũ fuit relaxatum, debitor non poteſt dare amplius de exceſſiuitate, iuxta *tex. ad ſolutionem de re iudic. Rom. conſ. 9. in fin. verſ. præterea.* Et præſertim cum ei acceſſerit authoritas peritorum, qui
2 taxarunt debitum prædictum in ſcutis centum, quo-
rum peritorum iudicio ſtandum videtur, *gl. in l. item ſi vnus, §. principaliter in ver. auctoritate in fin. & ibi Bal. in fin. ff. de Arbitr. Bar. in l. 3. in fin. C. de pign. Pariſ. conſ. 96. nu. 32. libr. 1. & fuit dictum in Romana Mercedis 14. Nouembris 1611. coram R. P. D. Vbaldo.*
3 Non obſtat, quod creditum eſſet de ſcutis centum,
& tamen ex pretio prædij ſubhaſtati creditor habuerit ſcutos centum triginta, & ſic exceſſus videatur patens.

Quia dicitur, quod cum ſubhaſtatio fuerit facta pro ſumma contenta in mãdato, licet res ſubhaſtata pluris valeat, & pluris fuerit vendita, non tamen ſubhaſtatio eſt nulla, ſed ſolum illud plus debet reſtitui debitori, vel deponi pro expenſis liquidandis, vt per *Saluſt. Tib. in praxi trib. A. C. lib. 1. cap. 41. n. fin. & eſt text. in l. fin. & ibi Bald. ſub n. 4. verſ. Ibi, ſin autem minus, & Salyc. circa princ. verſ. Et è contra, C. de iur. dom. impetr. Ruin. conſil. 180. num. 25. libr. 2.* quod dicit ſummopere notandum *Mandoſ. ad Roman. conſil. 454. in lit. O, in fin.* cum alijs per *Burſatt. conſil. 184. n. 38. vbi de magis communi li. 2.*

## EPITOME.

Spolio declarato, quoad bona ſubhaſtata poſſeſſori non competit retentio eo non purgato.

Etiam quod ſpoliatus fuerit immiſſus Iudicis authoritate nulliter, & iniuſta procedentis.

Præſertim, ſi res non fuerit data in ſolutum pro credito, de quo agebatur.

### SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus & n. 3.*
*Ampliatur procedere etiam, quod ſpoliatus fuerit immiſſus Iudicis authoritate nulliter, & iniuſtè procedentis, num. 2.*
*Præſertim, quando Iudex procedit parte inſtante, n. 4.*
*Declaratur procedere, quando nullitas, & iniuſtitia ſententiæ eſt euidens, n. 5.*
*Et poſſeſſor non poſſideat vigore crediti, pro quo bona fuerunt ſubhaſtata, ſed pro alijs diuerſis, quo caſu non datur retentio, n. 6.*
3 *Spolium quamuis iudiciale ante omnia eſt purgandum.*
7 *Retentio datur ratione hypotheca, quando de ea incontinenti docetur.*
*Intellige procedere, quando poſſeſſio fuit amiſſa culpa rei conuenti, n. 8.*
9 *Reſtitutio in ſpolio non retardatur, nec impeditur ratione dominij.*
10 *L. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condit. indebit. quomodo procedat.*
11 *Retentio, & compenſatio ceſſant debito non liquidato.*

### QVÆSTIO CXCII.

PLuries in quæſtionibus præcedentibus diſſerui, quando competat retentio ſubhaſtationibus nullis decla-

declaratis, & præſertim in quæſt. 169. & 172. placet
nunc plenius attingere, vt clarior materia hæc redda-
tur, cum caſus acciderit.

Fuit pronunciantum intrare ſpolium, quod prædium
ſubhaſtatarum ratione nullitatis, & iniuſtitiæ; & quęritur,
an poſſeſſori ipſius prædij competat retentio.

1 Qua in quæſtione reſoluitur negatiuè. Quia ſpolia-
tus ante omnia eſt reſtituendus, & ſpoliator audiri non
poteſt ſpolia prius non purgato *l. ſi quis ad te fundum, C.
ad l. Iul. de vi publ. l. naturaliter, §. nihil commune, vbi
ſcribentes, ff. de acquirend. poſſeſſ. Pariſ. conſil. 70. nu. 25.
lib. 4. Alciat. conſil. 36. n. 2. lib. 1. Surd. conſil. 28. num. 29.
Honded. conſil. 18. num. 38. lib. 2. Lodouic. deciſ. Peruſ. 14.
n. 1. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 12. Put. deciſ. 138. n.
1. lib. 1. fuit dictum in Mantuana bonorum 16. Decemb.
1611. coram Vbaldo, quæ eſt deciſ. 365. n. 9. p. 1. recent.*

2 Et hæc concluſio procedit, etiam ſi ſpoliatus fuit im-
miſſus iudicis authoritate nulliter, & iniuſtè proceden-
tis, quoniam certum eſt talem iudicem ſpoliare, *cap.
cum quærente, vbi Canoniſtæ, de reſtit. ſpoliat. Roland. con-
ſil. 6. n. 12. & ſeqq. lib. 2. Crauett. conſ. 140. n. 2. Surd. conſ.
168. num. 26. lib. 2. Menoch. de recuper. remed. 8. num. 33.
Decian. conſil. 54. num. 6. & 7. lib. 4. Cæphal. conſil. 301.
num. 27. & ſeqq. lib. 3. Honded. conſil. 82. num. 23. & ſeq.
lib. & conſil. 21. num. 2. lib. 2. Pontan. de ſpol. lib. 2. cap.
15. num. 182. Rota in dicta deciſ. 365. num. 11. & in Ro-
mana domorum 14. Martij 1618. coram R. P. D. Vbaldo,*
3 & ea propter ſpolium, quamuis iudiciale ante omnia
eſt purgandum, dicunt præcitati Doctores, & præter
eos *Gabriel. in tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. prima, num.
125. Surd. conſil. 189. num. 3. lib. 2. Caputaquenſ. deciſ.
186. par. 1. & Rota in Feretrana ſpolij 12. Iunij 1615.
coram bon. mem. Vbaldo inter recentior. deciſ. 714. num.
5. par. 2.* præſertim, quando iudex procedit parte in-
4 ſtante, quaſi tunc videatur ipſa pars ſpoliare, & non iu-
dex, *Benintend. deciſ. 93. ſub num. 5. verſic. Nec iuuat,
& num. 8.* quod procedit, quando iniuſtitia, & nullitas
5 ſententiæ eſt euidens, & notoria, *Rota in Romana de
Bombellis 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato,* quam
Rota paſſim ſequitur, & præcipuè in *Nepeſina Laudi
13. Februarij 1615. coram Card. Caualerio, quæ eſt inter
recent. deciſ. 646. n. 1. par. 2.*

6 Non obſtat, quod ſaltem dari debeat retentio pro
alijs pecunijs, quæ aſſerantur ſolutæ diuerſis creditoris
debitoris.

Quia reſponderi poteſt retentionem concedi ſolum-
modo pro credito, pro quo fuit facta ſubhaſtatio, & non
pro alijs, quorum occaſione res ad eum non peruenit,
iuxta diſtinctionem *Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum
num. 8. vbi Bald. in fin. & Caſtren. num. 5. ff. de condict.
indeb. Rot. deciſ. 115. n. 3. p. 2. diuerſ. & dixi in d. q. 169.*

7 Nec mouet, ſi dicatur retentionem dari ratione hy-
pothecæ, quando de ea incontinenti docetur, & ſi immiſ-
ſio nulliter fuerit data, *Bart. in l. 3. §. fin. in fi. ff. de acqui-
rend. poſſeſſ. Dec. conſ. 449. n. 2. Oſaſc. deciſ. 37. n. 17. Surd.
deciſ. 46. n. 13. & n. 16. vbi de communi.*

8 Reſpondetur enim iſtud intelligi, quando poſſeſſio
fuit amiſſa culpa rei conuenti, ob eius contumaciam, vt
declarat, *Alexand. in dicto §. fin. num. 27. & 28.* vbi ait
hanc eſſe veram opinionem, quam ibi communiter ſe-
quuntur Doctores, refert, ac ſequitur *Hercul. ibi num.
33. Neguſ. de pign. 2. memb. 8. par. n. 2. & 21.*

Si autem non ob contumaciam, & culpam rei con-
uenti, ſed à iudice nulliter procedente fuit quis ſua
poſſeſſione ſpoliatus ratione hypothecæ, quę competat
aduerſario impediri non debet reſtitutio, cum nec ra-
tione dominij, quod eſt fortius, quam ſit hypotheca re-
gulariter non impediatur, vel retardetur reſtitutio in
ſpolio, *Gabr. in d. tit. de reſtitut. ſpoliat. concl. 1. n. 45. Me-
noch. de recup. remed. 15. n. 471. & conſ. 2. num. 189. Dec.
conſ. 57. n. 6. vbi de communi.*

10 Non obſtat *text. in d. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de
condi. indebit. cum alijs per Surd. d. deciſ. 36. nu. 7. & ſe-
quen.* Quia non loquuntur, quando actum remedio ſpo-
lij, ſed conditione indebiti ad recuperandum fundum
datum pro maiori quantitate, prout quoque cenſuit
*Rota in Romana domorum in Burgo 22. Iunij 1615. coram
R. P. D. Vbaldo.*

11 Atque inſuper dicitur, quod retentio ceſſat, vt &
compenſatio, quando credita non ſunt liquida, *Curd. de-
ciſ. 185. n. 6. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1455. num.
4. & in Romana literarum cambij prima Iunij 1615. co-
ram bon. mem. Remboldo, quæ eſt deciſ. 679. num. 5. par.
1. in recentior. & in dicta Romana domorum in Burgo co-
ram Vbaldo.*

## E P I T O M E.

Meliorationes, quando reſtitutionem rei impe-
diant, quid ſi cenſus extinguatur ſuper re con-
tentioſa impoſitus.

Subhaſtatio nulla rei dominium non transfert.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Melioramenta tunc reſtitutionem impediunt, quando
facta ſunt circa rem reſtituendum.*

2 *Cenſus redemptio non eſt melioratio in re, ſed extra
rem.*

3 *Subhaſtatio nulla rei dominium non transfert.*

4 *Cenſus extinctio vigore Bullæ Sanctiſſ. Pij V. pendet à
voluntate domini fundi, qui propterea inuitus ad eam
cogi non poteſt.*

## Q V Æ S T I O CXCIII.

MEliorамenta deberi licitatori, vel creditori, qui
ob nullitatem ſubhaſtationis tenetur rem reſti-
tuere, fuit concluſum in *quæſt. 92. n. 1.*

1 Sed difficultas eſt, quid concludendum, ſit quando li-
citator, vel creditor ad reſtituendũ, condemnati oppo-
nunt extinxiſſe cenſum impoſitum ſuper ipſa re ſubha-
ſtata, & ſic rem melioraſſe talibus melioramentis, quæ
impediunt executionem.

Et negatiuè reſpondetur. Quoniam melioramenta
tunc reſtitutionem impediunt, quando facta ſunt circa
rem reſtituendã, *l. in fundo ff. de rei vendi.* vbi ſcribentes.
2 Verum cenſus redemptio non eſt melioratio, ſed ex-
tra rem, conditionem poſſidentis meliorem efficiens.

Non enim debitor cogi poterat addicti cenſus extin-
3 ctionem. Quamuis in propoſito cenſus verè extinctus
dici non valeat ſtante ſubhaſtatione nulla quæ domi-
nium fundi, ſuper quo eſt impoſitus cenſus, non tranſi-
uerit in ipſum licitatorem, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re
iudic.* neque potuerit is vti dominus fundi cenſum ex-
tinguere, ex quo talis extinctio dependet à mera vo-
luntate domini fundi ex conſtitutione de cenſibus San-
ctiſſ. Pij V. vt in puncto reſoluit *Rota deciſ. 153. poſt
tract. Cinc. de cenſib.*

## E P I T O M E.

Subhaſtatio fructuum beneficii vacantis prohibe-
tur, & quare.

Clericus fructus ſui beneficii licitare poteſt.

Beneficiatis permiſſum eſt beneficiorum fructus
vendere, & meliorem ſuam conditionem fa-
cere.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus beneficij vacantis subhastari prohibentur, & de ratione.*

2 *Clericis permissum est fructus sui beneficij licitare, ac vendere, & n.4.*

3 *Fraudes vitantur per subhastationem.*

4 *Subhastatio frequenter inducit vtilitatem beneficiati; & benificij.*

## QVÆSTIO CXCIV.

1 BEneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus alicui annalia habenti debentur, vel alij, diuiduntur cum obtinente beneficium nulla subhastatione præmissa, vt inquit *text. in extrauagan. suscepti, quæ est secunda Ioann. XXII. de elect.* idque ea ratione secundum *gloss. ibi, in vers. Nulla subhastatione*, quia cum esset facienda non ob necessitatem beneficij, sed solum ad commodum habentis fructus percipere ideo prohibetur, ne qualitercunque dehonestari dicatur status, & qualitas beneficij, detegenda per talem subhastationem est *arg. l. si quis testamentum, ff. ad l. Aquil.* Ac insuper, quia ne per talem subhastationem oblata licitatione in dubio reuocetur, quid vtilius sit, vel recipere taxationem, de qua in dicto textu, vel residuum, vel vt sic beneficiati citius certi reddantur, quod eis esset tamen vsurum,

Sed dubium est, an clericus valeat fructus sui beneficij licitare.

Et dicendum videtur, quod non per iam dicta.

2 Contrarium tamen concluditur, quoniam prohitum non reperitur, & ideo permissum intelligi debet, *arg. l. ius singulare, ff. de legib. l. statuts, C. de religios. l. nec non, ff. quib. ex caus. maior.*

3 Item quoniam per subhastationem sæpe vitantur fraudes, cum publice fiant. *arg. l. final. ff. de rit. nupt. l. non*
4 *æstimo. de administr.* Eaque inducit frequenter vtilitatem beneficiati, & per consequens etiam beneficij per pluris oblationem, & licitationem, *l. licitatio. ff. de public.* & beneficiato permissum est vendere fructus sui beneficij, & suam conditionum meliorem facere, *c. vestra de locat. ita glo. in dicta extrauag. 2. verbo Nulla subhastatione, de elect. quem sequitur Rebuff. de pracon. artic. 1. gloss. 1. n. 4.*

## EPITOME.

Adiudicatio creditori facta est nulla, non constito de subhastatione, & quod emptor non fuit inuentus, cum fiat in subsidium, præsertim si bona excedunt creditum, & non præcessit Iudicis æstimatio. Aduersus creditorem ex apocha priuata non agitur executiue.

*SVMMARIVM.*

1 *Adiudicatio creditori facta est nulla, quando non apparet de subhastatione, & quod emptor non fuit inuentus.*

2 *Præsertim si bona excedunt creditum, n.2.*

3 *Et non præcessit Iudicis æstimatio. n. 3.*

4 *Executiuè agi non potest contra debitorem ex priuata scriptura.*

5 *Spolium intrat, quando Iudex nulliter procedit.*

## QVÆSTIO CXCV.

1 ACtum executiuè contra debitorem ex scriptura priuata, & fuerunt creditori adiudicata bona.

1 Obijcit modo debitor de nullitate adiudicationis prædictæ; quia non constat de subhastatione, nec quod in ea emptor non fuit inuentus, & nihilominus est certum, adiudicationem fieri in subsidium, nec ideo procedi potuisse ad eam nisi constito, quod in subhastatione non fuit inuentus emptor pro certo pretio. *Put. decis. 246. lib. 2. Rota coram Card. Seraph. decis. 984. num. 1.* Et
2 præsertim si appareat bona excedere creditum ipsum, quo casu cessat supradictorum præsumptio. *Seraphin. dicta decis. 984. n. 5.*

3 Et non præcessit Iudicis æstimatio, quæ necessario præcedere debet, *l. 1. C. si in caus. indic. & ibi Salycet. Rolan. cons. 32. n. 33. lib. 1. Rota in Romana Officij coram Scotto 3. Decembris 1607. apud Marchesan. de commissionib. par. 1. pag. 138. num. 6. & in Romana Syluæ 3. Iunij 1626. coram Durano.*

4 Præterea quoniam actum fuit executiuè ex scriptura priuata, in qua non adest obligatio cameralis, seu aliud pactum executiuum; Non enim etiam ex publico instrumento executiuè agi potest in quo hæc desunt *l. minor 25. annis cui fideicommiss. vbi Bald. Ang. & Paul. de Castr. in l. si Pacto, n. 2. C. de pact. Rota coram Sanctiss. Greg. XV. decis. 363. n. 5.*

5 Quare nimirum si quando Iudex nulliter, & iniustè, aut alias non seruato iuris ordine processit, intret spolium, *l. meminerit, C. vnde vi. Abb. in cap. cum causa, & in 4. notab. de offic. deleg. Geminian. cons. 5. Caputaq. dec. 186. par. 3. Cæsar de Graff. decis. 1. num. 4. de constit. Rota coram Sanctiss. Gregor. dec. 43. n. 1. & fuit dictum in Romana spolij 4. Iunij 1625. coram R. P. D. Durano.*

## EPITOME.

Hæres grauatus soluere æs alienum Testatoris in pecunia, si patiatur executionem fieri in bonis fideicommisso subiectis, quæ in publicatione subhastationibus præuijs deliberantur creditoribus cum tertia pluris, iuxta Dominicales constitutiones, ac dispositionem auth. hoc ius porrectum, si casus fideicommissi postea accidat, fideicommissarii conqueri non possunt, si prætendant plus debito propterea fuisse solutum.

Tenetur soluere æs alienum testatoris ante factam restitutionem non de fructibus, sed de bonis ipsis hæreditariis.

Emptor bonæ fidei bonorum restitutioni fideicommissariæ subiectorum, molestari nequit à fideicommissario non acto prius contra heredem heredis grauati, & excussione non facta.

Præsertim si agatur cum fideicommissario, cui ius aliquod non competit in bonis ipsis fideicommisso obnoxiis, nisi detracto prius ære alieno.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres grauatus tenetur damnu fideicommissario resarcire, si culpa, & negligētia ipsius bonu sūt deterioratu.*

2 *Nec aliquid agere potest in euersionem fideicommissi, n.2.*

3 *Non potest cum dolo, & fraude soluere de bonis fideicommisso suppositis, nec circa dicta bona dolose, quid agere, n.3.*

4 *Creditor pecuniæ non cogitur accipere bona in solutum, nisi concurrentibus requisitis in auth. hoc nisi, C. de solut. vide n.10.*

*Fallit, quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, n.5. Intellige vt n.14.*

6 Hæres

6 *Hæres grauatus tenetur soluere æs alienum testatoris ante factam restitutionem, & de ratione.*
7 *Non tenetur soluere æs alienum de fructibus, sed alienare potest bona hæreditaria irreuocabiliter in damnum fideicommissarij, qui dictæ alienationi stare cogitur, num. 7.*
8 *Bona fides præsumitur in hærede distrahente bona fideicommissaria ex causa necessaria.*
9 *Hæres grauatus potest bona fide nedum alienare bona fideicommissi ex causa necessaria, verum etiam de illis transigere, & vt ibid.*
10 *Creditor pecuniæ non cogitur ac eipere bona in solutum, nisi concurrentibus requisitis in auth. hoc nisi, C. de sol.*
11 *Bona subhasta vendita præsumuntur bona fide, & iusto pretio alienata.*
12 *Decima, de qua in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. datur creditoribus, qui coguntur bona capere pro pecunia in compensationem damni, quod propterea pati possunt.*
13 *Emptor bonorum restitutioni fideicommissariæ subiectorum à substituto molestari non potest, si is eu it bona fide, sed agendum est ad pretium aduersus hæredem hæredis grauati, & facta excussione contra emptorem.*
14 *Præsertim si res agatur cum fideicommissario, cui ius aliquod non competit in bonis fideicommisso suppositis, nisi detracto prius ære alieno, num. 14.*

## QVÆSTIO CXCVI.

Accepit Caius pro dote vxoris puta mille, pro quibus, & eorum restitutione hypothecauit omnia bona sua, quæ postea perpetuo fideicommisso subiecit. Mortuo testatore, cum hæredes illius fuissent in mora restituendi, ac soluendi dictam dotem, egit vxor illius recuperationem aduersus dictos hæredes, qui passi sunt sententias conformes, & executionem in bonis ipsis fideicommisso subiectis; quæ ideo in publica auctione fuerunt subhastata, & deliberata dictæ vxori creditrici, cum tertio pluris iuxta Dominicales Constitutiones.

His peractis euenit casus dicti fideicommissi. Fideicommissarius prætendit in damnum fideicommissi hæredum grauatum executionem pati non potuisse in bonis vltra debitum dotium; Et ideo in iudicio agit contra hæredes prædictos, t restituant illud plus, quod fuit captum de pignore, & traditum creditrici.

Quæritur quid iuris.

Prima facie respondendum videtur pro fideicommissario.

1 Quia culpa, & negligentia heredis re s fideicommissi videntur amissæ, aut factæ deteriores, quo casu illud damnum tenetur reficere fideicommissario, *l. Mulier, §. sed etenim, ff. ad Trebell. latè Parif. conf. 191. num. 12. & 13. lib. 2.*

Non enim hæres grauatus potest alienare bona, nec aliquid agere in euersionem fideicommissi, *dicta l. Mulier §. cum proponeretur, & l. Titius, vbi notant omnes, ad Trebell.* prout nec dolose versari quoad bona fideicommissi, *l. 1. vbi Bart. C. de dolo. latè Cephal. conf. 344. num. 20. & seqq.* Sed si non habet pecuniam præmanibus, debet offerre tot de bonis pro iusto pretio, & æstimatione absque eo, quod patiatur interesse, ac expensas, *ad text. in l. Lucius, §. Titia, ff. ad Trebell.* vbi si res pignorata dolo, aut lata culpa hæredis alienatur, hæres tenetur fideicommissario, quin etiam ibidem in fine additur; subest enim præstari oportere, quanti pluris fundus fuit, quam ad creditorem pertinere oportuit, ex quod tex. videtur decidi casus noster, in quo agitur de tertio pluris.

4 Et quamuis creditor pecuniæ non cogatur accipere bona in solutum, nisi concurrentibus requisitis, *in auth. hoc nisi, C. de solut. Ias. conf. 9. dub. 3. lib. 3. Roma. conf. 163. Benintend. decis.* 18. id tamen ita sit, quando hæres adiuit eum beneficio legis, & inuentarij, quia tunc non cogitur soluere in pecunia, sed potest creditoribus tot bona hæreditaria esset, vel etiam vendere præstando euictionem proprio nomine, vt communiter notant scribentes *in l. fin. §. Et si præfatam, C. de iur. deliber. Roland. in tract. de innent. par. 4. vtilitate 9.* vbi ampliat procedere etiam in debito ex causa dotis.

6 Verum his, & similibus non obstantibus contrarium de iure concludendum reor.

Quoniam dicta dos erat in ære alieno testatoris, quod soluendum est ab hærede grauato ante factã restitutionem, *gloß. Cyn. Bar. Bal. Ang. & Salyc. in l. 1. ff. ad Trebell. latè Peregr. in tract. de fideicom. art. 4. num. 16.* quo casu dicitur gerere proprium negocium, vt per Doctores præallegatos. Non tamen tenetur soluere ęs alienum testatoris de fructibus, & de suo, *l. fin. §. Et si præfatam, C. de iur. deliber. l. ante restitutam, vbi Ang. & Imol. ff. de leg. hæred. Natt. conf. 255. n. 10.* Sed de bonis hæreditar. is irreuocabiliter etiam ad præiudicium fideicommissarij, qui alienationi factæ ob eam causam stare tenetur, *l. filiusfam. §. Diui in fin. ff. de leg. 1. Didac.*

8 *Couaru. pract. quæst. cap. 13. num. 6.* Nam tunc bona fides præsumitur in hærede distrahente ex causa necessaria, *Paul. de Castr. & Alex. in l. Titius, ff. ad Trebell.*

9 *Marzar. conf. 37. numer. 43.* ita quod dicta bona fide stante possit etiam hæres transigere super bonis fideicommisso subiectis, & omnia gerere, quæ ad negociorum gestorem, & bonæ fidei possessorem hæreditatis pertinent, cui comparatur, *l. sed & si lege. §. quod autem, ff. de peti. hæred. Calc. conf. 37. col. 4. Paul. de Castr. conf. 186. col. 2. vers. propter ista lib. 2. Natt. d. conf. 255.*

10 Non enim hæres iste grauatus, qui obligatus erat dotem restituere in pecunia poterat cogere illam vxorem creditricem accipere tot bona hæreditaria in solutum ad iustam æstimationem; sed tenebatur eamdem dotem in pecunia restituere, eamque redigere ex venditione bonorum, quoniam aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. cum si nil.* & quia obligatus soluere in pecunia non liberatur of-

11 ferendo bona in solutum rationibus premissis. Non igitur melius, ac sincerius hæres in hoc negocio se gerere potuit, quam in publica auctione, & subhastatione bona venalia exponere *ad text. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. Eccles. Bar. in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. C. de fid. instrum. lib. 10.* ex qua subhastatione facta dicti hæredis bona fides arguitur etiã si facta legatur venditio cum tertio pluris, quod ipsi creditori datur in compensationem damni accipiendo bona pro pecunia, *dicta auth. hoc ius porrectum, vbi notat gloss. in ver. decima.*

13 Quare concluditur, quod cum omnia bona fide gesta fuerint, ex quo tam hæres, quàm creditrix cogi nã potuerunt in solutum dationem modo, quo supra, factam ex causa necessaria dictæ dotis restituendæ legitime fieri potuisse, emptricem prædictam non posse molestari in bonis emptis, ac eidem traditis, sed prius agendum fore contra hæredem ipsum, & deinde in subsidium contra emptorem, *l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. Alex. conf. 3. num. 4. lib. 1.* est enim potentius ius creditoris hæreditatis, quam fideicommissarij, cum fideicommissum intelligatur detracto ære alieno, *l. imponenda, & l.*

14 *irritum, C. ad l. Falc.* quod eo fortius dicendum est in præsenti de fideicommissario, qui ius aliquod non habet in bonis fideicommisso subiectis, nisi detracto prius ære alieno, quod ab hærede solui potuit de bonis, vt superius fuit dictum, & omni in casu, quatenus etiam illud certum non deberetur, quod vtique deberi fuit doctum in Trebellianicam, & ita quartam hæreditatis

esset

esset imputandum, quasi censeatur hæres in boni alienatis Trebellianicam elegisse, *l. Marcellus, §. res, quæ, ff. ad Trebell. Crot. in dicto §. Diui num. 15. & 20. Cephal. consil. 188. & consil. 524. num. 6. & 7. latè Peregr. de fideicom. art. 39. num. 4. & infra.*

## EPITOME.

Subhastatio, & adiudicatio bonorum à pluribus personis possessorum facta creditori, altero tantum citato non vitiatur in totum, sed valet pro portione personæ citatæ non obstante decreti indiuiduitate.

Licet sententia habeat vnum tantum capitulum, & adiudicat plura bona sub vno verborum contextu indiuisibili, dummodo adiudicatio concernat plures personas, vt sup.

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium factum respectu personarum non citatarum, nec vocatarum non subsistit.*

2 *Datio in solutum, seu adiudicatio facta per Iudicem creditori de bonis debitoris vitiatur in totum propter indiuiduitatem.*

*Præsertim quando sententia habet vnum capitulum tantum, & adiudicat plura bona simul sub vno verborum contextu indiuisibili, num. 3.*

*Fallit, quando adiudicatio continet plures personas, quia tunc potest valere respectu vnius personæ, & respectu alterius non, & de ratione, num. 4. & 6.*

*Intellige vt num. 7.*

5 *Petitiones tot dicuntur, quot sunt personæ conuentæ.*

## QVÆSTIO CXCVII.

DEliberata, & adiudicata fuerunt quædam bona Caio, quæ à pluribus personis detinebantur altero illorum tantum citato.

Dubitatur de validitate adiudicationis ex defectu citationis: Et An in totum vitietur propter indiuiduitatem decreti.

Et respondendum videretur eam esse nullam, & in totum vitiari.

1 Quia iudicium agitatum non subsistit respectu non citatorum interesse habẽtium, nec seruatis seruandis vocatorum, *l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inspic. notat. Bart. in l. si eo tempore, C. de remiss. pign. & in Authen. si omnes, C. si vt se ab hæredi. absti. Alexan. consil. 107. num. 1. & 2. ac per totum lib. 5.*

2 Ac præterea, quoniam datio in solutum, seu adiudicatio facta per Iudicem creditori de bonis debitoris, & alijs non obligatis vitiatur in totum, propter indiuiduitatem Decreti, *l. si non sortem, §. si centum, & ibi Bart. & Doctor. communiter, ff. de condit. indebit. Fulgos. cons. 136. num. 12. & consil. 172. sub num. 2. Roman. consil. 450. ad finem. & consil. 454. num. 12. in fin. & ibidem. Mandos. littera T. Dec. consil. 303. num. 21. Ruin. consil. 160. num. 27. lib. 2. Paris. consil. 98. num. 6. lib. primo, Cephal. consil. 198. num. 1. Rolan. consil. 7. num. 87. lib. 1. Afflict. decis. 218. num. 1. & infra, Capyc. decis. 51. nu. 1. & 2. Anchar. Iun. quæst. 13. num. 6. lib. 2. Dec. in l. cum amplius num. 1. & 2. & ibid. Cagnol. ff. de reg. iur.*

3 Et præsertim, quando sententia habet vnicum tantum capitulum, & adiudicat plura bona simul sub vnico verborũ contextu indiuisibili, vt colligitur ex *Rom. d. cons. 450. & 454. sub n. 2. & ex Affl. d. dec. 219. sub. n. 4.*

4 Verum pro validitate respectu citati, & ad iudicium vocati concluditur; quoniam, quando adiudicatio concernit plures personas, vt hic, tunc valere potest respectu vnius personę, & respectu alterius non, cum ob personarum diuersitatem diuersæ dicãtur petitiones, quarum vna per alteram vitiari non debet; vt in specie tradit *Bald. in l. ordo sub n. 8. versic. Quæro de duobus, C. de execut. rei iudicat. quem sequuntur Dec. in dicta l. cum amplius in fine, & ibid. Cagnol. pariter ad finem dum sequitur limitationes Socin. in l. certi conditio. §. quoniam igitur, num. 29. ff. si cert. petat.* Vbi hoc tenet in pluribus agentibus, quod idem quoque procedit in pluribus

5 conuentis per easdem rationes, nam tot sunt petitiones, quot sunt personæ conuentæ, *Iason in l. scire debemus, sub num. 5. versic. Secundo amplia, ff. de verbor. obligat.*

6 Quodque sententia contra plures lata nulla esse possit quoad vnum, & valida quoad alium, in terminis censuit *Salycet. in l. 1. n. 4. C. si aduers. rem iudic. Felyn. in cap. cum inter, sub num. 10. versic. Similiter dixit, nu. 20. vers. Non obstat, quod sient adiudicatio, lib. 4.*

Ac etiam quando habet plura capitula separata ob diuersitates bonorum, & rerum petitarum, quod inquam possit valere in vno capitulo, & in alio non, *Socin in dicta l. certi conditio. §. quoniam igitur, n. 32. in tertia limitatio. post Iason in dicta l. scire debemus, sub nu. 5. versic. Amplia primo, facit Vant. in tract. de nullita. tit. de nullita. ex defect. iurisdict. nu. 35.* de quo etiam dixi in Quæstione 76. *num. 10. & tradit Ancharan. iun. quæst. 9. n. 7. & seqq. lib. 2.*

7 Quæ tamen intelligas, dum tamen sententia, & mandatum exequi possit super portione citati absque eo, quod præiudicetur portionibus non citatorum, vt fuit dictum in *Pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Duzonetto*, vbi respondetur ad decisionem in causa *Maceraten. Hæreditatis 13. Maij 1616. coram Eminentiss. Domino Card. Canalerio*, & quod quando interesse non est connexum, tunc defectus citationis quoad vnum non noceat quoad alium legitimè citatum, *Rota alios cumulans decis. 561. nu. 13. par. prima recentior.*

## EPITOME.

Res quando tempore peritura est procedi potest etiam diebus feriatis in honorem Dei.

Quod etiam procedere dicitur in proclamatibus faciendis occasione subhastationum in Pagis, & qua ratione.

### SVMMARIVM.

1 *Res quando tempore est peritura, in ea procedi potest etiam diebus feriatis in honorem Dei.*

2 *Festinatio bona Iudici permittitur.*

3 *Proclamatio occasione subhastationum in Pagis fieri permittitur diebus feriatis in honorem Dei.*

## QVÆSSTIO CXCVIII.

1 REgulariter diebus feriatis in honorem Dei procedi potest quando res est tempore peritura, vel ipsum, de quo agitur, citò corrumpitur, *Bar. in l. si prius quæst. 10. de oper. nou. nunc. & in l. 1. in princ. de gland. legend. Bal. in l. 1. sub num. 1. vers. sed numquid, C. de tempor. appell. Roma. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. Abb. in c. licet de fer. Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 32. de Constit. Canonist. in cap. fin. de re iudi.*

2 Nam

3 Nam ista dicitur bona festinatio, quæ permittitur Iudici, *Bal. in cap. 2. eodem tit. de re iudi.* conferunt scripta per *Mar. Mut. super Constit. Panormit. cap. 70. num. 13. post Petr. de Vreno in praxi Notariorum in tit. de benefi. ne quis vocet in ius die feriat. n. 6.*

3 Quæritur modo, An hoc etiam habeat locum, & permittatur ratione loci in subhastationibus.

Et respondendum videtur, quod non, quoniam illarum proclamata prohibentur diebus feriatis in honorem Dei ad instar aliorum actuum iudicialium, *l. 1. §. Dominicam diem, C. de ferijs.*

Quod limitatur non procedere in Pagis, seu Villis, & Castris, in quibus proclamata fieri possunt diebus feriatis in honorem Dei, & in Ecclesia loci illius, vbi res sunt sitæ statim post exitum Missæ; Rustici enim non nisi diebus festiuis, & raro in alio loco, quam Ecclesijs, aut tabernis frequentius conueniunt, prout ita seruari dixit *Mathe. Coler. de Processi. execut. par. 3. cap. 9. nu. 103.* addens, quod per fasciculos cuiusque pagi hoc intimatur, quod tamen, An conueniat Ecclesiasticis, remittit se ad titulum, ne *Cleri. secular. negot. se immisc.*

## E P I T O M E.

Emens mediante subhastatione Iudicis authoritate, An faciat fructus suos.

Interesse creditori An debeatur pendente subhastatione.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Emens mediante subhastatione Iudicis authoritate facit fructus suos, & n. 5.*

*Ampliatur etiam procedere in adiudicatione facta sub conditione iuxta æstimationem faciendam per peritos, & de ratione, n. 6.*

2 *Bona fides arguitur in eo, qui publicè emit mediante subhastatione.*

3 *Adiudicatio vim habet emptionis, & venditionis, & eisdem regulis metitur.*

4 *Fructus rei pendentes per Iudicem adiudicata ad creditorem spectant.*

5 *Debitum extinguitur instituto iudicio, & accepta tenuta bonorum debitoris.*

*Et de ratione num. 8.*

9 *Impedito succurrendum est in obligationibus, & præceptis faciendi.*

10 *Impeditus iusto impedimento veniam meretur.*

*Extende verum esse, etiam si impediti culpa præcesserit, num. 11.*

12 *Subhastationis iudicium non habet vim solutionis, donec creditori non est soluta pecunia.*

13 *Veritas vbi constat, non est opus coniecturis.*

14 *Præsumptio cedit veritati.*

15 *Mora sua cuiquam prodesse non debet.*

16 *Impedimentum superueniens non excusat à mora.*

16 *Debitor speciei liberatur specie perempta.*

*Fallit quando mora iam erat commissa, n. 18.*

19 *Patientia, & taciturnitas debitoris nocet tertio.*

20 *Interesse debetur pendente subhastatione, & supra n. 12. & seqq.*

## Q V Æ S T I O CXCIX.

1 EMens mediante subhastatione Iudicis authoritate, An fructus faciat suos.

Quæritur.

Et respondetur, quod is tamquam bonæ fidei successor facit fructus suos, quamuis etiam bona fides non sit necessaria, sed sufficiat malam fidem abesse, ad hoc, vt possessor fructus restituere non teneatur, quia bona fides in dubio præsumitur, quæ præsertim arguitur in eo, qui publicè emit mediante subhastatione Iudicis authoritate, ex quo tunc talis Domino æquiparatur,
2 quoad fructuum perceptionem, vt censuit *Rota per Buratt. decis. 227. per totam, & latè prius fuit deductum in Auximana spolij 3. Decembris, & Martij 1611. coram R. P. D. Pirouano, & in Bononien. de Guidalottis 14. Martij 1614. coram D. Card. Verospio, & Rot. per Buratt. decis. 184 n. 6.*

3 Pro quo facit, quoniam adiudicatio vim habet emptionis, & venditionis, & eisdem terminis, & regulis metitur, ita quod in ea requisita venditionis interuenire debent, vt est in adiudicatione bonorum in solutum creditori facienda. Quare videmus, quod fructus rei
4 pendentes per Iudicem adiudicatæ ad creditorem, sicut illi quoque ad emptorem spectant, vt respondit *Surd. cons. 294. n. 1. & seqq. lib. 2. Franc. Marc. dec. 374. n. 1. par. 2.* & fuit tentum in dicta *Bononien. de Guidalottis 15. Martij 1614. coram D. Card. Verospio, quæ est in recen. dec. 428. n. 3. par. 2. & eadem Rota ibid. dec. 725. num. 1.*

5 Quæ adeo vera sunt, vt propterea sicuti pretium loco rei succedit in venditionibus, & veluti factum Iudicis pro facto partis habetur, & etiam sicuti venditor, qui pretium habuit, & rem emptori non tradidit, sed illam penes se retinuit, tenetur ad fructus pro rata pretij soluti, pari modo fructus debentur creditori, qui emptorem repræsentat pro rata crediti loco pretij soluti à die factæ adiudicationis, vt censuit *Rota in Bononien. de Pannolinis 27. Ianuarij 1617. coram Manzanedo.*

5 Quod ampliatur etiam procedere in adiudicatione facta sub conditione iuxta æstimationem faciendam per peritos, quia tunc fructus pendentes pro rata temporis emptori, seu creditori debentur, vt decidit *Rota in dicta Bononien. de Pannolinis 27. Ianuarij 1617. coram D. Manzanedo.*

7 Quid autem iuris sit, An interesse debeatur creditoribus pendente subhastatione, alia est consideratio.

Et respondendum videtur pro negatiua. Quia instituto iudicio, & accepta tenuta bonorum debitoris extinguitur debitum sortis, & vsurarum, *Instit. quib. mod. tollitur oblig. in princ. l. si pupillus, ff. ad l. Fal.* quo casu non videtur stare per venditorem.

8 Atque etiam, quoniam per iudicium prædictum interdicta est debitori rerum suarum administratio, & sic impeditur, ne soluat, ideoque excusandus, *l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut.* vbi habetur, quod pro facto censetur id, quod erat gerendum, si debitor est impeditus. *Bal. cons. 57. Punctus, col. 2. vers. Item alia lege lib. 5.* di-
9 cens, quod succurrendum est impedito in obligationibus, & præceptis faciendi, quodque impeditus iusto impedimento veniam mereatur, *est text. in l. desertorem, §. si ad diem, & l. qui commeatus, de re mil. Dec. cõs. 313. n. 3.* quod verũ est, etiam si impediti culpa præcesserit, *Men. de arbit. iud. Casu 153. n. 3. Crau. cõs. 201. n. 29.*
12 Verum contrarium puto concludendum in proposito, quia subhastationis iudicium non videtur habere vim solutionis, donec præsertim creditori soluta non
13 sit pecunia, & pretium bonorum sub hasta venditorum, & vbi constat de veritate, non est opus coniectu-
14 ris, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* & præsumptio cedit veritati, *l. fin. ff. de verb. oblig. cum simil.*
15 Item quoniã, si debitor nolebat, sibi interdici administrationẽ bonorum, soluere cum effectu debebat, vt tenebatur, & mora sua cuiquam prodesse non debet, *l. quod te, ff. si cert. pet. l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig.* Nam quatenus noluisset bona sua executari, soluere debeat, nec pate litem agi, & bona in tenutam capi.

16 Non

16 Non obstat assertum impedimentum capturæ scilicet bonorum,& subhastationum ; Quia præter id,quod impedimentum superueniens non excusat à mora iam commissa , *arg.l. si seruum.§.sequitur, l.nemo,§.1.ff.de verb.oblig.l.si quis solutioni , §.fin.ff. de vsar.* vbi proba-
17 tur , quod licèt regulariter debitor speciei liberetur specie perempta *l.si ex legati causa,ff.de verb.oglig.* hoc
18 tamen fallit , quando mora iam erat commissa , & species interijt,*l.sancimus,C.de fideiuss.Surd.dec.262.num.13.& 14.*

19 Nec mouet,quod obijcitur de præiudicio tertij,quoniam negligentia,& taciturnitas debitoris nocet etiam tertio , *Dec.in l.1.n.21.C.qui admitt.* Et ita decidit in terminis *Surd.dicta decis.262.per totam.*

---

## EPITOME.

Creditor habens plures res obligatas , an possit omnes subhastari facere.

Subhastatio , quando ritè facta præsumatur.

Tempus in subhastationibus , quod , & quale esse debeat,& in quibus obseruandum .

Actorum amissio, qualiter probetur.

Debitores fiscales ipso iure exiguntur absq; interpellatione .

Subhastatio , an dicatur sponte, seu volontariè facta .

Et probetur instrumento venditionis, vel confessione facta in testamento .

Et tollat præscriptionem contra vendentem .

### SVMMARIVM.

1 *Creditor , qui habet plures res obligatas, non potest omnes subhastari facere , si earum vna suo credito æquiualeat .*

*Primo declara, vt nec res vna subhastari valeat , quando ex eius redditibus creditoribus satisfieri potest intra modicum tempus,n.2.*

*Limita,vbi quis per viam Saluiani , aliquam rem acquisiuit pro satisfactione sui crediti,& ob paucitatem fructuum longo temporis spatio satisfaciendus est,siue fructus quantitatis debitæ essent maioris valoris,siue solum æquiualerent valori rei obtentæ in Saluiano , quia tunc datur recursus ad Principem , & obtinetur commissio de subhastanda illa re ad effectum sibi satisfaciendi num.3.*

*Extende principalem conclusionem procedere in debitore pignora habente cum facultate vendendi,quia licet ea vendi possint,est tamen seruanda æquitas , vt si pars pignorum sufficiat,omnia vendere non debet , & si viliora sufficiant,pretiosiora reseruentur,n.4.*

5 *Subhastatio, & adiudicatio per sententiam facta alicuius rei , vel plurium , ex spatio longi temporis rectè facta præsumitur,& pretium iustum interuenisse.*

*Primo declaratur procedere , si obseruantia pacifica concurrat,siue solemnitates in genere saltem fuerint enunciatæ,num.7.*

*Secundo declaratur locum habere , quando ageretur de subhastatione, vel adiudicatione , de qua processus non appareret , nec solemnitates à iure requisitæ concurrerent,num.8.*

*Primo subdeclaratur dicta declaratio , sibi videlicet tribuere , quando adiudicatio deducitur non per viam actionis ad petendam illius executionem , sed per viam exceptionis,quia tunc sententia sine processu probat,& de ratione,num.9.*

*Secundo subdeclaratur , quando ageretur de executione , seu immissione in possessionem facta virtute alicuius mandati , & maximè stante lapsu quinquaginta annorum,num.10.*

*Tertio subdeclaratur,vt pro sententia , seu iudicis decreto circa solemnitates necessarias semper præsumatur , quando concurrit antiquitas temporis n.11. Et de ratione ibid.*

*Quarto subdeclaratur , quando acta subhastationis , & adiudicationis fuissent amissa,quia tunc,si eorum amissio probetur pro illis præsumendum est,n.13.*

*Prout,& pretium arguitur saltem præsumptiue , ibid.*

6 *Præsumitur pro decreto in subhastatione.*

*Etiam causæ cognitionem requirente absque vlla enunciatione,quando tēpus triginta annorū effluxisset,n.12*

14 *Acta præsumuntur ablata de actis ab illo , cuius ea non reperiri intererat.*

15 *Actorum omissio probatur , quando apparet de diligentia facto in reperiendo processus in illis actis causæ .*

16 *Tempus in subhastationibus est iudicis arbitrarium , secundum aliquos excepto casu distractionis bonorum Ecclesiæ, Minorum; ac Fisci, dummodo mos regionis , & statutum aliud non dictet,*

*At videas,num.seq.*

17 *Solemnitates in subhastationibus lapsis triginta annis, præsumuntur.*

*Omissio subhastationis alienationem rei subhastandæ bona fide factam non vitiat ibidem.*

*Solemnitates præsumuntur interuenisse in subhastatione per lapsum triginta annorum ibid.etiam si non fuerint enunciata ,*

18 *Exceptio intimationis omissæ non obstat stante lapsu temporis viginti annorum, & debitore non reclamante.*

*Declaratur procedere in actis iudicialibus ; licèt secus in extraiudicialibus,maximè vbi essemus in debito fiscali liquido,at non sic,si de eo liquido non constaret, n.19.*

*Quasi tunc sint redacti in numero debitorum ex contractu,& tributo,vel delicto,n.20.*

21 *Debitores fiscales in mora ipso iure absque aliqua interpellatione constituuntur,ita vt summatim, & incontinenti sunt exigendi, & n.22.*

23 *Bona Ecclesiæ alienari non possunt, non adhibitis legitimis solemnitatibus in subhastationibus.*

*Quæ liberantur non plus offerenti, sed ei , qui iustum pretium obtulit.n.24.*

25 *Venditiones factæ per subhastationem an sint voluntariè præsertim quando statutum loquitur de alienatione facta voluntaria, & sponte.*

*Et an probetur subhastatio instrumento , vel confess. num.26.*

26 *Statutum loquens de venditione voluntariè , seu sponte facta,an verificetur in venditione post subhastationem facta.*

27 *Subhastatio an probetur ex instrumento venditionis , vel confessione facta in instrumento.*

*Et tollat præscriptionem contra vendentem.*

*Subhastatio tollit præscriptionem contra vendentem .*

## QVÆSSTIO CC.

1 CReditor,si habet plures res diuersas obligatas pro suo credito ; Quæritur, An valeat eas omnes in solutum accipere,& subhastari facere.

Et respondetur,quod non, sed vnam tantum, quæ illius credito æquiualeat, & ideo ex vno prædio non potest facere æstimare vineam tantum , & ex alio oliuetum,sed totum prædium æstimari debet, vt tradit *Bal. in auth.Hoc nisi,C.de sol.Salyc.in auth.hoc ius porrectū* ,

2 C. de sacrosanct. Eccl. sicuti nec potest vna res subhastari, quando ex eis redditib. creditori satisfieri potest intra modicum tempus, vt fuit dictum à Rota per Burat.
3 dec. 627. nu. 10. Secus autem dicendum est, vbi quis per viam Saluiani aliquã rem acquisiuit pro satisfactione sui crediti, & ob paucitatem fructuum longo temporis spatio satisfaciendus esset non absque eius præiudicio, & incommodo, siue fructus quantitatis debitæ essent maioris valoris siue solum æquiualerent valori rei obtentæ in Saluiano, quia tunc posset per creditorem haberi recursus ad Principem, & obtineri commissio de subhastanda illa re ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, vt decidit *Rota per Card. Seraph. decis.* 1100. n. 1. & *infra*, & dixi latè supra in *quæst.* 126. nu. 14. 15. 16. 17. & 18. & *per tot.*

4 Idem dicimus procedere in creditore habente pignora, cum facultate vendendi, quoniam licet illa ab eo vendi possint, est tamen seruanda æquitas, vt si pars pignorum sufficiat, omnia vendere non debeat, & propterea, si viliora sufficiunt, pretiosiora reseruãtur, vt per *Neguf. de pign. in* 1. *membr.* 6. *p. col.* 6. *vers. Quintò limit.*

5 Præterea quæro, quid quando subhastatio, & adiudicatio per sententiam facta alicuius rei, vel etiam plurium, ex spatio longi temporis, an rectè facta præsumatur, nunc disseramus.

Et respondetur affirmatiuè, quoniam in ea interuenisse præsumuntur, quæ ad perfectam subhastationem, seu adiudicationem sufficiunt, atque insuper pretium iustum interuenisse, *Bald. in l.* 2. *n.* 63. *C. de rescinde. vendit. Aret. in §. si quis agent, num.* 3. *instit. de act. Alex. in l. pretia rerum, nn.* 8. *ff. ad l. Falcid.* saltem præsumptiuè *Pantaleon. Cremen. in dict. l.* 2. *nu.* 308. *C. de rescind. vend. sequitur Gratian. discept. lib.* 3. *cap.* 546. *n.*
6 30. & 31. etenim pro iudicis decreto in subhastatione interposito semper præsumitur, *Rota per Burat. decis.* 538. *num.* 3. & *dec.* 640. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*

7 Quæ conclusio ita demum procedit, si obseruantia pacifica concurrat, siue solemnitates in genere saltem fuerint enunciatæ, vt dicetur infra, vt fuit dictum per *Rot. coram Card. Seraph. dec.* 984. *num.* 4.

8 Secundo declaratur non habere locum, quando ageretur de subhastatione, seu adiudicatione, de qua processus non appareret, neque solemnitates requisitæ concurrerent, ex *Rot. dec.* 143. *par.* 2. *diuer.* quia tunc ea non attenditur *Chart. decis.* 106. *Mastrill. dec.* 73. *lib.* 1. & ratio adducitur, quia Rota sententias, sine processu non curat, nisi prius cognito de meritis, vt in specie inquit *Rota d. dec.* 145. *num.* 5.

9 Primo subdeclaratur præcedens declaratio, vt sibi non tribuat quando adiudicatio deducitur non per viam actionis ad petendum illius executionem, sed per viam exceptionis, quia tunc sententia sine processu probat, ea ratione quoniam plura deduci possunt per viam exceptionis, quæ non possunt per viam actionis, *Bal. in l. post mortem sub num.* 8. *vers. Aut in totum, ff. de adopt. Felyn. in c. lator, col.* 2. *vers. Et dicit, Bal. de re iud. Rota per Accorombonum dec.* 35. *vers. Et maximè, in Pottnen. Bonorum* 13. *Martij* 1578. *coram Card. Seraph. inter impress. dec.* 356. *num.* 14.

10 Secundo subdeclaratur, quando ageretur de executione, seu immissione in possessionem facta virtute alicuius mandati, & maximè stante lapsu quinquaginta annorum, vt per *Rot. in eadem decis.* 143. *num.* 9. Non enim præsumitur, quod is, aduersus quem fuit relaxatum mandatum, & executum, & sui hæredes qui ius suum indiscussum distulissent, *ad not. per Ancharan. consil.* 40. *sub n.* 2. *vers. Item ex temporis diuturnitate, Dec. cons.* 478. *n.* 4. & *cons.* 409. *n.* 9. *Rot. in Roman. Palatij de Ioacchinis* 25. *Octobris* 1574. *coram Card. Seraph.* conferunt scripta per *Gratian. disceptat. lib.* 2. *cap.* 375. *num.* 1. & *infra.*

11 Tertiò subdeclaratur, nempè quod pro sententia, & iudicis decreto circa solemnitates necessarias semper præsumatur, quando concurrit antiquitas temporis, & enunciatio ipsarum solemnitatum saltem in genere, vt accidit in casu *dict. decis.* 143. *num.* 8. *par.* 2. *diuers.* vbi in mandato Gubernatoris dicebatur, seruatis seruandis, & cæt. *Gabr. comm. conclus. lib.* 2. *de sentent. conclus.* 4. *num.* 34. & 37. *Aym. post adductos per eum de antiqu. temp. par.* 2. §. *ex præmissis, n.* 9.

12 Quin etiam pro decreto etiam causæ cognitionem requirente præsumitur, absque vlla enunciatione, quando tempus triginta annorum effluxisset, quod tempus hoc casu longissimum vocatur, ex *Rota d. decis.* 143. *num.* 8. & *Alciat. de præsumption. præsumpt.* 10. *sub n.* 5. *cum seqq. vers. Nisi præterij sset.*

13 Quarto subdeclaratur, quando act a adiudicationis, seu subhastationis fuissent amissa, quia tunc, si eorum amissio probetur, pro illis præsumendum est, *iuxta gloss. fin. in c. quoniam contra, & ibid. Bal. num.* 47. *vers. Item fallit, Butr. sub n.* 56. *Abb. num.* 19. *Felyn. sub num.* 32. *vers. Idem de eo, de probat. Gabr. d. conclus.* 5. *de sent. num.* 14. & ita censuit *Rota in Romana Spolij de Causacchis* 19. *Iunij* 1578. *coram Decano, & 20. Maij* 1580. *coram Card. Blanchetto.*

14 Et his additur, quod acta præsumuntur ablata de actis ab illo, cuius ea non reperiri intererat, vt dixit *Rota in dec.* 368. *n.* 6. *in fin. post* 2. *vol. cons. Farinac.* Amissio autem actorum probatur, quando apparet de diligentia facta in reperiendo processus in illis actis causæ, vt per *Cassador. super reg. dec.* 5. *n.* 5. & *Rota dicta dec.* 143. *num.* 12. *par.* 2. *diuersorum.*

16 Dubium est, quod nam tempus in subhastationibus requiratur ad illarum validitatem.

Et dicitur relinqui iudicis arbitrio excepto casu distractionis bonorum Ecclesiæ, Minorum, & Fisci, in quibus terminus 30. dierum à lege diffinitus tolli non potest, dummodo aliud de consuetudine loci non feruetur, quia tunc mos Religionis, seu statutum prævalebit in distractionibus bonorum priuatorum, *Rol. cons.* 33. *n.* 14. *lib.* 1. *Coler. de process. execut. p.* 3. *c.* 9. *n.* 29. *Capyc. decis.* 96. *num.* 4. *Menoch. de arbitr. iud. casu* 129. *nu.* 2. & *casu* 171. *num.* 28. *Gratian. discept. lib.* 2. *c.* 374. *nu.* 16. & *cap.* 545. *num.* 3. *lib.* 3.

17 Sed Rota coram sanctiss. Gregor. XV. decis. 483. *n.* 4. ait, quod bona Minorum debent stare sub hasta saltem per 20. dies, quamuis sub num. 13. afferat id non esse necessarium de iure Canonico, secundum quod sufficit, quod venditio facta fuerit bona fide, *Bal. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Rot. decis.* 446. *n.* 2. *par.* 8. *in recentior.* in qua fuit resolutum subhastationis omissionem alienationem rei subhastandæ bona fide factam non vitiare.

Et generaliter vbi lapsum esset tempus 30. annorum, quod omnia solemniter interuenisse præsumantur, videlicet æstimatio, citatio, adiudicatio, & similia, etiam si non fuerit enunciata, voluit *Rota dec.* 143. *n.* 8. & *seq. par.* 2. *nouiss.* & *Afflict. decis.* 369. *per totam*, in qua licet loquatur de temp ore centum annorum, Rot. tamen se restringit ad tempus 30. annorum tantum, vt
18 per *Put. decis.* 246. *lib.* 2. & *Gratian. discept. lib.* 3. *c.* 375. *nu.* 7. qui dixit exceptionem intimationis omissæ non obstare stante lapsu temporis viginti annorum, & debitore non reclamante, quod omnem nullitatem excludit in actis præsertim iudicialibus, quicquid sit in ex-
19 traiudicialibus, & maximè vbi essemus in debito fiscali liquido, in quo nullus ordo iudiciorum est necessarius, ob particularem fauorem fisci; secus verò esset, si de eo liquidè non constaret, quia primo casu talis debitor
20 dicitur redactus in numero debitorum ex contractu, tributo, vel delicto, quod operatur, vt quis summariè ad soluendum compellatur, *Bal. in princ. C. quando fisc.* vel

*vel priuat.debit.& in l.quoniam la prima,nu.1.C.de ap-
pell.declarat Alex.ad Bar.in l.his qui,C.de conuent.fisc.
debi.lib.10.per text.in l.2.C. de exact.tribut.eod.lib.10.*
21 *oportet auth.vt sin quoque suffrag.*adeo, quod tales de-
bitores statim si non faciunt, quod debent sine alia in-
terpellatione, & ipso iure, & ipso facto sint in mora,
*glos. in l. cum quidem, §.ex locato. in verb. inferunt de
vsur.Bal.in l.1.n.3.in fi.C.de his, quib. vt indig.cum cæ-*
22 *teris per Peregr.in tract.de iur.fisc.lib.6.tit.7.n.1.*& per
cõsequens ipso iure sunt exigendi iuribus pręallegatis.
23 Ad ea, quæ superius dixi, notandum est, quod bona
Ecclesiæ alienari nequeunt per viam subhastationis,
quando id iusta causa non fieret, & solemnitates iuris
non interuenirent, & sic legitimis subhastationibus
non præcedentibus.Secus vero, si causa iusta,& prædi-
24 ctæ solemnitates in subhastatione concurrerent; quã-
uis tunc dicta res non sit liberanda plus offerenti, sed
illi tantum,qui iustum pretium obtulerit,vt per *Franc.
Vin.decis.145.& dixi in quæst.*
25 Adhuc in materia superest dubium, quod tetigi in
quæst.81.num. 3. An videlicet venditiones factæ per
subhastationem sint voluntariæ, & fuit conclusum af-
firmatiuè, sed modo quæro quid dicendum in statuto
loquente de venditione à volente spõnte facta.

Et prima facie concludendum videretur idem,quod
supra dictum fuit:quoniam venditio facta sub hasta di-
citur voluntaria, cum debitor non coactè, sed sponte
æs alienum contrahat, & bona sua ære alieno obnoxia
esse voluit,& sic dicitur procedere ex partis voluntate
inspecta origine, & quidem satis notum videtur, quod
quicquid ex voluntate sequitur voluntarium censetur
*Doct.in l.1.C.natural.liber.Bal.cons.*306.& præsertim si
facta sit ex iudicis decreto,cuius factum dicitur factum
partis, *l.si ob causam, C.de euict.l.si pignora eod.tit.glos.
in l.id quod nostrum in 5.opposit.ff. de reg.iur. Vrsill. ad
Affli. decis. 191. num. 3.* ita quod licet debitor fuerit
coactus à iudice vendere; & propterea illius voluntas
dici possit coacta,non sequitur, quod non sit voluntas,
quia etiam voluntas coacta voluntas est, *l.si mulier, §.
ff. quod met. caus.* & spontanea appellari potest, quo-
niam procedit ex facto proprio debitoris ad differen-
tiam alterius venditionis, ad quam tenetur quis sine
facto proprio, ad cuius differentiam posita videntur
verba superius relata,sponte,& Domino volente.

Verùm contrarium verius dicendum est.Nam quan-
do vt supra,statutum loquitur de venditione à volente
facta, per illud absque dubio, ei dicta verba, dicendum
est excludi venditionem factam per subhastationem,
mediante iudicis,decreto ad creditoris instantia.Nam
velle dicitur,qui potest nolle,*l.eius est nolle,vbi Dec.&
Cagn.ff. de regul.iur.* & sponte factum dicitur, quod fit
nulla cogente necessitate, quod sponte, quod liberè,
quod proprio motu,non autem, quod alio impellente,
quod coactè,& id alterius petitionem,*Petr.de Anchar.
in cap.præsenti in 5. notab. de censi. Dec.in l. velle non
creditur.sub num.6.ff. de regul.iur.* ita quod requiratur,
quod voluntas omnino, & ex omni parte sit libera, si
spontanea esset debet;Etenim debitor,qui se constituit
soluturum sub hypotheca bonorum, etiam data facul-
tate creditori alienandi, quamuis libere, & sponte reci-
piat, non tamen sic facultatem tribuit alienandi bona
sua, sed potius necessitate ductus vt pecunias, vel res,
quibus eget,habere posit aliàs non habiturus.

Non obstat,quod voluntas coacta voluntas est, quia
non ob id dici potest, quod sit voluntas spontanea, sed
qualificata,vt post eos,quos adducit,scripsit *Dec.in di-
cta l.velle non creditur,sub n.6.vers.Quarto, & vltimo,
ff.de regul.iur.*quæ non est propriè voluntas, sed secun-
dum quid,vt notabiliter tradidit idem *Dec.vbi sup.n.3.*
Regulariter enim non dicitur voluntarium,quod fit ex
iudicis,vel legis dispositione, vt post *Alberic. & An-
char.*inquit *Sebast. Medic. in tract. de cas. fortuit. par.1.
quæst.1.numer.* 23. prout nec actus voluntarius dicitur,
quando fit ab eo,qui poterat compelli, cum paria sint
aliquid fieri coacte,vel timore coactionis,*Dec.in dicta l.
velle non creditur,sub num.2.* & si voluntarium dicatur,
erit causatiuè, & non præcisè, vt requirere videtur no-
strum statutum, *ad not.per Grat.consil. 133.num. 19.in
princ.*
26 Quæri etiam aliquando contingit, an subhastatio
probetur venditionis instrumento, in quo de ea fit
mentio,& de quo agunt *glos.& in l.1.C.de fid. instrum.
& iur.hast.fisc.lib.10.& in l.sciendum, & ibidem Alex.
colum.10.ff.de verborum obligat.*& quid si subhastatio-
nis factæ confessio fiat in testamento, etiam cum iura-
mento, tradit *Bald. in hoc consil. 475. lib.* 5.& aliquid
dixi in Quæst.2.& alibi in hoc ipso Tract.
27 Non etiam omitto, quod subhastatio est tantæ effi-
caciæ, vt tollat præscriptionem contra vendentem, vt
post *Spec.* quem citat voluit *Damhaud. in discursu sub-
hastat.cap.vlt.num.40.*

Et hæc sunt,quæ in præmissis scribere voluit, gratias
agens Omnipotenti Deo, ac Beatissimæ Virgini, qui-
bus omnia mea accepta fero,& offero semper,sub cor-
rectione Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui in omnibus me
submitto,& eidem adhæreo.

# F I N I S.

DECL

# DECISIONVM

## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

## Ad Tractatum de Subhastationibus, & Licitationibus Excellentiss. D. Io. Antonij Mangilij Pisauren. ab eodem recollectarum.

## ARGVMENTORVM INDEX.

*Ad quaest.* 16. In fine quis dicatur idoneus. Vide decis. in Romana Dotis de Boncompagnis coram Cardinali Caualerio inter eius impressas decis. 245. vbi dicitur non posse dici idoneum, si bona sint vendita, vel occupata à creditoribus.

*Ad quaest.* 17. quod res magna non possit subhastari pro paruo debito. Vide decis. in Romana Domus de Alicornis Lunæ 2. Martij 1598. coram Peregrino in fine decis. 16.

*Ad quaest.* 18. dic, quod si probetur bona adiudicata etiam per subhastationem non potuisse plus vendi valet adiudicatio etiam sine subhastatione, vt fuit dictum in Romana Officij 23. Ianuarij 1608. coram Scotto in fine decis. 17.

*Ad num.* 9. vbi allegatur decis. in causa Romana Vineæ de Brunis coram Orano 10. Decembr. 1591. vide eam in decis. 18.

*Ad quaest.* 19. quod rei pretium est quantum emptor inuenit Vide dec. Card. Seraph. 665. nu. 5.

*Ad quaest.* 20. quod vbi bona subhastata non reperiunt emptorem pro iusta æstimatione, illa adiudicantur creditori, vide decis. in Imolen. Pecuniaria Lunæ 16. Iunij 1608. coram Penia in fine decis. 19. quod etiam facit ad quæst. 21. n. 9.

*Ad quaest.* 22. in princ. vbi firmatur, quod scriptura requiritur in subhastationibus, non credo quoad validitatem actus, sed quod probationem illius, cum etiam emphyteusis probari possit sine scriptura, iuxta dec. Cardinalis Manticæ 57. nu. 3. de qua etiam apud Statil. decis. 39.

*Ad quaest.* 23. *num.* 6. quod emptio non valet, si pretium conferatur in arbitrium incertæ personæ. vide contrarium in Romana Palatij Lunæ 15. Decembris 1614. coram Cardinali Sacrato in fine decis. 20.

*Ad quaest.* 24. quod in subhastationibus, & licitationibus seruari debent styli, & consuetudines loci, dic quod si procedatur de mandato Auditoris Cameræ extra Curiam in aliqua Ciuitate, vel Castro, debet seruari stilus solitus seruari in Tribunali Auditoris Cameræ Iudicis delegantis, vt per Greg. XV. decis. 251. nu. 11.

*Ad quaest.* 27. vbi dicitur, quod post subhastationem non admittitur nouus oblator, dic quod de stylo Auditoris Cameræ post lapsam terminum vnius mensis, admittitur nouus oblator, vt fuit dictum in Romana deliberationis domus 18. Maij 1584. coram Clemente 8. felic. recordat. de qua infra decis. 21.

*Ad quaest.* 26. ad finem, vbi dicitur, quod potest capi extraiudicialis in informatio. Vide decis. in Romana bonorum de Ceulis Mercurij 13. Maij 1606. coram Cardinali Marquemontio in fine decis. 22. & decis. in Perusina Separationis Thori 28. Iunij 1589. coram Gypsio in fine decis. 23.

*Ad quaest.* 27. de solemnitatibus seruandis in venditione rerum pupillorum. Vide decis. in Anconitana Bonorum coram R. P. D. Merlino in fine decis. 3. & in Romana Dotis Lunæ 25. Octobris 1613. coram Coccino Decano in fine decis. 24.

*Ad quaest.* 29. an in venditionibus bonorum Ecclesiæ requiratur subhastatio, dic quod non requiritur cum beneplacitum Apostolicum suppleat omnes solemnitates, & alia requisita vt fuit dictum in Mediolanen. rescissionis permutationis Veneris 10. Ianuarij 1597. coram bo. me. Cardinali Pamphilio in fine decis. 25.

*Ad quaest.* 30. quod Hospitalia æquiparantur Ecclesijs, & Officiales in locationibus, & alijs non possint illis præiudicare, firmauit Rot. in Romana Euacuationis Lunæ 4. Decembris 1617. coram bo. me. Vbaldo in fine decis. 26.

*Ad quaest.* 31. an requiratur subhastatio in bonis Confraternitatum Laicorum cum Societas Laicorum non dicatur locus pius. vide decis. in Volaterrana Cappellaniæ Lunæ 7. Maij 1607. coram Cardinali Lancellotto in fine decis. 27. & in Romana Domorum Mercurij 21. Maij 1614. *coram R. P. D. Martino Andrea in fine decis.* 28.

An aut em requiratur subhastatio in venditione bonorum Ciuitatum, Vniuersitatum, & fiscalium iuxta quæst. sequen. decis. in Bononien. Census Lunæ 17. Martij 1608. coram Cardinali Marquemontio in fine decis. 29. vbi firmatur, quod Communitates equiparantur pupillis.

*Ad quaest.* 35. quod pro decreto præsumatur, vt contractus valeat, & omnia dicantur solemniter acta exclusa præsumptione fructus & doli. Vide decis. in Spoletana Census Lunæ 18. Iunij 1601. coram Cardinali Lancellotto in fine decis. 30. & in Beneuentana Territorij coram Gyptio in fine decis. 31.

*Ad quaest.* 36. quod fraus, & dolus nemini prodesse debet. Vide decis. in Mediolanen. Præpositurae 18. Decembris 1589. coram Cardinali Platto in fine decis. 32. & in Romana Computorum Ven. 13. Maij 1594. coram Cardinali Arigono in fine decis. 33.

*Ad quaest.* 37. vide omnino decis. in Romana domorum de Roncionibus coram Buratto, quæ habetur in recen. decis. 725. par. 3.

*Ad quaest.* 38. quod subhastatio probet iustum pretium. Vide decis. in Romana Spolij Veneris 3. Ianuarij 1603. coram Iusto in fine decis. 34.

*Ad quaest.* 39. an remedium l. 2. C. de rescind. vendit. habeat locum in subhastationibus, & deliberationibus affirmatiua opinio est verior vt firmauit Rot. in Romana spolij domus Veneris 17. Februar. 1613. coram eodem D. Cardinali Pamphilio in fine decis. 35. cuius materia comprehendit etiam quæst. 40. & 41.

*Ad quaest.* 41. quod in venditione Gabellarum, Pedagiorum, & aliorum, non habeat locum læsio ratione incertitudinis. vide decis. in Imolen. Nullitatis permutationis Lunæ 29. Martij 1599. coram Iusto in fine decis. 36. & in Interamnen. Mercium Mercurij 4. Iunij 1597. coram Penia in fine decis. 37.

*Ad num.* 8. *vbi dicitur*, quod pensio iusta rei locatæ dicitur quæ collecta in viginti annis continet iustam rei æstimationem, vide decis. in Romana Casalis Iuliani Veneris 19. Iunij 1595. coram Litta in fine decis. 38. & in Romana restitutionis domuncularum Lunæ 22. Iunij 1609. coram Ottembergo in fine decision. 39.

*Ad quaest.* 42. quoad inspiciendam læsionem attendatur tempus contractus, dicit Rota in præallegata Romana Casalis Iuliani coram Litta, & in Romana rescissionis contractus Mercurij 30. Octobris 1602. coram Cardinali Pamphilio in fine decis. 40. & in Romana Domus de Mannellis Mercurij 24. Nouembris 1593. coram Gyptio in fine decis. 41.

*Ad quaest.* 43. an si adsit læsio in subhastatione, emptor teneatur restituere omnes fructus. Vide Marium Giurbam amplissimè in decis. Rot. Sicil. 105. quam allegat etiam auctor.

*Ad quaest.* 44. fructus vbi restitui mandantur, non veniunt illi qui percipiuntur ex melioramentis factis ab emptore, vel altero possessore, cum illi acquitantur ipsi melioramenti, fuit resolutum in Romana Emphyteusis Lunæ 13. Februarij 1607. coram Cardinali Lancellotto in fine decis. 42.

*Ad quaest.* 46. vbi firmatur, quod remedium l. 2. C. de rescind. vendit. durat spatio 30. annos. vide Pinel. in l. 2. C. 1. n. 26. C. de rescind. vendit.

*Ad quaest.* 47. vbi adest læsio enormissima iuramentum non ligat, fuit dictum in Farfen. nullitatis contractus

ctus 16. Iunij 1606. coram Cardinali Pamphilio in fine decis. 43. ita vt nec absolutio sit necessaria, vt fuit firmatum in decis.102.num.6.parte prima diuersor.

*Ad quæst.*48. quod petens rescindi contractum non auditur nisi restituto pretio, vel habitus vigore dicti contractus, vide decis.in Romana Census S. Celsi Veneris 28. Iunij 1602.coram Iusto,in fine decis.44.

*Ad quæst.*49.adde,quod vbi titulus reducitur ad non titulum, restituitur non solum possessio, sed omnes fructus, vt fuit dictum in Romana Viginti millium, die vndecima Maij 1582. coram Cardinali Lancellotto Seniore, in fine decis.45. & fuit dictum in Assilien. Subhastetionis Veneris 2.Maij 1598. coram R.P.D. Orano in fine decis.46.

*Ad quæst.* 50. quod subhastatio facta pro maiori summa, quam si debitum sit nulla, & an sustineatur quando est partim pro vera, partim pro falsa causa, vide decis. in Romana spolij Veneris 9. Maij 1614. coram Buratto in fine decis. 47. & in Romana subhastationis Lunæ 7.Iunij 1614. coram bon. me. Vbaldo in fine decis.48.

*Ad num.*11.quod executio sit nulla, quando est facta non præcedente liquidatione adde Rotam in Fauentina hæreditatis 10.Iunij 1609.coram Patriarcha Manzanedo in fin.decis.49.& in Carpentoraten.bonorum Lunæ 19.Decembris 1611.in fine decis.50.

*Ad quæst.* 51. quod subhastatio facta non constito de credito sit nulla, vide decis. in Vrbeuentana domus Lunæ 5. Decembris 1594. coram Cardinali Pamphilio in fine decis. 51. & in Mantuana bonorum Veneris 16. Decembris 1611. coram Vbaldo in fine decis.52.

*Ad quæst.*52. an & quando detur retentio Creditori, vide decis. in Romana Societatis Officij Veneris 10. Nouembris 1600. coram Litta in fine decis.53. & in Romana Domus, Veneris die 24. Maij 1619. coram Vbaldo,in fine decis.54.

*Ad quæst.*53. quod licet mulier viuente marito, videatur possidere iure familiaritatis, tamen eo mortuo habeat retentionem pro dote, vide decis. in causa Camerinen Spolij Lunæ 15. Iunij 1609. coram Cardinali Sacrato in fine decis. 55. & in Narnien Hæreditatis 13. Maij 1607. coram Cardinali Lancellotto in fine decis. 56. & in Societatis Castronum Veneris 4. Iulij 1597. coram R.P.D.Orano in fine decis. 57. & pro ea præsumitur suam possessionem continuasse,vt dicitur in eiusdem locis.

*Ad quæst.* 54. vbi dicitur quod Creditor anterior non teneatur rem vendere,sed eam tenere possit, donec sibi suum creditum soluatur,tenetur tamen pati,vt res subhastetur ad instantiam secundi Creditoris, vt primo satisfiat de suo credito, & residiuum consignetur sibi, idem firmatur etiam fuit Coram Cardinali Caualerio, vt in eius decis.429.nu.3.

Et quod mulier possit impodire creditores mariti, ne procedant ad subhastationem dicit Morot. de iur. offeren. tit. de secundo credito offer. numer. 36.

*Ad quæst.* 55. quod tertius non possidens executionem non impediat, vide decis. in Papilonen. beneficiorum Lunæ 13. Martij 1617. coram bo. me. Episcopo Seleucien. in fine decis. 58. licet in decis. 6. videatur firmari contrarium, sed loquitur in diuersis casibus.

*Ad quæst.*56. vide decisionem allegatam Narnien. fideicommissi die 3. Iulij 1622. coram R.P.D. meo Merlino in fine decis.59.

*Ad quæst.*57. de excessu, Vide decis. in Carpentoraten. bonorum Lunæ 17. Nouembris 1614. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio in fine decis. 60. & in Romana diuisionis hæreditatis Lunæ 14. Decembris 1615. coram Manzanedo, in fine decis. 61.

*Ad quæst.* 58. quod creditore inuito, aliud pro alio solui non possit, vide decis. in Bononien. pecuniaria Veneris 4. Iulij 1603. coram Cardinali Pamphilio in fine decis.62.

*Ad quæst.* 60. quod stante obligatione Camerali liceat variare, vide decis. in Parmen. Datij Lunæ 4. Iunij 1612. coram R. P. D. Coccino Decano in fine decis. 63. & in Romana Palatij Campi Floræ Veneris 16. Decembris 1588. coram Penia in fine decis. 64.

*Ad quæst.* 63. vide decis. in Romana Prælationis Veneris 20. Nouembris 1609. coram Ortembergo Episcopo Attrebaten. in fine decis.65. vbi latè, quando competat,vel non competat prælatio.

*Ad quæst.* 67. in materia obligationis de restituendo prioribus,& potioribus creditoribus, quod contra taliter obligationis possit agi exequutiuè, vide decis. in Romana dotis Mercurij 13. Nouembris 1602. coram eodem Ortembergo in fine decis.66. & mens promittentis restituere pecunias habitas cum obligatione restituendo prioribus, & potioribus regulatur à iure communi, vt fuit dictum in Romana pecuniaria Lunæ 2.Aprilis 1601.in fine decis.67.

*Ad quæst.* 75. dic, quod exceptio compensationis, est exceptio solutionis, & illa semper habet locum, vt fuit dictum in Perusina bonorum Lunæ 17. Aprilis 1617. coram Buratto in fine decis. 68. & ipso iure inducitur,vt fuit dictum in eadem decis.47.

*Ad quæst.*76. vide decis. in Romana aditionis hæreditatis 23.Februarij 1613.coram R. P. D. Coccino Decano in fine decis.68.

*Ad quæst.* 78.quod non potest capi possessio bonorum venditorum cum pacto,quod mensurentur,nisi mensuretur prius quam possessio ingrediatur fuit dictum in Romorum in Burgo Lunæ 22.Iunij 1915.coram Vbaldo in fine decis.70.

*Ad quæst.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . fuit dictum in Romana Pecuniaria, Lunæ 9.Maij 1616. coram Remboldo,in fine decis. 72. & in Romana Euacuationis Mercurij 1617. coram Vbaldo, in fine decis.73.

*Ad quæst.* 92. quod fructus percepti vltra quam importent interesse computentur in sortem, vide decis.in Vrbeuetana Census 13. Februarij 1595. coram Gypsio in fine decis.74. & in eadem causa Lunæ 6.Iunij 1594. coram eodem in fine decis.75.

*Ad quæst.* 105. An annui redditus computantur inter stabilia, vide decis. in Vrbeuetana Census 19. Nouembris 1594. coram Cardinali Blanchetto in fine decis.76.

*Ad quæst.* 107. quod nemo inuitus compellatur emere, vel vendere vide decis. in Romana Palatij de Comitibus Lunæ 16. Ianuarij 1612. in fine decis.77.

*Ad quæst.*108. quod proprietarius præferatur vigore l. 2. C. de iur. emphyt. etiam quando subhastatur res emphyteutica, vide decis. allegatam hic num.10. in Romana Domus 22.Iunij 1611.coram Cardinali Lancelloto in fine decis.78.

*Ad quæst.*110. Alienatio, quando dicatur voluntaria, vel necessaria, vide decis. in Romana Census Veneris 8. Nouembris 1613.coram Cardinali Sacrato,in fine decis.79. & in Romana præte nsæ deuolutionis domus, Veneris 11.Decembris 1587.coram Orano in fine decis.80.

*Ad quæst.* 112. Quod hæres beneficiatus teneatur soluere creditoribus primò venientibus, & soluendo liberetur, vide decis. in Romana Census scu-

# DECISIO PRIMA.

## Coram bo. me. Card. Marquemontio.

## ROMANA PECVNIARIA.

*Lunæ 15. Iunij 1609.*

*SVMMARIVM.*

1 *Libri mercatorum pro tertio contra tertium probant concurrentibus adminiculis.*

2 *Creditor, licet pro sua securitate pignus habeat tamen super alijs debitoris bonis exequutionem facere potest.*

3 *Creditor habens debitorem carceratum, potest nihilominus petere se immitti in possessionem aliorum bonorum.*

4 *Petens exhibere alios libros vltra primo loco exhibitos tenetur probare illorum existentiam.*

SEntentia Auditoris Cameræ est iusta, quia creditum Vtini contra Pisottum probatur per partitas extractas ex libris Domini Roberti Primi; Nec facit 1 quod libri mercatoris, cuiuscumque sit conditionis, & nominis, non probent pro tertio contra tertium, *Bart. in l. admonendi, num.*
1 *27. ff. de iureiur. cum alijs, per Surd. decis. 199.* Fallit enim concurrentibus adminiculis, vt fuit dictum *Romana Locorum Montium 14. Ianuarij 1602. coram R.P.D. Decano, & in Bononien. Dotis, prima Martij 1599. coram Illustrissimo Lancellotto.*

Adminicula autem in isto casu, quæ rem claram constituunt, colliguntur ex serie facti. Constat enim de lista per Vtinum iuxta notorium mercatorum stylum facta, & directa Domino Roberto primo, in qua inter alia mandauit, vt solueret Pisottis scuta 1500. auri stamparum, mutuata illi ad cambium in Nundinis Bisuntinis, & è conuerso constat de ordine dato à Pisottis bonæ memoriæ Lauiano, vt exigeret à Domino Roberto primo partitam Vtini scutorum 1500. pro totidem datis ad cambium in Nundinis Bisuntinis, denique constat de effectuatione istorum ordinum per exactionem, quam fecit Lauianus à dicto Roberto de dicta summa; non potest melius iustificari solutio, quam ordine præcedenti facto à mandante, & ex quietantia mandatarij subsequuta de pecunia mandata recepta, prout interuenit in isto casu, in quo etiam ex abundanti, concurrunt testes de isto credito deponentes.

Probato autem Vtini credito apparet iusta sententia Auditori Cameræ, quia exceptio Pisotti turbida, & illiquida est, licet enim dentur aliqui testes deponentes de quibusdam mercibus traditis Vtino per Pisottum, tamen de iure, de specie ad quantitatem non fit compensatio, *l. fin. C. de compens. Bart. per illum tex. in l. si conuenerit, la seconda, in princip. ff. de pignor.* denique si illæ merces fuerunt datæ Vtino in pignus, prout in dubio præsumitur ex latè traditis *per Afflict. decis. 323.* & colligitur ex dicto primi testis, qui dicit Vtinum sibi dixisse, *Che lui si teneua queste robbe per sua sicurezza*, sequitur, quod potest Vtinus non obstante, quod habeat pi-
2 gnus, agere pro consequutione sui crediti, & facere in alijs rebus exequutionem, *l. 4. §. ex conuentione, vbi Castren. numer. 1. ff. de re iudic. Rip. in capit. inter cæteras, numer. 70. versic. vndè cum captis etiam pignoribus; de rescript.* sicuti quando debitor reperitur pro debito carceratus, potest creditor petere nihilominus, se immitti in tenutam bonorum, & è contra si fuit immissus in possessionem, potest instare pro captura debitoris, *Archidiac. cap. primo, de eo, qui immissus in possessionem in 6. Bart. in leg. consentaneum. numer. 17. C. quomodo, & quando iud. Bald. in l. ignorare, in fin. C. de testam. militari, Dec. cons. 73. in fin. Rom. sing. 411.* & in facto cessat difficultas, quia licet in genere constet de mercibus traditis, & Vtinus illas non neget, tamen non apparet, quod illarum valor adæquaret creditum, quinimò in hoc Vtinus agnoscit bonam fidem, quia licet eo absente, eius procurator introduxisset causam super tota summa scutorum 1500. ipse tamen in obtinenda sententia se restrinxit ad scuta stamparum 493. cognoscens sibi fuisse in aliquo satisfactum.

Non obstat, quod dicebatur de librorum exhibitione, si quidem exhibuit Vtinus, quos habebat, etsi alios desideret sibi exhibere à Pisotto; necessè
4 est, quod probet illorum existentiam, quia mirum non est, quod Vtinus, qui exercet artem sericam, non autem artem banchariam non haberet omnes libros, quos haberet Argentarius, seu numularius mercator.

Denique, quæ dicebantur contra validitatem sententiæ, benè fuerunt sublata per informantes pro Vtino

Ideoque fuit conclusum vtraque parte informante, sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandum.

---

## DECISIO II.

### R.P.D. IVSTO.

Mediolanen Bonorum.

*Veneris 9. Iunij 1595.*

*SVMMARIVM.*

1 *In alienatione bonorum Ecclesiæ, vel transactione super eis de iure requiritur causa, & solemnitas.*

2 *Ille antè præsumũtur nõ interuenisse, vbi nõ probãtur vel nõ probatur cursus tẽporis sufficiẽs ad eas præsumẽdas.*

DOmini vna parte tantum informante super dubio censuerunt transactionem esse nullam, quia in
1 alienatione Ecclesiæ copulatinè requiritur causa, & solemnitas, itaut vna sine altera non sufficiat, *c. 1. de reb. Eccles. non alien. Dec. cons. 142. n. 4. Conar. qui alios citat, & attestatur de comm. var. res. lib. 2. c. 17. nu. 12.* Quod idem procedit in transactione, *vt fuit resolutum cor. bo. mem. D. de Rubeis in vna Auersana Tenimenti, 27. Iunij. 1583. & cor. R.P.D. meo Arrigo. in vna Nouar. Decim. 28. Maij anni præt.* Verum quod illæ non interuenerint, satis ostenditur, cũ non probentur *Aym. cons. 192. n. 15* nec adsit cursus tẽporis sufficiens ad inducendam præsumptionẽ solemnitatum, *c. peruenit, vbi Imol. n. 10. de*

*empt.& vend.Dec.conf.* 409. *numer*.9. & tenuit pluries Rota; causam autem non adfuisse constat ex lectura instrumenti transactionis, vbi pro hæreditate consequenda promittitur impetratio exemptionis Gabellæ salis ad certam summam, quod etiam satis modicum, nec potentia aduersariorum fuit causa legitima ad dimittenda iura Ecclesiæ indefensa.

Et ita, &c.

# DECISIO III.

## R.P.D. MERLINO.

Anconitana Bonorum.

*Mercurij 27. Aprilis 1622.*

### SVMMARIVM.

1 *Citatio debet exequi in domo habitationis citati.*
2 *Facultas substituendi non censetur data, nisi in mandato specialiter exprimatur.*
3 *Vbi opponitur de mandato, & protestatio pluries repetitur, si non exibeatur, decretum est nullum, etiamsi postea ostendatur, & exhibeatur.*
4 *Iuramentum calumniæ petitum, si non præstetur, decretum remanet nullum.*
5 *Decretum factum contra tenorem obligationis illins, contra quem agitur, est nullum, & notoriè iniustum.*
6 *Vbi decretum, vel mandatum est nullum, est etiam nulla subhastatio, & deliberatio in exequutionem illius facta.*
7 *Si non fiat citatio ad reluendum, est nulla subhastatio, & deliberatio.*
8 *Bona minoris debet stare saltem per viginti dies sub hasta.*
9 *Pro validitate subhastationis, & deliberationis requiritur citatio ad videndum ea fieri, & decretum Iudicis, aliàs sunt nulla.*

Responderunt Domini mandatum Auditoris Cameræ, ac subhastationem, & deliberationem illius vigore facta fuisse nulla. Et moti sunt, quia apparet primam citationem fuisse exequutam Anconæ in domo Annibalis Barlettæ, cum tamen Domini de Ciceris habitarent Comi, vbi propterea in eorum propria domo citatio ipsa exequi debebat, 1 *leg.* 1. §. 1. *ff. de liber. & posthum. l. pennlt. ff. de aun. except. Bald. consil.* 167. *numer.* 2. *libr.* 3. *Surd. consil.* 106. *sub num.* 15. & 16. *Vant. de nullitate ex defectu cita.num.*87.

Reliquas verò citationes deindè factas hic in curia constat fuisse exequutas contra Rocchum vti substitutum per Dominum Annibalem assertum procuratorem Mutij, & tamen nullibi apparet, quod Annibal ipse fuit re vera procurator, & substituendi facultatem habuerit, quæ numquam data censetur, 2 nisi in mandato specialiter exprimatur, *Vant. de nullitat. ex inhabilitat. seu defect. mand. compar. numer.* 3. *Rot.decis.*13.de procurat. in antiquis, & sic patet mandatum fuisse nulliter relaxatum, cum nunquam fuerit citata persona legitima.

Et hæc nullitas tantò magis videbatur intrare quo ad alios de Ciceris, quorum Annibal nullatenus se procuratorem asseruit, nec vti talis dictum Rocchum substituit.

Præterea considerarunt Domini, quod etiamsi Annibal fuisset reuera procurator, nedum Mutij, sed aliorum de Ciceris, & substituendi facultatem ab illis habuisset adhuc tamen nullitas esset ineuitabilis, tùm quia non fuit doctum de legitimo mandato comparentis pro Domino Ferretto, & consequenter stante oppositione, & protestatione per Dominum Rocchum facta, & pluries repetita, quod ne no 3 ex aduerso comparens audiatur, nisi docto de legitimo mandato, vt in summario num. 5. sententiæ, siue decretum relaxationis dicti mandati executiue fuit ipso iure nullum, etiamsi hodie constaret comparentem ipsum, verè procuratorem fuisse, & substituendi facultatem habuisse, *Cranett. conf.* 118. *num.* 1. *Crescen. decis.*124. *Guidobo.decis.*129. *Card. Seraph. decis.* 333.*num.*1.*Rot. decis.*105.*n.*2. *par.*1. *diuersorum*, *fuit dictum in Romana Pecuniaria*, 11. *February* 1599. *coram Orano*, & *in Asculana Dotis*, 3. *Iuny eiusdem anni coram bon. mem. Card.Pamphilio*, & *alibi sæpè.*

Tùm etiam quia non fuit præstitum iuramentum calumniæ per eundem Rocchum expressè petitum, ob 4 cuius defectum processus vitiatur, & sententia, siue decretum redditur omninò nullum, & inualidum *cap.*1.§. 1. & *ibi glos. de iuramen. calum. in* 6.*Bart. Alex.* & *alij in l. de Pupillo*, §.*qui opus. ff.de damn. infecto*, *Rot. decis.* 298.*lib.* 2.*Card.Mantic. decis.* 33. *num.*3. & *fuit etiam firmatum in Vrbeuetana Iuris visitandi*, 18. *Decembris* 1598. *coram Orano*, & *in Aesina restitutionis Dotium*, 13.*Martij* 1600.*coram Lutta.*

Addebat etiam maior pars Domini aliam nullitatem resultantem ex notoria iniustitia, de qua constare videbatur ex eo, quia contra dictos de Ciceris fuit relaxatum mandatum executiuum præcisè pro solutione scutorum 1800. cum tamen vigore eorum obligationis possent talem solutionem etiam facere mediante impositione census, Ex quo fit, quod illud tanquam conti- 5 nens plus, & contra tenorem obligationis fuerit notoriè iniustum, & nullum, *vt per Castr.conf.*129.*numer.*1. *vol.*2.

Stante autē nullitate mandati, absque dubio subhastatio quoque ac deliberatio inde secuta fuit pariter omninò nulla, & inualida quàm DD. alijs etiam defectibus, & nullitatibus laborare dixerunt, quoniam non 6 fuit facta citatio ad reluendum in proprio domicilio dd. de Ciceris, prout requirebatur *Iodoch. de subhast. cap.*3.*num.*20.*Card. Seraph. decis.* 1100.*num.*8. nec fuit data dilatio congrua, sed solum decem dierum, quæ non visa fuit sufficiens habitantibus Comi pro accessu ad ciuitatem Anconæ, & cum agatur de bonis minoris, 7 non apparet illa fuisse subhastata saltem per viginti dies, prout requirebatur. *Bart. in l. licitatio, num.*3. *ff. de publican.in rem act.Capic. decis.*36.*num.*4. *Menoch. de arbitr. iudic.cas.*129.*num.*3. & *cas.*171.*nu.*38.*cum alys congestis per Surd.consil.*49.*num.*19. & 20.

Et demum deficit quoque citatio ad videndum subhastari, & deliberari, ac etiam Iudicis decretum, & ta- 8 men vtrumque videbatur fuisse necessarium, *Affli.decis.*358.*num.*3. & 4.*Rol.conf.*32.*n.*3. *lib.*1. & *fuit firmatum in Reatina Bonorum* 1. *Iuly* 1613. *coram Reu. D. meo Decano*, *quæ est decisio* 476. *sub numer.* 4. *part.* 2. *recent.*

Et ita fuit resolutum Ciceris tantum informantibus.

D E-

## DECISIO IV.

R.P.D. PIROVANO.

Bononien. Fideicommissi de Cataneis.
*Luna 14. Decembris 1615.*

*SVMMARIVM.*

1 *Agenti, vbi est hæres obligati de euictione, obstat tex. in l. vendicantem, ff. de euict. & l. cum à matre, C. de rei vend.*
2 *Hæres censetur approbare gesta à defuncto, dum hæreditatem illius acceptat.*
3 *Sed si sit hæres cum beneficio potest auocare bona per defunctum alienata.*
*Inuentarium præseruat hæredem, ac si non adiuisset ibidem.*
4 *Aetas probatur ex Baptismi fide.*
*Minor restitutus aduersus aditionem simpliciter factam habetur, ac si à principio eam cum beneficio adiuisset, ibidem.*
*Mors probatur ex libro Parochi, aut Sacristæ, ibidem.*
5 *Possessores bonorum non debent citari in confectione inuentarij, quando contra eos tunc non est mota lis super bonis.*

PRo fundamento intentionis D. Isottæ & filiorum D. Ludouicæ supererat videndum de identitate bonorum in fideicommisso comprehensorum, verum quia opponebatur eadem D. Isottam, & Ludouicam esse hæredes Curtij, & Cæsaris, qui alienauerunt, & causa agitatur cum Leonibus, & alijs tertijs possessoribus,
1 quibus videbatur sufficere reijcere agentes per exceptionem *l. vindicantem, ff. de euict. & l. cum à matre C. de rei vend.* ideo debitaui an exceptio dictarum legum obesset in casu proposito.

Et non obstaret fuit resolutum, nisi in hæreditate sint computanda bona Bubani quod DD. reseruarunt in separata disputatione examinare.

Nam & si pro parte istarum sororum non impugnetur aditio hæreditatis Cæsaris ex persona Curtij, quæ
2 regulariter solet importare approbationem gestorum per testatorem, *per l. cum à matre, C. de rei vendic.* & per consequens securitatem tertijs possessoribus ne ab hæredibus possint inquietari tamen si hæreditas fuerit
3 adita cum beneficio legis, & inuentarij, vt in præsenti probatur, tunc non erit interdictum hæredibus auocare bona per testatorem alienata, quatenus ad ea consequenda alio iure, quam hæreditario veniant; cum hoc præcipuum sit inuentarij beneficium, vt præseruet omnes actiones hæredi competentes, & quo ad damnum vitandum constituat hæredem, ac si hæreditatem non adiuisset, *l. fi. §. in computatione, C. de iur. delib. Faune. de inuen. p. 5. n. 92. Roland. eod. tit. in 10. vtilitate, Osasc. dec. 181. n. 13. Surd. cons. 7. num. 31. & seq.*

Nec visum est obstare, quod hæreditas à principio simpliciter adita fuerit, quia postmodum sorores gratiosè fuerunt restitutæ aduersus non confectum inuentarium, vt ex litteris fel. rec. Clementis VIII. quæ datæ fuerunt, & quæ pariter in eadem narratiua benè iustificantur quia infantilis ætas istarum sororum narrata
4 respectiuè tempore mortis Curtij earum patris, probatur tam ex fide earum Baptismatis, quàm ex libro Sacristæ S. Dominici de morte Curtij, quibus improbanda natiuitate, & morte solet fides adhiberi, *Bald. cons. 452. lib. 4. & in l. fin. ante finem num. 15. C. fine cens. vel reliq. Maurit. de rest. in integrum q. 321.* ea ratione, quia in Plebano, tunc scribunt diem Baptismatis, vel mortis nulla sit prorsus præsumenda fraus, ex quo nihil vtilitatis, aut commodi percipiunt ex tali scriptura.

Secundo autem dum narratur hæreditas damnosa, & hæc qualitas colligatur ex quantitate debitorum in inuentario descriptorum, quæ excedunt valorem bonorum hæreditariorum, quę fuerunt in libris 1461. ideò cum hodie constet de inuentario legitimè confecto, *l. cum à matre*, non videtur obstare, quia propriæ hæredum actiones sunt præseruatæ a confusione actionum, neq. *l. vendicantem*, quia adhuc non est expeditum, quod bona, quæ peruenerunt ad sorores sint hęreditaria, & per consequens interim non sunt impedimento, quatenus procedatur ad canonizationem fideicommissi, vel aliorum bonorum ad quæ ex persona propria sint vocatæ.

5 Non obstat, quod Leonij possessores bonorum non fuerint citati in confectione inuentarij, quia non poterant dici certi creditores prætextu futuræ euictionis bonorum, de quibus agitur, super quorum recuperatione adhuc non fuerat mota lis, *l. euicta §. duplex, ff. de euict. & latè fuit deductum in causa Bononien. de Formalarijs 28. Ianuarij 1591. coram bo. me. Card. Pamphilio.* Præterea datur Statutum particulare Ciuitatis Bononię, in quo datur forma exequendi restitutiones in integrum aduersus aditionem hæreditatis, & non confectionem inuentarij, qua seruata, vt in præsenti restituto, & inuentarium suffragentur etiam quoad non comparentes, & specialiter non citatos.

Et ita, &c.

## DECISIO V.

R.P.D. BVRATTO.

Veneta Donationis.

*15. Aprilis 1616.*

*SVMMARIVM.*

1 *Contra bona debitoris, etiam sola actione personali conuenti alienata in tertium possessorem in fraudem parata, vel capta exequutionis potest procedi exequutiuè, & absque actione reuocatoria.*
2 *Debet autem tertij, & eo non citato procedi ad eam non potest.*
3 *Alienatione dicitur in fraudem paratæ exequutionis, ne dum quando est facta lite pendente, & lata sententia, sed etiam post captum pignus iudiciale.*

REcessum fuit à decisione facta 16. Nou. præteriti, & resolutum mandatum executiuum contra bona, & iura hæreditaria olim Rodulphi Pij ad fauorem de Domo relaxatum pro certis ratis decursis annuæ perpetuæ præstationis posse exequi in fructibus locorum Montis Fidei, non obstante, quod in dicta resolutione (à qua tamen in hac parte DD. non recesserunt) firmatum fuerit dicta loca non fuisse effecta litigiosa, & quod Lucretia dicti olim Rodulphi vxor sit in quasi possessione exigendi illos fructus.

Resolutionis ratio fuit, quia contra bona debitoris etiam sola actione personali conuenti per eum in ter-
1 tium possessorem alienata in fraudem paratæ, vel inceptæ exequutionis, & sic non in spretum Iudicialis auctoritatis proceditur executiuè, & absque actione reuocatoria periudè ac si alienata non fuissent, prout ita procedere dicit *Cyn. in l. 1. C. de alienat. iud. mutan. caus. fact. declarat. Bal. in l. ob maritorum, numer. 8. vers. breuiter dico, C. ne vxor pro marito, & in l. penul. nu. 27. C. de execut. rei iud. quem sequuntur, Castren. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 8. vers. Bald. notabiliter, & ibi Herculan. num. 43. Iaf. num. 10. vers. mihi placet concordia,*

dia, ff. de re iudicata relati per Conar. practic. quaest. ca. 15. num. 7. vers. sed & generaliter, Rip. in l. 1. §. si hæres num. 21. vers. Bald. in l. ob maritorum. ff. ad Trebel. Capic. dec. 28. num. 10. & seq. Surd. cons. 405. num. 9. in fine, vers. secundo respondeo, & num. 10. & cons. 533. num. 4. & tenuit Rota in Placentina Euictionis 28. Iun. 1591. coram bo. me. Card. Blanchetto, & in Interamnen. Bonorum 17. Decembris 1610. coram R. P. D. Caualerio, & in Roma-
3 na Legitimæ 5. Decembris 1614. coram Vbaldo, & satis est in fauorem tertij possessoris hoc esse inductum, vt contra hæredem non possit fieri executio, ni si fuerit citatus, Capyc. dec. 20. num. 24. & Rota in Romana Restitutionis Vineæ 22. Iunij 1589. coram bo. mem. Card. Mantica. tunc autem alienatio dicitur in fraudem paratæ exequutionis, quando facta est nedum lite pendente, & lata sententia, sed etiam post captum pignus iudiciale, iuxta l. 1. C. si in causa iudicat. Guidopap. q. 81. Ripa in dicto §. si hæres, num. 21. versic. videtur autem alienata, Pedemont. decis. 65. num. 4. in fine, Surd. d. cons. 533. n. 5. cum alijs supra citatis.

Et ita, &c.

---

# DECISIO VI.

## R. P. D. PAMPHILIO.

Toletana Iuris Decimandi.

*Veneris 19. Februarij 1593.*

### SVMMARIVM.

1 *Clausula, parito iudicato, importat, quod prius, & ante omnia satisfiat integraliter.*

2 *Tertius veniens pro suo interesse, impedit executionem rei iudicatæ, & est audiendus super iuribus suis.*

3 *Et impedit executionem ne dum veniendo ad causam in statu, & terminis in quibus causa reperitur sub etiam principaliter committendo causam prout in prima, vbi venit principaliter pro suo interesse, non autem ad alterius defensionem.*

4 *Vt sententia lata contra possessorem maioricatus præiudicet successori, debent successores citari saltem per proclama.*

5 *Potest tamen successor appellare.*

6 *Non tamen afficit sententia successorem in maioratu, quando ipse vult probare aliquid contra sententiam, quod non probauit antecessor.*

DOmini cum præsupposito, quod Dux Modernus veniat ex propria persona tanquam primogenitus de domo, & successor in maioricatu vigore inuestiturarum antiquarum, non antem tamquam hæres Ducis Senioris, dixerunt ipsum posse impedire executio-
1 nem; & per consequens non esse apponendam clausulam, Parito iudicato, quę importat, quod prius & ante omnia satisfiat integraliter, iuxta notata in *cap. fin. de restit. spoliat. Stafil. de lit. Iust. §. dicendum, num. 42.*
2 Communis est enim Doct. omnium conclusio, quod tertius veniens pro suo interesse impedit executionem rei iudicatæ, & est audiendus super iuribus suis *Innocen. in c. veniens, il secondo, sub n. 3.* quem ibi omnes sequuntur de *testib. Rota dec. 2. de re indicata in antiquis*, etiam si tractetur de exequutione trium sententiarum conformium, *Card. in Clem. vt calumnijs quæst. 4. & ibi Vital. num. 89. & seq. de re indicata. Rota decis. 13. eodem tit. in antiquis, & decis. 14. de prob. in nouis, Alex. cons. 85. num. 12. lib. 5. Gabr. concl. 1. de re indicat. num. 19. & fuit resolutum in causa Burgen. Vnionis de Elinos coram D. meo Orano 26. Nouembris 1588.*
3 Et iste tertius impedit exequutionem ne dum venien. ad causam in statu, & terminis in quibus causa reperitur, sed etiam principaliaer committedo causam prout in prima, vbi venit principaliter pro suo interesse, non autem ad alterius defensionem, *Io. Andreas in c. 2. num. 2. vers. illi autem prouisus, & ibi Gemin. sub num. 9. vt lite pend. in 6. Conar. pract. quæ. c. 13. in priu. & tenuit Rota in causa Corduben. Statutorum 24. Ianuarij 1590. coram D. meo Seraphino.*

Maxime, quod sententiæ non loquuntur de moderno Duce, nec ipsum afficiunt, cum non fuerit citatus,
4 saltem per proclama, prout requiritur ad effectum, vt sententia lata contra possessorem maioricatus, præiudicet successoribus, iuxta opinionem, quam sequitur *Rota, vt per Acchill. decis. 3. de re indic. Put. dec. 4. in 3. lib. & in istis terminis fuit resolutum in Rota in causa Hispalen. Decimarum de Villalua 15. Iunij 1582. coram bo. m. Lauretano,* & in omnem euentum moderno Duci
5 tanquam successori, licita fuit appellatio, vt per *Alex. in l. filiusfamil. §. Dico, num. 11. in fi. de leg. 1. cum alijs per Pinell. in l. 1. in 3. par. sub. nu. 50. in 3. limit. C. de bon. mater.* præsertim cum possit considerari aliqua negli-
6 gentia Ducis Senioris, qui succubuit ex eo, quod testes examinauit rusticos, & vassallos, omittendo examinare alios testes integros, quos modernus Dux examinare intendit, quo casu sententias non afficere successores in maioricatu, tradunt DD. allegati per *Pinel. in num. 5. in 4. limit. & Molin. de primogenit. Hispan. lib. 4. cap. 8. num. 9. & sensit Rota in dicta causa. Hispalen. Decimarum de Villalua.*

---

# DECISIO VII.

## R. P. D. MANZANEDO.

Romana Spolij.

*Veneris 27. Nouembris 1615.*

### SVMMARIVM.

1 *Exactarum reuolutione apparet de validitate, vel inualiditate sententiæ. Sententia valida debet confirmari.*

2 *Sententia condemnans in minori summa, quam fuerit petitum, dicitur conformis libello, in quo maior summa fuit petita.*

3 *Vbi sunt probata extrema requisita in spolio sententia reintegratiua est valida.*

4 *Clausula constituti operatur translationem possessionis in constitutarium.*

*Ex mandato de manutenendo, probatur possessio illius, qui illud obtinuit.*

5 *Cessionarius potest agere spolio, & vti omnibus exceptionibus competentibus cedenti.*

6 *Secundum extremum probatur ex substentatione litis iunctis adminiculis.*

7 *Sub cessione generali non venit actio spolij. Contrarium est verius. ibidem.*

*Actio spolij transit in singularem successorem, etiam absque cessione.*

8 *Possessio tradita à Iudice præsumitur seruati seruandis, & præcedentibus decretis requisitis.*

9 *In spolio non est necessaria probatio tituli.*

10 *Possidenti non competit actio spolij.*

11 *Opponens se possessori videtur eum spoliare.*

12 *Ciuiliter possidens potest agere spolio pro consequenda naturali.*

13 *Habens interesse debet citari in quolibet actu subbastationis, & deliberationis.*

Domini

Domini censuerunt sententiam A. C. esse confirmandam cum de eius validitate constet ex actorum reuolutione, & nullitas contra illam opposita, quod scilicet non sit conformis Libello, cum redintegret Florenum ad tertiam partem domus, de qua agitur, & in libello fuerint petitæ partes ex quinque; Tollitur ex eo, qood cum minor sit quantitas vnius partis ex tribus, quam duarum ex quinque, potuit sententia condemnare in minori, & dicitur libello conformis, ex quo in petitione facta maioris quantitatis, includitur etiam petitio minoris, *iuxta Ias. in l. quidam existima-*
2 *uerunt, num. 1. ff. si cert. pet. Fab. in §. quoties instit. de inutil. stipulat. Guidopapa decis. 27. Cassan. in consuetud, Burgund. tit. Des iustices, §. verb. 6. cusques, num. 13.*

De Iustitia verò dubitari non potest, cum constet de
3 requisitis in iudicio Spolij, nempe de vtroque extremo, iuxta notata per *Doct. in cap. cum ad sedem vbi Abb. n. 17. de restit. spoliat. Bald. in l. 3. num. 15. ad fin. C. si non competenti Iudice Alex. cons. 6. num. 5. lib. 3. Menoch. de recuper. 15. num. 383.*

De primo enim satis apparere visum fuit, ex eo, quod portio domus, de qua agitur, fuit deliberata Caccianimico, qui illius possessionem accepit, ac eam postea
4 cessit Crippæ, cum clausula constituti, quæ operatur, vt dicta possessio censeatur translata in constitutarium, *l. quod meo, in princ. & l. intereum, de acquirenda possess. Capic. decis. 14. num. 8. Rot. decis. 132. num. 5. par. 2. diuers. Tiraquell. de iure constit. par. 1. n. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. n. 14.* cum præsertim dicta Crippa post cessionem obtinuerit sibi consignari plures pensiones, & habuerit à Iudice mandatum demanutenendo, ex quo illius possessio clarior redditur, *Paris. cons. 104. num. 88. lib. 1. Gabr. in tit. de locat. concl. 4. nu. 7. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 567. Rot. decis. 306. num. 4. par. 1. diuers.*

Qua quidem possessione Crippæ stante, Florenus hodie agens spolio, tanquam Cessionarius Balthasaris, & Aloysii, qui, vt constat ex datis in summario, sunt filij, & hæredes Io. Ambrosii hæredis dicti Crippæ, satis
5 iustificasse videtur primum extremum, cum possit vti omnibus iuribus, quæ dictis cedentibus competebant, & sic etiam possessione Crippæ, *vt fuit dictum in vna Terracinen. Salniani 21. Maij 1614. coram me.*

Secundum vero extremum videtur, probari ex su-
6 stentatione litis iunctis præsertim protestationibus pro parte Santinelli factis, ne pensiones Crippæ consignarentur, sed sibi nouo emptori dictæ domus, *Pontan. de spol. lib. 2. num. 185.*

Non obstat, quod cum dicta cessio facta Floreno fuerit de omnibus iuribus in genere, in ea non venit
7 actio spolij, ad tradita per *Menoc. de recuper. remed. 15. nu. 60.* quia communis opinio est in contrarium, quod imò actio Spolij, tanquam personalis, & in rem scripta, transit in singularem successorem absque alia cessione, vt per *Soccin. in l. rem, quæ nobis, num. 10. de acquiren. possess. Ruin. consil. 45. colum. 5. versic. & est breuiter lib. 4. Pontan. vbi supra lib. primo, num. 131.* quem sequitur Rota, teste *Put. dec. 172. lib. 2. in nou. Mohedan. decis. 3. de restitut. spoliat. Card. Seraph. decis. 777. n. 10.*

Non obstat, quod non constet de decreto originali deliberandi Caccianimico, nisi per instrumentum deliberationis, in quo illius tenor fuit registratus, quia, ommisso, an sufficiat dicta registratio, dicebatur cessare difficultatem, ex obseruantia subsecuta cum in vim
8 illius fuerit per iudicem data possessio, quæ præsumitur tradita seruatis seruandis, & debitis decretis præcedentibus, ad tradita *per Gabriel. tit. de sentent. conclus. 5.* & inquilini recognouerunt in Dominum dictum Crippam, vltra quod huiusmodi exceptio tanquam respiciens petitorium, non est admittenda in hoc iudicio, in
9 quo sufficit docere tantum de prædictis extremis, absque eo quod verificetur titulus iuxta superius adducta, & licet DD. in præterita positione ordinauerint, quod informaretur, etiam super bono iure, hoc tamen fuit ad effectum spolij, de quo agitur, & quia ex tunc deductis spolium videbatur turbidum, quæ turbiditas, cum cesset, ex hodie nouiter deductis pro parte Floreni, merito visum fuit non esse opus de aliquo titulo docere, ex supradictis.

Minusque obstat, quod Fratres de Ferris, qui prius hanc domum totam possidebant essent septem, & illorum duo essent debitores, vnde domus non potuit deliberari pro duobus quintis partibus, quia vltra quod hoc etiam respicit petitorium, cessat difficultas ex datis in summario Floreni, ex quo apparet duos ex ipsis, nempè Marcum Antonium, & Alphonsum fuisse mortuos de tempore executionis, quæ propterea bene fuit facta super duabus quintis partibus.

Neque facit, quod Crippa post prætensum spolium, exegerit nonnullas pensiones, & consequenter non desierit possidere, ac exinde cesset actio spolij, quæ non competit possidenti.
10 Quia dictæ pensiones depositatæ de Anno 1589. per inquilinum debebantur Crippæ stante mandato de manutenendo per 14. menses ante immissionem per ipsum obtento, qui propterea dum institit de anno 1593. consignari dictas pensiones depositatas, intelligendum est pro decursis, & ei debitis ante immissionem Santinelli, & spolium commissum, non autem de alijs, quas idem Santinellus retinebat, & semper soluere recusauit, vt constat ex protestatione per eius legitimum procuratorem facta de anno 1592. in qua contradixit dictæ cõsignationi pensionum depositatarum, & expressè denegauit Crippæ, alias postea decursas soluere, eique opposuit, nullum ius super illis competere, per quam quidem contradictionem, & oppositio-
11 nem videtur iterum Crippam spoliasse, *Cranett. consil. 140. num. 1. Rot. decis. 99. n. 3. par. 1. diuers.* & sic cessat obiectum, quod non desierit possidere.

Non obstant cæteri actus per Crippam gesti, ex quibus informantes exaduerso inferunt ad retentionem ciuilis possessionis; Quia etiam ciuiliter possidens
12 potest spolio agere, ad consequendum possessionem naturalem, quam amisit, *Bald. in dicta l. 3. num. 15. vers. & nota, C. si à non competen. iudice, Put. decis. 198. nu. 4. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 391.*

Tandem non obstare visum fuit, quod dicitur Santinellum fuisse immissum auctoritate iudicis ritè procedentis, & exinde non intrare spolium; quia cum ageretur de interesse Crippæ, non sufficit illum fuisse semel tantum citatum, ad videndum mandari consignari domum Cursori ad effectum subhastandi, sed debebat ci-
13 tari in quolibet actu deliberationis, & immissionis Sãtinelli *l. de vnoquoq. ff. de rei iudic.* quod cum non fuerit factum, iudex videtur nulliter, & vti priuatus processisse, & consequenter spoliasse, *Roman. cons. 158. numer. 6. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de dequirend. possess. Roland. cons. 6. num. 11. lib. 2. Cranett. cons. 140. num. 2. Honded. cons. 87. num. 22. & seq. lib. 1. Seraph. dec. 767. numer. primo.*

Et ita, &c.

# DECISIO VIII.

## R.P.D. PAMPHILIO,

Romana Vineæ.

*Veneris 14. Ianuarij 1613.*

### SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex vestris solutionum factarum à fideiussore cum cessione.*

2 *Instrumentum crediti non debet produci vbi pars aduersa declarauit velle stare illius indicationi.*

3 *Vbi debitor indicauit bona creditori, & consensit illorum subhastationi, & deliberationi, vel iudex pronunciauit dictum consensum haberi pro præstito sufficit, vt deueniri possit ad subhastationem dictorum bonorum.*

4 *Vni conceditur consequens dicitur, etiam concessum omne necessarium antecedens.*

5 *Vbi per debitorem indicantur bona, & consentitur, vt subhastentur consensus censetur præstitus, vt subhastentur pro vero credito, & non requiritur alia subhastatio.*

*Et talis consensus supplet alias solemnitates requisitas.*

6 *Consensus subhastationi pro vero, & reali credito refertur, etiam ad credita, de quibus non constat in actis.*

7 *Electio peritorum facta cum clausula præseruatiua, sine praiudicio, præseruat omnia iura, ac si electio facta non fuisset.*

8 *Creditori, qui fuit immissus in bonis debitoris, nisi de fructibus perceptis rationem reddat obstat exceptio satisfactionis.*

9 *Relationis periti de consensu partium electi est standum.*

10 *Aequalitas seruari debet in iudicijs, & in probationibus faciendis.*

CVm Dominus Valperga esset creditor Zorli in diuersis pecuniarum summis post plura institit deueniri ad vlteriorem subhastationem cuiusdam vineæ, ad quam euitãdam Zorlus opposuit de compensatione, cum quodam eius credito, de quo dicebatur constare expositionibus habitis pro confessatis, & ex parti-to, seu iuramento litis decisiuo; ideo sub die prima Februarij præteriti dubitatu an huiusmodi positiones, & partium obstarent, quod fuit negatiuè resolutum, nisi aliunde creditum iustificaretur, vt apparet ex decis. tunc extensa; verum quia Zorlus contra dictam subhastationem plures alias exceptiones opponebat, supradicta die proposui dubium generale; An scilicet deueniendum sit ad vlteriorem subhastationem, quod per Dominos fuit affirmatiuè resolutum; quia de credito Valpergæ satis constat ex publicis instrumentis solu-
1 tionum diuersarum societatum officiorum, à quibus Zorlus tanquam recognitor bonæ fidei Valpergam fideiussorem indemnem releuare promisit, necnon ex cessionibus earundem societatum per eundem Valpergam obtentis in actu solutionis. Itaut propterea de credito Valpergæ dubitari non possit.

Non obstat, quod subhastatio fuerit cæpta non præcedente exhibitione instrumentorum, & exequutione, ac alijs ante deliberationem requisitis per Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 192.* quia quoad exhibitionem instrumentorum fuit dictum, quod Zorlus ad euitan-
2 das expensas declarauit medio iuramento velle stare illorum indicationi per Valpergam faciendæ; Quo vero ad executionem, & alia requisita per statutum placuit responsio, quod iudex citato dicto Zorlo ad præstandum consensum deliberationi, & sobhastationi bonorum per ipsum in actis indicatorum pronunciauit
3 partibus præsentibus consensum haberi pro præstito, pro vero, & reali credito, quo casu stante veritate crediti exequutio habetur pro facta cum omnibus requisitis, ad effectum, vt deueniri possit ad actum subhastationis, per regulam quod cui conceditur consequens dicitur, etiam concessum omne suum antecedens necessarium, *l. ad legatum l. ad rem mobilem, & ibi glos. & DD. ff. de procu.*

Et ex his cessat, quod consensus fuerit præstitus subhastationi ritè, & rectè fiendæ secundum forma supradicti statuti, quia cum bona subhastanda iam fuissent per Zorlum in actis indicata consensus censeri debet
5 præstitus in specie ad effectum, vt bona iam indicata subhastarentur nulla alia præcedente exequutione pro vero tamen, & reali credito, quo casu certum est consensum supplere solemnitates requisitas in subhastatione, ex adductis in causa *Rom. Spolij 14. Iulij 1605. coram bo. me. Iusto,* & faciunt etiam deducta in causa *Asculana Prædij 22. Iun. 1609. coram. Reuer. D. meo Damasceno.*

Nec obstat, quod dictus consensus sit restrictus ad creditum, pro quo Zorlus reperiebatur carceratus, quia imò dictus consensus legitur præstitus subhastationi, seu deliberationi pro vero, & reali credito, quæ verba fuissent superflua, nisi etiam possint referri ad credita, de quibus adhuc non constabat in actis nec fuisset necessaria declaratio de stando indicationi instrumentorum; credita enim, pro quibus seruatis de iure seruandis fuerant relaxata mandata, & Zorlus reperiebatur carceratus non indigebant alia indicatione.

Præterea omnia difficultas in casu isto visa fuit DD. cessare ex commissionem per Valpergam obtenta in qua fuit rescriptum procedendum esse ad vlteriora in subhastatione, prout de iure reiectis nullitatibus, & constito prius de bono iure, de quo satis visum fuit constare ex instrumentis, & alijs supra deductis.

Nec refert, quod post cæptum iudicium subhastationis Valperga elegerit calculatores pro liquidandis tam creditis ipsius, quàm etiam Zorli, & obtinuerit mandari referri, & stari illorum relationi; itaut videatur recessisse à iudicio subhastationis: placuit enim responsio, quod præfata electio fuit facta cum clausula præ-
7 seruatiua, sine præiudicio obligationis Cameralis processus exequutiui, & mandatorum relaxatorum, & quorumcumque iurium ambarum partium, per quam censetur præseruatum, etiam vis, quoad subhastationem, perinde, ac si electio non fuisset facta, *l. testamento Centurio, §. 1. ff. de manumiss. testamen. Castren. cons. 312. num. 4. lib. 1. Paris. cons. 23. num. 140. lib. 1. & cons. 70. numer. 18. lib. 3. Put. decis. 32. lib. 2.* & fuit pluries decisum.

Minus refragatur, quod Vinea de qua agitur fuerit per iudicem consignata Valpergæ, vt de fructibus sibi satisfieret, & ipse promiserit de illis reddere fidele computum, quod tamen adhuc non reddidit, & pro-
8 pterea obstat ei exceptio solutionis, seu satisfactionis, quæ admittitur etiam vbi agitur, etiam vigore obligationis Cameralis, quia fuit responsum quod Valperga deductis expensis pro cultura Vineæ, remanet tantum debitor pro dictis fructibus in scutis 126. vt patet ex relatione periti de consensu partium electi, cui standum est, *Abb. in cap. proposuisti, num. 10. & ibi Felin. num. 6. de probat. Corn. consil. 43. col. 3. lib. 1. Paris consil. 96. num. 32. lib. 1. Neuizan. consil. 91. num. 18.* & fuit dictum *coram me in causa Romana Tutelæ 11. Maij 1612.* & aliàs sæpè, & hoc debitum Valperga offert separatum compensare cum suo credito.

Ad id, quod dicebatur Valpergam debere stare indicationi faciendæ per Zorlum, fuit responsum adhuc pro parte Zorli non dari summum, quod habeat aliqua

iura

iure releuantia, quæ si verè adesset, placuit standum esse indicationi, vt seruetur æqualitas, quæ in iudicijs seruari debet, & præcipuè in probationibus faciendis, *Dec in regula fanorabiliores, num.4.versic. & in medio,* ybi etiam *Cagnol.num.8.de reg.iur.*

Quo vero ad positiones habitas pro confessatis DD. voluerunt partes audire, & ideo fuit decisum deueniendum esse ad vlteriorem subhastationem, nisi obstent supradictæ positiones, & dato competenti termino Zorso ad indicandum, & facta compensatione fructuum perceptorum iuxta relationem periti de qua supra.

## DECISIO IX.

### R.P.D. IVSTO.

Colimbricen. Decanatus.

*Veneris 27. Ianuarij 1595.*

### SVMMARIVM.

1 *Sententia lata citato curatore, de cuius non constat est nulla.*

*Curator legitimus est citandus.*

2 *Notario sine testibus non creditur de exequutione citationis.*

*Vbi non constat de citatione non potest dici inducta pendentia litis, neque potest procedi per audientiam contradictam.*

3 *Nullitas, de qua incontinenti docetur impedit exequutionem.*

4 *Citari debet in reuocatione sententiæ, etiam fiscus, vbi negocium principaliter illum tangit.*

5 *Exequutio debet impediri respectu eius, qui non fuit citatus, si habet interesse.*

6 *Commissio vbi obtenta est subreptitia sententia à Iudice vigore illius commissionis lata, est nulla.*

DVbitaui, ac esset moderanda inhibitio, & DD. resoluerunt non esse moderandam, & Fiscum Regium audiendum esse, nam in sententia vltimo loco la-
1 ta citatus fuit, quidam curator Antonij Toscani, de cuius cura non constat *ad text. in l.vlt.§.tale. itaque de cura. Furios.* & tamen curator legitimus erat citandus, *l.Licinius, §.bonorum.ff.de legat.* 2. Quinimò nec de
2 exequutione citationis legitimè constat cum notario sine testibus non credatur, *Put.dec.6.lib.3.* & ideo non fuit inducta pendentia litis, *Clem.fin.vt lit.pend. Dec. cons.469.num.28.* nec perpetuata iurisdictio, *Archid.in cap.non ita in princip. 2.q.7. Castren.in l.2.§. 1.ff.de fer.* Et non potuit procedi per audientiam contradictarum, *Aegidium decis.310.* & sententia est nulla, *Clementina Pastoralis de reiud.cum similibus,* nullitas autem de
3 quia incontinenti docetur impedit exequutionem, *Roman.cons.51.in princ.Paris.cons.54.n.41.lib.3.Caputaq. decis.264.lib.2.* Præterea Fiscus Regius, qui obtinuerat à Papa causam super priuatione Decanatus committi Cardinali Legato, & illius vigore sententiam habuit in sui fauorem debebat etiam citari in reuocatione eius-
4 dem sententiæ quia negotium illum principaliter tangebat, *l.nam ita Diuus, & ibi DD.ff.de adopt.l.1.§.denunciari, ff.de ventr. inspic.* Vnde quia ipse non fuit citatus, & sic ignoranti fieret directo præiudicium debet
5 impediri exequutio, *Abb.in cap.veniens l.2.sub num.6. de testib.* etiam si ille Antonius Toscanus hodie non compareat.

Et magis DD. venerunt in hanc sententiam, quia cum ad instantiam eiusdem Balthassaris fuisset commissa, & introducta causa coram Ordinario Colimbrien contra Antonium, & Fiscus Regius obtinuisset litteras supersessorias ab Illustrissimo Cardinali Præfecto Signaturæ Iustitiæ hoc tacito imò narrato, quod
6 facta instantia coram eodem Ordinario causæ expeditionem habere non potuerat, obtinuit in vim Concilij Tridentini, *cap.20.sess.24.* causam in Rota committi, & ab eodem Ordinario auocare subreptitie, & ideo sine iurisdictione, & nulliter esse pronunciatum, *Cassad.dec. 1.& 2. de rescript.* præsertim, quia Fiscus Regius non citatus non potuit excipere, neque procurare rescripti reformationem.

## DECISIO X.

### R.P.D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

*Veneris, 20. Iunij. 1614.*

### SVMMARIVM.

1 *Possessione tam ciuili, quam naturali, quisque à iudice ritè, & rectè procedente priuatur.*

2 *Instrumentum facit probationem probatam veritatem apparentem, & nullo alio adminiculo indiget.*

3 *Constituti clausula probat contra constituentem pro eo, cuius fauore, quis se possidere constituit, & habentes causam ab eo suam possessionem.*

4 *Secundum extremum, videlicet possessio Rei conuenti probatur per sustentationem litis, & per instrumentum adeptæ possessionis.*

5 *Constituti virtus lapso decennio expirat.*

*Declara, vt num.6.*

6 *Possidens de præterito præsumitur continuasse suam possessionem vsque ad præsens.*

*Quod procedit, etiam sine præfinitione temporis alio non existente in possessione.*

7 *Possidere qui præsumitur ex præcedenti titulo.*

8 *Præscriptio decem annorum obstat agenti Saluiano interdicto.*

*Mala fides aducitur per motam litem, quæ præscriptionem impedit.*

9 *Compensatio non admittitur de non liquido ad liquidum.*

*Compensatio de credito vnius personæ non admittitur ad creditum alterius.*

*Sententia est indiuidua, ideo pro parte valere, & pro parte non minimè potest, num.10.& 11.*

DVbitaui an sententia Auditoris Cameræ, & Reuerendi Patris Domini Zambeccarij sint confirmandæ, vel infirmandæ, & præsens dubium, quamuis videatur comprehendere disputationem validitatis vtriusque sententiæ, restringitur tamen ad sententiam Auditoris Cameræ, à quo si ritè, & rectè fuit processum nulli, quod Hieronyma, seu Innocentius Capitonus eius filius, & hæres potuerunt priuari possessione
1 tam ciuili, quàm naturali, *Mohedan.decis.quarta, & septima de restitut. spoliat. Rota decis. 802. num.7. par.1. diuers.* & consequenter sententia D.Zambeccarij super manutentione non est confirmanda, sed reuocanda. Fuerunt igitur DD. pro validitate sententię A.C. Aliam verò reuocandam censuerunt. Nam cum prædicta sententia A.C. lata in Saluiano fuerit; Federicus, & Flaminia Coniuges requisita in eo remedio benè probarunt.

2 De credito cum hypotheca in specie super Vinea, de qua agitur constat ex instrumento impositionis

census

census super eadem Vinea, & probatio dicitur probata, & veritas apparens cum descendat ab instrumento, vt dicunt *Alciat. de præsumption. regul. 13. præsumpt. 3. num. 8. Osasc. decis. 72. num. 4.* Nec eget alio adminiculo, sed sufficit, vt dictum fuit *in Romana Saluiani 27. Maij 1599. & in Romana Bonorum de Cellis 14. Maij 1610. coram bon. memor. Penia, & in alia Romana Saluiani 19. Nouembris 1599. coram Domino Cardin. Lancellotto tunc Rotæ Auditore.*

3 De primo extremo, quod scilicet Vinea fuerit possessa per Hortensium Riccardum, qui censum imposuit, & vendidit, constat ex instrumento recognitionis, & assignationis dotis factæ per eundem Hortensium Hieronymæ Vxori suæ super hac eadem Vinea, in quo asserit Vineam prædicta per ipsum esse tentato, & possessam, & donec Hieronyma adepta fuerit possessionem constituit se eius nomine tenere, & possidere, quæ assertio, & clausula Constituti contra ipsum constituentem, & habentem causam ab eo probat possessionem, *Tiraquell. de iure constit. possess. in princip. num. 2. Rota decis. 149. par. 1. diuers.*

4 Secundum extremum probatum remanet ex sustentatione litis, & instrumento possessionis per Hieronymam adeptæ vigore mandati de redintegrando cum tamen alterum ex prædictis sufficeret, prout de primo pluries fuit decisum *teste Pontano de spolio lib. 1. ca. 17. num. 185. signanter apud Caputaquen. decis. 360. par. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 2. de restit. spoliat. Seraph. decis. 1415. n. 3.* de secundo sunt decisiones *Caputaquen. 173. par. 3. 333. par. 2. Rota decis. 801. numer. 5. par. 1. diuers.*

5 Nec obstat, quod virtus clausæ Constituti expirare videatur per lapsum decennij, cum tanto tempore amittatur possessio, *Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. Mathesil. singul. 117. num. 7. & 8. Ripa in c. cum Ecclesia numer. 23. de causa possess. & propriet.*

6 Quia si attendatur tempus contractæ obligationis quod contingit de anno 1570. & ab eo vsque ad annum 2586. tempore quo fuit assignata dos prædicta, cum non doceatur alium fuisse in possessione, non cessat præsumptio continuare possessionis etiam post decennium per regulam, qui olim possedit, & hodie possidere præsumitur *de qua per glos. Bart. & Bald. in l. fine possidetis. C. de probat. Alciat. de præsumption. regul. 2. præsumption. 21. Natt. de communi cons. 235. in fin. Bece. cons. 75. num. 13. lib. 1.* & hanc præsumptionem procedere sine præfinitione temporis, quando alter non est in possessione, declarat *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 64. num. 42. & tenuit Rota decis. 62. num. 6. par. 2. diuers.*

7 Si verò tempus commensuraretur à dicto 1586. citra; & tunc quo ad effectum Saluiani, non est attendendum, quia sufficit Vineam fuisse in bonis Hortensij de tempore contractæ obligationis, & probari ex clausula Constituti vsque de eo tempore, vltra quod neque decennium esset elapsum, quia subhastatio fuit facta de anno 1595. neque probatur, quod alter esset in possessione; sed potius effectuata promissio Constituti quia Vinea reperta fuit tempore subhastationis penes Hieronymam, quæ alio non apparente ex titulo præambulo assignationis dotis possidere præsumitur, *gloss. in l. quædam mulier, ff. de rei vendicat. l. 2. de acquir. possession. Dec. cons. 13. num. 2. lib. 1.*

8 Non obstat exceptio decennalis præscriptionis, quæ consideretur de anno 1586. quo Vinea pro dote fuit consignata Hieronymæ, & per eam possessa vsque ad annum 1604. quo fuit Saluianum intentatum, & duæ sufficeret videtur ad repellendum agentem in Saluiano, vt fuit dictum *in Romana Saluiani 2. Decembris 1601. coram Reuerendiss. D. Decano,* quia placuit DD. responsio data, quod ante decennium fuit incæpta lis per quam Hieronyma fuit constituta in mala fide, quę impedit præscriptionem, *l. motæ litis, C. de rei vendicat. Couar. in regul. possessor. par. §. 12. numer. 4. vers. 2. concl. de regul. iur. in 6.* vltra quod adhuc durat census, per resolutionem subhastationis, & sic hypotheca, quæ præscripta dici non potest.

Nec dicatur, quod in subhastatione Vineæ Coniuges prædicti cesserint omnia eorum iura Parmenidi emptori, quia attenta declaratione nullitatis subhastationis recuperarent primeua iura eo, quod titulus reductus fuit ad non titulum, in cuius consequentiam iura fuerunt cessa, vt dictum fuit in hac eadem causa coram me 13. Ianuarij 1612.

9 Et ex prædictis patet responsio ad id, quod dicebatur istos coniuges non posse agere pro fructibus census pro illo tẽpore quo retinuerunt pecunias redactas ex precio vineæ subhastatæ, quia cum debitor census recuperauerit vineam, & obtinuerit etiam condemnationem pro omnibus fructibus de tempore perceptis, & dicti coniuges condemnati fuerint ad restitutionem dictarum pecuniarum vna cum damnis, & interesse, visum fuit Dominum census non posse impediri in perceptione fructuum cum omnia ad suum principium redierint, nec compensatio de damnis, & fructibus vineæ, ad quorum restitutionem fuit condemnatus tanquam spoliator, & de tempore quo durauit spolium, videtur admittenda cum fructibus census debitis coniugibus, quia de re non liquida, & de qua pendet iudiciũ in Rota non videtur admittenda *per l. final. C. de compensat. Afflict. decis. 381. numer. 6. Alba cons. 211. num. 1. Seraphin. decis. 1455. numer. 4. & 5.* & tanquam de credito vnius personæ ad creditum alterius, quæ regulariter non admittitur, *l. in rem suam, §. creditor. ff. de compen.*

10 Demum non obstat quod saltem pro fructibus decursis ab anno 1594. tempore quo vinea fuit subhastata vsque ad annum 1599. quo Hieronyma nouit litem super redintegratione, immissio dari non potuerit, ex quo Parmenides non fuit condemnatus ad restitutionem fructuum vineæ, nisi à die motæ litis, & coniuges gauisi sunt præcio pecuniarum pro eo tempore, qui propterea ad restitutionem damnorum loco fructuum vineæ restituendorum per Parmenidem cogi nõ potuerunt, quia nec ipse Parmenides cogendus erit ante tempus litis contestatæ, & consequenter sententia adiudicans plus debito remanet nulla propter illius indiuiduitatem, quæ non admitti, vt pro parte valeat, & pro parte non, *Bart. in l. si non sortem, §. si centum. ff. de condict. indebit. Roman. cons. 454. n. 12.*

11 Quia fuit dictum, ex facto cessare obiectum, cum in scutis quinquaginta debitis vsque in anno 1594. & fructibus censuum decursorum ab anno 1599. vigesima septima Septembris, quo fuit mota lis per Hieronymam super redintegratione vsque ad totum annum 1612. satis patet, quod in sententia non fuerit habita ratio fructuum census decursorum ab anno 1594. vsque ad annum 1599. quo lis fuit mota. Et ideò ex prædictis de iustitia sententiæ Auditoris Cameræ constat, prout constare visum fuit, consequitur exindè aliam sententiam super manutentione latam esse iniustam, cum per eam priuati fuerint coniuges sua possessione, in quam immissi fuerunt auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, qui potuit Hieronymam sua possessione, tam naturali, quàm ciuili priuare, vt in initio fuit dictum.

Et ita resolutum, &c.

# DECISIO XI.

R.P.D. GYPTIO.

Auximana Tutelæ.

*Veneris 24. Nouembris 1595.*

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio facta durante termino ad reluendum est nulla.*
*Pendente dilatione Iudicis officium conquiescit.*
2 *Dictio A. in materia termini stat exclusiuè.*
3 *Dies ceptus pro completo habetur.*
*Dic non procedere in odiosis.*
4 *Terminus vbi est positus in accusatiuo tempus completum requiritur.*
*Dictio Infra includit sua extrema.*
5 *Iudex nulliter procedendo spoliat cum dicatur procedere vti priuatus.*

DOmini concluserunt vna tantum parte informante subhastationem, & deliberationem tenutæ bonorum, de quibus agitur, esse nulla, quoniam factæ
1 fuerunt durante termino quindecim dierum ad reluendum Reis, & possessoribus à Iudice dato, cuius officium quiescebat, donec tempus dilationis effluxerit, *l. siue pars, C. de dilation. cap. significando de appellat. Rot. decis. 30. eod. tit. in antiquis, cum alijs congestis per Gabr. de dilat. conf. 1.*

Quod autem pendente huiusmodi dilatione ad subhastandum, & ad deliberandum, deuentum fuerit, negari non potest siquidem monitorium ad reluendum tenutam, & bona infra dictum tempus à die exequutionis computandum fuit 21. Augusti 1584. & tria bannimenta ex dispositione Constitutionis Marchæ emanarunt 30. eiusdem mensis, prima, & tertia Septembris, & successiuè à die 4. eiusdem, bona plus offerenti deliberata extiterunt: ad hanc enim deliberationem deueniri non poterat, nisi tota die quinta immediatè sequenti exacta, quoniam terminus currere incipiebat die 21. Augusti, cum hæc dictio A, regulariter maximè in hac materia, stet exclusiuè *glos. in cap. statuta, verbo numerando, ante finem, & ibi Doctores de præbenda. in 6. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glos. 11. num. 51. & fuis decisum coram bona memoria Reuerendo Patre Domino Lauretano, in vna Tirasonensi Canonicatus, 21. Aprilis 1535.* præter id, quod ad omne peius 7. Septembris sub qua, vt dictum est, bona fuerunt deliberata comprehendebatur
3 in dicto termino quindecim dierum, Nec releuat, quod dies cæptus pro completo habeatur, *ad notat. l. 1. ff. si quis. caut. Doctores post glos. l. quod authoritate de testament.* quoniam non procedit in odiosis, *glos. Doctores, & alij l. 3. §. minorem, verbo momentum, iuxta finem, de minor. & voluit Rota in dicta causa Tirasonensi Canonicatus.* præsertim, quia in casu proposito dictum terminum in accusatiuo posui, quo fit, vt tempus completum requiratur *Bald. l. si annos. ff. de condit. & demonstrat. & l. si cui legetur. 2. oppo. vbi Alexand. num. 2. Ias. num. 13. de legat. 1.* & dictio Infra includit sua extrema, *l. 4. §. 1. vbi Bart. & alij de off. Præfe. Vrb.*

Stante igitur dicta nullitate, Bartholomæus, & alij donatarij veniunt reintegrandi ad pristinam eorum
5 possessionem, quia Iudex nulliter procedendo spoliat, *cap. ex insinuatione de procurat. cap. cum quærente, de confltit. spol.* cum vti priuatus procedere censeatur, *Aym. conf. 140. n. 3. & fuis resolutum in vna Tiburtina Castri Sambuci de anno 1578. coram S. D. N. & coram D. meo Decano, in vna Romana Domus 6. Iunij præteriti.*

Et eò magis Domini in hanc venerunt sententiam, quia ex resolutionibus in hac causa vltimo loco factis, apparet dictam exequutionem prorsus iniustam esse, cum Bernardus Tutor, non solum pro neglectis, & omissis non teneatur ad scuta 9000. sed potius remaneat creditor dictæ tutelæ, seu Equitis Francisci Minoris.

---

# DECISIO XII.

R.P.D. SACRATO.

Asculana Prædij.

*Lunæ 22. Iunij 1601.*

*SVMMARIVM.*

1 *Deliberatio facta non præsente pecunia est nulla.*
*Fundans se in negatiua tenetur illam probare.*
2 *Proprietarius agens ad deuolutionem non tenetur probare non solutionem; sed emphyteuta tenetur probare solutionem.*
3 *Opponens de non solutione non tenetur probare negatiuam, sed allegans cum tenetur probare affirmatiuam.*
4 *Deliberatio potest fieri etiam non præsente pecunia dummodo consensus præstetur in ipso actu deliberationis & si præstetur postea non iuuat.*
5 *Deliberatio facta pro maiori summa est nulla in totum etsi aliud debitum adsit, nisi tamen debitum liquidatum fuerit, & num. 6.*

CEnsuerunt Domini deliberationem fuisse nullam ex duplici capite.
1 Primò, quia facta non præsente pecunia, *l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, vbi Bart. Castr. & alij, ff. de re iud. Rota in causa Tiburtina Castri de anno 1579. coram Clemente Papa Octauo, & latius in Romana Vineæ, 2. Aprilis 1601. coram R. P. D. Ludouisio.* Nec obstare visum fuit, quod ista negatiua sit fundamentum suæ intentionis, & proinde illud probare teneatur, iuxta not. *per Bart. Alex. & alios in l. in illa, ff. de verb. oblig.* quia verius videbatur, quod affirmatiua interuentus pecuniæ sit de intentione emptoris, Ioannes enim habet intentionem fundatam in sua anteriori possessione, & dominio, propterea qui dicit tale dominium, siue possessioné mediante deliberatione acquisiuisse, debet docere de deliberatione cum qualitatibus requisitis ad illius validitatem, quarum præcipua est interuentus pecuniæ *per dictum § sed si emptor, cũ alijs supra allegatis,*
2 vt videmus in simili, quod Dominus ratione sui directi domini agens ad caducitatem ob non solutum Canonem, non tenetur probare negatiuam solutionis, sed emphyteuta affirmatiuam *glos. communiter recepta in l. 2. in verbo repellere, vers. item quis probabit, C. de iure emphyteut. cum alijs latissimè cumulatis per modernos de caus. priuat. ob non solut. canonem. quæst. per totam,* & est regulare, quod si opponitur non solutio super illum, cuius interest fuisse solutum, quod ipse non
3 teneatur probare negatiuam, sed aduersarius affirmatiuam, *Gabr. post plurimos, tit. de probat. conclus. 6. nu. 16. cum multis sequentibus.* Minus applicari videbatur, quod creditor, ad cuius instantiam fit deliberatio,
4 potuit consentire, vt deliberatio fiat habita fide de prætio, vt tenuit *Rota in Perusina Terrarum, prima Iuny. 1598. coram R. P. D. meo Decano,* quia dicebatur esse hoc intelligendum de consensu præstito in ipso actu deliberationis, & per quem ex tunc liberetur

à suo creditore, ille cuius bona subhastantur, vt sentit *Rota in causa Romana Vineæ*, 18. *May* 1601. *coram Reuerendo Patre Domino meo Ludouisio*, in casu autem proposito nullus consensus venditoris, per quem fuerit liberatus Ioannes Dominus prædij subhastati apparet interuenisse in actu deliberationis, vndè etiam si modo consensiret creditor nihil agit emptor ex post soluendo pretium, *dicto §. sed si emptor, cum alys in principio allegatis*, quæ tantò magis videbantur habere locum in proposito casu, quia Ioannes debitor cauerat ne Gaspar posset recipere pecunias, nisi hypothecasset super suis bonis vnde de ista hypotheca ante receptionem pecuniarum deberet apparere.

5 Secundò principaliter deliberatio visa fuit nulla tanquam tacta pro maiori summa, quàm esset debitum, *Bartolus in l. si nota sortem, §. si centum, num. 5. ff. de condict. indebit. Angel ibidem num. primo, Ias. num. primo. Puteus decis. 323. numer. 2. lib. primo, & in specie de deliber. fuit dictum in Burg. Sancti Sepulchri*, 18. *May* 1607. *coram Reuerendo Patre Domino meo Ludouisio*, debitum enim Ioannis erat florenorum 859. & fuerunt subhastata bona pro florenis 1300. & quamuis respondebatur illud plus fuisse pro fructibus dotalibus decursis de tempore retardatæ solutionis florenorum 890. qui quidem fructus etiam non conuenti debentur ratione onerum matrimonialium, *Alexand. cons. 147. num. 3. & 4. lib. 4. Fbanuc. de lucro dotal. in vers. restitutione, num. 37.* fuit per D. replicatum, quod debebat prius fieri liquidatio, & alias non poterat deueniri ad exequutionem pro debito illiquido, *Bald. cons. 99. num. 1. lib. 5. Crauett. consil. 154. nu. 2. in princ. Natt. cons. 27. num. 4. Ossasc. decis. 128. num. 5. & 6.* Quæ liquidatio non resultat in eo, quod tempus retardatæ solutionis esset certum, etiam fructus deberentur ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, nullibi reperitur iure cautum. Et proinde erat in primis probanda consuetudo regionis, quæ in hoc attenditur, nisi adsit statutum à Superiori confirmatum; vt fuit decisum in causa *Interamnen. fructuum dotis de anno 1599. coram bon. me. Gyptio, & in alia Senogallien. Fructuum, 20. Nou. 1598. coram R.P. D. meo Lancell.*

---

## DECISIO XIII.

### R.P.D. GYPTIO.

Romana Fructuum portarum.

*Lunæ 14. Octobris 1585.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessor bonæ fidei non tenetur ad restitutionem fructuum praeceptorum, etiamsi bona fides ex errore iuris causetur.*

2 *In pensionibus, & annuis solutionibus fit condemnatio etiam ante litem motam.*

3 *Qui debet recipere fructus de manu alicuius non dicitur verè vsufructuarius.*

4 *Vsufructuarius potest fructus capere auctoritate propria.*

*Fructus sunt quid diuersum ab vsufructu.*

5 *Fructus percepti post litem motam debent restitui.*

6 *Vsufructuarius tenetur præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, aliàs non facit fructus suos.*

*Dic procedere, quando fuit petita non fuit præstita.*

7 *Sed dicta cautio non debet præstari nisi in ipso actu consignationis bonorum vsufructuandorum.*

Dominus Octauius Gabrielius declarari obtinuerat portiones vsusfructus portarum, de quibus agebatur per mortem aliorum fratrum sibi accreuisse, quapropter ad restitutionem fructuum per Dominum Antonium eorundem fratrum heredem perceptorum coram me agebat, & dubio vtraque parte informante proposito DD. quantũ attinet ad fructus ante motam litem decursos, atque perceptos partem negatiuam sunt amplexi, quoniam haud negari posse videbatur hæredem bonæ fidei possessorem fuisse siquidẽ ius illos percipiendi in hæreditate quodammodo in-
1 uenit, præsertim quia proprietarius dictarum portarũ est, quo fit vt ad restitutionem minimè teneatur, *l. bonæ fidei, de acquiren. rerum domin. §. si quis à non Domino, instit. de rerum diuis. cum concordat.*

Nec iuris error dicto hæredi obesse potest per ea, quæ voluit *glos. in l. si fur, §. 1. de vsucap. & in l. quod l. vxori de acquiren. possessio. Dyn. in cap. possessor, num. 39. item quando potest, de reg. iur. in 6. per tex. in l. sed & si lege, §. scire petit. hæredit. vbi Bar. Innoc. in cap. fin. de præscript. Abb. in cap. si diligenti, num. 24. vers. item scias eod. tit.*

Minusque refragatur, quod Dominus Octauius non ad fructus portarum sed ad ius vsusfructus ad ipsum per ius accrescendi delatum egerit, quare dicendũ videtur fructus huiusmodi dictum vsumfructũ constituere, & consequenter etiam ante motam controuersiã deberi sicut videmus in annuo legato, & pensione, in quibus fit condemnatio nullo habito respectu ad litis contestationem, vt voluit Rota in allegata decisione Illustrissimi Cardinalis Paleotti, quoniam pro responsione fuit dictum, quod prædicta forsan sibi locum vendicarent si fructus dumtaxat Domino Octauio deberentur, & de manu heredis eos deberet ipse recipere, quod casu verè vsusfructuarius non esset *secundũ glos. in l. si quis ita ff. de vsufruct. & quemad. quis vtat. quam Doctor. ibi sequuntur, vt dicit Corn. cons. 8. n. 12. circa med. lib. 2.* & in istis terminis decisio Paleotti procedit.

Cùm igitur Dominus Octauius, verè, & propriè vsusfructuarius sit, necessario sequitur, quod fructus auctoritate propria capere potest, vt benè declarat *Bart. in l. fundi Trebatiani, de vsu fruct. legat. Corn. d. cons. 8. numer. 12. lib. 2.* & sic dignoscitur hoc in casu fructus, quid diuersum ab ipso iure vsusfructus censeri; & hoc pacto ad illorum restitutionem actum fuisse.

Circa verò fructus post litem contestatam perce-
5 ptos conclusum fuit D. Antonium restituere illos debere, iuxta tradita *in l. certum, C. de rei vendicat. Scribentes post glos. in cap. grauis, in verbo fructus de restit. spoliat. vbi Aegid. nu. 40. circa med.* dicit Auditores Rotæ de stylo non condemnare, nisi in fructibus post litem motam perceptis.

Non obstat, quod cautio præstita non fuerit, vt requiri videtur, *l. 1. ff. de vsufruct. quemad. caueat. l. vsufructu, C. de vsu. & habitat.* propter cuius omissionem vsufructuarius regulariter fructus consequi nequit, *glos. in l. vxori, la prima, de vsufruct. legat. Corn. cons. 195. num. 6. lib. 1.* siquidem existimabant Domini obiectum solum eidem nocere, quando cautio petita fuit, & ipse illam præstare distulit, iuxta *notat. per Bartolum in l. vsumfructum, num. 8. C. de vsu, & habitat. Angel. in l. prima, num. 2. eodem titulo, idem Bartolus in l. si domo, num. 3. de vsucapion. Natta cons. 277. num. 2. Ber. cons. 41. num. 29. lib. 1.* vbi affirmat Legistas, & Canonistas Communiter ita tenere.

Præterea Dominus Octauius in aliqua mora non fuisse non immeritò dici potest, cũ possessio ipsi tradita
7 nõ fuerit, sufficit enim dicta cautio in ipso actu traditionis

his præstari, *Bald.consf. 409. num. 10. lib.1.& alibi sæpè Ruin.cons.91.num.8.vol.2.quem refert, & sequitur.Pinel.in l.1.par.2.numer.78. post med.C. de bon.patern.& ita aliàs Rota in vna Romana.50.mill. de Vrsinis resoluit,&c.*

## DECISIO XIV.

### R.P.D. CAVALERIO.

Romana Dotis de Boncompagnis,

*Lunæ 29. Aprilis 1613.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos dicitur subsidiaria, quæ datur ab alio, ob ægestatem eorum, qui tenerentur dotare, & non taxatur rigorosè, sed attenta qualitate mulieris.*

2 *Dotem aliundè haberi non posse probatur lenioribus probationibus, sicut in alimentis, quæ æquiparantur.*

3 *In causa alimentorum sufficiunt leuiores probationes.*

IN hac causa iam Rota firmauit coram Reuerendissimo Domino meo Archiepiscopo Damasceno sub die 10. Decembris 1608. Vgonem Auum maternum Flauiæ teneri ipsam dotare in subsidium, & rursus die 6. April. 1609. coram eodem resolutum fuit, Flauiæ esse constituendam dotem ad eodem materno in scutis mille, & non in maiori summa, vt ipsa
1 prætendebat, quia cum hæc dos propter ægestatem Patris, & proximiorū Flauiæ sit subsidiaria, *l.nam quemadmodum, vbi Bart. in summ. ff. de liber. agnoscen.* non videtur taxanda rigorosè, sed ad meram necessitatem dotandæ quæ necessitas arbitranda est attenta qualitate mulieris dotandæ, non autem Vgonis *l. quæro.ff.de iur.dot.* vt latius in decisionibus prædictis.

Postea causa mihi commissa, & proposito dubio, an constaret de competenti dote Flauia, sub die 23. Ianuarij proximè præteriti Rota resoluit, Non constare, Flauiam posse competenter dotari in bonis patris, stante eius paupertate; cum partes non acquiescerent, rursus proposito dubio, Domini persistendo in decisis, dixerunt, non constare Flauiam posse dotari
2 super bonis patris, & placuerunt rationes adductæ in decisione, sed Domini insuper resoluerunt, neque constare, quod ipsa posset dotari super bonis Aui paterni, & fratrum: Nam quoad Auum paternum Iacob; licèt hæredes Vgonis; dicerent, ipsum possedisse ius Gazagà super duabus domibus, tamen respondebatur illud ius ad instantiam creditoris fuisse venditum, & hodiè ab alijs esse possessum, quare non probabatur, ex hæreditate Iacob superfuisse, vnde Flauia dotari posset.

Quo verò ad fratres Flauiæ, neque probatur, ipsos habuisse aliquid releuans, nam licet allegaretur alias vendidisse simile ius Gazagà pretio scutorum 1200. Tamen non apparebat effectuatio, nec solutio pretij, quod emptor promiserat soluere statimatque possessionem pacificam habuisset, vnde videbantur esse prætensiones, & iura non apta ad constituendam dotem Flauiæ, cum mariti velint dotes ad sustentanda onera matrimonij, non autem lites, vt in dicta decisione sub die 10. Decembris dictum fuit.

Verum prædictam resolutionem Domini fecerunt ad effectum solum, vt Flauia dotetur de bonis Aui materni vsque ad summam scutorum mille tantum, iuxta decisiones prædictas coram Reuer. D. meo Damasceno, quidquid sit de alio effectu successionis, vel consequendæ legitimæ in bonis dicti Aui materni, ad quem effectum requirebantur maiores probationes, sed quoad dotem prædictam constituendam Domini censuerunt probationes factas esse sufficientes cum dos, & alimenta æquiparentur, *Cæph.cons.485.n.83.& plurib. sequentibus; fuit dictum in Albanen. Legitimæ, vltima Maij 1577. quæ est 538. numer. 21.par.1. inter impress. diuersor. cum alijs adductis in dicta decis. 6. Aprilis* 1609. & in causa alimentorum sufficiat leuiores probationes ex latè addductis *per Surdum in tractat.de aliment.quæst.112.n.23.in fine & sequenti.*

## DECISIO XV.

### R.P.D. PEREGRINO.

Romana Domus de Alicornis.

*Lunæ 2. Martij 1598.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Domus subiecta fideicommisso non potest alienari, nec dicitur consultum emptori per consensum vocatorum.*

2 *Secundum fideicommissum, in quo alijs vocantur non comprehensi in primo non regulatur à primo.*

3 *Stante prohibitione alienationis dominium non transfertur in emptorem.*

4 *Verbum prætensum denotat dubitationem.*

*Dolus præsumitur in venditore, qui non dicit rem esse fideicommisso grauatam imo asserit eam esse liberam.*

5 *Vbi res est prohibita alienari scientia emptoris de fideicommissio non nocet.*

6 *Domus magni valoris pro paruo debito alienari non potest.*

DOmini tenuerunt Domum, de qua controuertebatur, non esse liberam, neque fuisse consultum emptori per consensum præstitum à vocatis ab fi-
1 deicommissum in casu Mortis, tum quia alij nasci possunt, qui vti ad fideicommissum in casu Mortis vocati domum vendicare poterunt; tum etiam quia adest expressa, & ex particularis prohibitio alienationis, ex qua nouum inducitur fideicommissum, non quidem restrictum ad personas, quæ vocatur in primo, ita vt intret *consil. Dec. 639.numer.* 7. sed ad fauorem etiam filiarum testatoris, & ipsarum descendentium, & demum ad fauorem omnium de familijs de Alicornis,
8 quo casu hoc secundum non regulatur à primo, vt fuit dictum *in illa Vrbeuetana Fideicommissi, 29. Maij* 1579. *coram Domino meo Pamphilio*, & propterea non dicitur satisfactum obligationi de tradendo rem liberam etiam simille cautiones præstarentur, quia illæ non sufficiunt ad hunc effectum, quoties appareret de obligatione ipsa, licet sit secus, si de obligatione dubitatum fuisset, vt declarando *DD. Bart. in l. cum quis, §.qui hominem, ff. de solut. & in l.si quis aliam num. 2.eod.tit. tradit eum in d. §.qui. hominem, quem refert, & sequitur Alexand.in l. Iulianus, §. qui fundum, ff.de verbor.obligat.*

3 Quod multò magis procedere fuit dictum in casu de quo agebatur in quo stante prohibitione alienationis in emptorem dominium non potuit transferri, vt communiter Scribentes *in l.filiusfam.§.Diui, ff.de legat. 3.& fuit consideratum coram R.P.D. meo Decano in illa Romana Census de Cuppis 15. Martij 1577. quæ est in libro suarum decissionum, decis.232.*

Non obstare visum fuit prætensa scientia fideicommissi in emptore, tum quia de ea non constabat, cum

illud fuerit enunciatum in alio instrumento census inter venditorem, & emptorem celebrato cum hoc verba, prætensum, quod dubitationem denotat, tum quia quando etiam ob id diceretur emptor in culpa, in non perquirendo, an adesset fideicommissum, prævalet dolus venditoris non exprimendo adesset fideicommissum, immò in asserendo domum esse liberam, vt latè per *Siluan. Aldobrandin. consil. 18. num. 55. & fuit decisum in illa Romana Vineæ, 5. Iunij 1579. coram Domino Oriolensi, quæ est decisio 180. numer. 3. par. 2. diuersorum.* Tùm denique quia stante dicta prohibitione alienationis scientia emptoris nihil ad hunc effectum operatur, vt fuit decisum *in illa Romana Palatij de Garbonibus, quæ est decisio 47. par. 2. diuers. numer. 20.* Sed quia pro parte Equitis dicebatur domum istam fuisse primo alienatam pro ære alieno soluendo, ac pro legatariorum satisfactione, vt fieri poterat, *l. peto, §. prædium, ff. de legato 2.* & in omnem euentum illam pro legitima eligi potuisse: pro parte verò Mariani prætendebatur domum magni valoris pro exiguo debito non potuisse
6 alienari, *l. magis puto, §. item Prætor, ff. de legato secundo, Gabr. 1. 8. numer. 6. & fuit dictum in vna Camerinensi Fideicommissi, 24. Maij. 1595. coram Domino meo Litta.*

Nec aliquam habere legitimam, & in omnem euentum, cum adessent alia bona, non potuisset contra prohibitionem Testatoris domum alienari, nec eligi pro legitima.

Vnde Domini ordinarunt, vt firmaretur status totius hæreditatis, ad effectum videndi an alia adessent bona, & ad quam summam ascendebat æs alienum, ac prætensa legitima, & si illa debebatur. Prout etiam reseruarunt videre, an illa prætensa acceptatio sententiæ Capitolinę præiudicet Mariano.

## DECISIO XVI.

### R. P. D. SCOTTO.

Romana Officij,

*Mercurij 23. Ianuarij 1608.*

### SVMMARIVM.

1 *Spolium competit vbi adest notoria iniustitia.*
*Et iniustitia oritur etiam nullitas.*
2 *Sententia vbi est iniusta intrat spolium.*
3 *Sententia quæ non iustificatur ex actis est notoriè iniusta.*
4 *Sententia iniusta dicitur nulla.*
5 *Sententia quæ non iustificatur ex actis venit annullanda etiam absque remedio appellationis, nisi in promptu afferatur probationes.*
*Sententia iniusta nunquam transit in iudicatum vti etiam nulla.*
*Iudex debet iudicare secundum acta, & probata.*
6 *Venditio officiorum Romanæ Curiæ per subhastationem admittitur solum in subsidium.*
7 *Res consistens in animo probatur per iuramentum.*
8 *Peruersio ordinis adhibita per exequutorem non inducit nullitatem, sed iniustitiam.*
*Gratia ad supplicationem partis non iustificata non meretur nomen gratiæ nec tribuit iurisdictionem.*
9 *Termini susceptio facta à Curatore minus informato probat veritatem crediti, sed non sanat nullitatem subhastationis, vel adiudicationis.*

Re proposito dubio resoluto sub die tertia Decembris præteriti omnes Domini, qui causam ex ordine Sanctissimi Domini Nostri viderant, censuerunt persistendum esse in decisis.

1 Non dubitantes ex sola iniustitia posse competere hæredibus actionem spolij, vbi illa sit notoria, *Fel. in cap. dilectus, nu. 5. vers. fallit 3. de rescript. Crauett. cons. 302. num. 2 vers. hoc tamen non procederet, Gabr. concl. 5. num. 112. de rest. spol.* quamquam etiam diceretur ex sola tali iniustitia oriri etiam nullitatis vitium, *Odd. cons. 8. num. 5. Cæs. de Graff. decis. 11. nu. 4. de re iudic.* quo casu sine difficultate intrat actio spolij.

3 Notorietatem autem colligi, ex eo, quod dicta sententia non iustificaretur ex actis, vt sæpissimè fuit firmatum in Rota, *vt in Romana Vineæ de Scapuccys, 15. Martij 1572. coram Binarino,* vbi etiam aliæ recensentur decisiones, *& in Toletana Pensionis, 22. Maij 1592. coram Illustriss. Seraphino, et cor. eodem in Romana Census, 14. Decemb. 1592. & in Vlixbonen. Beneficij, 9. Iunij 1600. coram R. P. D. meo Ludouisio, Cæs. de Graff. dec. 13. de sent. & rei iudicat. vbi in fine,* expresse dicitur, quod notoriè iniusta dicitur sententia, quando actor non probauit suam intentionem ea ratione, quia Rota non
4 sequitur *decis. Afflict. 28.* vt possit Iudex moueri ad iudicandum extra acta, *vt per Chisan. decis. 179. in manuscript. & idem fuit firmatum in Perusina Separationis Thori, 28. Iunij 1589. coram bonæ memoriæ Gyptio,* in qua fuit dictum, quod Rota non sequitur *consil. Crauett. 198. in fine, vbi id firmat, & allegat dictam decisionem Afflicti,* scilicet quod Iudex possit se extra iudicium informare, & quod etiam de iure talis opinio non sit vera firmatur in *Bononien. de Budriolis, 15. Nouemb. 1578. coram Seraphino, relata etiam dec. 445. nu. 7. & 8. par. 1. diuer.* quæ ratio æquè pertinet ad omnes casus, siue agatur de confirman. vel infirman. sententiam, siue de ea exequenda, vel non, siue etiam vt ex ea oriatur actio spolij.

Et hanc iniustitiam operari etiam nullitatem fuit firmatum *in Burgen. de Cardona. 12. Iunij. 1568. coram Illustrissimo Seraphino,* quæ fuit data, in qua dicitur id procedere ex inuerata Rotæ obseruantia, & ad id etiam allegat *decis. Putei 396. lib. 1. in manuscript.* Cùm illa in impressis corruptam esse dicatur, quæ est eadem Toletana, quæ est 401. lib. 1. in impressis, super qua fundantur informante pro Domino Marco Antonio, & in qua licet corrupta, nihilominus firmatur sub num. 3. quod talis sententia, quæ non iustificatur ex actis, venit annullanda etiam absque remedio appellationis, nisi in promptu afferantur probationes, quod non est factum in casu isto, & quod talis iniustitia æquiparetur nullitati, itaut sententia nunquam transeat in iudicatum, dicitur etiam *in decis. Cæsar. de Graffis, n. 7. & 8. de solut. vbi num. 9. & 10.* dicitur communem opinionem, & hanc sequi Rota, vt Iudex debeat iudicare secundum acta, & probata, & ita resoluisse Rotam sexcenties, vt dicatur notoriè iniusta, vbi non iustificatur ex actis, tradit *Gabr. cons. 18. numer. 6. lib. 2.*

Nec pro excusanda dicta iniustitia dicebat Domini attendenda, quæ pro Domino Marco Antonio deducebantur.

Et primò circa illam narratiuam, quod non speraret suæ indemnitati posse prospicere, quia placuerunt responsiones datæ in decisione, maximè in illa decisione in Romana de Cuppis, quæ non poterat reputari diuersa ab hoc casu, quia fundamentum illius decisionis est, quia constabat, quod non adessent alia bona libera, pro vt etiam hoc in casu, quod scilicet non adessent alia bona, super quibus posset satisfieri D. M. Ant. de suo credito cū & ex parte hæredum Peregrinæ eis magis interesset, quod vel subhastarentur, vel adiudicarentur sic

red-

redditu, quàm fieret de dicto officio cum fuerit data fides publici Notarij Capitolini inter alia de venditione, quarumdam Domorum, & medietatis scripturarum Notariatus Rotæ facta per d. hæredes post duos annos post dictam adiudicationem pro scutis 1130. monetæ, & ex parte Principis concedentis adiudicationem difficilior fuisset talis gratiæ concessio, cùm
6 non ita passim soleat fieri ad instantiam creditorum, sed solum in subsidium, vt deductum in illa *Romana de Ferratinis*, 28. *Nouembris præteriti coram R.P.D. meo Sacrato*.

Nec defuisse modum dixerunt Domini iustificandi dictam narratiuam d.M. Antonij, vel per testes de publica voce, & fama, de inhabilitate, & paupertate dd. hæredum, vel etiam per eius iuramentum tanquam de
7 re consistente in eius animo, *iux. tex. vbi glos. in cap. significasti, nec homic.*

Nec quoad hoc obstare dixerunt *decis. Mohed. 7. de re iud.* quia eo in casu non agebatur de narratiua iustificanda, cum gratia esset moto proprio, sed agebatur solum de peruersione ordinis adhibita per exequuto-
8 rem, quæ non inducebat nullitatem, sed tantum iniustitiam, quod non applicatur huic casui, in quo agebatur de gratia ad supplicationem partis, quæ non iustificata, nec nomen gratiæ merebatur, nec consequenter iurisdictionem tribuebat, vt fuit dictum *in Fauen. Vicaria*, 16. *May* 1594. *coram Litta*.

Minus secundo, quoad illud motiuum de adiudicatione, quod amplexi sunt cæteri Domini obstare dixerunt *decis. Put. 283. lib. 2.* quia non applicantur eius præsupposita de quibus num. 3. videlicet quod ex parte M. Antonij fuerit probatum, quod tempore adiudicationis factæ alia bona non extabant, imò pro parte hæredum contrarium fuit probatum per scripturam, & quod illo tempore non valebat plus quam illud prætium, pro quo adiudicata fuerat, & idem etiam dicitur *in decis. 252. n. 7. eiusdem Putei lib. 2.*

Prout nec etiam obstare dixerunt deducta ex testamento *in l. vetustissima, C. de iure dom. impetr.* quia tunc locus est dicto textui, vbi diuersis præcedentibus hastarum solemnitatibus creditor, qui sub hoc conuenit cum suo debitore non inuenit emptorem, vt benè declarat *Cuiac. ad d. tit. tom. 11. col. 2. vers. his rebus inter tractatum 16. par. 1. fol. 265.*

Postremo non obstare dixerunt deducta ex termini
9 susceptione, quia vltra quod erat facta à Curatore fortè minus informato illa poterat probare veritatem crediti *ad tex. in l. ad solutionem, C. de re iud.* non tamen sanare nullitatem adiudicationis.

---

## DECISIO XVII.

### R.P.D. ORANO.

Romana Vineæ de Brunis.

*2. Decembris* 1591.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor primæ societatis, ad hoc, vt teneatur ad solutionem fructuum secundæ contractæ pro illis extinctione declaratio requiritur.*

2 *Societas dicitur lucrata ad fauorem illius, qui subit periculum.*

3 *Disdicta in actis reproduci debet, ne sit in facultate disdicentis, illa vti, & non vti, cum alias daretur materia fraudis.*

4 *Declaratio debet in specie continere, quod intendit pecunias ad interesse capere pro dicta causa.*

5 *Interesse damni emergentis, vt debeatur debet probari, quod petens accepit pecunias, ob non solutum dictum debitum.*

6 *Non attenditur sæpè, quod euenit, sed quod euenire poterat.*

FVerat in causa Romana Vineæ de Brunis dictum D. Merendæ, etiam post immissionem in possessionem vineæ, ex Saluiano deberi damna, & interesse, & ideo Brunos vineam repetentes, sub prætextu quod ex eius fructibus per Merendam perceptis debitum eorum principale foret extinctum exceptioni non solutorum damnorum, & interesse repelli. Quare fuit propositum dubium standi resolutionibus in hac causa factis: An damna, & interesse per Merendam occasione fructuum societatum officiorum passa dicantur sufficienter verificata, ex eo quod in dictis societatibus non fuit facta declaratio, quod commodum, & incommodum spectaret ad Brunos, & DD. fuerunt in voto Negatiuo.
1 Nam ad hoc, vt damna propter fructus societatum afficerent Brunos necessarium erat, quod per Merendam facta fuisset declaratio societatum in istam causam damni scilicet & interesse iniri, *ad Mohedan. decis. 103.* Idem etiam propter dubium euentum, quem subibat pecunias ad societatem accipiendo eum per mortem eas dantis illæ lucro illius cederent, ad cuius periculum
2 fuerant acceptæ; alias enim fuisset in eius potestate, veniente causa mortis dantis, & sic lucri declarari suo commodo societates fuisse contractas, cessante verò huiusmodi casu, damno, & in commodo debitoris eas adscribere contra reg. qui sentit, *de reg. iur. lib. 6. & leg. secundum naturam vbi Dec. ff. eodem.* Qua enim ratione passim obseruari videmus, quod disdictæ societatum ad hoc, vt afficiant debitores intra quindecim dies repro-
3 duci debent in actis, quia aliter daretur materia fraudi, quæ fieri posset expectando exitum dubij euentus. *Veral. decis. 13. lib. 2. manuscript. & Rota in vna Romana Cædularum coram R.P.D. Decano de mense May proximè præteriti* firmauit illi, qui emerat quasdam cædulas nomine, vt aiebat mandantis denegantis restitutionem pretij, ex quo dictam emptionem non declarauerat, nec mandanti in tempore notificauerat non alia quidem ratione, quam quod videbat in emptoris arbitrio esse dicere, quod per se eas emerat si res ex voto successisset.

Non obstat decisio facta coram R.P.D. Blanchetto, in qua habetur, quod damna Merendæ probantur à die protestationis pro Merenda factæ, quia nimis sunt generales, & æquiuocæ. Nam fuit necessarium, quod continerent, specialem, & indiuiduam declarationem,
4 quod pecuniæ acciperentur in eam causam, vt fuit resolutum *in vna Romana pecuniaria de Zambrerijs coram bon. mem. Lauretano*, in qua fuit decisum ad hoc, vt interesse damni emergentis debeatur oportere peten-
5 tem probare in indiuiduo se accepisse pecuniam, ob non solutum debitum, & satis est, quod illæ operentur, vt possint damna, & interesse à debitore repetere; dummodo tamen illa per claras probationes iustificentur. *Bald. in l. rogasti, §. si tibi, num. 6. vers. quid ergo si mutuo, ff. si cert. pet. per textum l. qui testam. ff. de probat. & in l. cunctos populos, colum. 3. vers. deinde pono, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Anch. cons. 50. num. 7. Natt. cons. 490. num. 7.* vbi quando causa requiritur ad essentiam actus non sufficit illam fateri subsistere, nisi verè probetur, *l. si forte, ff. de pecul. Castr.*

Minus facit, quod casus non euenit lucri alicuius so-
6 cietatis, quia non attenditur quid acciderit, sed quid euenire potuit, quod in societatibus solet haberi in consideratione, *Argum. l. si idoneæ, cum eo, §. fin. cum ibi not. per Castrens. & Bald. de iurisd. omn. iudic. & per Bart. in l. inter stipulantem, §. Sacrum. n. 7. ff. de verb. obl.*

# DECISIO XVIII.

R.P.D. PENIA.

Imolen. Pecuniaria.

*Lunæ, 16. Iunij 1608.*

*SVMMARIVM.*

1 *Possidens authore Prætore debet in possessione manuteneri.*
2 *Mandatum non potest dici pro plus debito relaxatum, vbi ante illius exequutionem fuit aliquid solutum, & in exequutione fuit de eo habita ratio.*
3 *Cessio facta pro vero debito sustinetur etiam, si non sit facta præsente pecunia.*
4 *Adiudicatio fieri non potest; nisi præcedente adiudicatione.*
5 *Creditor tanquam tertius, & extraneus admittitur ad offerendum, & licitandum, vt quilibet alius.*
6 *Vbi proceditur per viam dationis in solutum antequam bona dentur creditori in solutum debet præcedere æstimatio. vbi autem proceditur per viam oblationis, tunc plus offerenti consignatur bona non præuia æstimatione.*
7 *Acceptans decretum obtentum à procuratore, videtur etiam exequutionem ratificare.*

CVm Hercules, & Ioannes filij, & hæredes Iulij Pantaleonis nomine proprio, & etiam tanquam cessionarij Saffatelli, vigore oblig. Cam. egissent contra Equitem Galantem, & Liuium eius filium pro reuelatione indemnitatis, ex quo Iulius Pantaleonus eorum pater, & Alexander Saffatellus accesserant fideiussores Ioanni Baptistæ Galantio pro censu trium millium scutorum, & ille eos indemnes conseruare promiserat: & propterea ab Auditore Cameræ obtinuerant mandatum exequutiuum pro dicta summa scutorum trium millium, eiuus vigore in partibus facta exequutione obtinuerunt sibi deliberari prædium Cantalupi pro libris 6720. & alia pro concurrenti quantitate, quorum possessionem apprehenderunt, quam Galantij prætendebant nullam, & inualidam, dubitaui, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & vtraque parte informante Pantaleoni dandum censuit, quia auctore præ-
1 tore expulsis Galantijs, reperiebantur in possessione, *iustè possidet, ff. de acquirend. possess. Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. vers. potest enim index eodem titulo.*

Neque obstabant nullitates oppositæ, nam primo, quod mandatum fuerat relaxatum pro maiori summa debiti, & consequenter prætenderetur nullum in toto, vt sæpè Rota iudicauit, nam non fuit habita ratio octuaginta corbarum frumenti solutarum Michaeli factori Pantaleonorum, nec scutorum 215. in duabus partitis solutorum Alexandro Saffatello à matre Liuij Galantij.

Sed placuit responsio, quod Corbes triginta frumenti fuerunt data post relaxatum mandatum, quod pro-
2 pterea non poterat dici pro plus debito relaxatum, & quoad exequutionem de eis fuit habita ratio ab exequutore.

Non obstabat secunda nullitas deducta ex eo, quod Pantaleoni pro rata eis cessa à Saffatello non egerunt tanquam Cessionarij, sed tanquam principales.

Sed hæc nullitas ex facto tollebatur, cum in actis fuisset productum instrumentum cessionis, & mandatum petitum, & obtentum etiam nomine cessionario.

Tertia opponebatur nullitas ex eo, quod cessio non fuit valida, tanquam facta absque interuentu pecuniæ.

Sed placuit responsio, quod præterquam, quod hæc
3 inspectio respicit petitorium, cessio fuit facta pro vero debito.

Ad quartam nullitatem, ex eo deductam, quod in manibus Galantiorum fuerant facta sequestra, & de illis oppositum, vnde cum non possent soluere, nec potuit contra ipsos relaxari aliquod mandatum fuit dictum primo non satis legitimè constare de huiusmodi sequestris.

Secundo fuit responsum hoc non facere nullitatem, & respicere interesse creditorum, qui interim nihil opponebant.

Ad quintam nullitatem ex eo petitam, quod adiudicatio fuerit facta Pantaleonis, nulla præcedente æsti-
4 matione, quæ videbatur necessaria, tam de iure communi, *Afflict. decis. 358.* incipiunt in causa inter Antoninum *num. 5. vers. quarta ratio*, quam Rota sæpè probauit, quam vigore constitutionis Ægidianæ, de qua fuit oppositum, & est in vsu, fuit responsum primo creditorem tanquam tertium, & extraneum posse admit-
5 ti ad offerendum, siue ad licitandum, & cum admitti, sicuti quemlibet alium, *l. 2. C. si in causis iudicantis, glos. in l. d Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudicat. Surd. consil. 256. incipiens principale vitium, num. 5. vers. ideo tutius ast lib. 2.*

Secundo fuit responsum, quod quando in hac mate-
6 ria proceditur per viam dationis in solutum, tunc antequam bona creditori dentur in solutum præcedere debet æstimatio, & sic loquitur *Afflict. in dicta decis. 358.* secus autem est, quando proceditur per modum oblationis; tunc enim licitatori, siue plus offerenti consignantur bona siue præuia æstimatione, sicuti in terminis declarat *Surd. cuius doctrina DD. placuit d. consil. 256. n. 5. in fine, & n. 6.*

Et cum ex prædictis non appareret iudicem nulliter, vel iniustè processisse, non debuit Pantaleonis negari mandatum de manutenendo, præsertim cum Galantij acceptando decretum excarcerationis, & com-
7 parationis suorum procuratorum exequutionem visi fuerint ratificasse.

# DECISIO XIX.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Romana Domus in Burgo.

*Veneris, 21. Aprilis 1589.*

*SVMMARIVM.*

1 *Ex solutionibus factis ab aliquo vti emphyteuta præsumitur præcessisse concessio in emphyteusim.*
*Concessio talis præsumitur fuisse qualis est solutio.*
2 *Emphyteusis debet probari per scripturam, sed de consuetudine non est necessaria.*
3 *Consequens vbi probatur per scripturam, probatur etiam antecedens.*
*Vbi solutiones probantur per scripturam, præsummitur etiam præcessisse instrumentum concessionis.*
4 *In præiudicium soluentis præsumitur emphyteusis, & è cui soluitur Dominus directus, & soluens Dominus vtilis.*
*Præsertim concurrentibus pluribus adminiculis.*
5 *Instrumentum inter contrahentes plenam probationem facit.*
6 *Confessio facta ab eis, qui possunt disponere, habet vim nona*

*noua dispositionis.*

7 *Confessio est maior instrumentis, & depositionibus testium, & qualibet alia probatione.*

8 *Etiam vbi requiritur scriptura, sufficit per confessionem probatio.*

FVit conclusum ex solutionibus ex longissimo tempo-
re factis, tanquam ab emphyteota legitimè consta-
re de concessione in emphytensim, quia talis præsumi-
1 tur concessio; qualis apparet solutio, *Specul. in tit. de
locat. §. nunc aliqua, num. 169. versic. 142. Bald. in l. cum
de in rem verso in secunda lectura, in fin. ff. de vsufruct. &
in l. si certis annis, num. 8. in fin. & 9. C. de pact.* quod
dicit notandum, etiam pro ijs, qui perdiderunt instru-
menta emphyteotica, & sequitur *Dec. cons. 146. sub
num. 2. Crauett. cons. 76. n. 25. lib. 1.*

Non obstat, quod emphyteusis debeat probari per scripturam, quæ est de substantia contractus, *l. 1. & ibi glos. in verbo alienationis, C. de iur. emphyt. Alex. consil. 50. num. 3. & 4. lib. 8.* qui dicit hanc esse communem opinionem quia respondetur primo, quod licet de iure scriptura sit necessaria, tamen dubium est, an ex consuetudine requiratur, quia plerique attestantur eam non esse necessariam, *Bart. in 1. numer. 6. in fin. C. de iur. emphyt. Roman. consil. 103. num. 5. in fin. Corn. consil. 187. numer. 9. libr. 1. Socin. sen. consil. 120. numer. 24. libr. 4. Paris. consil. 77. libr. 3. Roland. consil. 84. num. 10. lib. 1.*

Secundo respondetur, quod licet scriptura esset ne-
cessaria, tamen satis est, quod per scripturam appa-
reant solutiones, quia quando consequens probatur
3 per scripturam, antecedens videtur etiam probari per
eandem scripturam, *l. quicumque, C. de apoch. libr.
10.* & ita in terminis conclusit *Bald. consil. 116. num. 2.
libr. 1.* qui etiam subiungit præsumptionem, *dict. leg.
cum de in rem verso, ff. de vsur.* habere pro scriptura,
& ita *Crauett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 3.
num. 40.*

Et sicuti emphyteusis præsumitur in præiudicium
4 soluentis, vt is cui soluit, intelligatur esse Dominus
directus, ita etiam præsumitur ad commodum ipsius
soluentis, vt intelligatur ei acquisitum dominium
vtile, *Bald. consil. 24. num. 1. lib. 4. Salic. in dict. leg.
cum de in rem verso num. 12. versic. quaero sexto, ff. de
vsur.*

Quod DD. censuerunt in casu proposito multo facilius esse recipiendum, quia lapsu longissimi temporis, plura concurrunt adminicula, ita vt plenè res sit indubitata.

Primum est, quia extat instrumentum affrancationis, in quo fit mentio de huiusmodi concessione facta in emphyteusim, cum ratificatione, quod inter contrahentes plenam probationem facit, *l. optimam, C. de cond. & comm. stipul.*

Secundo extat supplicatio, si in euidentem, porrecta Summo Pontifici, & obtenta ab administratoribus Hospitalis, in qua etiam narratur ista confessio in emchytensim, & quidem; cum sit de eis, qui possunt disponere, habet vim nouæ dispositionis, *Dec. consil 63. sub numer. 40. vers. molestare, & numer. 6. vers. nec obstat.*

Tertio concurrit confessio ipsius Hospitalis, facta in
positionibus, in quibus ponitur etiam huiusmodi con-
7 cessio in emphyteusim, & nulla est maior probatio,
quam partis aduersæ confessio. Vnde etiam confessio
dicitur esse maior, quolibet instrumento publico, &
quibuscumque depositionibus testium, *Bald. consil.
142. numer. 5. versicul. verumtamen, libr. 2.* &
quidem ita habetur, vti scriptura, vt in casibus
8 etiam in quibus requiritur scriptura sufficiat, probatio
per confessionem, *l. cum à te, & ibi not. Dec num. 8. cum
sequen. C. de transact. & sequitur Crauett. cons. 61. numer. 3.*

Neque obstat, quod huiusmodi concessio non videatur solemnis, neque cesserit in vtilitatem Ecclesiæ, quia DD. dixerunt, hoc non esse præsentis inspectionis, sed in alia disputatione esse.

---

## DECISIO XX.

### R.P.D. SACRATO.

Romana Palatij.

*Luna, 15. Decembris 1614.*

### SVMMARIVM.

1 *A tractatu, seu promissione de vendendo re integra, licet vtrique parti resilire.*

2 *Contractus, in quo partes conuenerunt de scriptura facienda, an dicatur perfectus ante confectionem scripturæ.*

3 *Dic quod vbi apparet aliam scripturam esse faciendam contractus, dicitur imperfectus, præsertim, si in scriptura facienda sint apponenda noua pacta, vel conuentiones non apposita in prima.*

*Pactum quodlibet dicitur pars pretij.*

*Venditio sine constitutione certi pretij in se, vel per relationem arbitrio tertij subsistere non potest.*

4 *Pacta facienda possunt conferri in arbitrium tertij.*

5 *Perfectio contractus non potest pendere ab arbitrio vnius ex contrahentibus.*

6 *Promissio de vendendo cum iuramento facta oblig. Cont. ibid.*

*Iuramentum non dicitur adesse, vbi non legitur.*

7 *Præsupponens non videtur aliquid disponere circa præsupposita.*

*Iuramentum non solet operari, nisi circa expressa.*

DOminus Fuluius de Ferratinis, in quadam sua apoca confecta 31. Decembris vsus fuit infra scriptis verbis, *Dichiaro esser verità, che nell' infrascritto giorno, & in presenza dell'Illustrissimo Cardinale Borghese, hò venduto à Monsignor Vives il Palazzo, chiamato Ferratina, situato nella piazza della Santiss. Trinità, che al presente habita l'Illustriss. Sig. Cardinale Deti, per prezzo di scudi 14500. di moneta, con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che saremo d'accordo fra noi, e secondo si contenterà nell'Instrumenti, & altri spatij, che sopra ciò saranno necessarij, & vtili, e che à suo tempo si espediranno*; & rursus sub die 4. Aprilis subsequentis anni fecit aliam apocam per infrascripta verba: *E di più prometto, che ogni volta, che Monsignor Viues ottenga gratia di poter aggregare ad vn Monte, sino alla somma di scudi 15500. ò vero trouerà modo di potere hauere liberamente li scudi 7000. pro vsibus nostris, in tal caso. Io così à nome proprio, come procuratore de' miei Fratelli, prometto di consentire alla gratia, che esso Monsignore vuole per detta compra, & anco fare l'Instramento, con tutte le clausule giuste, e necessarie, e così prometto, e mi obligo in forma Cameræ.*

Cum autem dictus Fuluius recusaret vlterius progredi in venditione dicti Palatij dubitaui, an esset danda exequutio dd. apocis, & sic cogendus Fuluius ad venditionem, de qua in illis, & pro negatiua fuit conclusum, quod apoca, seu declaratio, de qua in illa non continet venditionem perfectam, sed tractatum, seu promissionem de vendendo, quo casu licet vtrique parti tanquam re integra resilire, *Bald. in l. contractus col. 4. vers.*

*verſ.2.modo cognoſcam, C.de fid.inſtrum. & in l.in Ciuile, C.de re vendicat, Rot.diuerſ.deciſ.212.num.2.& deciſ. 517.n.5.par.1.*

Quod autem apoca prima, cuius acceſſoria eſt ſecunda, non continent perfectam venditionem, patet ex remiſſione ad pacta, conditiones, cautelas, & ſecuritates inter partes concordandas, & ſecundum ea, quæ continebuntur in inſtrumento, & alijs ſpacijs ſuo tempore expediendis: licet enim ſit controuerſia inter DD. an
2 contractus in quo partes conuenerunt de ſcriptura facienda dicatur perfectus, ante confectionem ſcripturæ, & pro negatiua, quod ſcilicet non ſit perfectus conuenerunt, *Azzo.in l.contractus, C.de fid. inſtrum. cum alijs per Ant.Gomeſ.var. tom.2. cap.2. num.17.* vbi de communi, *& per Cephal.conſ.66.n.18.& ſeq. & Port.ſuper inſt.tit.de emp. & vend. num.4.* vbi de magis communi *Emannel. Suar. recept.in verbo ſcriptura, num.20.* pro affirmatiua vero, quod ſcilicet ex hoc non ceſſet contractus eſſe perfectus, niſi partes dixerint, quod aliter non valeat contractus tenuerunt *gloſſ. Bart. & alij in d.l.contractus, Dec.conſ.340.num.3.Barſat conſ.101. num.19.* vbi de communi, *Rota diuerſ.deciſ.517.num.2. par.1.* taltim negari non poteſt, quin conuentio de facienda ſcriptura ſit inditium in perfectionis contractus, & propterea iunctis alijs verbis, *con li patti, conditioni, cautele, e ſicurezze, che faremo d'accordo fra noi,* DD. fuerunt in voto, quod contractus, omnino eſse habendus pro imperfecto. Nam ceſsat præcipuum contrariæ partis fundamentum, quod ſcilicet reſeruatio confectionis ſcripturæ, videatur facta ob ſolam pro-
3 bationem, quia ſi in hoc caſu erant per partes facienda noua pacta, & nouæ conuentiones ceſsat eſse verum, quod ſcriptura deſideraretur pro ſola probatione. Quia imperfecto arguitur ex eo, quod inter partes erant facienda noua pacta, & nouæ conuentiones; cum enim iſta dicantur pars pretij venditionis, *Bald.conſil. 486.num.3. verſ. in contrarium lib.1. l. ſi fundi partem, ff.de contrahen. emption. Alex. conſ.18. in verbo probatur lib.1.* ſequitur, quod conſtitutio pretij diceretur imperfecta, & exinde imperfecta venditio, quæ ſine conſtitutione certi pretij in ſe, vel per relationem ad tertij arbitrium conſiſtere non poteſt, *Bald. in l.1. in verbo item nota, C.commun.de legat. Alex. dicto conſil. 18.in Apoſtill.in verbo probo lib.1.*

Ex prædictis ceſsat deciſio in cauſa *Romana Domus ad Paſquinum*, 24. *Maij* 1602. *coram bo.mem. Litta*, quia ibi non apparet fuiſse per partes reſeruata confectio ſcripturæ pro perfectione contractus, vt in hoc caſu, nec facit etiam, quod ibi fuerunt reſeruata pacta, & conditiones declarandæ, quia declaratio non fuit collata in arbitrium partium, vt in hoc caſu ibi, *per li*
4 *patti che faremo d'accordo tra di noi*; ſed in arbitrium tertij, quod de iure licet *Bar.in l.ſi merces, ff.locat. Dec. conſ.648. num.1. & per totum*; & ratio differentiæ eſt euidens, nempè, quia collatio in arbitrium tertij non excludit perfectionem conſenſus requiſiti in hoc tractatu, etenim ex parte contrahentium nihil amplius ſupereſt agendum, reſeruatio autem pactorum inter partes concordandorum demonſtrat imperfectum conſenſum; ex quo eſt neceſsarium, quod partes de nouo concordent inter ſe, & cum poſſint non concordare contractus remanet in arbitrio vtriuſque partis, & ſic
5 imperfectus cum perfecto pendeat ab arbitrio contrahentium, quod non licet *l.inter ſtipulantem, §. ſicut, & ibi gloſ. in verbo oblig. Bald. in l.euidentis num.1. C. de contrah.empt. Alex.in l.à Titio, n.9. de verb.oblig.*

Non obſtat, quod promiſſio de vendendo facta cum
6 iuramento obliget, ex *allegat. per Theſaur. deciſ.233. num.8.* nam omiſſio, quod *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.23.num.27.* tenet contrarium, hic vere nullum adeſt iuramentum, cum de eo in prima ſcriptura nihil fuerit dictum, & quoad ſecundam, dum illud deducitur ex obligatione Camerali, de qua in illa reſpondetur, quod ſecunda apoca non continet promiſſionem de vendendo, ſed tantum de præſtando conſenſum eidam gratiæ, quam D. Viues deſiderabat obtinere à S.D.N. pro ſecuritate emptionis, & licet in dicta apoca præſupponatur emptio facienda, non tamen ex hoc
7 poteſt noua promiſſio iurata de vendendo, quia præſupponens non videtur aliquid de nouo diſponere circa præſuppoſita, *Dec.conſ.19. num.8. lib.2. Rom. ſing. 395. Marſil. ſing.339. Riminal. Iun.conſ.371. num.53. Gabr.conſ.94. num.21.* maximè cum iuramento, quod non ſolet operari, niſi circa expreſsa, *Oldrad. conſ.238. num.2. verſ. vnde cum, & conſ.294.in fin. verſ.non obſtat iuramentum, Rom.conſ.269. Alex.conſ.37. col.3.lib.2. Lap.alleg.130.verſ.non poteſt,*

## DECISIO XXI.

## CORAM CLEMENTE VIII.

Romana deliberationis Cenſus.

*Veneris, 18. Maij 1584.*

### SVMMARIVM.

1 *Deliberatio fieri debet ad fauorem maioris oblatoris.*
2 *Nouus oblator admittitur de ſtylo Auditoris Cameræ, etiam poſt lapſum terminum decem dierum in mobilibus, & vnius menſis in ſtabilibus datum ad videndum deliberari.*
3 *Oblatio parua ſumma cum conditione attendi non debet.*
*Oblatio maior facta poſt perfectam deliberationem, & aſſequutam poſſeſſionem ab emptore attendi non debet.*
4 *Vbi bona venduntur per ſubhaſtatio debitor tenetur cauere de euictione.*
*Factum Iudicis ſuccedit loco facti partis.*

Tenuerunt Domini deliberationem factam Toſino validam fuiſse cum enim maior oblator fuerit Toſi-
1 nus illi fuit ritè deliberatus cenſus.

Neque facit, quod iam eſset elapſus terminus, & quod pars non fuerit citata, quia tollitur difficultas ex
2 ſtylo Auditoris Cameræ præſuppoſito ſecundum, quem admittitur nouus oblator, etiam lapſo termino primæ deliberationis.

Neque facit, quod Criſpus plus obtulerit 27. Septembris, quia obtulit ſcutum vnum plus ſolum, & equi-
3 dem conditionaliter præſtita cautione per D.Stephanum, & quamuis poſtea idem obtulerit ſcuta 95. plus, id fuit longe poſt aſsequutam poſseſſionem à Toſino, quam adeptus fuit 18. Iunij 1582. ſeu die 8. Octobris ſubſequentis, & oblatio fuit 16. Februarij 1583. & propterea ceſsant omnia, quæ in contrarium deducuntur.

Nec eſt verum, quod creditor teneretur hoc caſu cauere, quia venditio fiebat auctoritate Iudicis quo
4 caſu debitor cauere debet de euictione, non autem creditor cum factum Iudicis ſuccedat loco facti partis *l.ſi ob eam, C. de euiction. Tiraq.de retract. lignag.§.1. gloſ.14.num.15.*

DE-

## DECISIO XXII.

### CARD. MAQVEMONDIO.

Romana Bonorum de Ceulis.

*Mercurij 31. Maij 1606.*

*SVMMARIVM.*

1 *Veniens contra rem iudicatam, & petens aduersus eam restitutionem in integrum debet probare concludenter suam intentionem, & causas, propter quas restitutio sit illi concedenda.*

2 *Pro sententijs præsumitur, & res iudicata pro veritate accipiuntur.*

3 *Vbi sententia non est fundata in aliquo calculo in actis dato non potest dici sententia iniusta, sub pretextu quod calculus sit erroneus, cum Iudex potuerit moueri ex calculo coram se facto.*

4 *De valore bonorum potest capi informatio extraindicialis à Iudice, & taxatio eius arbitrio fieri.*

DOmini de Ceulis venientes contra sententias Rotales, & rem iudicatam ex capite restitutionis in 1 integrum sunt actores, & tenentur probare concludenter suam intentionem, & causas, propter quas restitutio sit illis concedenda, *Rot. decy. 1. de restit. in integ. in nou. Put. decis. 456. n. 2. lib. 2. Gabr. de except. rei iud. num. 16. & 21. Beuinten. dec. 85. num. 1. & 2. Milis in verbo restitutionem petens, & fuit dictum in causa Romana Ligno-* 2 *rum, 19. Iunij 1600. coram Illustriss. Card. Seraphino,* idque iure merito cum præsumatur pro sententijs, *cap. inter, in fin. de re iud. cap. bona, il primo, vers. nos igitur de elect. l. 2. §. solet, de hæred. instit. vel action. vend. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 9. Rom. cons. 136. num. 15. lib. 2. Afflict. decis. 13. num. 28. Cassad. decis. vnic. de præsumpt.* & res iudicata pro veritate accipiatur, *l. res iudicat. de reg. iur.*

Restitutionis autem causa, quæ deducitur ex errore cuiusdam calculi extraiudicialiter facti, non subsistit, quia non constat Dominos meos, qui sententias tule- 3 runt, attendisse illum calculum, qui non erat in actis, neque valet illatio, quæ fit, eo igitur sequi sententiam iniustam eam ex actis non iustificentur. Nam in actis extat donatio q. Hieronymi Ceuli ex qua apparuit, à quo tempore, & quomodo faciendę essent inuestituræ locorum montium, & pluribus decisionibus in hac causa factis, fuerat firmatum, ad quam rationem fructus essent calculandi; Ideoque potuerunt Domini mei per se ipsos cognoscere, in qua summa facienda esset condemnatio attento maximè, quod causa per multos annos discussa, & enucleata fuerat, atque vtraque pars suum vicissim calculum dederat in actis, itaut perspectis partium prætensionibus, & patefacta per quam plurimas decisiones rei veritate nullus errori locus relictus fuerit.

Non obstat *Gabr. consil. 43. num. 49. lib. 2.* quia ille loquitur, quando calculus est euidenter iniustus, ideoque non procedit hoc casu, in quo nedum de calculi iniustitia, sed nec de calculo constat.

Non obstat; quod opponitur non constare in actis 4 de valore locorum montium, quia de illo potuit capi informatio extraiudicialis, *Bart. in l. si quid ex Pamphilia, n. 3. de legat. 2. Alex. cons. 202. n. 20. & cons. 218. nu. 4. Cagn. in l. quatenus, n. 24. & seq. de reg. iur.* & taxatio fieri Iudicis arbitrio, *l. si fundum, ff. mand. Menoch. de arbitr. cas. 143. num. 5. & fuit dictum in vna Clausina Pensionis, 27. Aprilis 1575. coram Illustrissimo Blanchetto.*

Itaque conclusum non obstare de causis restitutionis in integrum.

## DECISIO XXIII.

### R.P.D. GYPTIO.

Perusina Separationis Thori.

*Mercurij 28. Iunij 1589.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia debet iustificari ex actis, aliàs vti iniusta debet reuocari, Rota autem non mouetur ex his, quæ sunt extra acta, nisi esset notorium.*

2 *Vxor non potest propria auctoritate discedere è domo mariti, licet possit ob viri sæuitiam recedere; nisi tamen maritus sit nimis sæuus.*

3 *Arbitrio Iudicis relinquitur, quæ sit magna, vel parua sæuitia, quod tamen arbitrium à iure regulari debet.*

*Et vani timoris nulla habetur consideratio.*

*Iustè timet, qui timet, quod etiam constanter timeri solet.*

4 *Testes singulares non probant sæuitias ad separationem thori necessarium.*

*Maritus potest ex causa vxorem leuiter verberare.*

*Vxor debet manere cum marito etiam si sit peruersus.*

5 *Sententia lata propter sæuitiam non sustinetur vbi apparet virum se bene gessisse erga vxorem, & adest ipsius bona fama.*

6 *Mulier tenetur sequi virum quocunque vadat, & non potest hoc prætextu à marito recedere.*

7 *Licet sit locus separatione thori, tamen dos non est restituenda, vbi separatio sit ex culpa vxoris.*

CIrcumscripto capite bonorum paraphernalium, de quo particulariter agitur, resolutum fuit, sententiam Vicarij Perusini esse reuocandum, tum quia ex 1 actis non iustificatur, prout opus est, *Cassan. 179. & sentit. Put. decis. 401. lib. 1. Mohed. 290.* Nam Rota non tenet illam opinionem, quam refert, & sequitur *Aym. post alios, quos citat, cons. 198. in fin.* quod Iudex ad iudicandum aliundè potuerit moueri, & sic ex his, quæ extra acta fuerunt gesta, nisi esset notorium, iuxta *decis. vlt. de fid. instrument. de antiq.* tum etiam quia ex deductis pro Domino Prospero apparet sententiam huiusmodi esse notoriè iniustam.

Et primò in eo, dum firmat licuisse Dominę Lucre- 2 tię è domo viri discedere, quod propria auctoritate facere non poterat, *cap. porrò, cap. significasti de diuort. Paris. cons. 54. num. 52. vol. 4. Rim. iun. cons. 174. numer. 17.*

Neque refragatur, quod ob viri sæuitiam permittatur, ab eo recedere, *cap. literas in fin. de rest. spol. Bart. in l. cum satis, n. 7. de agric. & cens. lib. 11. Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vx. §. 20. num. 4.* quoniam id solum, quando maritus est nimium morosus, & sæpius vt in dicto cap. literas probatur, & exempla sęuitiæ benè colligi possunt, *ex cons. Ancharan. 408. Rim. vbi supra n. 1.* 3 & licet arbitrio Iudicis relinquatur, quæ sit, vel ne magna sæuitia, *Tiruquel. in l. si vnquam in verbo omnia, vel partem. n. 31. in fin. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitr. iud. cas. 139. in fin.* Nihilominus arbitrium istud debet iure regulari. *Bard. in auth. iubemus, in vlt. not. C. de indic.* Hinc est, quod non creditur vxori de sæuitia mariti, nisi probetur, *Io. Lup. in cap. per vestras. in 3. not. nu. 7. in fin. de donat. inter cons. matrimon. cons. 81. n. 24. cum plurib. seqq.* Propterea vani timoris nulla habetur consideratio, *l. 3. ex quib. caus. maior. Roland. cons. 27. nu. 3. lib. 3.* si quidem iustè dumtaxat timet quod etiam constantes timere solent, *l. metum quod metus caus. cum similib.*

Præ-

Præterea ex testibus pro vxore examinatis sæuitia
4 non probatur cum singulares vel non concludant sæuitiam ad separationem thori necessariam, vt bene deducunt Informantes, maximè quia maritus potest ex causa vxorem ad correctionem leuiter verberare, *Abb. in cap. quæmadmodum, §. illud autem de iureiur. Rolan. & Rim. in cons. supra citat.* & vxor cum eius viro, etiamsi sit vnus peruersus, permanere debet, dicunt *Socin. cons. 286. in fin. Syl. nup. inuest. non est nubend. numer. 37.*

Et quod propter sæuitiam allegatam sententia non
5 sustineatur eò magis dicendum venit, cum ex prædictis testibus Dominæ Lucretiæ satis constet Dominum Prosperum erga ipsam se benè semper gessisse, & ex bona fama ipsius, & qualitate, personæ facile Iudex discernere potest pro huiusmodi separatione thori, iudicandum non esse.

Sed quod sæuitia non fuerit causa recessus Dominæ Lucretiæ nullam prorsus videtur habere difficultatem, stante quod ipsa respondendo depositionibus confessa fuit se a domo Domini Prosperi recessisse; quia nolebat mutare domicilium, & ad Vrbem ab ipso muta addu-
6 ci, & tamen dubium non est mulierem teneri sequi suum virum, quocumque vadit, *cap. vnaquæque, 13. quæst. 2. cap. si quis, & cap. naturalem, de coniunc. leprosor. Cum. consil. 1. numer. 4. Rim. dicto. consil. 81. numer 21.*

Ex prædicta confessione tollitur obiectum desumptum *ex decis. 11. Thom. de Thaa. in tit. de spons. num. 28.* nempè quod propter litem possit vxor discedere, & seorsim a vito permanere, maximè quia tempore dicti excessus nulla adhuc fuerat lis contra D. Prosperum introducta.

Est etiam iniusta dicta sententia, quia condemnat Dominum prosperum, ad restitutionem dotis, nam dato millies, quod esset locus separationi thori, attamen dos non erat restituenda, vt determinat *Host. in sum. tit. de diuor. n. 5.* solum ex fructibus dotis cogebatur vxori præstare alimenta, *l. si cum dotem, §. sin autem sol. matr. in c. ex parte n. 8. de consuet.*

---

# ECISIO XXIV.

## R.P.D. COCCINO Decano.

Romana Dotis de Olphis.

*Lunæ 25. Octobris 1613.*

### SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio, seu datio in solutum facta de bonis minorum illis in indefensis est nulla.*

*Iudicium factum citatis tutoribus missorum, qui se excusauerunt est nullum.*

*Et licet Rota tenuerit contrarium id fuit ad effectum non inualidandi tot processus antea factos.*

*Si tamen pupillus aliquo modo defendi poterat iudicium est nullum.*

2 *Vbi minor habet merces, & mobilia debent illa prius alienari, quam stabilia.*

*Et licet ex bonis mobilibus fuerint soluta alia debita non sufficit, nisi sint soluta debita anteriora, vel magis priuilegiata.*

3 *Si in datione in solutum bonorum minorum non sit datus terminus viginti dierum à lege statutum actum est nullum.*

*Et in datione in solutum bonorum minorum debet seruari dispositio iuris communis quoad dictum terminum, non autem dispositio Statuti Vrbis.*

4 *Licet bona sint æstimata, si minores non fuerunt defensi æstimatio non attenditur.*

5 *Vbi datio in solutum est pro maiori summa, corruit in totum.*

DOmini resoluerunt, adiudicationem, & dationem in solutum fuisse nullas tanquam factas minori-
1 bus indefensis *Bar. in l. cum, & minores, n. 2. 3. 4. C. si aduers. rem iud.* fuerũt enim citati Tutores Testamentarij, qui se excusauerunt, & Iudex ad instantiam Bernardini deputauit quemdam Barberium, qui etiam citatus numquam in iudicio comparuit, neque in principio, neque in medio, neque in fine.

Neque facit, quod *Put. decis. 306. lib. 2.* saluat iudicium præfato modo factum declarando doctrinam Bartoli, & sequacium. Nam vt apparet ex noua impressione decisionum Putei per eruditum Curiæ Romanæ aduocatum Dominum Franciscum de Rubeis, qui ex agro nostro thesaurum protulit, cum prima impressio Putei valdè sit Mendosa *in addit. ad dictam decis. 306.* quæ in noua impressione est 298. annotauit Puteus, quod reproposita causa Rota inclinabat contra decis. & respondet motius in ea factis, & confirmauit decisionem ex communi modo procedendi, ne tot processus corrueret.

Ex quibus fit, quod cum doctrina Bartoli sit vera, licet ab ea recedatur ex communi stylo procedendi; nihilominus si aliquo modo doceatur, quod pupillus poterat defendi, licet non tam exactè amplectenda sit præfata doctrina Bartoli, quod etiam videtur sentire, *Put. ibidem num. 1.* idque hic satis probatur, nam cum adessent plura mobilia in hæreditate, nempè merces,
2 apothecæ, & mobilia domus debebant prius ista alienari, & non deueniri ad alienationem stabilium, *Rol. cons. 33. n. 4. & seq. lib. 1.*

Neque probatur, quod ex bonis mobilibus fuerint soluta alia debita, & quatenus etiam probaretur non releuaret, quia probandum esset, quod fuerint satisfacti creditores anteriores, & qui habebant ius prælationis, quod tamen nec probatur, nec probari potest.

Secundo Dominis placuit nullitas, quia in ista datione in solutum bonorum pupilli non fuit data dilatio vi-
3 ginti dierum, *iux. auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccles.* cuius dispositio debet seruari in datione in solutum bonorum minoris, non autem Statutum Vrbis *cap. 194. vt dicit magnus pract. Curiæ Capitol. Lucas Petus in sua praxi de exeq. rei iudic. lib. 8. cap. 2. n. 76.* Ideò cum ista domus steterit tantum per octo dies sub hasta satis est euidens, & secunda nullitas.

Neque obstat, quod cum constet de vero credito, & domus fuerit æstimata per peritos electos vnum per Iudicem pro pupillis, alterum per contrariam partem, cessat rigor iuris itaut sit seruanda æquitas, *Put. decis. 246. secundum nouam impressionem, lib. 2. & dixit Rota in causa Romana de Zaddis, 21. Aprilis 1598. coram bo. me. Seraphino*, quia cum ex præfatis constat minorem
4 fuisse indefensum, & propterea præfatum Iudicium non valuisse, ideo nec est attendenda præfata æstimatio.

Non obstat præscriptio allegata, quia non intrat, stante minoritate, prout non intrat, quod dicitur restitutionem quarti dotalis esse faciendam filijs in domo non in pecunijs; quia non percutit nullitates subhastationis, & dationis in solutum, maximè cum datio in solutum fuerit libera de tota domo cum translatione dominij, & falcultate alienandi &c. & disponendi, & tamen pro rata quarti dotalis erat danda solum ad vsumfructum iuxta statutum Vrbis, & per consequens datio etiam fuit pro maiori summa, quod est considerandum pro nullitate subhastationis,

Et

Et præfata eò magis placuerunt Domini, quia illud totum negocium consideratum non benè olet.

## DECISIO XXV.

### CORAM CARD. PAMPHILIO.

Mediolanen. Rescissionis permutationis.

*Veneris 10. Ianuarij 1597.*

### SVMMARIVM.

1 *Transactio super bonis Ecclesiasticis requirit easdem solemnitates, quæ illorum alienatio, scilicet solemnitatem, & iustam causam.*

2 *Pro solemnitate sufficit beneplacitum Apostolicum, quod supplet omnes alias solemnitates.*

3 *Præsumitur beneplacitum Apostolicum spatio triginta annorum præsertim stante obseruantia, etiam si beneplacitum non fuerit reseruatum.*

4 *Et vbi probatur Abbatem & Monacos se informasse, & transactio fuit confirmata in Capitulo generali dicitur solemnis ex omni parte.*

5 *Et vbi præsumitur solemnis, præsumitur etiam vtilis Ecclesiæ, donec contrarium probetur.*

6 *Locatio perpetua fit pro sexta parte minus pensionibus locari solitis, & dicitur vtilis Ecclesiæ.*

7 *Locatio non dicitur habuisse effectum, vbi Dominus eadem bona alteri locauit.*

RESoluerunt Domini particulariter videndum fundamentum, quo fit pro parte Monachorum super iure decimandi, & eo pro nunc circumscripto, resoluerunt transactionem, de qua agitur Monachis obstare.

Licet enim transactio super bonis Ecclesiasticis re-
1 quirat easdem solemnitates, quas requirit alienatio, *Feder. de Sen. cons. 94. Bar. in l. nulli, ff. de transact. Abb. in cap. cum contingat, sub nu. 3. extra eod. tit. Caputaq. dec. 106. par. 1.* & consequenter solemnitatem, & iustam causam, *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. in Clem. 1. eod. tit. DD. in c. sine exceptione 12. qu. 2. vbi Lauren. de Rodulph. in 3. q. cum alijs per Couarr. lib. 2. var. resol. ca. 17. nu. 2.*

In casu autem, de quo agitur omnia concurrunt, pro
2 solemnitate, enim solum sufficit beneplacitum Apostolicum, quod supplet omnes alias solemnitates, *Abb. cons. 41. nu. 3. lib. 1. Dec. cons. 341. sub nu. 12. Paris. cons. 34. nu. 4. lib. 4. cum alleg. in causa Romana Casalis Tunicellæ coram Cantuccio, sub die 10. Martij 1578.*

Et licet huiusmodi beneplacitum hodie non ostendatur, quia fuit reseruatum in ipso instrumento, in quo Abbas, & Monaci susceperunt in se onus illud obtinendi à Sede Apostolica, & ad hunc effectum constituerunt
3 procuratores, satis præsumitur obtentum, præsertim stante obseruantia ipsius transactionis spatio triginta annorum, & vltra quo tempore sæpius decisum fuit præsumi beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum Ecclesiæ, *gloss. in cap. peruenit, vbi Ioan. de Imola de empt. & vend. Auchar. in cons. 136. Alex. consil. 12. num. 3. Felin. in cap. Albericus de testibus, num. 4. prope finem*, vbi dicit hoc procedere etiamsi beneplacitum non sit enunciatum, quod seruat Rota, *vt per Put. decis. 365. num. 4. & 7. lib. 2. & fuit resolutum in causa Romana Casalis Longhezza, 28. Iunij 1593. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano, & sæpissimè in alijs causis.*

Et tantò magis, quod ex lectura ipsius transactionis constat illa fuisse factam præsente Abbate, & Monachis, cum debitis tractatibus, & matura causæ cogni-
4 tione, & habita diligenti informatione per Monachos ad hunc effectum transmissos ad visitandum bona, de quibus agitur, vltra quod ista transactio fuit postea in capitulo generali approbata, & ratificata à toto Capitulo, adeout concurrenti dicto temporis spatio negari non possit, quin sit solemnis ex omni parte, *Alex. cons. 79. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 36. col. pen. in princ. Gozzad. cons. 83. n. 20. & seq. Rol. cons. 99. n. 27. lib. 2. cum alijs allegat.*

Hinc etiam sequitur, quod eo ipso, quod præsumitur
5 vtilis Ecclesiæ, & Monasterio quandiu contrarium non probetur, *Bald. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. Abb. cons. 41. sub num. 2. lib. 1. Alex. cons. 79. sub num. 6. circa finem, lib. 1. Dec. cons. 142. sub n. 1. Paris. cons. 34. sub numer. 5. lib. 4.*

Vltra quod satis visum fuit Domini constare de euidenti vtilitate Ecclesiæ ex eo, quo licet Bisutij non potuissent super istis bonis molestari ab Abbate, & Monachis, & cum permutatio facta de anno 1531. de istis bonis, quæ tunc temporis erant locata ad nouennium pro annuo affictu lib. 125. cum canone perpetuo lib. 139. libero, & exempto ab omnibus oneribus, absque
6 dubio esset vtilis Ecclesiæ, non adempta sexta parte, quæ solet diminui in locatione perpetua, *iuxt. authent. perpetua, & ibi Doctor. C. de sacrosanct. Eccles. Ias. cons. 54. num. 5. lib. 1.* & etiam quia in locatione simplici aderat pactum, quod Monachi tenerentur affictuarijs compensare omnia melioramenta per ipsos in dictis bonis facienda, nihilominus de anno 1551. reclamantibus Monachis, & iactantibus velle agere ad rescissionem permutationis Franciscus Bisutius transegit cum Monachis pro bonis, quæ locabantur ad tempus pro affictu lib. 125. & dedit Monasterio vltra præfatum canone lib. 130. duos alios annuos canones lib. 32. insimul cum primo ascenden. ad lib. 162. quod tendit in maximam, & euidentem vtilitatem Monasterij, & non obstante prætensa læsione primi contractus celebrati de anno 1531. deducta per informantes ex quadam locatione istorum bonorum Bossio de anno 1526. per lib. 250. quia illa locatio non habuit effectum, ex quo Bossius recusauit soluere dictum affictum; itaquod Mo-
7 nachi coacti fuerunt de anno 1531. scindere locationem, & bona præfata concedere pro annuo affictu lib. 130. Vltra quod non constat omnia illa bona comprehensa in instrumento anni 1526. fuisse consignata Bisutio.

## DECISIO XXVI.

### R.P.D. VBALDO.

Romana Euacuationis.

*Luna, 4. Decembris 1617.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi conductor renunciauit inquilinatui proper talem renunciationem factæ disdicta, & finita locatione tenetur rem conductam euacuare.*

2 *Sed à dicta locatione non censetur recessum vbi fuerunt solutæ pensiones, & adimpleta alia in dicta locatione contenta.*

3 *Suppositum cessat cessante præsupposito.*

4 *Non potest quis iuuari ex contractu impugnato. Id tamen non habet locum, vbi impugnatio non habuit effectum, vel aduersarius inpugnationem non acceptauit, vel vbi fuit cessatum ab impugnatione.*

5 *Vbi augetur pensio dicitur recessum à prima locatione, quod non habet locum si illud augumentum detur non*

titulo

*titulo pensionis sed aliò, illa autem dicitur tacito locatio. num.7.*

6 *Citans, seu agens vigore alicuius instrumenti dicitur illud approbare,*

8 *Vbi constat partes noluisse locare, nisi cum certis pactis non potest dici facta relocatio nisi cum eis.*

DOmini steterunt in vltimo loco decisis, videlicet 24. Maij præteriti, qua die fuit firmatum dandum esse mandatum de euacuando ad fauorem Hospitalis, & sic recedendum decisione, quæ contra Hospitale emanauerat die 26. Iunij 1615. placuit enim fundamentum vltimæ decisionis, quod siue Barattellus vtatur prima locatione, siue facta ad fauorem Vrsulæ die 5 Nouembris eiusdem anni vtraque est expressè relatiua ad conditiones, & pacta conuenta in locatione facta Antonio Picciono per Franciscum de Fortis, in qua expressis verbis legitur renunciatio inquilinatus, & proin-
1 dè ratione talis renunciationis Barattellus finita locatione, & facta disdicta tenetur euacuare; sed veritas est, quod ipse vigore prædictę locationis obtinuit possessionem Domus, de qua agitur, produxit Instrumentum dictæ locationis contra Hospitale obtulit cum intimatione Iudiciali facta Hospitali, & deposuit pensiones ad rationem, quantitatem, & terminos solutionum in prædicto locationis Instrumento conuentos, & sequuta est receptio ex parte Hospitalis, vt latiùs fuit deductum in decisione, de qua agitur,
2 in qua ex istis, & alijs fuit probatum non fuisse recessum à dicta prima locatione, neque ex parte Barattelli neque ex parte Hospitalis.

Neque obstant illa verba in instrumento locationis factæ Vrsulæ, 5. Nouembris 1596. qui recedentes, videlicet Ministri Hospitalis in primis à dictis locationibus, & præsertim à locatione facta Francisco, qui offerendo meliorem conditionem post sibi factam locationem, & soluendo alia scuta 350. ipsemet ab illa recessit, & cæt. quia fuit responsum illam assertio-
3 nem fuisse cum præsupposito recessus Barattelli, quo non verificato, vt patet ex cumulatis decision. cessat etiam recessus Hospitalis in eo fundatus, *ad textum in leg. Mancipia, & ibi glos. doctores de seruis fugitiu. Sard. cons. 150. num. 78. Seraph. decis. 829. numer. 6.*

Non obstant actus iudiciarij contra Vrsulam facti pro effectuatione secundæ locationis, & consequutione pensionum, necnon illarum solutio, & exactio, ex quibus videtur apparere, quod Hospitale impugnauerit locationem factam Barattello, & adhæserit illi factæ Columbo, & Vrsulæ, & sic non possit iuuari ex
4 prima locatione impugnata ex latè deductis in decisione 6. Ianuarij 1615. quia constat huiusmodi prætensam impugnationem nullum fuisse sortitam effectum contra ipsum Barattellum, qui ea non obstante semper inhabitauit domum, neque contra ipsum fuit per Hospitale, nec per Columbum deuentum ad vllum actum litis, & deducitur in decisione, de qua agitur, & in omnem euentum, nec docetur Barattellum vnquam acceptasse dictam assertam impugnationem, ideò cessat regula, *cap. ex eo de regul. iur. in 6. Ru.n. cons. 21. num. 6. lib. 1. & consil. 135. numer. 6. lib. 4. Gabriel. de regul. iur. conclus. 1. in fine;* immò fuit etiam cessatum à molestijs, & ab impugnatione ex parte Hospitalis, & pensiones restitutæ Laurentio *Gabriel. vbi supra num. 50.* nec abinde citra fuit actum ad obseruantiam secundæ locationis, immò vsque ad annum 1612. fuerunt receptæ pensiones à Barattello ad formam primæ locationis, vt in decisione, de qua agitur latè deducitur.

Neque obstat, quod Barattellus auxerit pensionem
5 offerendo scuta 350. vt dicitur in instrumento secundæ locationis, & sic fuerit recessum à prima, quia talis oblatio, vel solutio fuit expressè pro Eleemosyna, & non pro pensione, quam semper obtulit, & soluit ad rationem scutorum centum, immò post laudum latum inter ipsum, & coniuges citauit Hospitale ad recipiendam pensionem, iuxta formam primæ locationis, cuius etiam instrumentum in
6 actis produxit, & sic videtur illum approbasse, *Dec. cap. cum Venerabilis, num. 122. de exception. & consil. 558. num. 7. cum alys per Menochium de præsumptionibus, præsumptione 39. num. 8. & præsumptione 45. num. 1. lib. 2. Surd. consil. 5. num. 37. & consil. 28. num. 47.* & fuit dictum in *Dotis 6. Iuny 1611. coram me,* & alias sæpè.

Et dato non tamen concesso, quod stante augmento pensionis inducta fuisset noua locatio, illa non fuisset
7 nisi tacita ex consensu partium, & sic cum eisdem pactis, & conuentionibus, de quibus in vtraque locatione ex cumulatis per *Menoch. præs. 85. num. 19. & 20. lib. 3.* inter quas præcipua renunciatio iuris Inquilinatus, & hoc eo magis, quia ex instrumentis constat de mente officialium Hospitalis, qui numquam voluerunt locare, nisi cum pactis, de quibus in locatione facta Antonio, & ideo non potest dici inducta relocatio, nisi cum dictis pactis, vt per *Menoch.* loco citato; Maximè quia sicuti dicti Officiales non potuissent expressè conditionem Hospitalis deteriorem facere remittendo pactum renunciationis Inquilinatus, ita nec tacitè *l. cum quid vbi DD. ff. si cert. petat.*

Alia leuiora, quæ opponebantur contra decisionem visa sunt DD. tolli responsionibus datis per Informantes pro Hospitale, & ex decisione ipsa.

Ex quibus fuit conclusum standum esse in vltimo loco decisis.

---

## DECISIO XXVII.

## CORAM CARDINALI LANCELLOTTO.

### Volaterana Capellaniæ.

*Luna, 7. Maij 1607.*

### SVMMARIVM.

1 *Confessio quod Cappella est de iure patronatus appositæ in litteris impetrationis plenè probat contra impetrantem.*

2 *In Altare iam constructo potest fundari noua Cappellania.*

*Super Cappellania in abstracto constituta potest reseruari ius patronatus.*

3 *Confraternitates laicorum non sunt Ecclesiastica, sed laicales.*

4 *Ius patronatus relictum alicui Confraternitati dicitur laicale, etiam si sit sub nomine alicuius Sancti, etiam si Confraternitas adhæreat alicui Ecclesiæ, quando est erectum de bonis laicorum.*

5 *Beneficia iuris patronatus laicorum non comprehenduntur sub reseruationibus Apostolicis.*

*Quod procedit etiam in iurepatronatus mixto.*

6 *Vbi pro maiori parte ius patronatus est laicale dicitur in totum laicale.*

7 *Qualitas laicalis magis attenditur in iure patronatus, ne laici retrahantur à fundatione, & non sufficit derogatio tamquam de mixto, sed requiritur derogatio, tamquam de laicale.*

8 *Respectu iuris patronatus laicorum Papa non solet derogare nisi pro medietate,*

Pro

PRo resolutione dubij, an intraret arbitrium DD. firmarunt aliquas conclusiones, quarum vna est, quod Cappellæ, de qua agitur ad altare SS. Gregorij & Finæ in Collegiata Ecclesia Sancti Geminiani est de iure patronatus, idque probatur tunc ex confessione Simonis, qui in sua gratia Cappellam præfatam de iure Patronatus laicorum, & clericorum mixtim existere,
1 & eius derogationem in totum obtinuit, quæ confessio plenè contra ipsum probat *l. cum pracum, C. de liber. caus.* tum ex ipso instrumento publico dotationis ex quo apparet, quod Bartholucius q. Galgani anno 1374 fundauit, & dotauit vnam Cappellaniam, pro vno Cappellano, qui deseruiat altari Sancti Gregorij, & B. Finæ iam constructo, per quam fundationem, & dotationem fuit acquisitus ius patronatus, quia in altari iam constructo potest fundari noua Cappellania pro vno Cappellano, & super ista Cappellania, ita in abstracto constituta potest reseruari ius patronatus, *Rocc. de Curt. de iure patronatus, in verbo, & dotauit, quæst. 1. Lambert. eodem tit. lib. 1. par. 1. quæst. 6. artic. 1. num. 3. vers. tu circa dicta, Abb.* & fuit resolutum in causa *Lucana Mainsculatus, 24. Nouembris 1589. coram D. de Rubeis,*

Secunda fuit conclusio, quod cum ius patronatus fuerit relictum pro vna voce Capitulo Canonicorum Plebis Sancti Geminiani, & pro alia voce prioribus Fraternitatis B.M. plebis, & pro alia voce prioribus Societatis Sanctæ Crucis dictæ Plebis cum consiliarijs eorum, & pro alia voce ad Dream Louij de Sancto Geminiano, & post mortem Dreæ ad Rectores Hospitalis B. Finæ dictæ Terræ, & sic ex quatuor vocibus tres fuerint relictæ Confraternitatibus ius patronatus erit saltem pro illis partibus laicale, quia cum istæ Con-
3 fraternitates non sint Ecclesiasticæ, sed laicales, *Bald. in l. si quis ad declarandum, §. in omnibus, num. 10. C. de Episcop. & Cleric. Abb. consil. 31. num. 2. lib. 1. Innoc. in cap. officij, num. 20. & seq. de testament. Alexand. in rubr. de nou. oper. nunc. num. 25. Hier. Gabr. consil. 162. libr. 1. Anton. Gabriel. de pia caus. conclus. prima.* Ius patrona-
4 tus dicitur Laicale, etiam quod sub nomine alicuius Sancti, etiam si Confraternitas adhæreat alicui Ecclesiæ, quando prout hoc beneficium fuit fundatum de bonis laicorum. *Feliu. in tract. quando lit. Apost. uoc. in 4. limitat. Roce. de iur. patr. in vers. ius 3. 7. 9. Lamberteng. eodem tract. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 10. num. 1. & 3. in versic. subdit postmodum,* & fuit resolutum in causa *Pistorien. Cappedæ, 4. Maij, & 24. Iunij 1569. coram Sarmiento, & in causa Valentina Beneficij, 6. Octobris 1576. coram Oriolen.*

Quod autem dicitur vocem Confraternitatis B. Mariæ transiuisse in Monasterium Monialium, quod præsentauit Federicum, & sic fuisse effectum Ecclesiasticum, nihil efficit, quia non constat de hac translatione, nec probatur, quod per erectionem Monasterij in loco Confraternitatis fuerit extincta dictas Confraternitas, imò ex præsentatione facta de hac Cappellania, & ex alijs præsentationibus ab eadem Confraternitate factis patet ius patronatus adhuc remanere penes ipsam Confraternitatem.

Tertia conclusio fuit, quod stante iure patronatus non est agendum de reseruatione istius Cappellaniæ, cum beneficia iuris patronatus laicorum non compre-
5 hendantur sub reseruationibus, *Lapsus alleg. 84. num. 6. & alleg. 96. Gemin. in cap. 2. num. 21. & Franc. num. 8. de præben. lib. 6.* & fuit sæpissimè decisum in Rota, quod procedit etiam in iure patronatus mixto, quia qualitas laicalis facit illum cadere sub reseruatione Collecta, *in cap. ex tenore, numer. 4. de concess. præben. Mandos. super regul. 1. quæst. 10. num. 8. Crescent. decis. 156. Achill. 3. de iurepatronat. Put. decis. 137. libr. 3. Caputaquen. decis. 80. lib. primo in manuscript.* & fuit resolutum in causa *Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, & in causa Gerunden. Beneficij, 15. Decembris 1599. coram Seraphino.*

Quarta fuit conclusio, quod cum Simon narrauerit in sua prouisione Cappellaniam esse de iurepatronatus mixto talis derogatio non potest suffragari, quia ex
6 quatuor vocibus tres sunt laicales, & ideo ratione maioris partis vocum dicitur laicale, *iuxta. decis. Crescent. 3.* de iurepatronatus maximè, ad effectum euitandæ derogationis, quo casu attenditur potius qualitas, quæ magis faciet Ecclesiæ, scilicet ne laicus retra-
7 hatur à fundatione, & sic qualitas laicalis, vt fuit resolutum in causa *Firmana Beneficij, 12. Octobris 1594. coram Illustrissimo Mantica;* itaut non sufficiat derogatio tamquam de mixto, sed requiratur derogatio, tamquam de laicali, vt in dicta causa *Firmana, & in dicta decis. Crescent. 3. de iurepatr.* cum imò respectu iu-
8 ripatronatus laicorum Papa non soleat derogare, nisi pro medietate, *Cassador. decis. quarta num. 10. de præbend. Achill. decis. tertia, num. 2. de iurepatron.* & si diceremus, quod derogando iuripatronatus mixto tolleret tres partes laicales, ex quatuor sequeretur, quod derogaret plus quam pro medietate, & sic contra stylum, & consuetudinem.

Ex his fuit resolutum intrare arbitrium ad effectum retardandi exequutionem litterarum Apostolicarum, cum cesset reseruatio, in qua sunt fundatæ, cum derogatio iurispatronatus non suffragetur, vt dictum est.

---

## DECISIO XXVIII.

### R.P.D. ANDREA.

Romana Domorum.

*Mercurij 21. Maij 1614.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi res emphyteotica transit ad manum mortuam Dominus directus potest cogere successorem ad vendendum infra annum, vt reincidat in manus priuatorum, & ipsa non priuetur laudemio.*

2 *Et ad hunc effectum non fit differentia inter Ecclesiam, locum Pium, & aliam Vniuersitatem saecularem, cum eadem ratio militet in præfatis, quæ in quolibet Collegio laicali cum nunquam moriatur.*

3 *Idque habet etiam locum in Ciuitate, & alio quocumque corpore Ecclesiastico vel seculari.*

4 *Archiconfraternitas Sanctiss. Trinit. est Collegium merè laicale, quod vendit res suas, absque aliqua solemnitate in rebus Ecclesiasticis, & locis pijs seruari solita.*

5 *Manus mortua, quare dicatur locus pius, vel Ecclesia, aut Collegium.*

6 *Licet res fuerit concessa primo alicui loco pio, si postea fuit concessa persona priuata attenditur hæc vltima concessio ad effectum videndi, cuius natura sit ista emphyteusis.*

7 *Consensus datus per proprietarium loco pio, vel Ecclesia, vt in eam transeant bona emphyteotica ad effectum vendendi alijs non operatur, vt dicta Ecclesia, vel locus pius possit illa retinere pro se.*

*Consensus limitatus, limitatum producit effectum, & non extenditur vltra quam ex eo inferatur.*

8 *Alligare inconueniens non est soluere.*

*Archiconfraternitates, seu Ecclesia, & loca pia possunt obtinere à Papa licentiam retinendi bona emphyteotica, non obstante, quod dicantur manus mortua.*

DOmini resoluerunt, sententiam Reuerendi Patris
Domini Cellesij esse confirmandam. Ratio resolu-
tionis fuit, quia quando res emphyteutica transit ad
1 manum mortuam, tunc Ecclesia Domina directa po-
test cogere successorem ad vendendum infra annum, vt
reincidat in manus priuatorum, & subijciatur solito ho-
minum commercio, ne Ecclesia domina directa frau-
detur iure suo, dum manus mortua non perit, nec ha-
bet defectum lineæ, & sic priuetur Laudemio, & res ita
de facili non possit ad eam reuerti, *authen. de alienat.
& emphyt. in princ. §. si vero contigerit, Specul. sic decla-
rans in titul. de emphyt. §. nunc aliqua num. 142. & se-
quent.* vbi ait ita seruari de consuetudine, *Ias. in l. final.
num. 91. versic. dicit etiam, & num. 95. & seq. C. de iur.
emphyt. Henric. Boich. in cap. potuit, num. 16. de locat.
Clar. in §. emphyteusis, quæst. 33. in fin. Gugl. de Bened. in
repet. cap. Rainutius in verbo, & vxorem nomine Ade-
lasiam, num. 5. de testam. Pirrhus ad consuetud. Aurel.
tit. de laudemio, §. 14. cum alijs allegat. per Petr. Pec. de
amortizat. bonorum cap. 34. num. 1. Cald. de renouat.
Emphyt. lib. primo, quæst. 19. num. 18. Iacob. Camer. var.
resol. cap. 19. num. 50.*

Neque ad hunc effectum visa fuit subsistens differen-
tia inter Ecclesiam, & locum pium, ac aliam vniuersi-
2 tatem sæcularem, in quo valde insistebant Informan-
tes pro Archiconfraternitate, quia eadem ratio non
deficientis lineæ militat in vniuersitate, & alio quo-
cumque collegio laicali, ex quo nunquam moritur, &
idem permanet, etiam si omnes personæ, ex quibus
constat rebus humanis eximantur, & mutentur, *l. pro-
ponebatur, ff. de iudic. l. sicut, §. in decurionibus, ff. quod
cuiusque vniuers. nom. l. si grege, ff. de legat. 1. l. inter sti-
pulantem, §. sacram. ff. de verborum obligat.* per quam
3 rationem, ita in Ciuitate respondit *Ancharan. consil.
vlt. num. 3. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. ampliat. 12.
nu. 6.* & per eandem rationem, quod ad illum effectum
manus mortua dicatur Ecclesia, Ciuitas, Collegium,
siue aliud quodcumque corpus Ecclesiasticum, vt sæ-
culare, tenuit *Petr. Pec. in dicto tract. de amortizat.
cap. secundo, Camill. Borell. in addit. ad Bellug. in Specul.
Princ. rubr. 14. §. veniamus, littera A. verbo mortuam,
Calder. vbi supra, num. 19.*

Licet enim dicta Archiconfraternitas Sanctissimæ
4 Trinitatis asserat se non esse Ecclesiam, neque locum
pium, sed Collegium merè laicale, quod vendit res suas
absque alia solemnitate in rebus Ecclesiasticis, & locis
pijs seruari solita, ex traditis per *Gabriel. de pia causa
conclus. prima, numer. 17. & 12. Salaz. de vsu, & con-
suetud. cap. octauo, numer. 24. versic. secundo infertur,*
cum alijs allegatis; attamen effugere non potest illam
rationem, quod in ea quemadmodum in Ecclesia,
& loco pio linea, aut nunquam, aut certè raro solet
deficere, & ideo inter alias interpretationes dicitur
manus mortua, quod sicut morientis hominis manus,
5 id quod comprehendit firmissimè tenet, neque facile
remittit, sic etiam quidquid Vniuersitas, seu corpus
huiusmodi semel acquirit, & in potestatem suam, quasi
in manum accipit tenaciter retinet, & non nisi cum
magna difficultate in commune hominum commer-
cium post deinde remittit, vt declarat *Rebuff. de ord.
reg. tom. 1. de liter. oblig. artic. 5. gloss. 5. Petr. Pec. dicto
cap. 2. vers. mihi quidem, & c. seq.*

Non obstat, quod alias Capitulum concesserit do-
mos illas Societati Sancti Antonij de Padua, & quod
propterea remanserint alienabiles, quia placuit respon-
sio, quod non potest ex hoc inferri, vt hodie debeant
permanere penes Archiconfraternitatem, cum post
dictam concessionem facta Societati, quæ ob aliena-
tionem sequutam irrequisito Domino ceciderat in
commissum, postea emanuerit alia concessio facta pri-
6 uatis personis à quibus Archiconfraternitas habet cau-
sam, quæ propterea attendi debet, & non quod antea
factum fuit. Vbi enim adest noua inuestitura extraneis
personis facta, vel ex mera liberalitate Domini directi,
cui deuoluta erat bona, tunc nulla habetur ratio quali-
tatum expressarum in antiquis inuestituris, sed solum
in noua concessione, à qua sequentes regulantur, *Ruin.
consil. 15. num. 11. lib. 1. Menoch. consil. 593. num. 6. & 7.
Surd. consil. 440. ex numer. 48.* vbi multa ad saturitatem
congerit, & in illis terminis fuit consideratum *in Fer-
rarien. Bonorum, 29. Martij 1604. coram Illustrissimo
Lancellotto.*

Neque releuat easdem domos fuisse de consensu Ca-
pituli venditas ad vitam, quia hoc retorquetur contra
Societatum, quæ cum dictas domos rehabuerit illas re-
tinere non potest, & ideo cogi debet alijs personis re-
7 firmare. Consensus enim fuit ad effectum vendendi, &
sic non debet extendi ad facultatem retinendi, quia
consensus limitatus, limitatum producit effectum, *l. iu-
bemus & ibi DD. C. ad Velleian. Paris. consil. 19. num. 49.
lib. 3. Verall. decis. 215. num. 5. par. 1.* & non extenditur
vltra quam ex illo infertur, *Put. decis. 188. numer. 3.
lib. 2.*

Allegatum inconueniens, quod tolleretur commer-
cium inter Confraternitates, & Ecclesias, si cogeretur
dicta Archiconfraternitas nunc vendere, vltra quod
non applicatur ad ipsam, quæ se facit laicalem, & vl-
8 tra, quod allegare inconueniens, nõn est soluere argu-
mentum cessat ex eo, quia potest obtinere licentiam
Papæ, & maior pars Confraternitatum habet priuile-
gium retinendi bona emphyteutica, quæ dicitur amor-
tizatio, & prohibitionis retinendi, veluti solutio, & la-
xamentum, vt post alios tradit *Petr. Pec. in dicto tract.
de amortizat. bonorum, cap. 1. & 4.*

Et ita conclusum.

---

## DECISIO XXIX.

## CORAM CARDINALI MAQVEMONTIO.

Bononien. Census.

*Lunæ 17. Martij 1608.*

### SVMMARIVM.

1 *Contractus factus per minores contra formam à statuto traditam, est nullus, & non debet haberi in consideratione.*

2 *Statutum ligat suos subditos, etiam extra suum forum, vbi procedit vlterius tollendo fidem, etiam scripturis, & instrumentis aliter factis, etiam extra territorium.*

*Et iuramentum attendi non debet, vbi illud tollitur, & annullatur ab eodem statuto, præsertim si statutum sit confirmatum auctoritate Apostolica.*

3 *Vbi per statutum tollitur fides contractui, ex eo non probatur iuramentum.*

4 *Proemium declarat mentem statuentium.*

5 *Statutum Vrbis comprehendit minorem forensem contrahentem in Vrbe cum statutum dicatur respicere solemnitatem, seu formam, sub qua minor contrahere debet.*

6 *In respicientibus formam contractus, & solemnitatem forenses ligantur statutis loci, in quo contrahunt.*

7 *Communitas fungitur vice, & priuilegio pupilli.*

8 *Vbi*

8 *Vbi minor contrahit cum alio minore potior est causa eius, qui in contractu læsus est, aut damnum sensit.*

9 *Patria potestas finitur, vbi pater patetur maximam capitis diminutionem.*

*Pater non potest ad sui proprium commodum auctorizare personam filij.*

10 *Filius potest sine solemnitate statuti contrahere cum patre, & illi donare.*

*Dic procedere ob præsumptione, quam habet pater capiendi pro filio bonum consilium; secus autem vbi apparet de damno filij.*

11 *Consensus præstitus à patre contractum filij censetur præstitus ad illum validandum.*

*Idem est, quod duo insimul alienent, vel vnus consentiat alienationis factæ ab alio.*

12 *Filius fibetubens pro patre excarcerando non restituitur.*

13 *Filius non cogitur præcisè ad liberandum patrem carceratum, sed solum sub comminatione exheredationis.*

*Et habet locum, quando filius est maior annis decem & octo,*

14 *In contractu facto à minore requiritur solemnitas, ac causa expressa, & plenè cognita, & vnum sine alio non sufficit, nec vnum ab alio suppletur, & vno deficiente contractus in totum corruit.*

*Et etiam in liberatione patris solemnitas statuti est seruanda.*

15 *In alienatione bonorum Ecclesiæ vltra causam alienandi requiritur solemnitas.*

*Idque procedit etiam in rebus minorum.*

16 *Statutum de contractibus sine certa solemnitate non valituris suppletur ab alio statuto de alienationibus bonorum minorum.*

*Dictum statutum habet locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest,*

17 *Statutum de alienatione rerum minorum præter solemnitatem, & causam alienandi, requirit etiam euidentem vtilitatem minoris,*

18 *Propter iuramentum de non veniendo contra contenta in contractu excluditur, quis à remedio sibi competenti contra talem contractum, si non fuisset iuratus, quod tamen non procedit, quando interuenit enormissima læsio.*

19 *Enormissima læsio dicitur adesse, vbi non adest spes se reualendi,*

CVm Theodorus ciuis Bononien. ob dilapidationem Regiminis Bononien. detineretur in carceribus Vrbis, fuit de anno 1600. inter ipsum, & dictum Regimen inita concordia, in qua Theodorus, cum promissione solutionis residui debiti, si vnquam ad pinguiorem fortunam rediret, cessit prædicto Regimini quendam annum censum librarum 320. qui erat pars dotis Isabellæ præd efunctæ ipsius vxoris, illique cessioni Annibal filius Theodori, & Isabellæ, tunc impubes pubertati proximus præstitit consensum cum iuramento, & cum auctoritate curatoris, ad id specialiter sibi deputati, & cum decreto Iudicis, renunciauitque priuilegio minoris ætatis, atque promisit contentis in illo contractu nunquam contrauenire. Elapsis postea aliquot annis, cum idem Annibal, vti filius, & hæres Isabellæ petijsset fructus census ab Alexandro antiquo illius debitore, qui iam illum extinxerat mediante solutione librarum quatuor mille facta Regimini cessionario, fuit inter dictum Alexandrum, & Cameram Bononiæ ex vna parte, & Annibalem ex altera introducta lis in partibus. Vnde causa auocata, & mihi commissa, dubitaui an prædicta cessio, & extinctio census obstet Annibali, & dubio vtraque parte informante proposito, Rota respondit negatiuè.

Et mota est potissimum ex omissione formæ, seu solemnitatis statutariæ, quæ in ista alienatione rei ad minorem spectante requirebatur, siue consideremus locum census alienati, & originis, ac domicilij Annibalis, siue locum celebrati contractus. Statutum enim Bononiæ sub titulo de contractibus cum minoribus, & filijsfamilias faciendis expresſè prohibet suis subditis, etiam extra ciuitatem, & districtum Bononiensem contrahere, nisi sub quadam forma, quæ hic seruata
1 non fuit; ideoque clarum est, quod iuxta terminos illius statuti cessio Annibalis non est habenda in consideratione, & licet dubitari soleat, an statutaria dispositio liget suos subditos extra suum forum, tamen illa dubitatio tollitur, ex quo statutum Bononiæ procedit vlterius tollendo fidem scripturis, & instrumentis aliter
2 confectis, etiam extra territorium, ad latè tradita per *Tiraquell. de leg. connub. gloss. 8. n. 219. & Rota in causa Bononien. Terrarum, 29. Maij 1579. coram Cantuccio, quæ est decisio 104. par. 1. diuers.* dixit dictum statutum esse indubitanter obseruandum.

Quo stante non est facienda vis in iuramento Annibalis, quia illud annullatur à dicto statuto auctoritate Apostolica confirmato. Et si fides dempta est contractui, itaut contractus non probetur, nec etiam probatur iuramentum contentum in contractu, *Bart. in l. omnes Populi num. 25. de instit. & iur.* & fuit consideratum in dicta decisione coram Cantuccio, & in similibus terminis in statuto Vrbis de præscriptione sexdecim annorum apud *Mohed. decis. 16. de præscripc. & Put. decis. 116. lib. 10.*

Quod si dictum Bononiæ statutum non vendicat sibi locum in ista causa, quoniam disponere videtur, quando adest suspicio, qui in isto casu omnino cessauit, videlicet, quod minor se contulerit extra districtum, vt
4 fraudem faceret statuto; sicuti colligitur ex proemio, quod declarat mentem Statuentium, *Bart. in l. fin. de hæred. instit. Oldrad. cons. 103. num. 1. ibique adden. Roman. cons. 436. nu. 10.* & ex quo alias minor Bononien. vix contrahere posſit alibi, quam in districtu Bononien. quicquid sit de ista consideratione, quam DD. non firmarunt, non tamen propterea obstabit Annibali cessio, quia succedit ad eius fauorem statutum Vrbis, lib. 1. cap. 113. quod in alienationibus faciendis rerum ad minores spectantium, dat certam formam, quæ cum in cessione census non fuerit seruata præsertim in deputatione duorum Curatorum, ideò fit locus verbis, & dispositioni dicti statuti, quod talis alienatio nulla, & inualida censeatur.

Et quidem non est dubium, quin dictum statutum comprehendat minorem forensem contrahentem in
5 Vrbe cum respiciat solemnitatem, seu formam, sub qua minor debet contrahere, non autem illius personam inhabilitet, *iuxt. doctrinam Bart. in l. prima, numer. 13. & 14. Cod. de summ. Trinitat. & fide Catholic.* quam omnes sequuntur, vt dixit ibi *Iason.* & de communi testatur *Purpurat. ibidem numer. 98.* & quam plurimos refert *Lamberteng. de contractib. mulier. gloss. secunda,*
6 *numer. 26. & sequentib.* Et est regula generalis, quod in respicientibus formam contractus, & solemnitatem, forenses ligantur statutis loci, in quo contrahunt *Gabriel. de consuet. conclus. secunda, numer. quarto, Surd. consil. 257. numer. 1. & 3. Caputaq. decision. 206. & 215. par. 3. Cæsar. de Grass. decis. 2. numer. 16. de donat.*

Non obstat, quod iste minor contraxerit cum
7 Communitate Bononiæ, quæ fungitur vice, & priuilegio Pupilli, *l. nihil. ff. ad municipal. l. res publica, Cod. ex quibus caus. maior. l. rem publicam, Cod. de iure rei public. libr. 10. Bartol. in l. nulli. numer. 4. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Corn. consil. 189. numer. 4. libr. tertio.*

Quia etiam si dictus minor ad alterius minoris fauorem obligasset se, & ius remisisset suum, haberet, nihilominus locum statui dispositio, quandoquidem inter duos priuilegiatos contrahentes potior est causa eius,
8 qui in contractu inutili inito læsus est, aut damnum sensit *arg.cap.auditis de restit.in integr.l.fin.ff.ex quibus caus. maior. l.t. C.si aduers.fiscum*, & ad hoc plures cumulat *Lamberteng.in dicto tract. de contract. mulier. in fine,n.125.& seqq.*

Non obstat quod propter præsentiam patris, non fuerit necessaria deputatio alterius curatoris, quia omisso, quod dicitur, Theodorum passum fuisse ma-
9 ximam capitis diminutionem, per quam finita fuerat patria potestas, §. *cum autem* 15. *instit.quib.mod.ius patr. potest.solu.* Adhuc non potuit ad sui proprium commodum auctorizare filij personam, vt in his terminis esse veram opinionem, respondit *Bald. consil. 213. in princip. libr.2.* tradit *Iason. consil.69. in secundo dub. libro primo* vbi ait hanc opinionem esse tenendam, & sequendam in iudicando, *Parif.consil.97. numer.21.& seq.libr.3.* latè *Tiraq.de leg.connub.glos.8. num.115.& Afca. Clemen.de patr. potest. cap.6.effect. 10.num.6.*

Nec obstat, quod stante statuto, vt minor sine cer-
10 ta solemnitate contrahere non possit, filius tamen sine dicta solemnitate possit contrahere cum patre, illique donare, vt ex magis communi opinione dixit *Gabr.conclus.secunda de statut.n.1.& 5.*

Nam quidquid sit de veritate illius opinionis, sufficit, quod ad præsentem inspectionem, quod illa fundata est in præsumptione, quod pater capiat pro filio bonum consilium; ideoque non procedit, quando damnum filij est euidens, vt hic idem *Gabr.d.concl.12.n.7. post Bart.Iaf.& Dec.quos allegat.*

Deinde Annibal non donauit censum Theodoro suo patri, sed potiùs alienauit dictum censum ad fauorem
11 Regiminis, qui consensus non præsumitur ad donandum, sed ad validandum contractum, *Bald. in leg. mater tua, num.10. de rei vendicat.* & idem est, quod duo simul alienent, vel quod vni alienati alter consentiat, *Surd. post Baldum, & alios allegat. consil.15. numer.20.libr. primo, Dec.consil.121. numer.2. Alciat. consil.238. numer.4. Tiraquel. de legib. connub. gloss.7. num.23.*

Non obstat, quod causa istius cessionis, seu consensus fuerit Annibali necessaria *propter text. in authen. si captiui, C.de Episcopis, & Clericis*, sicut in simili fi-
12 lius fideiubens pro patre excarcerando, non restituitur, *Salyc.in l.prima, num.4. C. de fil. fam.min.Ibique Alexan. Castren. & alij, & dixit Rota in causa Bononien.Pecuniaria,9.Iunij 1603.coram R.P.D.meo Ludouisio.* Nam fuit responsum, Primum, quod *tex.in dicta authent.*non compellit præcisè filium ad liberandum
13 patrem, sed solum sub comminatione exhæredationis, & sic loquitur *decis.63.par.2.diuersorum.* Ex prædictis autem patet non fuisse, cur Annibal extimesceret de paterna exhæredatione.

Secundò, quod iste textus loquitur in maiori annis 18. sicut colligitur ex illius lectura, & notauit ibi *Bartolus in tertio notab.* nec est recurrendum ad ius commune, dum versamur in terminis Statuti, quod quidem vltra euidentem vtilitatem minoris alia duo requirit solemnitatem, videlicet, & causam expressam,
14 ac plenè cognitam, itaut vno deficiente alterum corruat, quia vnum altero non suppleatur, *l. ad Testamentum, §.primo, l.cum his, §. si prætor de petit.hæreditat. l. non enim de adopt.* Vnde admisso, quod pietas erga patrem deseruat, pro legitima causa alienandæ rei ad minorem spectantis, deficeret tamen alterum Statuti requisitum, videlicet solemnitas, & istæ defectus vitiaret contractum, *l.testamentum, C.de testament.ibique Baldus l.qui Roma, §. Flauius Hermes, ff de verborum obligatione*, & in his terminis liberationis patris, quod solemnitas Statuti sit indistinctè seruanda, dixit *Baldus in præallegato consilio 213.* sicuti
15 etiam de iure communi præter causam alienandi requiritur solemnitas in alienatione bonorum Ecclesiæ, *capit.primo.de rebus Ecclesiæ non alien.* Idemque est in rebus minoris, *Afflictus decis.249. Butrius.decis. 205.libro 3.& notat.in titulo, C. de præd. & alijs rebus minor. non alien.* Hinc patet responsio ad decisionem in causa Bononien.Pecuniaria, quia ibi fuerant seruatæ solemnitates Statuti, & nihilominus Rota postea censuit illum minorem fore adiudicandum super enormissima læsione.

Non obstat, quod dictum Statutum in *capit. 113.* non disponit in casu iurato. Nam vltra quod dici potest, iuramentum esse sublatum per aliud Statutum
16 *cap.151, eodem libro*, & dari istorum Statutorum concursum, vt in hoc vnum ab altero suppleatur, quod Rota non abnuit *in causa Romana Fideicommissi. d. l. Cruce, Luna 3. Decembris proximè præteriti coram Reuerendo Patre Domino meo Sacrato*, & potest habere magnam rationem, cum sæpius fuerit resolutum illud Statutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest, vt copiosè deducitur in decisione *Romana Releuationis indemnitatis, 22. Martij 1602. coram Reuerendo Patre Domino meo Ortembergo, & in Romana Argentorum, 27. Iunij 1607. coram Reuerendo Patre Domino meo Ludouisio.*

Fuit præterea responsum, quod Statutum, vt prædi-
17 ctum est præter solemnitatem, & causam alienandi requirit etiam euidentem vtilitatem minoris, quæ nedum hic non probatur, quin potius constat de læsione illius enormissima, illa autem conclusio, quod propter Iuramentum de non veniendo contra contenta in contractu excludatur quis à remedio sibi competente
18 contra talem contractum, si non fuisset iuratus, quam dicunt communem, *Conarrn.in capit. quamuis pactum, 3.par.§.4.numer.4.in principio,& Pinell.in repeten.l.2. C.de rescind.vendit.§.3.cap.1.num.1.& seqq.* non procedit quando interuenit enormissima læsio, *Cassador. decis.vnica de empt. & vendit. Conarrn. alios allegans dicto §.4.num.5.lib.2.var cap.4. num.5. & communem dicit Molin.de primogen. Hispan. lib.2. cap.3. num.18. optimè Corn.consil. 288.num.16.lib.3.* hic autem fuit enormissime læsus Annibal; quia nulla aderat spes reualendi se ab ista cessione, quæ ratio fuit considerata in dicta Romana Argentorum coram Reuerendo Patre Domino Ludouisio, Atque ista non spes, vltra quod ab euentu fuit confirmata, apparebat etiam in limine contractus, quia in illo pinguior fortuna, si quæ vnquam contigisset Theodorus erat præoccupatus, & obligatus Regimini Bononiæ, vnde nec obstat vtilitas considerata, ex quo pro libris vigintiquinque millibus solutæ fuerint solummodo libræ quatuor mille, quia nec id procedit absolutè, & respicit solum patris vtilitatem, non autem minoris. Atque ex his Domini censuerunt cessionem non obstare Annibali, dixerunt tamen, quod Agentes pro Camera Bononiæ iterum audiantur, si voluerint, quia materia est larga, & exemplaris.

DECI-

# DECISIO XXX.

## CORAM CARDINALI LANCELLOTTO.

Spoletana Census.

*Lunæ 18. Iunij 1601.*

### SVMMARIVM.

1 *Agens pro repetitione indebiti soluti debet probare solutum fuisse indebitum.*

2 *Instrumentum factum cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus in contractibus mulierum requisitis præsumitur verum.*

*Et propter tale decretum excluditur omnis præsumptio fraudis, & deceptionis.*

*Præsertim si veritas illius sit adminiculata.*

3 *Census etiam sine scriptura probari potest prout emptio, & venditio.*

4 *Census præsumitur validus, & legitimus, & fuisse in eo seruatas omnes solemnitas à Bulla Pij Quinti requisitas.*

5 *Simulatio non præsumitur, vbi non probatur causa simulandi, vel non concurrunt coniectura ad præsumendam simulationem.*

6 *Vbi sit census ad fauorem alicuius, & debitor promittit fideiussorem indemnem alienare census, non præsumitur simulatus.*

7 *Quietantie solent remanere panes debitorem.*

FVit dictum reuocandas esse sententias, per quas Romulus filius, & hæres Ioannis Francisci Rainutij condemnatut ad restituendum filiabus, & hæredibus Michaelutij Stabulum, & alia per dictas mulieres eidem Romulo data in extinctionem census scutorum 800. à Michaelutio venditi Ioanni Francisco, tùm quia sententiæ fundant se in eo, quod census re vera non fuerit impositus, & sic mulieres fuerint deceptæ, tùm quia cum dictæ filiæ egerint pro repetitione indebiti soluti debuissent probare negatiuam, quod fuerit solutum
1 indebitum, *Alexander num. primo, libro primo*, quæ tamen non fuerint probata, immò constat de contrario ex instrumento dationis in solutum à dictis mulieribus facto cum decreto Iudicis interuentu consanguineorum, & aliarum solennitatem requisitarum, in
2 quo explicitè narratur existentia census, cui instrumento est standum; cum præsumatur verum, & excludatur omnis suspicio fraudis, & deceptionis, vt hic deducunt informantes, maximè quia huiusmodi instrumentum coadiuuatur ex confessione ipsius Michaelutij in testamento, in quo fatetur se debitorem Rainutij in scutis 800. prout est quantitas istius census. Item ex reuelationibus trium personarum dicentium audiuisse ab hæredibus Michaelutij, quod aderat quidam census.

Nec facit, quod non constet de instrumento impo-
3 sitionis census, quia non ideo excluduntur aliæ probationes per confessionem partis, cum census etiam sine scriptura probari possit, sicuti emptio, & venditio, vt fuit resolutum in causa *Anconitana Census, 28. Aprilis 1597. coram bonæ memoriæ Reuerendo Patre Domino meo Seraphino.*

Sicut neque obstat, quod ex dicto instrumento non appareat censum fuisse impositum seruatis requisitis Bullæ felicis recordationis Pij Quinti, quia eo ipso,
4 quod pro illius extinctione datum est stabulum talis census præsumitur validus, & legitimus.

Quod dictum instrumentum fuerit simulatum Domini non placuit, cum neque sit probata causa simulandi, nec adsint coniecturæ sufficientes, nam si Fiscus habebat prætensionem per huiusmodi translationem, non sequebatur liberatio, itavt non potuisset amplius agere, nisi fuisset probata veritas census procedentis.

Vltra quon nec fuisset facta obligatio pro releuatione,
6 quæ non compatitur cum simulatione, nec fuisset permissum, quod per tantum tempus fuerint exactæ pensiones.

Præterea non probatur, quod Ioannes Franciscus in
7 vita non exegerit fructus, cum quietantiæ remanserint penes mulieres, &c.

---

# DECISIO XXXI.

## R.P.D. GYPTIO.

Beneuentana Territorij.

*27. Nouembris 1585.*

### SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à matre ad fauorem filij causa contrahendi matrimonium valet.*

2 *Decretum Iudicis in contractu facit cessare omnem suspicionem fraudis.*

*Allegans simulationem modum, & speciem simulationis adducere debat.*

3 *Simulatio potest probari etiam per coniecturas.*

*Coniecturæ autem debent esse legis non hominis.*

4 *Causa simulationis debet probari adfuisse de tempore contractus.*

5 *Simulatio non probatur ex eo solo, quod donans remansit post donationem in possessione rei donatæ.*

6 *Donatio præsumitur fraudolenta si propter delictum, vel æs alienum, tunc temporis existens facta fuisset.*

7 *Ex impositione census super re donata post factam donationem cum consensu donatarij præsumitur simulatio.*

*Imo non præsumitur simulatio cum alias non fuisset necessarius consensus donatarij.*

DOnationem non esse simulatam, aut fraudolentam, resolutum fuit, tum quia causa contrahen-
1 di matrimonium filio à matre facta existit, quæ causa est a iure permissa, ad tradita per *Battol. & Doctores in l. frater de cond. indebit. Dec. cons. 239. Guid. Pap. quæst. 145. cum alijs congestis per Modern. Eugub. cons. 31. num. 161. lib. 1.* tum etiam quia decretum Iudicis
2 in ea interuenisse legitur, ex quo cessat omnis suspicio fraudis, *Imol cons. 98. num. 9. Dec. consil. 403. num. 7. in med. Gabr. de sen. conclus. 5. num. 9.* Et quis dicit donationem simulatam, modum, & speciem simulationis adducere debet, & probare, *Bart. in l. post contractum, ff. de donat. & consil. 65. lib. 1. Bald. in l. ab Anastasio, numer. 6. C. mandat. Alex. cons. 3. in princ. l. 3. numer. 8.*
3 *Rot. decis. prima de donat. in nouis. Dec. cons. 411. numer. 8.* Et licet simulatio per coniecturas possit probari, *Alexand. cons. 197. numer. 7. lib. 7. Ias. in l. cum ea, qua, num. 4. de transact. Dec. consil. 659. numer. 1. Tiraquel. de vtroque retract. §. 1. glos. 14. num. 56.* nihilominus coniecturæ, & præsumptiones legis non hominis esse debent, *Bald. cons. 464. num. 4. Aym. cons. 147. num. 2.*

Coniecturæ igitur, quæ pro donationis simulatione in medium afferebantur, Domini non placuerunt, quia
4 causa simulationis de tempore donationis non probatur, prout requiri voluit *Bart. in dicta l. post contra-*

ctum,& d.conif.65. & hac ratione attenta procuIdubio
dictæ coniecturæ tanquam hominis sublatæ remanere
videntur.

Nec ex eo solo, quod donator remansit in possessio-
5 ne rei donatæ simulatio depræhenditur, *Rom.cons.304.*
*Alex. cons.28. volum.6.Corn. consil.203.libr.2.Aegid.*
*decis.715.*

Et donatio præsumitur fraudulenta, si propter deli-
ctum,vel æs alienum, tunc temporis facta fuisset, *Bart.*
*vbi sup.n.2.Socin.cons.264. num.2.vers. secundo arguit,*
*vol.2.*

Non obstat coniectura,quod ex impositione census,
7 siue illius permutatione cum consensu Domini Al-
phonsi donatarij super eadem re donata per dictam
eius matrem,post donationem factam præsumatur do-
natio simulata; quia ex hoc potius dignoscitur, quod
donatio non fuit simulata; Alias eius consensus neces-
sarias non fuit, vt hic per informantes.

Cœtera remanent sublata ex deductis.&c.

---

# DECISIO XXXII.

## CORAM CARDINALE PLATTO.

Mediolanen. Præposituræ.

*Lunæ,18.Decembris 1589.*

### SVMMARIVM.

1 *Permutatio facta de beneficio, quod permutans non ob-
tinet est nulla.*
2 *Resignatio vbi est nulla omne ius remanet penes resi-
gnantem.*
*Beneficium vacat per promotionem ad Episcopatum.*
3 *Resignatarius si non dimittit aliud beneficium, quod
iuxta literas suæ prouisionis dimittere tenetur sub pæ-
na vacationis,tale beneficium vacat.*
4 *Permutatio vbi est nulla permutans non acquirit ali-
quod ius super beneficio permutato.*
*Vbi quis tenetur dimittere beneficium,quod habet in ma-
nibus Papæ, si illud non dimittit omne ius, quod habet
super eo amittit.*
5 *Gratia attendi non debet,vbi super ea non sunt expedita
literæ.*
*Gratia subscripta non suffragatur.*
6 *Vbi est tacitam id, quod si fuisset expressum Principem
ad concedendum duriorem reddidisset gratia, dicitur
subreptitia.*
*Resignatio beneficij facta in manibus ordinarij non valet,
vbi resignans tenebatur illud dimittere in manibus
Papæ.*
7 *Et ideo non potest narrare illud non obtinere;sed potius,
vel se illum obtinere, vel ius in eo habere.*
*Et pariter gratia est subreptitia si narret obtinere benefi-
cium permutatum,cuius permutatio fuit nulla.*
8 *Ignorantia non præsumitur de facto, de quo quis potuit
certiorare à suo procuratore existente in Curia.*
*Decretum irritans ligat etiam ignorantes, saltem quoad
nullitatem actus.*
9 *Decretum appositum in litteris nullis,nullum potest pa-
rere effectum.*
10 *Orator non potest dare de subreptione.*
*Subreptio ab vno commissa non potest illi prodesse.*
11 *Decretum afficit,vbi quis eo est vsus.*
*Propria culpa,& dolus nemini debet patrocinari.*
12 *Licet gratia sit nulla, & propterea prouisio beneficij ef-
fectum non sortiatur; tamen beneficium propter appo-
sitionem manus Papæ remanet affectum, & nullus in-
ferior de eo disponere potest.*
13 *Vbi decretum arctat ad dimittendum beneficium in ma-
nibus Papæ post adeptam possessionem alterius benefi-
cij ante adeptam possessionem potest dimitti in manibus
ordinarij.*
*Contrarium ibidem.*

Licet die 28.Iunij præfati fuisset in hac causa resolutum
gratiam,si neutri Carpani non intrare eo,quod, nec
de vacatione beneficij doceret,non ostenderet Garim-
berto in eo nullum ius competere, vt fuerat ostensum
ad effectum, vt gratia si neutri suffragari possit, atta-
men,quia ius Garimberti potissimum pendebat ex lit-
teris perinde valere ad eius fauorem expeditis sub data
5.Nonas Maij 1586. quæ postea fuerunt declaratæ nul-
læ in Cancellaria,ad quam fuerant remissæ ad effectum
corrigendi,ideo dicta die 18.Decembris, Iterum dubi-
taui an dicta gratia si neutri intraret, & fuit per Domi-
nos resolutum eam intrare, nam stante nullitate dicta-
rum litterarum perindè valere satis constat de vaca-
tione,& ex eo,quod permutatio facta inter Garimber-
tum,& Lelium Morellum idibus Decembris 1585. fuit
1 nulla ea de causa, quod Garimbertus tunc non obtine-
bat beneficium Sancti Martini de Perleido, quod cum
præpositura,de qua agitur permutauit, *Rot.decis.17.&*
*26.de procurat. in antiquis*, & expresse disponit *regul.*
2 *Cancell.35.* qua nullitate resignationis stante ius dica-
tur remansisse penes resignantem, *Caputaquen. decis.*
*225.num.3.lib.1.* & sic vacauit per promotionem eius-
dem Lelij, ad Episcopatum, vt in eodem loco firmat
Caputaquen.

Præterea constat etiam de vacatione præposituræ
ex alio capite,nempè ex eo,quod Garimbertus Cano-
nicatum Sancti Georgij,quem tempore permutationis
obtinebat, non dimisit in manibus Papæ intra duos
menses à die adeptè possessionis,prout dimittere tene-
3 batur,iuxta decretum appositum in litteris prouisionis
suæ sub pœna vacationis,tam ipsius præposituræ,quam
Canonicatus, ex quibus etiam apparet satis constare
4 de non iure Garimberti in huiusmodi præpositura, vel
ex eo,quod stante nullitate permutationis, non acqui-
siuit aliquod ius ad præposituram,vel ex eo, quod cum
Canonicatum Sancti Georgij in manibus Papæ non di-
miserit omne ius, si quod habebat in huiusmodi præ-
positura amisit,& propterea gratia si neutri intrat,tam
respectu vacationis, quam respectu non iuris Garim-
berti,nam de non iure Carpani, satis etiam constat ex
pluribus resolutionibus contra eum factis.

Non obstat, quod gratia permutationis fuerit per
aliam gratiam postea obtentam reformata; quia vltra
quod super huiusmodi gratia reformatoria non sunt
5 expeditæ litteræ, fuit dictum eam non suffragari, tan-
quam subreptitiam; prima subreptio fuit considerata,
quod Garimbertus, non narrat in ea se litteras super
priori gratia,quam reformari petebat expediuisse,quin
potius exposuit litteras non fuisse expeditas, eas autem
non solere concedi post expeditam supplicationem;
sed tunc dari gratiam, perinde valere, quo fit, vt cum
fuerit tacitum, id, quod si fuisset expressum, poterat
reddere Principem difficiliorem ad concedendum, di-
catur gratia subreptitia, *Crescentius decis.10. de præ-*
6 *bend.* Secundo adducebatur ex eo, quod in huiusmodi
reformatione Garimbertus narrat se non obtinere Ca-
nonicatum Sancti Georgij, quod est falsum, nam licet
illum resignasset in manibus ordinarij,attamen cum ex
decreto teneretur illum in manibus Papæ dimittere,
resignatio non valuit, & per consequens non poterat
dicere se illum non obtinere, quin potius debebat ex-
7 primere se illum obtinere,vel ius in eo habere, *Rot.dec.*
*14.de reounciat. in antiquis.*

Tertio fuit subreptitia dicta reformatio; quia Ga-
rimbertus expressit se obtinere beneficium Sancti

Mar-

Martini de Perleido, quod cum præpositura permutabat, & tamen verè illud non obtinebat; quia cum pro illo obtinendo, & ex causa permutationis resignasset nulliter in manibus ordinarij dictum Canonicatum Sancti Georgij permutatio, fuit nulla, & sic nullum Garimberto ius in beneficio Sancti Martini fuit quæsitum, *Rot. decis. 11. de renunciat. in antiquis, & decis. 13. de rerum permutatione, in antiquis*; vnde etiam infertur adhuc non fuisse illud vitium, quod inerat permutationi factæ inter Garimbertum, & Lelium Morel lum idibus Decembris 1585. cum Garimbertus in dicto Beneficio Sancti Martini permutato, nec tempore permutationis, nec tempore reformationis ius haberet, ita vt quemadmodum permutatio ea de causa non valebat, ita nec eiusdem reformatio cum eodem morbo laboret possit sustineri, & Garimberto ius aliquod in dicta præpositura tribuere.

Non obstat, quod dicitur Garimbertum tempore quo resignauit Canonicatum in manibus ordinarij non habuisse notitiam decreti, cuius vigore astringebatur illum in manibus Papæ dimittere, quia huiusmodi excusatio non potest Garimbertum iuuare, primò,
8 quia non est verisimilis, hæc ignorantia, cum præsumatur certior factus de hoc decreto ab eius procuratore in curia existente, iuxta *consil. Roman. 481*. quod passim Rota sequitur. Secundò decretum irritans ligat etiam ignorantes, *cap. si beneficium de præbend.* saltem quoad nullitatem actus, *Probus ad Monach. in cap. tibi, qui de ref. lib. sexto*, quare cum Garimbertus mense Maij, quo tempore petijt suam gratiam reformari iam sciret, vel scire deberet nullitatem suæ resignationis factæ immanibus ordinarij non potest à subreptione excusari.

Non obstat, quod cum decretum huiusmodi fuisset
9 appositum in litteris nullis, nullum poterat parere effectum, *cap. cum accessissent de constitution.* & in simili videtur tenere *Prob. ad Monach. in loco supra relato, nu. 28.* quia fuit responsum, quod cum nullitas bullarum procederet ex subreptione commissa per ipsummet Garimbertum, non debet illa eidem prodesse, & sic in eius odium habebuntur bullæ pro validis, & decretum
10 ipsum efficiet, cum Orator non possit dare de subreptione, vt fuit resolutum *in causa Burgen. Situs Cappellæ coram Reuerendo Patre Domino Pamphilio*; & alias sæpè, quod maximè est dicendum cum Garimbertus fuerit vsus illis bullis, etiam antequam reformarentur, seu reualidarentur accipiendo possessionem præpositu-
11 turæ, vnde sequitur, quod decretum quoque ipsum afficit postquam eo est vsus, *Probus in loco supra relato, num. 7. & 8.* & pro hoc facit vulgare illud dictum, quod propria culpa, & dolus nemini debet patrocinari, prout contingeret, si is, qui impetrauit beneficium, cum decreto, vt aliud incompatibile, quod obtinebat in manibus Papæ dimitteret, & postea posset sub prætextu nullitatis decreti ex causa subreptionis propriæ, illud, cum alio simplici in manibus ordinarij permutare, & postea redire ad Papam, & tacita huiusmodi permutatione obtinere reformationem suæ gratiæ, cum expressione simplicis obtenti, quod si admitteremus facile via fraudibus ad excludendum huiusmodi decretum pateferet, quod sanè non est admittendum, vt in simili considerarunt DD. *apud Crescentium decis. 10. de præbend.*

Possit etiam huic obiectioni resultanti ex nullitate Bullarum responderi, ex traditis per *Simonett. in tract.*
12 *de renunciation. quæst. 58.* vbi concludit, quod licet gratia sit nulla, & propterea prouisio beneficij effectum non sortiatur, beneficium, nihilominus propter appositionem manus Papæ remanet affectum, itaut nullus inferior de eo possit disponere.

Non obstat, quod decretum arctaret Garimbertum
13 ad dimittendum Canonicatum in manibus Papæ post adeptam possessionem præposituræ, ex quo inferebant informantes pro Garimberto potuisse illud dimitti in manibus ordinarij ante adeptam possessionem, quia ad hoc patet responsio *ex dec. 13. & 14. de rer. permut. in antiq.*

Non obstat, quod cum Carpanus non verificauerit modum vacationis per non publicationem, quem in sua priori gratia expressit alicuius vacationis, modus etiam per gratiam si neutri ei suffragari non possit, vt apertè disponitur in regula de annali, quia dixerunt Dominis ad id patere responsum ex traditis per Sarnen. super dicta regula, in qua disponitur, quod impetrans teneatur exprimere modum vacationis, sicuti hæc prima pars ipsum non afficit propter derogationem, ita nec secunda, quod nullus alius vacationis modus, quam expressus suffragetur, ad ipsum pertinebit.

## DECISIO XXXIII.

### CORAM CARDINALI ARIGONIO,

Romana Computorum,

*Veneris 13. Maij 1594.*

### SVMMARIVM.

1 *Librum exhibere non tenetur, qui illud habet, si ex dicto libro petens exhibitionem vult probare suum creditum, & ex eius lectura apparet tale creditum esse præscriptum.*

*Dic non esse verum, cum talis exceptio præscriptionis, tanquam de iure tertij ab habente librum opponi non possit, & multo magis si talis præscriptio euenit culpa habentis librum, qui noluit illum exhibere.*

2 *Cu'pa debet nocere ipsi culposo, non tertio.*

*Non debet quis ex dolo, & culpa sua commodum reportare in damnum alterius, qui non fuit in aliqua culpa, vel neglige ntia.*

3 *Petitio redditionis rationis comprehendit exhibitionem quorumcumque documentorum administrationis facta.*

4 *Librum vbi continet quantitatem debitorum, & nomina notariorum, vbi instrumenta sunt rogata, & an instrumenta sint de talibus creditis confecta, debet omnino exhiberi, licet solum non sufficiat ad agendum.*

CVm Agentes pro Domino Crebellio prætenderent ipsum non teneri ad damna, & interesse ob non exhibitionem cuiusdam libri, prout fuerat resolutum, eo potissimum fundamento, quod tunc non fuerat deductum, nempè quia non interearat Dominis de Saluiatis huiusmodi exhibitio; nec aliquid releuaret, ex quo debitores descripti in dicto libro, non possent conueniri cum haberent exceptionem præscriptionis, & consequenter esse recedendum à dicta resolutione, ideo proposui eandem dubitationem, & DD. steterunt in decisis, & ad dictum fundamentum de prætensa præscriptione, vltra quod fuit dictum hanc esse exceptionem de iure tertij, & credita etiam, de quibus in libro posse esse talia, quibus non obstaret exceptio præscriptionis, fuit responsum, quod si aliqua præscriptio considerari potest, illa euenit culpa ipsius Cribelij, qui noluit exhibere librum, quæ res merito debet ipsi tantum nocere,
2 non Saluiatis, *l. fin. ff. ad Sillanian. l. de pupillo, §. si plurium, §. de non. oper. nunc.* nam non debet quis ex dolo, & culpa sua commodum reportare in damnum alterius, qui non fuit in aliqua culpa, & negligentia.

Non

Non obstat non fuisse petitum librum, nisi elapsis triginta annis, quia contrarium apparet ex inspectione actorum, vt in processu coram A.C. fol. 7. & quamuis specificati fuerint quidam libri, & non iste liber, signatus T. tamen in tertia petitione petuntur omnes alij libri in quibus sunt descripta credita, & debita. Praeterea, & DD. de Saluiatis petebant à D. Cribellio, vt red-
5 deret rationem, quae petitio redditionis rationis comprehendit exhibitionem quorumcumque documentorum administrationis factae, *l. eum seruus in fin. ff. de cond. & demonstrat.* cum alijs de quibus per *Bald. in cons. 152. in princ. lib. 3.*

Nec obstat, quod non probaret contra debitores, & sic ob illius non exhibitionem non posse considerari aliquod interesse, quia liber debet continere specifice
6 qualitates, & causas obligationum, & an de illis fuerint confecta instrumenta, & quis Notarius fuerit de illis rogatus, de quibus nil apparet in bilancio, ideo ob illius non exhibitionem satis constat de interesse, & meritò ius statuti administratorem ob non exhibitionem libri, etiam quod sit scriptura priuata tenere ad damna, & interesse *Bald. in dicto consil. 152. colum. 2.*

## DECISIO XXXIV.

### R.P.D. IVSTO.

Romana Spolij.

*Veneris, 18. Ianuarij 1603.*

### SVMMARIVM.

1 *An sit deferendum iuramentum in litem pro quantitate, & valore incerto residet in arbitrio iudicis, & pendet à coniecturis, & verisimilitudinibus.*
2 *Vbi autem probatio est turbida, non potest deferri iuramentum in litem.*
*Dicitur autem probatio turbida, vbi non adest tantum, vt possit instrui animus iudicis.*
3 *Subhastatio non probat iustum pretium, tamen non praesumuntur bona capta in exequutione multum excedere valorem crediti, pro quo bona subhastata sunt capta, & tali casu ad probandum valorem bonorum non debet deferri iuramentum, nisi coadiuuentur probationes.*

QVamuis alias fuerit verificatum subhastationem bonorum mobilium, & immobilium malè fuisse factam, pro parte Domini Tiberij Ceuli, & lata hac de causa sententia in spolio, & restituta Domino Horatio bona immobilia, & cum de mobilibus non videatur factum inuentarium videtur constare de requisitis ad dandum iuramentum in litem, vt super illis deducunt informantes pro Domino Horatio.

Nihilominus, quia an iuramentum in litem sit defe-
1 rendum pro quantitate, & valore incerto residet arbitrio iudicis, & pendet à coniecturis, & verisimilitudine, *Anchar. cons. 286.* qui loquitur pro liquidatione quantitatis aestimatae rerum existentium in capsa, *Alexand. consil. 103. num. 4. libr. 1.* Dominis visa fuit probatio Domini Horatij tantum turbida, vt non possint arbi-
2 trari deueniendum esse ad iuramentum in litem; testes enim non probant concludenter, neque quod fuerunt asportata ista mobilia in quinque, vel sex Carrettis, neque cuius qualitatis, & quantitatis fuerint, & vnus solus deponit de quinque, vel sex, alter de duobus, & ignorat super quibus fuerit facta exequutio, & ex discussu omnium testium datorum in Summario, nulla probatio colligitur, qua possit instrui animus iudicis, quinimò redditur inuerisimilis praetensio dicti Horatij, quod summa sit taxanda ad rationem 1560. scutorum sub praetextu, quod ad hanc summam ascenderent bona mobilia nulliter subhastata.

Nam subhastatio istorum mobilium fuit pro scutis 190. quod comprobauit Dominus Horatius ex productione partitae coram Vicario. Et licet subhastatio non
3 probet verum pretium, tamen in tanto excessu, non potest quiescere, vel figere pedes arbitrium boni viri.

Nec ideo videtur tutum exponere dictum Horatium huiusmodi periculo iuramenti in litem, nisi coadiuuet suas probationes.

Et ita, &c.

## DECISIO XXXV.

### CORAM CARDINALI PAMPHILIO.

Romana Spolij Domus.

*Veneris, 17. Februarij 1613.*

### SVMMARIVM.

1 *Subhastatio vbi est nulla competit actio spolij.*
2 *Possessio patris continuatur in filios, vigore statuti, etiam absque aliqua apprehensione.*
3 *Vbi vigore mandati contra vnum relaxati fuit facta exequutio super domo, vel fundo dicitur illius contra quem est facta exequutio possessio probata, & ad effectum spolij probatum primum extremum.*
4 *Secundum extremum in spolio probatur ex substentatione litis iunctis adminiculis.*
5 *Subhastatio bonorum pupilli, qui non fuit defensus, & cuius tutor, vel curator citatus nunquam comparuit est nulla, licet comparuerit aliquis consanguineus, qui tamen semper liti non astitit, num. 9.*
6 *Curatorum non tenetur legitimus, vbi non fuit deputatus citatis duobus ex vicinis cognatis, vel affinibus, vel alys iuxta dispositionem statuti.*
7 *In subhastatione rerum minorum requiritur tertius saltim viginti dierum ad reluendum.*
8 *Peritis in rebus aestimandis standum est.*
10 *Laesio deducta in iudicio possessorio censetur solum deducta ad incidenter ad effectum solius possessorij, & ad illud colorandum.*
*Stante suspensione petitorij potest quis in solo possessorio obtinere.*

DOmini censuerunt sententiam esse infirmandam, quia index in ea declarauit Angelum esse in iudicio spolij à petitis absoluendum, & tamen ex deductis pro Ioanne Paulo satis constare visum fuit de vtroque ex-
tremo, & nullitate subhastationis domus de qua
1 agitur, qua stante intrat actio spolij ad cap. conquaerente, vbi *Abb. num. 8. de restitut. spoliat.* & fuit resolutum in causa *Romana Pecuniaria, 21. Februarij 1600. coram bon. memor. Iusto,* & in causa *Romana Domus, 11. Maij 1601. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio,* & alias saepè.

Primum extremum probatur, quia contra pupillos actum fuit exequutiuè, & vigore obligationis Cameralis, & mandatum contra eos relaxatum, exequutum fuit super domo vti de bonis haereditarijs, aliàs possessis ab Octauio debitore, & patre dictorum pupil-
2 lorum, quae possessio vigore Statuti Vrbis, cap. 147. lib. 1.

lib. 1. censetur continuata post eius mortem in dictos pupillos, & absque apprehensione, vt per *Gabr. consil. 36. num. 8. & seq. libr. 1.* ex quibus saltem simul iunctis primum extremum plenè iustificari visum fuit, cum ista etiam præseferant possessionem ex parte illorum,
3 qui in tali iudicio conuenti fuerunt, & in eo succubuerunt *Card. in cap. cum venissent in 5. q. n. 11. de restitut. in integr.* & fuit resolutum in causa *Bonon. Spolij 1. Martij 1602. coram bon. mem. Litta.*

Secundum non controuertitur, & satis probatur per
4 sustentationem litis iunctis adminiculis, ponderatis per informantes, *iuxta decis. Caputaq. 369. par. 2.* & fuit sæpè decisum.

Nullitas subhastationis clara deducitur ex eo, quia fuit facta contra pupillos penitus indefensos cum Ale-
5 xander, qui tanquam eorum tutor, seu curator fuerat citatus, nunquam comparuit, *l. cum, & minores, vbi Bart. num. quarto, C. si aduers. rem indicat. l. contra pupillum, ff. de re iudic. Soccin. Iunior. consil. 70. num. 33. libr. 1. Put. decis. 306. lib. secundo*, vltra quod nec etiam
6 erat legitimus curator cum non constet, quod fuerit dictis pupillis per iudicem datus citatis duobus ex cognatis, affinibus, vicinis, vel alijs, iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. primo, cap. 49. quod seruandum erat, maximè cum sit conforme dispositioni iuris communis de qua in *l. hac autem, §. non defendi, ff. ex quibus cauf. in possess. eat. & tradit Roman. consil. 454. num. 2. Afflict. decis. 262. sub n. 2.*

Concurrit præterea, quod huiusmodi subhastatio apparet nimis festinanter facta, & absque aliqua præfixione termini ad reluendum, qui tamen in rebus mi-
7 norum ad instar bonorum Ecclesiæ saltem viginti dierum de iure communi requirebatur *iuxta authen. hoc ins porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in leg. 1. sub num. 16. Cod. de fid. instrument. & iur. hast. fiscal. libr. 10. Roland. consil. 33. numer. 14. libr. 1. Menoch. de arbitrar. iudic. capit. 171. numer. 28. Surd. consil. 49. numer. 19. & sequent.* & fuit dictum in causa *Vrbenetana Domus, 5. Decembris 1594. coram bon. memor. Cardinal. Pamphilio*, & plures aliæ exceptiones per informantes pro Ioanne Paulo adducebantur, & præcipuè, quod domus fuit subhastata pro scutis 79. & tamen illius valor ascendebat ad scuta 340. dempto etiam canone vnius scuti annui, itavt pupilli fuerint læsi longè, vltra dimidiam, vt patet ex relatione peritorum ser. seru. per iudicem electorum, *iuxta Doctores, Bartol. & aliorum in l. secunda, C. de rescind. vendit. & in l. pretia rerum, vbi Alexander n. 6. ff. ad l. Falcid. cum alijs adductis coram me in causa Farfen. Nullitatis Contractus, 26. Iunij 1606.* & fuit aliàs sæpè decisum.

Non obstat, quoad defensionem pupillorum, quod pro illis comparuerit Nicolaus vti coniuncta persona, quia semel tantum comparuit, & tunc solum protestatus fuit de supradictis nullitatibus, nec apparet, quod aliter defensioni astiterit prout requirebatur.

Neque obstare, quod pupillis nulla competeret defensio, & propterea etiam nullo dato curatore subhastatio sustineatur, quia ex prædictis constat, quod dicti pupilli plures competebant defensiones, & propterea eis omnino dandus erat tutor, vel curator, qui illorum defensioni assisteret, ex supra allegatis, & tenuit *Rota in causa Anconitana Sancti Apollinaris, 29. Decembris 1610. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio.*

Nec demum refragatur, quod per Ioannem Paulum coram Audit. Cameræ fuerit in monitorio etiam deducta læsio, & rescissio instrumenti adiudicationis, quod respicit petitorium, quia cum fuerit postmodum
10 prosequutum iudicium super possessorio, tamen læsio censetur in eo deducta incidenter ad effectum solius possessorij, & ad illud colorandum, vt in similibus terminis fuit dictum in dicta *Romana Domus de anno 1601. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio*, & propterea Ioannes Paulus bene poterat in solo possessorio obtinere, maximè stante suspensione petitorij, *Clement. prima de caus. possess. & propriet. Rota decis. 8. eodem titulo in nouis, cum alijs allegatis.*

## DECISIO XXXVI.

### R. P. D. IVSTO.

Imolen. Nullitatis permutationis.

*Lunæ 29. Martij 1599.*

*SVMMARIVM.*

1 *Curatorem habenti etiam generalem non debet dari curator specialis, & in eius locum alter dari non potest, nisi causa cognita, & n. 3.*
*Idque sine dubio procedit in curatore ad negotia.*
*Et actus factus cum dicto curatore secundo loco deputato, est nullus.*
2 *Curator licet non impleuerit solemnia tamen curator est lit et remoueri possit.*
3 *Curator alter potest dari vbi primus est absens, vel renunciauit, sed id non procedit vbi non constat de renunciatione, vel absentia.*
4 *Permutatio de bonis minoris facta sine causa non valet præsertim, si non constet de debitis.*
5 *Contractus qui pendet à casu non potest censeri minori, neque vtilis, neque damnosus.*
*Et si dicatur bona permutata à minore esse emphyteotica, & permutari, quia dantur libera, & tamen aliqua ex bonis minoris sint libera permutatio dicitur nulla.*
6 *Decretum iudicis in contractu minorum, vbi est inconsideratum est nullum, & iussi est esse tale in vna parte.*
*Multum tribuitur decreto iudicis in alienationibus bonorum minorum, quod est verum, quoad id quod magis expediat cognoscere, an expediat minori potium vnam rem, quam aliam alienare.*

PRoposui dubium die Lunæ 22. Martij 1595. vna tantum parte informante, & Domini resoluerunt in fauorem partis, quæ informabat, scilicet Domini Hieronymi Veronæ, & dixerunt contractum permutationis de quo agitur esse nullum, & iterum proposita causa vtraque parte informante die Lunæ, 29. eiusdem mensis Domini permanserunt in decisione, ratio principalis fuit, quia cum Dominicus de Monte, maior vigintiquinque annis curatorem haberet generalem ad hunc actum permutationis, fuit à iudice datus curator specialis contra regulam, *l. curatorem, C. qui dat. tut. vel curat. poss.* vbi explicitè notat, quod in locum tutoris, vel curatoris non potest alius, nisi causa cognita subrogari, *Bald. Salic. & alij DD.* & in curatore ad negocia; licet secus dicat in curatore ad lites est *decisio Putei 119. lib. tertio*, & intrat dispositio *text. in l. si curatorem, C. de in integr. restitut.* quia sine curatore permutauit, & ideo permutatio nulla est, vt ibi dicunt *Bartol. Bald. & omnes alij Doctores.*

Non obstat, quod dicitur curatorem, quem Domini-
2 nicus habebat, non fuisse legitimum, cum non constet adimpleuisse solemnia, quia nihilominus curator est, licet remoueri possit, *Put. dec. 287. & 318. lib. 1. Bartol.* in

in *l.Tutor,qui repertorium ,ff.de administrat. tut.* Vnde
ex hoc constat non adhibitam fuisse causæ cognitio-
nem,iuxta dispositionem ad *l.curatorem* ; Quinimo di-
ctum fuit dominium carere curatore generali , vel spe-
ciali,cuius auctoritate posset obligari , quod quidem
detegitur falsum , quia curatorem generalem habebat
à iudice petitum à minore.

Non obstat , quod dicitur non potuisse dari alium
3 curatorem generalem , ideo fuit datus specialis non si-
milis illi,quem habebat , quoniam *gloss.in dicta l.cura-
torem,in verbo neque adiungi* dicit, nec etiam actorem
dari,vel adiungi posse,& *Bartol.allegatus in l. cum simi-
li,num.1.ff. de tutel.* qui loquitur in curatore ad lites ,
non solum non dicit generalem habenti curatorem
specialem dari posse, sed in curatore ad negocia con-
clusionem hanc verissimam confirmat.

Non obstat , quod dicitur curatorem generalem re-
nunciasse , vel fuisse absentem , quia pro nunc satis est
4 respondere , quod de renunciatione , vel de absentia
non constat .

Moti fuerunt Domini , quia permutatio facta fuit
sine causa , cum non solum non constet de aliquo ære
alieno minoris,*l.magis puto , §.final.ff. de rebus eorum ,
l.ob æs, Cod.de fid minor. Roland.cum allegat. consil.33.
num.1. libr.1.* quod in contractu permutationis etiam
dici potest , vt per *Soccin. Iun. consil. tertio , num.21.
lib.2.*

Sed neque etiam causa , quæ allegatur est conclu-
dens , narratur enim in vtilitatem minoris cedere,quia
bona possessa a minore erant emphyteutica, ipse vero
non rectè valitudinis , vt possent facilè deuolui bona
vera permutata,erant libera,de quibus,& viuens,& mo-
riens disponere poterat ; & nihilominus domus , quæ
data fuerat in permutationem à minore libera erat ,
& allodialis , licet alia bona essent emphyteutica , nec
resultat ex hoc aliqua vtilitas minoris , quia possunt
ista bona libera non esse valoris æquiualentis bonis
emphyteuticis præterquam quod iste contractus , qui
5 pendet à casu non debet censeri vtilis , neque damno-
sus ratione incertitudinis,*Dec.consil.532.num.11.per l.
de fideicomm.C.de transact.& l.si pater puella,C.de inof.
testam.*

Neque suffragatur in aliquo decretum iudicis, quod
6 constat esse inconsideratum,cum se fundet super incer-
titudine,& sufficit in vna parte, vt in totum sit nullum,
*Put.decis.220.lib.3.* etiam quod multum tribuatur de-
creto iudicis , quia multum tribuitur, eius arbitrio in
alienationibus bonorum minoris , *l.magis puto , §. non
passim,ff. de reb. eorum* , procedit in alienationibus cau-
sa æris alieni , vbi remittitur iudicis arbitrio , an expe-
diat alienare,& sic potius vnam rem,quam aliam, & in
dicto §.*non passim*,secus in alienatione ex causa vtilita-
tis,quæ debet esse euidens , & certa,alias quam per as-
sertionem, & decretum iudicis,non autem incer-
ta , & dubia , quæ dici non potest vtilitas , vt
supra dictum est , & si non est euidens
vtilitas, non est causa æquipol
lens causæ æris alieni, *iuxt.
text.cum gloss.in dicta
leg.ob æs alienum,
Cod de fid.
min.*

Et hæ rationes placuerunt Dominis cæteris
autem in contrarium respondetur,
per informantes , pro
Domino Hie-
ronymo.

# DECISIO XXXII.

## R.P.D. PENIA.

Interamnen. Mercium.

*4. Iunij 1597.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiussio vxoris pro marito , non valet nisi sit firmata
iuramento .*
*Quod sine dubio procedit vbi tempore fideiussionis mari-
tus est idoneus , & habeat bona super quibus mulier
possit esse tuta .*
2 *Læsio non consideratur in his quæ pendent ab incerto fu-
turo euentu .*
*Mulieris obligatio pro marito valet , vbi habet idoneos
releuatores,& potest suam dotem consequi .*
3 *Obligatio mulieris debet exequutioni demandari vbi
ipsa est obligata in forma Cameræ , neque potest retar-
dari sub prætextu læsionis , vel quod non habeat ido-
neum releuatorem , nisi præcesserit excussio bonorum
mariti,vel releuatorum.*
4 *Multi tamen Doctores dicunt ad effectum validitatis
obligationis mulieris requiri , quod adsint bona ma-
riti super quibus possit se reualere tempore solutio-
nis .*
5 *Vbi tamen vxori remanet plus dimidia parte dotis ces-
sat læsio, & obligatio remanet valida .*
*Fideiussio tamen vxoris est nulla vbi si soluat remanet
penitus indotata , & fideiussit pro marito decocto , &
nullus adest releuator ,*

HÆredes Pauli de filijs anno 1586. vendiderunt quas-
dam merces Paulo , Filiniæ , Eusebio,& Riccio de
Gregorijs pro pretio scutorum 4430. certis tempori-
bus soluendorum, pro quibus fideiusserunt Mutia Pau-
li vxor , & Arpalice vxor Eusebij , & Thomas, Iulianus
quas indemnes conseruare promiserunt omnesque se
in forma Cameræ obligauit .

Accedente vltimo termino solutionis pretij scuto-
rum 2386. venditores coram Auditore Cameræ ege-
runt contra Eusebium , & hæredes Ricij principaliter ,
& contra Thomam, & hæredes Mutiæ , & Arpalicis fi-
deiussores, & obtinuerunt subhastari illorum bona pro
scutis 1600.

Laurentius hæres Mutiæ per appellationem causam
in Rota introduxit, & cum adhuc super essent scuta 60.
soluenda,& Laurentius opponeret de nullitate obliga-
tionis Mutiæ pro marito fideiubentis ex eo , quod re-
mansisset indotata , dubitaui an Mandatum relaxatum
ab Audit.Cam.esset exequendum præfata appellatione
non obstante .

Et Rota exequendum censuit , quia licet regulariter
1 fideiussio vxoris pro marito non valeat , *tot.tit.ff.& C.
ad Velleian. auth. si qua mulier , vbi glos. in verbo nul-
latenus , C. eodem titulo* , id tamen non habet locum ,
quando fideiussio , vt in casu proposito est munita iu-
ramento , *gloss.communiter recepta in capitol. ex re-
scripto de iur.iurand.Curt. Iun.consil.47. numer.2. & 5.
part.1.Tiraquell.in leg. si vnquam in princ. numer.135.
Cod. de reuocand. donat. Thesaur. decis.223. numer.8.
Afflict. decis.311. numer.4. vbi dicit gloss. in authen. si
qua mulier, C.ad Velleian* contrarium asserentem com-
muniter à Canonistis reprobari *Anton. Gomez. tom.2.
variar.resolut.cap.13.num.8.latè per Burs.cons.56.num.
15.lib.1.*

Et hanc sententiam dicebant DD. procedere sine
difficultate respectu temporis fideiussionis , quo nulla
poterat enormissima læsio , & indotatio considerari ,
quia

quia tunc vel maritus habebat alia bona, vel saltem habebat sortem principalem mercium emptarum, super qua mulier poterat esse tuta, quod excludebat læsionem, quæ non consideratur in his, quæ pendent ab in-
2 certo futuro euentu, *Aym. consil.142. num.8. & consil. 114. num.16.*

Eandem etiam læsionem enormissimam excludi dicebant DD. eum adessent plures releuatores, qui promiserant fideiussores indemnes conseruare à quibus cum posset Mutia consequi dotem suam, non poterat opponere, cum sufficiat adesse bona supet quibus mulieris dos salua consistere possit, *Afflict. decis.311. num. secundo, Roman. consil.187. num. secundo, Aymon. consil. 77. num.16.*

Rursus cum excussio bonorum mariti, vel releuato-
3 rum procedere debuisset antequam exceptio læsionis proponeretur, *Roman. dicto consil.187. num.2. versic. quod autem.* Nec de læsione propterea constaret non erat exequutio Cameralis obligationis retardanda, quam solum impedit exceptio falsitatis, solutionis, & nouæ conuentionis, *Cassad. decis.1. de mutuis petit.*

Quod si tempus solutionis esset inspiciendum, licet opinio *Ioan. de Imol. in cap. peruenit de emption. & venditio.* quam sequutum fuit consilium Neapolitanum, vt testatur *Afflict. decis.313. incipien.* retentis terminis fauore dotis sit magis æqua, nempe ad effectum, vt vxori sit consultum, non sufficeret maritum habere
4 bona tempore obligationis factæ ab vxore, sed requiri etiam, quod habeat facultates tempore quo agitur ad solutionem in proposita facti specie non videbatur habere locum, quia cum præsupponatur creditum soluendum fuisse scutorum 760. & duas mulieres, Mutiam, & Arpalicem fideiussisse, quarum altera habebat dotem scutorum 800. altera autem scutorum 900. & soluto debito pro æquali portione vnicuique remanet dimidia pars dotis non aderat talis læsio, quæ inualidaret contractum fideiussionis, *Chisanen. decisio.323. num.13.*

Nec supradictis refragabatur decisio in causa Romana Fideiussionis, coram Illustrissimo Arigonio die
5 5. Iunij 1593. vbi fuit pronunciatum fideiussionem cuiusdam Dorotheæ ad fauorem mariti fuisse inualidam, quia ibi constabat de enormissima læsione vxoris, ex quo præsupponebatur, quod sequuta solutione remanebat penitus indotata; Item quia fideiusserat pro marito decocto, item, quia nullus ibi pro Dorothea accesserat releuans, quæ non concurrebant in hoc casu.

Dixerunt tamen DD. dicti mandati exequutionem suspendendam, vt clarius liqueret an aliqua superfint bona, super quibus dotes consisterent.

## DECISIO XXXVIII.

### R.P.D. LITTA.

Romana Casalis Iuliani.

*Veneris 19. Iunij 1595.*

### SVMMARIVM.

1 *Testis falsus in vno ratione periurij in omnibus reprobari debet præsertim si falsitas versetur circa negotium principale, & num.18.*

*Ex valore rei de qua agitur arguitur, vel excluditur læsio.*

*Non habens notitiam qualitatis rei, non potest probare illius valorem.*

4 *Plus, & minus res valet, iuxta qualitatem, & bonitatem illius, & num.7.*

5 *Iustum rei pretium probatur, vbi testis dicit, quod tanti valerat, & tanti communiter vendi potuisset.*

6 *Testis deponens de tempore, da otto anni in quà, vbi certi temporis probatio requiritur, non dicatur deponere de tempore præciso.*

*Probatio ambigua non releuat.*

7 *Testis nesciens confinia Casalis, vel alterius rei non potest deponere de illius valore.*

8 *Dictum testis cuius rationem non reddit, non concludit.*

*Testis indicans, nihil probat.*

9 *Testis reddens rationem suæ credulitatis per sensum corporis plenè probat; sed si ratio non concludat ad effectum credulitatis, nil probat.*

10 *In materia læsionis solus valor de tempore contractus attendi debet.*

*Et num.14.*

11 *Testis deponens de suo indicio, nihil probat.*

12 *Dictio idest stat dispositiuè ad iam dicta.*

13 *Læso metiri debet debita consideratione pretij, non alicuius partis rei, de qua agitur, sed totius.*

15 *Mutatio non præsumitur.*

*Sed in probanda læsione, non sufficit præsumptiua probatio, sed requiritur plena, quæ omni ex parte concludat.*

*Pretium præsumitur iustum.*

16 *Contrahens præsumitur informatus conditionis illius, eum quo contrahit, & rei, super qua contrahit.*

17 *Depositio testis affectata est suspecta.*

*Testis de credulitate non probat.*

19 *Depositio testis, vbi est in verisimilis ei non debet dari fides.*

20 *Testis sibi contrarius nihil probat.*

21 *Læsio non probatur, vbi testes patiuntur plures exceptiones.*

EX depositionibus testium etiam circumscriptis exceptionibus contra personam eorum, non probari læsionem tuenerunt Domini, nam septem testes reperiuntur examinati in hac causa, quorum primum aliquid non probare ex eo copertum est, quod de falso conuincitur, dum deponit quod pretium Casalium idem est de eo tempore, quod erat de tempore alienationis factæ de anno 1573. & sic post octo annos ante, & tamen contrarium probant tertius, numer. 27. iuxta quindecim, & quartus numer. 16. iuxta idem, & quintus iuxta idem, & hoc re ipsa comprobatur: Vnde testis falsus in vno ratione periurij in totum reprobari debet, *Alexander consilio 170. numer. 9. libro 6. Socinus Senior consil.115. nnmer.10. libro 2. Cranett. consil.6. numer.14. de communi, Dec. consil. 424. numer.17.* quod indubitanter procedit, ex quo falsitas versatur circa negotium principale, hoc est circa valorem ipsius Casalis, ex quo arguitur, & non arguitur læsio ipsa, *vt per Doctores in l. secunda, C. de rescinden. vendit. ad Socinum Seniorem, vbi supra numer. 12. & 14.* Præterea ex dicto præposito conuincitur de mendacio, dum iuxta quindecim asserit; *Che detto Casale di Giuliano valeua tanto sei, ò sette anni fà, quanto hoggi,* & iuxta sexdecim, dicit, *che la parte del Casale di Giuliano doue era la selua, chi l'haueße lasciato stare in quella maniera sei, ò sette anni fà, saria di minor vtilità,* à quo fit, vt simpliciter, & virtualiter fatea-
2 tur iste testis Casale hoc pretiosius fuisse effectum propter extirpationem, & ita verum non esse, quod sit eiusdem pretij, & valoris, hodie prout alias erat, *ad textum in l. illud, ff. de acquiren. hæredit. & in l. ad rem, in l. ad legatum, ff. de procurat.* Contradicit etiam sibi, dum iuxta sexdecim, inquit, *che di questo Casale di Giuliano di cento rubbia, ve ne è venti, ò venticinque* di

*di selua, se ci arriuano, & è selua godibile*, & tamen iuxta decimonouo, inquit, *& non hò particolar nòtitia di questo Casale, quanto sia il largo ne la Macchia*, quo fit,
3 vt in aliquo ei non sit credendum, *l. qui falso, vel variè, ff. de testibus, cap. iu nostra, eodem titulo, cum alijs per Specul. de testib. §. 1. nnm. 76. Paris. cons. 204. num 4. lib. 1.*

His accedit, quod si nescit, *quanto sia il Largo, & quanto la Macchia*, sequitur: quod vti non informatus de qualitate rei, circa cuius valorem deponit, nihil penitus probare potest, cum plus, & minus res valere iudicetur, considerata bonitate, & mala
4 qualitate eius, *Couar. variar. resolut. libr. 3. capitol. 9. numer. 5. Rip. in l. 1. §. si hæres, numer. 25. ff. ad Trebell. Cagnol. in leg. secunda numer. 243. C. de rescindend. vendit.*

Præterea circa valorem de tempore alienationis, nihil concludit: nam licet super septimum dicat, *che da otto anni in quà è stato, & è di prezzo di scudi cinquanta il rubbio: à misura di catena*, non tamen di-
5 cit, quod ita valeret, & vendi potuisset, prout requiritur ad effectum, vt probet iustum ipsius Casalis valorem, *ad text. in l. pretia rer. vbi DD. hoc notant, ff. ad leg. Falcid. Caputaq. decis. 264. numer. 4. par. 3. & fuit decisum in illa Ariminen. Malæ alienationis, 3. Maij 1593. coram R. P. D. meo Blanchetto*, & iu pluribus alijs causis, vltra quod dum dicit, *da otto anni in quà è stato, &c.* non concludit de anno alienationis, & sic de
6 anno 1573. stante quod illa verba possunt verificari in proximè præcedenti anno, vel iu proximis duobus, vel tribus annis præcedentibus, & longè post annum 73. & probatio ambigua non releuat, *vulg. l. tamen hoc, C. vnd. cogn.*

Secundum autem testem nihil probare ex eo censuerunt Domini, primò, quia iuxta septimum dicit se nescire confinia huius Casalis, quo fit, vt si confinia nescit, non potest concludenter deponere de valore
7 eius, cum possit esse, vt intra fines, tam pessima pars terræ contineatur, quæ totius Casalis pretium valde diminutum reddat, & tam bona pars, quæ pretium eius longè augeat, cum ex bona, & mala qualitate, quæ rei inhæreat, ipsius rei valor iudicetur, vt supra dictum fuit in discursu primi testis, secundò, contradicit sibi, dum dicit se nescire confinia dicti Casalis, & postmodum dicit, *confina col nostro territorio*. Tertiò, conuincitur de mendacio, sicut & primus in eo, quod dicit, iuxta quindecim, *che li prezzi delli Casali sono li medesimi hoggi di quello che erano sette, ò otto anni sà*. Item dum super primo, Addit, *& tanto dico di questo Casale di Giuliano*, & tamen prius dixerat, iuxta quintum, *che il Signor Riccardo hauena fatto smacchiare detto Casale*, & iuxta 19. fatetur, *che più frutta il Casale smacchiato, che qnando era macchioso.*

Vltra quod super septimo deponit constare, *Che detto Casale dell'anno 1573. fosse di prezzo di scudi nouanta il rubbio à misura di catena*, quæ depositio nihil ex se firmat, *ad text. in leg. non hoc, C. vnd. cogn.* dum subdit, *e tanto crederei, che communemente le altre persone che ne hauessero cognitione l'hauessero comprato*, nihil similiter concludit, & sic potius videtur iudicare, quam testificari, ita *Ioann. Andr. ad Specul. titul. de test. §. 1. versic. item quod opponit DD. in capit. quoties eodem titul. Paris. consil. 104. num. 37. & sequent. libro primo, Socin. sen. consil. 214. num. 15. libr. 2.*

Nec saluari potest huius testis depositio, sub eo præ-
9 textu, quod reddat rationem concludentem suæ credulitatis per sensum corporis, vt plures voluere, quos allegat *Gramatic. consil. 24. num. 8. & Alexand. consil. 313. num. 4. lib. 1.* quia nullam rationem reddit iste testis, nisi hanc. *Perche la tenuta è assai commoda, & conueniente*, quæ ratio nihil concludit ad effectum inducendi credulitatem alicuius certi valoris, vt omnibus notum est, ideo, &c.

Ad tertium testem eum magis contra Dominos Mutinos probare dixerunt Domini, quam quicquam pro distante, quod ex depositione sua apparet se bene informatum de qualitate dicti Casalis, sed respectu eius, quod communiter vendi potuisset de anno 1573. nihil audet firmare; imò iuxta quindecim, dicit, *che hoggi sono li Casali di maggior prezzo, che non erano nel anno 1573.* & subdit, *che la parte del Casale di Giuliano del Sign. Riccardo, & Antimo è stata purgata, e smacchiata, & che ci hanno fatto diuersi miglioramenti*, & super 10. inquit, *che detto Casale è stato migliorato vn Mondo*, ex quibus omnibus infertur longè maioris valoris fuisse effectum Casale hoc, quam erat de tempore alie-
10 nationis, quod tempus alienationis in hac materia læsionis, solummodo attendi debet, *cap. cum causa, vbi gloss. in verb. tunc volentis de empt. & vend. cap. vt super de reb. eccles. non alienand. leg. si voluntate in fin. Cod. de rescindend. vendition. Calde. consil. 5. titul. de rer. permut. cum alijs per Gabr. de empt. & vend. conclus. 1. num. 41.*

Respectu autem depositionis quarti testis, dixerunt Domini nullum super eo posse constitui fundamentum, pro Dominis Mutinis, licet super articulis dicat, *che questo Casalo di Giuliano sette, ò otto anni fà communemente si sarria potuto vendere, & comprare il prezzo medesimo di scudi 47. il rubbio*, tamen quia deponit de
11 iudicio suo, quo casu conclusio est, vt non probet, *Bald. in leg. de quibus, numer. 117. ff. de leg. Paris. consil. 104. num. 34. libr. 1. Alex. consil. 74. num. 6. libr. 1. Curt. Iun. cons. 113. num. 17.* qui de vera, & communi conclusione testatur, tum etiam quia restringit suum dictum ad partem cultiuam dicti Casalis, & non de toto ipso Casali loquitur, quod patet ex illis verbis; scutis 47. *il rubbio, cioè li larghi*. Negari autem non potest,
12 quin illa dictio, *cioè*, stet dispositiuè ad iam dictam *l. cum erat, & ibi gloss. ff. de ann. legat.* & cum iste testis num. 19. dixerit se non habere particularem notitiam huius Casalis, & nescire, *quanto sia largo, ne quanto la Macchia, & quanto è stato da sette anni in quà smacchiato*, nihil meritò colligi potest ex dicto ipsius, quod proficere possit Dominis Mutinis in hoc iudicio rescissorio propter læsionem, quæ metiri debet, habita
13 consideratione pretij, non vnius particulæ fructiferæ, sed totius Casalis, prout in venditione deductum fuit, *ad not. per DD. in leg. quidam æstimauerunt, ff. si cert. pet.*

Domini etiam non placuit depositio quinti testis, nam licet super septimo videatur circa valorem attestari de scutis 40. pro singulo rubro, non tamen conclu-
14 dit eius depositio de tempore initi contractus, prout requiritur, *l. si voluntate, C. de rescind. vend.* cum alijs, de quibus supra, *vt per Cagnol. d. l. 2. num. 217. eodem tit.* & quod non deponat de tempore initi contractus, patet ex illis verbis, *auanti l'anno del 1573. & anco dieci anni in dietro era il prezzo di scudi* 40. nec refert si dicatur, quod saltem præsumptiuè idem videatur
15 probare de tempore initi contractus, cum regulariter mutatio, non præsumatur secundum *Baldum in d. l. 2. num. 61. C. de rescind. vend.* præsertim cum subdat ipse testis, quod de tempore suæ depositionis Casale hoc longè plus valeret, quia Dominis ea placuit ratio, quod scilicet in probanda læsione non sufficiat præsumptiua probatio, sed requiratur plena, quæ omni ex parte concludat ratione, quia pro se contractus venditionis habet ius præsumptiuum, etiam respectu iustitiæ pretij, vt per *Baldum in l. per diuersas, quæst. 4. C. mand.* quem sequitur *Natt. consil. 610. num. 8. versic. præ-*

*sic. præterea pretium, lib.4.* Præterea fides huius testis satis debilitatur cum eo, quod sibi ipsi contradicit, dum iuxta decimonono, dixit, *che non sò quanto sia largo, & quanto sia la Macchia di questo Casale, ma solo sò quanta è la quantità de larghi, & che la parte del Signor Patritio è più sterile che non è la parte del Signor Riccardo*, & subdit, *mà in quanto alli larghi sono della medesima qualità, e conditione*, & iuxta 17. dicit, *Perche quello del Signor Patritio, come hò detto, la maggior parte sono stretti, & luoghi sterili, che non si possono allargare, ne domesticare, & quello tengono li Signori Riccardo, & Antimo, la maggior parte sono larghi, & piani*, tum etiam, quia ex sua depositione apparet quantum parti inseruire voluerit, dum iuxta nono inquit, *ma tutte queste cose sono girandole, se vogliamo venire al bono, veniamo al bono, perche hà comprato il Casale per tante rubbia, sia di più, è honesto che il faccia bono, & se l'hà comprato per la metà manco di quello che vale, che li dia il sopra più, & si possono elegere due periti per veder quello, che è, & quello, che non è, & venire al bono, & non àllongare*, quo fit vt mirum non sit, si ei fides aliqua non adhibeatur, *ad text. in l.3.§.3. ff. de testibus, & in cap. constitutus, vbi glos. fin. de fideicommiss. & not. per Baldum in l. Lucius, num.9. ff. de his, qui notant infam.* maxime cum iuxta octauo dicat se cognouisse Dominum Hectorem Mutinum pro bono patre familias diligenti, & multum sagaci in pertractandis rebus, & negotijs suis, & postmodum super quartum, dicat, *Io credo che il detto Signor Hettore del 75. non hauesse notitia alcuna della bontà, & valore di questo Casale*, quæ duo dicta repugnant ad inuicem, cum conciliari non possint, vltra quod contra hoc vltimum dictum stat etiam præsumptio ipsa iuris, quæ est, quod omnis
16 contrahens non præsumitur ignarus conditionis illius, cum quo contraxit, & rei suæ, quæ deducitur in contractum, vt per *Specul. in titulo de constitution. & notatur per Doctores in l. qui cum alio, ff. de regul.*
17 *iur.* ex quibus omnibus magis affectata detenitur huius testis depositio, & sic per consequens magis suspecta ad *decisionem Caputaquen. 276. numer. 5. parte 3.*

Sexti testis depositio fuit reiecta, tùm quia respectu valoris huius Casalis, super septimo apparet restricta ad credulitatem ipsius testis, *ad textum in l. testium, C. de testibus, cum alijs de quibus per Paris. cons. 104. numer.7. lib. primo*, tum etiam quia non tantum depositione aliorum, sed re ipsa conuincitur de mendacio, dum super primo, Addit, tenet quod Casale hoc tunc temporis eiusdem qualitatis, & valoris sit, prout antea per septem, vel octo annos erat, & testis men-
18 dax, ac falsus in vno, in omnibus sub eodem iuramento contentis, etiam reputatur falsus, & mendax.

Septimi autem testis depositio similiter reiecta fuit per Dominos, quoniam dum iuxta decimumquintum dicit, *che questo Casale valeua tanto sette anni à dietro, quanto valeua sette anni doppo*, contradicit depositioni aliorum, contrarium de directo asserentium, vltra quod re ipsa adeo inuerisimilis redditur ipsa deposi-
19 tio, vt nullo modo huic testi credendum sit, vti suspecto de falso, *Aym. cons. 115. num. 12. Caputaq. decis. 276. numer. 66. part. 3.* tum etiam quia in pluribus sibimet contrarius est, primo dum dicit iuxta primum, interrogatorium, *Nel estimare de Casali si hà da stimare secondo li lochi, & secondo li terreni, & io essendo stimatore della Città, ne stimo qualched'vno*, & paulo post, subdit, *Io non hò mai stimato Casali*, & iuxta secundum dicit, *& non hò cognitione di Casali, più che tanto*, secundo quia iuxta 8. & 12. dicit se non cognoscere Dominum Hectorem Mutinum, & tamen iuxta quartum interrogatorium, dicit, *So che il Signor Hettorre Mutini è stato possessore di questo casale*, & paulò post dicit præfata scire, *perche conosco il Signor Hettorre, che venne à Bracciano vinti anni sono.* Tertio quia iuxta quartum dixit *io non so sopra à che deuo essere essaminato*, & tamen iuxta primum interrogatorium, dicit, *io sono stato essaminato in Bracciano per questa causa*, & paulo infra, dicit, *ma quando io sarei venuto à Roma che si sanno più articoli, & più chiacchiare hauerei detto la verità.* Ex cuius dicto facilè colligitur se habuisse notitiam de eo, quod scilicet debebat examinari in hac causa, etiam Romæ.

Quarto, quia iuxta quartum dixit, *Io so che il Signor Hettorre Mutini è stato possessore di questo Casale à tempo antico, per quanta parte non mi ricordo, & la parte di questi Mutini era la giù verso la Banditella*, & tamen super septimo articulo dato pro parte Donorum de Mutinis, dicit, *Io hò inteso dire, che sette anni à dietro, vna parte di questo Casale di Giuliano si possedeua dalli articolati Mutini indiuiso, & vn'altra parte di questo Casale in commune.* Vnde si pro indiuiso possidebatur, impossibile est, quod testis sciuerit partem DD. de Mutinis esse situatam versus Banditellam, prout prius asseruit, & impossibilia, seu inuerisimilia deponenti, non est aliqua fides adhibenda, *iuxt. Bal. in l. actor, quod asseruerat in penultima*
20 *col. C. de probation.* quem sequitur *Corn. consil. 56. numer. 4. libr. primo*, sicut nec sibi ipsi contradicenti, *l. qui falsò, vel variè, ff. de testib. cap. in nostra extr. eod. cum mille similibus.*

Præterea iste testis ex iam deductis conuincitur de falso, dum ipse super decimo articulo dato pro parte Dominorum de Mutinis, negat Casale hoc ab anno 1573. citra fuisse melioratum, & dum super primo additionali asserit Casale hoc tunc temporis esse eiusdem
21 valoris, & bonitatis, prout antea fuerat, vndè nil mirum, si ex depositione horum testium tantis vulnerata exceptionibus non probari læsionem censuerunt Domini.

## DECISIO XXXIX.

### R.P.D. ORTEMBERGO.

Romana Domuncularum.

*Lunæ 22. Iunij 1609.*

### SVMMARIVM.

1 *Læsio concludenter probari debet ad effectum rescissionis contractus.*

2 *Fructus seu pensiones viginti annorum constituunt pretium iustum rei, de qua agitur.*

*Sed ad probandum verum valorem rei ex fructibus non sufficit locatio.*

*Locatio pro certa pensione non probat verum valorem rei, cum fieri possit ex particulari affectione.*

3 *Vt ex affictu, & pensione probetur verus valor, debet probari, quod talis est dictæ rei iustus redditus, & quod in loco res tanti redditus, tanti valet.*

*Et procedit etiam quando res est libera, & pleno iure spectant ad emptorem, secus autem quando est emphyteutica.*

4 *Iure emphyteutica attenditur læsio inspecto valore communi iuris emphyteutici, non autem valore rei, præsertim si non sit emphiteusis perpetua, se ad aliquam generationem.*

5 *Ad probandam læsionem, habenda sunt in considera-*

*tione onera, & conditiones in instrumento opposita, tanquam pretium diminuentes.*

*Pactum de retrouendendo facit partem pretij.*

*Canon minuit pretium.*

6 *Emens sine cautione de euictione carius emere dicitur.*

6 *Sola modicitas pretij non sufficit ad præsumendum dolum sufficientem ad rescindendum contractum.*

DOmini censuerunt non esse restituendam partem domuncularum Fabritio per eum venditarum Carolo Ghetto, quia non probatur læsio, quæ con-
1 cludenter probari debet ad effectum rescissionis contractus, *Alexand. in l. pretia rerum, num. 9. ff. ad l. Falcid, Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumption. 4. Gabr. de empt. & vend. conclus. 1. num. 63. Dec. consil. 474. num. 11.*

Hic autem pro læsionis probatione nihil aliud deducitur, quam hanc partem fuisse venditam tantum scuti quadringentis, cùm tamen solita esset locari pro annua pensione scutorum sexaginta septem, quæ multi-
2 plicata per spatium viginti annorum constituit iustum eius pretium scutorum mille trecentorum quadraginta *Arius Pinell. cap. 4. & vlt. num. 29. 3. par. ad l. 2. C, de rescinden. vend.* Verum ad hoc, vt ex quantitate residuum per viginti annos probetur vetus valor rei, non sufficit locatio, quæ potuit fieri ex particulari affectione, & non ex eo, quod fuerit iusta, & communis pen-
3 sio, sed probari debet iustus redditus, & quod in loco res tanti redditus, tanti valet, *vt per Bart. in dicta l. precia rerum, §. nonnullam num. 2. & in d. l. 2. num. 23. vbi Crem. numer. 221. Lup. de vsur. part. 2. num. 2.*

Deindè illa Doctrina locum habet, quando res vendita est libera, & pleno iure spectat ad emptorem, sed illa domus est emphyteutica, quo casu attendenda
4 est læsio inspecto valore communi iuris emphyteutici, non autem valore rei, *Cagnol. in dicta l. num. 243. Gabr. de empt. & vend. conclus. 1. num. 75. cum seqq. Capoll. in tract. de simulat. contract. Primo casu, num. 12. & fuit dictum in Romana Domus, 2. Iunij 1586. coram bon. mem. Orano.* Idque eo magis, quia concessio fuit facta solum ad tertiam generationem Auo Fabritij, & cum illa erat expiratura, & quamuis postea Carolus obtinuerit à Monialibus Sancti Sixti, ad quas spectat dominium directum prorogationem ad alias generationes id factum fuit soluta certa pecuniarum quantitate, & aucto canone.

Præterea ad probandum læsionem, habenda sunt in consideratione omnia, quæ diminuere solent pretium,
5 vt onera, vel conditiones appositæ, *cap. cum Ioannes, & ibi Abbas num. 3. de fid. instrument. l. fundi partem, ff. contrahen. empt. Couarruu. variarum resolutionum libr. 3. capit. 10. numer. primo.* Inter quæ occurrunt primò, onus annui canonis, & pactum de retrouendendo, quod regulariter partem pretij facit, *Abb. in cap. in aliquibus numer. 7. de decimis, notatur in l. prima, §. si hæres, vbi Ias. num. 19. Rip. num. 26. ad S. C. Trebell. & fuit dictum in Romana Rescissionis contractus, 3. Octobris 1602. coram Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Et licet postea fuerit retrocessum Carolo pro retrocessione debuit soluere scuta triginta septem. Et integrum precium ascendit ad scuta quadringenta nonaginta septem; Accedit remissio ordinariæ, & consuetæ
6 cautionis de euictione, quæ facit vt res carius emi dicitur, *l. eum, qui, §. qui melior, ff. in diem additione, Pinell. dicto cap. 4. num. 25.*

Non obstat, quæ dicuntur de non solutione pretij, quia contrarium patet ex instrumento, & quietantijs, nam ex scutis quadringentis in pecunia fuerunt soluta Fabritio centum viginti nouem, & scuta septuaginta vnum pro locatione domus, qui pensionem annuam repræsentauerunt.

Ex alijs scutis ducentis fuit contracta societas ad rationem scutorum duodecim pro quolibet centenario, & isti fructus fuerunt soluti, ac nihilominus etiam ex illis scutis ducentis soluta fuerunt scuta centum, & pro illa parte fuit extincta societas.

Quoad præsumptionem doli, & fraudis, quatenus deducitur ex modicitate pretij, non subsistit facto
7 ex præfatis & ex ea sola non præsumitur dolus sufficiens ad rescindendum contractum, *l. dolus, l. ad rescindendam, C. de rescinden. vendit.* Quatenus verò deducitur ex eo, quod Carolus haberet pecunias dotales Matris Fabritij, quæ ad ipsum Fabritium spectabant, quæque si illi solutæ fuissent, non fuisset coactus deuenire ad illam venditionem visum fuit Dominis illum dolum esse nimis remotum, quia Carolus soluit fructus illarum pecuniarum dotalium, & Fabritius contentus fuit illas recipere, & cum effectu recepit absque eo, quod constet requisiuisse Carolum pro solutione partis ipsum concernentis, & hæc eo magis placuerunt Dominus, quia Carolus sponte sua offert, quatenus dictum pretium non sit iustum illud supplere.

---

# DECISIO XL.

## R.P.D. PAMPHILIO.

### Romana Rescissionis contractus.

*Mercurij 30. Octobris 1601.*

### SVMMARIVM.

1 *Ad effectum læsionis debet probari valor de tempore, & ante. & post contractum per aliquod tempus.*

2 *Neque sufficit solum de tempore celebrati contractus cum esset parum tempus.*

3 *Testes vt probent in materia læsionis debent deponere de communi valore, nec sufficit, vt deponant de credelitate, & iudicio ipsorum.*

4 *Peritis in Arte, & Architectis est credendum, etiam quod non deponant de communi valore.*

*Dic procedere si vti periti à partibus, vel à Iudice sint adhibiti ad rem æstimandam, secus si à parte inducantur vt testes, quia tunc debent deponere de communi valore per aliquod tempus ante, & post contractum.*

5 *Pactum de retrouendendo minuit pretium rei, & habetur in consideratione ad probandam læsionem.*

*Testes deponentes super valore rei non probant, nisi habeant rationem pacti de retrouendendo.*

COnclusum fuit non probari læsionem in venditione, de qua agitur, quæ sufficiat pro illius rescissione Testes enim pro Dominis de Pichis examina-
1 ti coram Primo Collaterali non concludunt valorem Casareni de tempore ante, & post contractum per aliquod tempus, vt requiritur in probationes valoris bonorum immobilium, *Bartolus in l. pretia rerum, §. primo numer. 2. in fine, & sequen. & ibi Alexand. numer. 10. ff. ad leg. Falcid. Bart. in l. 2. numer. 23. C. de rescindend. vendit. Aretin. cap. cum causa in primo notab. de testamen. & fuit resolutum in causa Tiburtina Castri Arsularum, 26. Iunij 1598. coram Reuerendo Patre Domino meo Penia;* quicquid dicit *Cagnol. in dicta l. 2. num. 738.* quamuis enim ad huiusmodi effectum, valor rei inspici debet
2 de tempore contractus probatio valoris, tamen non est restringenda ad illud tantum, quia esset pa-

rum

rum tempus, cuius æstimatio non attenditur, vt tradit Bartol. & Alexandr. vbi supra, & declarauit Rota coram Reuerendo Patre Domino Cantacio in causa Romana Casalis Tunicellæ, 10. Martij 1578.

Præterea isti testes loquuntur de eorum iudicio, &
3 credulitate, non autem de communi valore, vt fieri debet in materia læsionis, iuxt. doctrinam Bart. communiter approbatam in dicta l. pretia rerum, sub numer. 2. vbi Alexand. numer. 11. & in dicta l. 2. numer. 17. & ibi latè Cagnol. numer. 233. & sequ. Angel. in §. si quis agens, numer. 1. Socin. iun. consil. 73. numer. 2. lib. 2. & fuit in quampluribus causis resolutum.

Neque refert, quod isti testes sint Architecti, & periti in arte, quia tota domum eis est credendum, etiam quod non deponant de communi valore, si vti peri-
4 ti à partibus, vel à iudice adhibiti sint ad rem æstimandam, vt notant Doctores in d. l. 2. & ibi Cagnol. numer. 288. & Pinell. in 3. part. cap. vlt. numer. 4. Secus autem est, quando prout hic à parte inducuntur in testes, quia tunc debent deponere cum omnibus requisitis testium, & sic de communi valore per aliquod tempus ante, & post contractum, ad hoc facit consilium Curt. iun. 165. col. penult. vbi plenè de hac materia.

Accedit etiam, quod præfati testes nullam habent rationem pacti de retrouendendo in venditione appo-
5 siti, quod vti pars pretij minuit æstimationem, l. fundi pars, ff. de contrahend. emption. DD. in l. 1. §. si hæres, & ibi Iason numer. 10. & Ripa numer. 26. ff. ad Trebellian. Abb. in capit. in aliquibus, in secundo notabili de decimis, & habendum est in consideratione ad probandam læsionem. Socin. consil. 248. in fin. lib. 2. Dec. consil. 308. numer. 3. Cagnol. in d. l. 2. numer. 243. latè Tiraq. de retract. conuen. in præfat. nu. 20. & 25.

## DECISIO XLI.

### R. P. D. GYPSIO.

Romana Domus de Mannellis.

*Mercurij 24. Nouembris 1593.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi in concessione emphyteusis non est appositum pactum de non alienando, obligando, &c. emphyteuta potest rem emphyteuticam obligare.*

2 *Æstimatio non est bona, nisi omnes qualitates rei æstimentur.*

*Dic, quod est verum in ijs, quæ de iure insunt contractui emphyteotico. Secus autem in ijs, quæ veniunt ex pacto speciali.*

3 *Testibus non pertinet determinare ea, quæ in iure consistunt.*

*Testibus deponentibus contra communem opinionem non creditur.*

4 *Ad æstimandum verum valorem rei venditæ, attenditur tempus venditionis.*

*Laudemium debet solui in alienatione rei emphyteuticæ.*

5 *Plus æstimatur res locata propter maiorem vtilitatem quam Dominus consequitur ex ea sic locata, quam si liberè venderetur.*

6 *Experientia est rerum magistra.*

*Casalia quæ ad vineas plantandas dantur maiorem vtilitatem reddunt, quam si liberè vendantur, vel ad laborandum simpliciter concedantur.*

ILlustrissimus D. Vrbis Senator, & ego, quibus in gradu restitutionis in integrum fuerat hæc causa commissa, dedimus dubium in Rota discutiendum, quæ onera, & quanti valoris deduci deberent ad effectum, vt dici posset constare de læsione venditionis, seu cessionis domus existenti sub proprietate bo. me. Card. de Cuppis, qui aliàs aream, siue solum super quo postea ædificata fuit dicta domus, in emphyteusim concesserat cuidam Roberto pro certo canone, seu responsione cum nonnullis pactis præsertim, quod non liceret dicto conductori, vel ab eo causam habenti solum, & melioramenta pro tempore illi facta, & facienda in totum, vel in parte vendere, & pecuniam Curiæ obligare, hypotecare, in solutum dare, vel alienare, alienationis largo modo sumpto vocabulo, sine expressa licentia proprietarij, verum, quia alias Rota sub die 2. Iunij 1586. coram R. P. D. meo Orano resoluerat canonem dicti soli scutorum nouem cum dimidio esse æstimandum scutis 250. & pactum de non alienando alia scut. 200. & sic diminuere pretium, & verum valorem domus in scutis 450. quibus detractis non videbatur satis probari læsionem vltra tertiam partem, iuxta formam Statuti Vrbis. Propterea ad satisfaciendum parti, quæ multum conquerebatur de prædicta resolutione, quia existimabant huiusmodi pactum vna cum ipso canone esse vnum, & idem onus, & pro vno tantum æstimari debere proposui, in plena Rota supradictum Dubium, cum præsuppositis de quibus in facto, & dicta die Domini vtraque parte informante resoluerunt esse duo diuersa, & separata onera, & vti talia esse æstimanda, & sic steterunt in aliis decisis; & moti fuerunt, quia si pactum de non alienan-
1 do, &c. non fuerit appositum, emphyteuta potuisset absque licentia domini directi obligare, & hypothecare dictam domum, gloss. communiter approbata in l. fin. in verf. alijs vendere, C. de iur. emphyteut. Vbi Iason de commun. num. 78. DD. in l. Tutor, §. finali, de pignorat. action Ripa in l. filius familias, §. Diui, numer. 9. de legat. 1. Gratus consil. 54. numer. 5. & consil. 55. numer. 14. libr. primo. refert, & sequitur Clar. in §. emphytusis, quæst. 8. ideo non subsistunt ea, quæ ex aduerso afferuntur ad ostendendum, hæc pacta esse de natura contractus, & consequenter esse vnum tantum onus.

Nec ad rem facit Gratus dicto consilio 55. num. 16. & 17. quia ipse loquitur de alienatione fructuum, vt emolumentorum, non autem de vtili dominio, & ipsa re emphyteotica; vult enim, quod semper ius conditionis remaneat penes primum conductorem, & eius hæredes.

Non obstat, quo in æstimatione canonis, omnia pacta, & conuentiones debent comprehendi, aliàs æsti-
2 matio non esset bona, nisi omnes qualitates rei æstimarentur, ad notata in l. 1. §. si hæres, ad Trebellian. cum alijs allegatis, quia id posset procedere, si dicta pacta inessent locationi in emphyteusim de iure communi, quod est falsum, vt ex supra dictis patet; nam esto, quod Caducitas ab vtili dominio intelligatur venire sub qualitate canonis, si mora fuerit commissa in solutione, l. 2. C. de iur. emphyteu. cap. potuit locari, tamen non potest dici sub dicta expressione canonis contineri eaque contra, vel præter iuris communis dispositionem fuerint inter partes ipsas conuenta, vt est dictum pactum de non obligando, & hypothecando,

Minus est fides adhibenda testibus dicentibus sub dicta æstimatione Canonis venire caducitatem, & pactum de non obligando, &c. tum quia ad ipsos non
3 pertinet determinare ea, quæ in iure consistunt, *Bald. in l. qui testamento. §. finali de testament. Alexand. consil. 28. num. 11. lib. 7.* tum etiam, quia deponunt contra præfatam communem opinionem.

Et eodem modo responderi potest ad fides, quæ extraiudicialiter, parte non citata factæ fuerunt.

Non obstat, quod solum ab omni onere liberum de anno 1555. non esset maioris valoris, quam scutorum 356. & b. 70. secundum fidem Magistrorum Viarum, quia ex hoc non infertur, quod æstimatio facta per Rotam ad scuta 450. non sit bona, siquidem attendendum est tempus venditionis domus, tum propter me-
4 lioramenta, quæ possunt deuolui, tum etiam propter ludemium, quod solui debet in alienatione rei emphyteuticæ, & non est absurdum, quod pluris est æstimetur res locata propter maiorem vtilitatem, quam Domi-
5 nus sic locando consequitur, quam si libere venderetur, vt experientia docet, quæ est rerum magistra, *cap. quam de elect. in 6.* Nam Casalia, quæ in emphyteusim ad vineas plantandas dantur, satis maiorem vtilitatem reddunt, quam si libera vendantur, vel ad laborandum sim-
6 pliciter concedantur, quod tanto magis procedit in casu proposito, quia dominus directus non erat aliter concessurus.

Dixerunt insuper Domini esse faciendas omnes alias deductiones, iuxta resolutiones in hac causa factas.

---

# DECISIO XLII.

## CORAM CARD. LANCELLOTTO.

Romana Emphyteusis.

*Lunæ 13. Februarij 1607.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Melioramenta vtilia facta à possessore bonæ fidei ei sunt reficienda.*
2 *Fructus melioramentorum spectant ad illum, qui fecit melioramenta, vel eorum successores.*
3 *Vbi adest pactum, quod duret locatio, donec reficiantur melioramenta, donec illa fuerint refecta fructus rei locatæ spectant ad emphyteutam.*
*Deuolutio non intrat in locatione ad longum tempus.*
*Habens retentionem domus pro melioramentis compensat pensiones illius, cum ipsis melioramentis.*
*Contractus talis iudicatur, qualis à partibus nominatur.*
4 *In emphyteusi soluitur quid minimum in recognitionem directi dominij, in locatione verò soluitur pensio correspondens fructibus.*
5 *Ratificatio locationis, vel alterius actus præsumitur spatio triginta annorum stante obseruantia.*
6 *Ratificatio contractus elicitur ex diuisione facta de re in dicto contractu comprehensa.*
7 *Negans directum dominium excusatur ex capite ignorantiæ, præsertim si res fuit sibi vendita vti libera.*
8 *Prior cessio præfertur secunda, & secunda nihil operatur.*
9 *Cessionarius non potest agere contra eum, contra quem non poterat cedens.*
*Neque potest habere plus iuris, quàm haberet cedens.*

CVm melioramenta fuerunt facta à Lampadio, & Fontana, & deinde vendita Lelio, & Fabritio, qui alia similia melioramenta fecerunt, & cum ab istis D. Thomatis causam habeat, mediante venditione facta per viam Curiæ, Quintilius, Domini dixerunt dicto Thomato deberi melioramenta facta tam ab ipso, quam à prædictis eius auctoribus, quia
1 sunt melioramenta vtilia, quæ facta à possessoribus bonæ fidei sunt reficienda, *l. Paulus, §. Domus, ff. de pignorib. Bart. in l. in fundo, num. 6. & 7. ff. de rei vendicat. Ioan. Garz. de expens. & meliorament. cap. 6. numer. 20. & 21. §. 15. Capic. decis. 17. numer. 7. Rota diuersor. decis. 398. num. 2. par. prima cum alijs allegatis per Menoch. de recuperand. possess. remed. numer. 617. & sequen.* quod in hoc casu magis de plano procedit, quia in locatione fuit conuentum, quod illa finita, & soluto pretio liceret Eluiræ, & suis successoribus possessionem recipere, & per se ipsos retinere, & disponere, & quousque dicta solutio fuerit facta, durare debeat, ita vt debeantur vigore pacti, *l. 1. ff. de pact.*

Nec obstant ea, quæ in contrarium deducta fuerunt, quando scilicet hoc dubium fuit propositum die octaua Februarij 1607. nam, quod valor huiusmodi melioramentorum excomputari debeat cum pensio-
2 nibus domus, cessat, quia tales sunt fructus ipsorum melioramentorum, quæ spectant ad illum, qui melioramenta fecit, & consequenter ad eius successores, *Afflict. decis. 87. num. 7. in fine, Puteus decis. 275. in fine lib. 3. & est decis. 12. num. 1. inter impressas,* maximè, quia adest pactum, quod duret locatio situs, do-
3 nec reficiantur melioramenta, vnde donec illa non fuerint refecta, non est locus excomputationi.

Non obstat allegata caducitas, quia pœna, *l. finali, C. de iure emphyteut.* non intrat in locatione ad longum tempus, vt fuit resolutum in causa *Romana Casalium coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & decisiones habentur inter impressas 794. & 819. par. prima,* qualis est ista, cum talis fuerit à partibus nominata, *Dec. cons. 23. num. 3. Natt. cons. 49. num. 14. Soc. cons. 102. num. 10. lib. 2. Rot. decis. 564. num. primo par. prima,* & cum pensio nedum correspondeant fructibus, sed imò est excessiua, cum pro cannis terrenis 19. scutis quindecim soluentur, qui est modus cognoscendi emphyteusim à locatione ad longum tempus, cum pro contractu em-
4 phyteutico soluatur, quid minimum in recognitionem directi dominij, in locatione verò soluatur pensio correspondens fructibus, *Bero. consil. 131. numer. 7. & 130. n. 8. lib. 1. Rum. cons. 171. lib. 1. Rot. decis. 564. n. 2 par. prima.*

Nec etiam obstat, quod locatio fuerint nulla, vti facta à Ioanne Gomez Marito Eluiræ, qui non erat de comprehensis, in inuestitura, nam locatio fuit facta tam nomine ipsius Ioannis, quam etiam nomine Eluiræ, cuius ratificatio, vel consensus præsumitur
5 spatio 30. annorum stante obseruantia, vt fuit decisum fuit in Rota, vltra quod fuit ratificata à successoribus in emphyteusi per diuisionem anni 1575. in qua in portione Fabritij, assignata fuit responsio scutorum quindecim, quæ soluuntur vigore illius locationis fa-
6 ctæ per Ioannem Gomez, *c. ratum, & ibi Ben. de reg. iur. lib. 6. Dec. cons. 172. num. 9.*

Prout non obstat, quod dictus Thomatus negauerit directum dominium; quia ex capite ignorantiæ venit
7 excusandus, cum & nulla fuerit facta intimatio, sed domus vti libera vendita fuerit, vt fuit resolutum coram *Reuerendiss. Pacen. 13. Decembris 1594. in causa Landen. Deuolutionis Domus.*

Similiter non obstat, quod Lampadius hac lite pendente iura sua cesserit Dominæ Sulpitiæ, & eius consortibus,

tibus, quia cum prius illa cessisset Fabritio, & Lelio
eius hæredi, & deindè d. Thomato, cum traditione
possessionis, hæc posterior cessio nihil suffragatur,
8 *Quoties cum ibi not. C. de rei vendicat.* nec vigore
istius posterioris cessionis possunt dicta Sulpitia, &
Consortes agere contra dictum Thomatum, contra
quem non poterat cedentes, *Bald. cons. 61. lib. 3.*
& notum est cessionario non competere plus iuris,
quàm competebat cedenti, maxime propter iuramen-
tum Lampadij de non contraueniendo prioribus ces-
sionibus, iuxta tradita per *Gabr. iureiur. concl. 1. n. 1.*

---

## DECISIO XLIII.

### CORAM CARDINALI PAMPHILIO.

Farsen. Nullitatis contractus.

*26. Iunij 1606.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Peritis in estimandis rebus est standum.*
2 *Venditio vbi est læsiua est rescindenda non obstante iu-ramento.*
*Iurans contractum non impugnare potest, nihilominus ex capite læsionis contra illum agere cum iurans non censeatur de tanta læsione cogitasse.*
3 *Dolus re ipsa æquiparatur dolo ex proposito.*
*Ex læsione arguitur dolus re ipsa.*
*Vbi in contractu adest dolus ex proposito, iuramentum non ligat.*

FVit per Dominos resolutum constare de læsio-
ne, quia bona, de quibus agitur, fuerunt vendita
pro scutis 200. & tamen ex relatione peritorum de
1 ordine Illustrissimi Commendatarij seruatis, seruan-
dis, iuxta Theoricam Bartoli, & aliorum in *l. 2. C. de
rescinden. vendit. & in l. pretia rerum, & ibi præ cæ-
teris Alexand. num. 6. ff. ad l. falcid. Francisc. Aretin.
consil. 55. colum. penultima*, constat de tempore vendi-
ditionis fuisse valoris scutorum quingenta septua-
ginta, præter Domum, Vascham, & alia ædificia: stan-
te igitur huiusmodi enormissima læsione, fuit dictum
contractum venditionis absque dubio esse rescinden-
dum non obstante iuramento, quia iurans non vi-
2 detur in tantam læsionem consentisse, nec de ea co-
gitasse, *Abb. consil. 8. num. 5. & sequen. par. secunda,
Corn. consil. 214. numer. 4. Paris. consil. 75. numer.
13. sequen. part. secunda. Aym. consil. 4. numer. 5.
& consil. 192. num. 5. versic. Rursus Cassador decision. 1.
de emption. & vendition. cum alijs per Couar. in cap.
quamuis, par. tertia, §. 4. num. 1. de pactis in 6. & va-
riarum resolution. lib. 2. cap. 4. num. 5.* tum etiam
quia ex ea arguitur dolos re ipsa, qui dolo ex pro-
posito æquiparatur, quo stante iuramen-
tum dicitur dolo præstitum, & ideo non
tenet, nec iuramen. ligat. *Paris. d.
consil. 75. nu. 19. lib. 3. Couar.
in locis proximè citatis,
Cephal. qui plures
allegat. cons.
127. in 6.
& seq.
lib.
1.*
Et ita con-
clusum.

## DECISIO XLIV.

### R.P.D. IVSTO.

Romana Census sancti Celsi.

*Veneris 28. Iunij 1602.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Contractus factus cum Ecclesia habet implicite statum validitatis, cum sit nullus solum volente Ecclesia.*
*Si tamen fuerit in casum nullitatis contractus promissum interesse, id debetur non obstante nullitate contractus principalis.*
2 *in contractu emptionis, & venditionis, licet sit nulla obligatio primitiua, non tamen est nulla secundaria obligatio quod interesse.*
3 *Ecclesia ex contractu, qui Ecclesiam regulariter non obligaret, tenetur in eo, quod versum est in eius vtilitatem.*
*Ecclesia non debet locupletari cum aliena iactura.*
4 *Mora requiritur, vt debeatur interesse.*
*Sed in casu, quo petitur interesse ob nullitatem contractus non requiritur mora, cum sufficiat retentio pretij, quod recipientem pecunias liberauit ab onere grauiorum interesse, & dantem constituit in damno, quod à recipiente pecunias illi resarciri debet.*
5 *Refectio interesse est refectio damni promissi, & passi.*
6 *Vbi contractus factus super rebus Ecclesiæ est nullus, ex eo non debentur fructus.*

CApitulum, & Canonici Sancti Celsi imposuerunt
duos annuos census super certis eorum bonis, il-
losque vendiderunt Romulo, sed quoniam non interue-
nerunt solemnitates, census fuerunt declarati nulli, &
Romulus egit ad restitutionem pretij, & obtinuit ea
potissimum ratione, quia pretium census cessit in
extinctionem aliorum censuum grauiorum, & ita in
vtilitatem Ecclesiæ. Romulus hodiè repetit sibi solui in-
teresse loco fructuum, quia cum ipse eosdem census ces-
serit Defendenti, coactus fuit soluere fructus, qui sibi
sunt restituendi per Capitulum & Canonicos, & Rota
resoluit sibi deberi fructus solutos Defendenti, licet
non valuerit Census, vt pronunciatum fuit post decla-
rationem factam ad fauorem Ecclesiæ, quia ante habe-
1 bat implicitum statum validitatis, scilicet volente Capi-
tulo, & Canonicis, vt fuit dictum in hac causa coram R.
P. D. meo Mellino, nihilominus non idem dicendum est
ratione interesse, quod explicitè promissum est in
euentum nullitatis; siquidem sumus in contractu em-
ptionis, & venditionis in quo & si illa primitiua obli-
gatio est nulla non tamen est nulla secundaria obliga-
2 tio quoad interesse, in quo a principio Romulus igno-
rabat, quod Capitulum, & Canonici vellent annullare
contractum census sibi vtilem, & proficuum, secundum
distinctionem *Bald. in l. non dubium n. 16. & ibi Ias. n. 12
C. de legi. per l. liber homo & ibi glos. ff. de contrahend.
emptione.* Ecclesiæ enim ex contractu, qui Eccle-
siam regulariter non obligaret, tenetur in eo, quo
versum est in eius vtilitatem, *cap. quibusdam, de fi-
deiussoribus, vbi Abb.* quia emptor sine culpa sua
non debet esse in damno, nec Ecclesia locupletari
cum aliena iactura, recipiendo censum, cuius causa
fuerunt soluti census leuiores, cum teneretur ad cen-
sus grauiores extinctos pretio istorum censuum, *Al-
ber. in authent. qui rem, num. secundo, versiculo Aut
ignorauit, C. de sacrosanct. Eccles. leg. vtere, & leg.
si prædium, de præd. minor. vbi Bald. Bart. in addi-
tion. l. vt qui natura, §. non tantum, vbi Castrens. ff. de ne-
gotijs gest. & alij.*

Non obstat, quod dicitur Capitulum, & Canonicos non fuisse in mora, quæ requiritur, vt debeatur interesse, nam pro mora requisita sufficit in hoc casu retentio pretij, quod ipsos liberauit à solutione graniorum fructuum, cum enim Capitulum teneretur restituere pretium statim facta declaratione nullitatis, & ex non restitutione resultauerit lucrum Capituli, quia Census primi remanserunt extincti, nec non damnum Romuli, qui soluebat Defendenti fructus, vtique Capitulum tenetur resarcire damnum, quod sua culpa patiebatur, *cap. finali de vsurys. l. qui occidit, §. in hac, ff. ad l. Aquiliam*, præsertim stante specifica promissione damnorum in euentum nullitatis census, quem Capitulum, & Canonici nullum esse voluerunt, & ita Romulus nihil recepit per modum lucri, sed per mo-
5 dum rei sibi debitæ, quia est solutio damni perpessi, & promissi, *Conrad. de contractib. quæst. 46. in princip..*

Et consequenter non obstat, quod ad hoc vt non
6 acquirantur fructus, sufficiat contractum esse nullum in rebus Ecclesiæ *Lanren. de Rodulf. in c. fine ex eius qu. penul. 21. quæst. 2. Felin. post allegata in c. cum causa nu. 27. de re iud.* quia Romulus non petit per modum fructuum, sed ne fit in damno in contractu vtili Ecclesiæ licet sine debitis solemnitatibus.

Et ita decisum &c.

## DECISIO XLV.

### CORAM CARD. LANCELLOTTO Seniore.

Romana Vigintimillium,

*Veneris 11. & 14. Maij 1582.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi conuentum est, quod res vendita donata, vel aliàs consignata debeat reuerti, non potest aliter fieri, quam per se solutionem contractus, quia aliàs esset necessarium factum illius qui percepit.*

2 *Verbum, Reuertatur, est commune, scilicet obliquum, & directum.*

3 *Verbum communi ratione adiuncti potest fieri directum.*

4 *Verbum oppositum pacto legis Commissionis, & adiectionis in diem, de retrouendendo, & alijs similibus resoluit ipso iure absque aliqua traditione.*

5 *Vbi duo verba sunt posita in vna, & eadem oratione, ac sub vnica verborum structura, ambo debent determinari ab eodem verbo principali, à quo regnntur.*

6 *Qualitas adiecta verbo posito in posteriori parte orationis, refertur etiam ad aliam præcedentem partem eiusdem orationis.*

*Copula, &, censetur repetere in vtraque parte orationis modos, & qualitates expressas; siue à parte post, siue à parte ante.*

7 *Vbi resolutio fit ipso iure, debet res simul cum fructibus perceptis restitui.*

8 *Vbi pactum est factum sub conditione, conditione deficiente fructus debent restitui.*

9 *Conditio trahitur retro ad tempus contractus, & habetur, ac si actus nunquam fuisset deliberatus.*

10 *Vbi titulus reducitur ad non titulum fructus sunt restituendi.*

11 *Pronomen ipsum demonstrat, & reperit id, quod ante fuit expressum.*

12 *Pertinentiarum appellatione veniunt etiam fructus. Datum contemplatione alterius dati si secundum non habetur, competit repetitio primi.*

13 *In omni materia inspicitur mens contrahentium.*

ORdinauerunt Domini in causa Romana vigintimillium, inter Christianissimam Reginam, & Serenissimam Madamam Austriæ, & creditores die 14. Maij 1582. pro faciliori exitu concordiæ, quam de consensu partium tractant, vt disputaretur infrascriptum Dubium, videlicet stante concordia inita de anno 1560. an in casu succumbentiæ debeat reuerti ad Reginam Castrum Sancti Angeli, cum fructibus præteritis à die dictæ concordiæ, quod Dubium cum fuisset pluries intimatum Agentibus pro Madama, nec curauerint super eo informare, fuit tandem informante tantum parte Reginæ bis propositum, nempe die Veneris 11. & die 14. Maij 1582. & pro resolutione fuit distincta materia in tres difficultates. Prima est, an versemur in pacto resolutiuo. Secundo, dato quod sic, an resolutio fiat ipso iure. Tertia, & vltima an facta resolutione debeat reuerti Castrum vna cum fructibus perceptis à die Concordiæ, vsque ad diem succumbentiæ.

Quoad primam dixerunt nos versari in pacto resolutiuo, ponderando verbum Reuertatur. Nam si partes voluerunt Castrum debere reuerti in euentum succumbentiæ, id non potest esse, nisi per resolutionem,
1 quia alioquin necessarium fuisset aliquod factum Madamæ, puta illius retrocessio, vel aliquis alius titulus, qui cum non fuerit expressus, oritur resolutio, vt probatur in *l. 1. §. item cum ipso innito, §. fin. de donat.* vbi si quis donat rem ea mente, vt statim fiat accipientis, si tamen velit illam ad se reuerti sub conditione, si quid factum fuerit, vel ne, dicitur ibi, quod illa est regulatiua conditio donationis.

Quo verò ad secundam tenuerunt affirmatiuam opinionem, quia licet verbum Reuertatur sit commune, scilicet obliquum, & indirectum, vt notant Doctores in *l. Centurio, de vulgari, & pupill. substit.* & præsertim ibi *Ias. num. 72. Rip. num. 194.* cum alijs, quibus late per *Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo Reuertatur, num. 6. cum seqnen. C. de reuocan. donat.* tamen verbum Commune ratione adiuncti potest effici directum, veluti si addantur verba Pleno iure, vt not. *Bart. in authent. hæc vsus præstatio, C. de sacr. sanct. Eccles. Abb. in cap. conquestus num. 4. vbi Felin. numer. 1. cum sequen. de for. competen. Rip. in dicta l. Centurio n. 182. Galian. 518. Tiraq. in dicto verbo Reuertatur n. 138. vers. 41.*

4 At verbum directum oppositum, ne dum pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, & de retrouendendo, sed etiam in omnibus alijs similibus pactis resoluit ipso iure absque aliqua traditione, secundù veriorem, & magis receptam opinionem, licèt multi, & magnæ auctoritatis DD. contrarium tenuerint, vt per *Conarr. variar. resolution. lib. 3. cap. 8. num. 2. versic. verum*, & in hac specie *Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glos. 7. n. 14. & 15. nouissime, Io. Lupus in l. 2. nu. 8. C. de pact. inter empt. & vendit.*

Et in terminis pacti de quo agitur, scilicet de retrouendendo, facti cum verbis directis, videlicet, pleno iure quod resoluat ipso iure est *gloss. in dicta l. 1. versic. mortis, in fine de donat.* vbi notat *Bar. Angel. Castren. & alij, Ias. in dicta l. ab emptione, num. 7. de pact. Tiraquell. in dicta gloss. 7. num. 17. & in dicto verbo Reuertatur num. 138.* & est communis opinio, de qua per *Couar. in dicto cap. 8. numer. 1. versic. secundo, eadem conclusio.*

Nec dicendum est huiusmodi verba Pleno iure, fuisse adiecta verbo Spectet, non autem verbo Reuertatur,
5 quoniam cum dictum vtrumque verbum sit positum in vna, & eadem oratione, ac sub vnico verborum contextu,

textu,& determinetur ab illo verbo Castrum,quemad-
modum dicta verba Pleno iure determinant verbum
Spectent , ita etiam debent determinare verbum Re-
uertatur,argumento *l.iam in hoc iure, de vulgar.substit.*
pro quo facit regula textus in *l.dolo, in princip.de serno
corrupto*,vbi qualitas adiecta verbo posito in posterio-
ri parte orationis , refertur etiam ad aliam præceden-
tem partem eiusdem orationis , & ibi notat *Bart.* infe-
rens ad statuta,de quo per *Decium.consil.92.n.2.*

Conprobatur hæc interpretatio ex dictione , & ad
eos pleno iure , quæ copula censetur repetere in vtra-
que parte orationis , modos, & qualitates,siuè à parte
post,siuè antè vt per *Fastol,in dub. 46.num.8.* præterea
quemadmodum in assignatione Castri illa verba Pleno
iure , respiciunt vtrumque verbum , scilicet remaneat,
& spectet,ita etiam debent respicere in reuersione eius-
dem castri.

In tertia & vltima difficultate fuit conclusum, quod
reuersio Castri fieri debet vna cum fructibus perceptis
7 à die concordiæ , vsque ad diem succumbentię. Ratio
est,quia, quando resolutio fit ipso iure,debet res simul
cum fructibus perceptis restitui, vt ex pluribus traditis
*Tiraq.in d. verbo Reuertatur num. 282. & de retract,
conuen.§.5.glos.2.num.2. Couar. variar.resol.c.9.col.3.
num.1.vers.tandem his distinctionibus,Bero cons.165.n.
22.vol.1.& in d.c.ad nostram num.42.de empt.& vend.
Coras.in Miscellaneis lib.3.c.9.num.4. Pincll.in l.2.par.
3.num.63.C.de rescind.vend.Imol.in c.illo vos num. 14.
de pignor.*

Præsertim quando pactum fit sub conditione, prout
est illud de quo agitur,nam deficiente fructus percepti,
8 tunc restituendi,*l.necessario §.quod si pendente dc peric.
& comod.rei venditæ,Rauer.sing.229. Roman.sing.544.
Socin.cons.170.col.4. vers. Ad tertium vol.2. Couar.in
d.c.9.col.3.eadem vers.Tiraq.in d.verb.Reuertatur nu.
277.* & ratio est secundum *Socin.in d. cons. post Bar.in l.
si is qui pro emptore in 5.quæst. prin. de vsufruct.* quia
conditio trahitur retro ad tempus contractus,& habe-
tur,ac si actus nunquam fuisset celebratus,& nunquam
fuisset dominium translatum.

Accedit,quia hic titulus reducitur ad non titulum in
euentum succumbentiæ , ideò fructus sunt restituendi
secundum *Rom.cons.454.num.27. quem sequitur Felin.
in c.cum causa col.8.num.30.ver.& vide,de re iudicat.
Tiraq.in supradicto verb. Reuertatur num. 278. Natt.
cons.535.num.12.vol.3.*

Confirmatur hæc opinio ex illo Pronomine ipsum ,
quod demonstrat, & repetit id , quod ante fuit expres-
11 sum,quasi quod Castrum cum omni sua vtilitate,com-
modo,& fructibus perceptis reuertatur,& quod Regi-
na tantum habeat , quantum si Castrum non perman-
sisset apud Madamam .

Non displicebat etiam DD. consideratio facta de
verbo pertinentijs,quatum appellatione veniunt etiam
fructus,iusta ea, quæ tradit *Dec.cons. 516.num.25.* Hæc
autem interpretatio congruit verisimile menti paci-
scentium; nam Reginæ loco Castri datur proprietas
Montis recuperandi vna cum fructibus decurrendis à
die Concordiæ.Madamæ verò datur Castrum si igitur
mons non recuperatur , & Rgina non habet, nec fru-
ctus,nec proprietates dicti montis est , quod Castrum
sibi restitui debeat cum fructibus tanquam cessante
causa dationis Castri *iux.tex.in l. qui se debere , §.fi.de
cond.ob caus. Cap.de fruct.lib.4.c.10.*

Videntur etiam contrahentes voluisse omnia subice-
re futuro euentui litis,nam si succumberet,nihil lucrari
debuisset Madama , sed Castrum ipsum dum pertinen-
tijs ipsis, & accessorijs Castri deberet reuerti ad Regi-
nam . In hac autem materia plurimum inspicienda est
etiam mens paciscentium, vt per *Tiraqu. in d. verbo
Reuertatur n.63.vers.11.fallit.*

In hanc sententiam fuerunt DD. moti etiam pro-
pter æqualitatem seruandam *iux.Auth.de non eligend.
secund.nuben. §. fin. cum vulgar.* nam quemadmodum
in permansione Castri facta in fauorem Madamæ, fru-
ctus d. Castri spectant ad ipsam , si non est locus suc-
cumbentiæ , ita pariter in euentum succumbentiæ de-
bet reuerti cum fructibus . Tum etiam quia hæc inter-
pretatio fauet æquitati,cum alias dicta Concordia ten-
disset in maximum detrimentum Reginæ , ad quam
hoc Castrum spectabat ex hæreditate Auiæ S. Alphon-
sinæ , & ita DD. resoluerunt informante tantum parte
Reginæ.

---

# DECISIO XLVI.

## R.P.D. ORANO.

Assisien. Subhastationis.

*Veneris 2.Iunij 1591.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Annullato,& resoluto titulo,cuius contemplatione bo-
na retinentur,illa cum fructibus restitui debent.*

*Existente nulla datione in solutum propter excessiuita-
tem creditor potest rem retinere pro suo credito,com-
putatis fructibus in sorte.*

*Neque id euitari potest prætextu bonæ fidei petijt plus
debito.*

2 *Factum procuratoris excusat,vt minor non lædatur, &
rei suæ iacturam patiatur , non autem vt cum alterius
damno lucretur.*

3 *Mala fides causata errore iuris non nocet in acquisitio-
ne fructuum.*

4 *Possessor bonæ fidei non tenetur ad fructus nisi à die mo-
tæ litis.*

CVm in hac causa fuisset resolutum subhastationem
bonorum, de quibus agitur ad instantiam Marci
Antonij factam,& consequenter dationem in solutum
fuisse excessiuam,& nullam,insurgit dubitatio, ac Ale-
xander eius hæres tenetur ad restitutionem fructuum
ex illis perceptorum , & Dominorum fuit commune
suffragium affirmatiuum , quia annullato , & resoluto
titulo,cuius contemplatione bona retinebantur , ne-
cessarium est , quod ipsa cum fructibus in restitutione
veniant , per *tex. in l. Titia propter dotem ff. de solut.*
quem mirabilem dicit *Bald. in c.quoniam §. fin. autem
num.2. vt lit. non contest.* vbi existente nulla datione
in solutum propter excessiuitatem creditor potest rem
retinere pro suo credito , computatis tamen fructibus
in sortem , *Fulgos.cons.126.num.2. vers. ad secundum,
Ias.in l.si non sortem §.centum.num.primo ff.de cond. in-
deb.Tiraq. de retract.Lignag.n.23.glos.1.num.27.* nec
etiam hoc euitari potest , vel sub prætextu bonæ fidei
Marci Antonij , quoniam ad fuit in eo culpa dum plus
debito petit,vel quod etiam hoc facto sui procuratoris
euenit, qui non debuit nocere domino minori , quia
2 factum procuratoris excusat ad hoc, vt minori non læ-
datur , & ne rei suæ iacturam patiatur , non autem vt
cum alterius damno lucretur contra *l.penul.§. quando
que ff.de reb. cor.* & hæc excusatio respicit potius præ-
tensum eius interesse,quam læsionem; nec ad proposi-
tum facit,quod fides causata errore Iuris , non soleat
3 nocere in acquisitione fructuum *Cassad.dec.10. num.8.
super.reg. cum allegat.* nam non fuit causata acquisitio
errore iuris,sed facto petentis plus debito .

Minus verò opitulatur dicto Alexandro à quo repe-
tuntur fructus , quod fuerit hæres Marci Antonij , qui
potuit

potuit ignorasse inualiditatem titnli. Ideoq. possedisse bona fide possit dicere, & saltem condemnatio ad fructus debeat initium accipere à tempore motæ litis, iuxta distinctionem *Caputaq. decis. 27. par. 2.* nam verius est malam fidem sui auctoris sibi, non secus ac illi præiudicasse *c. vigilante, c. fin. de præscript.*

---

## DECISIO XLVII.

### R.P.D. BVRATTO.

Romana Spolij.

9. Maij 1614.

### SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore mandati relaxati seruatis seruandis est bona, & valida.*

2 *Per solutionem partis debitis, pro quo fuit relaxatum mandatum, non inducitur nouatio.*

*Mandatum, vel sententia non dicuntur nouata, nisi expresse agatur.*

*Acceptilatio, vel nouatio pro parte non nouat, pro alia alias.*

3 *Solutio partis debiti non potest fieri nisi volente creditore.*

*Inducta in fauorem vnius non possunt retorqueri in eius odium.*

*Exequutor licet dicat fecisse exequutionem vigore alicuius mandati, non tamen potest dici eam fecisse pro tota summa in mandato contenta.*

4 *Ex simplici apprehensione pignoris per exequutorem facta non resultat spolium, cum ea non priuet Dominum possessione, neq; illum in alium transferat.*

5 *Notario non creditur, nisi de ijs de quibus fuit tunc à partibus rogatus.*

*Vbi præcessit solum decretum de subhastando, & deliberando, licèt in aliquo instrumento notarius dicat bona fuisse subhastata, & deliberata, illa verba non dicuntur dispositiua, sed enunciatiua.*

6 *Excessus non considerantur, nisi quando decretum est pro indebito, vel partim ex vera, partim ex falsa causa.*

7 *Subhastatio est nulla, & intrat spolium vbi procedit à radice infecta, videlicet, vel decreto, & mandato relaxato, vel subhastatione pro maiori summa, secus vero, quando fit pro summa debita de re maioris valoris, quia tunc subhastatio sustinetur, & residuum restituitur Domino.*

8 *Ex receptione residui pretij scienter, & prudenter facta per tutorem, & curatorem, & præstationem fideiussoris pro euictione rei vendita, dicitur ratificata subhastatio.*

*Ratificatio retrotrahitur.*

9 *Ratificatio sufficit ad translationem possessionis, vt sufficeret venditio facta per tutorem seu curatorem subsequuta reali traditione, licèt secus sit infecta.*

10 *Tutor potest ratificare venditionem bonorum pupilli factam ex causa necessaria solutionis dotis, & in vim iudicati, etiam sine solemnitatibus, & etiam quando bona capta iure pignoris iussu iudicis vendantur.*

*Tutor tenetur bonam fidem agnoscere in negocijs pupilli.*

11 *Factum à tutore, quod quilibet diligens pater familias fecisset, sustinetur etiam sine solemnitatibus.*

*Tutor potest vendere rem pupilli, ex qua percipit exiguum introitum ad effectum extinguendi debitum maioris interusurij.*

*Minor non recuperat bona nulliter alienata nisi restituto pretio, & fructus in eius vtilitatem vertitur.*

MAgdalena prætendebat se spoliatam possessione domus liberatæ ex tribus. Primo ex eo, quod mandatum exequutitum scut. 717. baiochi 70. relaxatum ad fauorem Vincentiæ eius matris pro residuo doris contra bona hæreditaria Augustini olim eius Viri fuerit nouatum per consignationem scutorum 17. baiochi 80. post illud factum, & sic opus fuerit nouo mandato. Secundo quod exequutio fuerit excessiua in dictis scut. 17. baiochi 80. & inde resultet spolium iuxta Decisionem coram bon. mem. *Iusto in Romana Spolij 26. Februarij 1606.* Tertio ex non seruata forma Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 194.* circa electionem, & æstimationem peritorum ante deliberationem.

His tamen non obstantibus dictum fuit, spolium non intrare; executio enim cum indè sequutis processit in vim mandati vigore instrumenti dotalis cum
1 obligatione Camerali relaxati, & seruatis seruandis, & propterea capta non fuit spoliatiua, sed iusta, *vulg. l. iuste possidet ff. de acquir. possess. Rota dec. 641. nu. .. par. 1. diuers.*

Ad primum fundamentum dicebatur hunc nouandi modum nullo iure probari, imò in contrarium esse
2 *vulg. reg. l. fin. C. de nouat.* disponentis per diminutionem summæ debiti non fieri nouationem. Præsertim, quia consignatio facta fuit vigore mandati, quod non potest dici nouatum, cum habeat vim sententiæ, quæ non nouatur, nisi expresse agitur *l. 4. §. si ex conuentione, & ibi glos. in verbo nouatio. Bart. & Angel. in prin. &*
3 *circa fin. vers. in glos. alias & num. 6. ff. de re iud.* Neque acceptilatio, vel solutio pro parte nouat. pro alia *§. item per acceptilationem vers. sicut autem instit. quib. mod. tollitur oblig.* alias si induceretur nouatio, solutio partis debiti, quæ non potest fieri nisi volente creditore & sic eius fauore, *l. Tutor §. Lucius ff. de vsur.* retorqueretur in eius præiudicium contra *not. in d. l. 4. §. si ex conuentione ff. de re indic.*

Secundum de excessu tollitur, quia quatenus deducitur ab executione, non constat domum captam fuisse pro maiori summa. Et licet exequutor dicat coepisse vigore mandati sub diebus ibi adnotatis relaxatis, quod continebat summam, non tamen dicit pro dicta summa. Neque ex simpliciis apprehensione pignoris per exequutorem facta, resultare potest spolium, cum
4 illa non priuauerit Magdalenam possessione, nec possessionem in Vincentium transtulerit ex communi de qua per *Alex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus numer. 12. & 17. Ias. num. 15. ff. de acq. poss. Negus. de pignor. 3. membr. 3. par. num. 12.*

Quatenus verò in deliberatione legitur, quod facta fuerit pro dicta summa scut. 717. baiochi 70. & dum in instrumento dicitur domum fuisse subhastatam ad instantiam Vincentiæ Creditricis in scutis 717. baiochi 70. vltimo, & plus offerenti pretio scutorum 825. monetæ Verba illa sunt proemialias & nunciatiua, sed narratiua Notarij de præterito, quæ non probant dictam subhastationem fuisse factam, quia in ijs tantum Notario creditus, de quibus est tunc rogatus à partibus,
5 *Innoc. in c. quoniam contra num. 12. vers. quia hoc satis patet de probat.* quem ibi alij communiter sequuntur *Alex. cons. 42. num. 9. vol. 4. Felin. in c. si cautio num. 69. de fid. instr.* Nec re vera præcedebat subhastatio, & deliberatio pro certa summa, sed solum decretum de subhastando plus offerenti. Vnde illa verba Notarij non sunt dispositiua, sed prolata habita relatione ad tempus mandati, de quo non erat facta solutio scut. 17. & baiochi 80. Præsertim quia in dispositiua eiusdem instrumenti dicitur, quod si loco inuestituræ Vincentia vellet pro scutis 700. monetę eius dotis præstare cautionem de euictione dictæ domus, posset illam præstare, prout Vincentia obtulit deindè inuestituram, & loco illius cautionem prestitit pro scutis 700. & habuit

consi-

consignationem Cedulæ pro dicta summa, & non vltra.

Et ex prædictis excluditur excessus, qui non consideratur, nisi quando decretum est vel pro indebito, *ad Bar. in l. Fulcinius. §. 2. ff. ex quibus caus. in poss. eat.* vel partim ex vera, partim ex falsa causa, idem *Bar. Castr. & alij in l. si non sortem §. si centum ff. de condict. indebit. Ruin. cons. 160. num. 26. & 27. vol. 2. glos. fin. in l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud.* quam ibi tenent communiter omnes DD. vt per *Alex. num. 4. & in* his terminis procedit decisio coram Iusto de qua supra, & aliæ similes, in quibus nullitas subhastationis procedebat à radice in-
7 fecta videlicet, vel decreto, & mandato relaxato, vel ex subhastatione pro maiori summa debiti: secus vero, quando subhastatio fit pro summa debita de re maioris valoris, quia tunc sustinetur, & residuum restituitur debitori. *Bald. in l. fin. num. 4. vers. & non plus. C. de iur. dom. impetr. Affl. dec. 218. num. 2. Ruin. cons. 160. nu. 25. vol. 2. Surd. de alim. tit. 8. q. 32. n. 82. & 83.*

Ad tertium, de forma Statuti Vrbis non seruata, responsum fuit (& hoc tollit etiam excessum, si commissus fuisset) quod ex receptione pretij scienter, & prudenter facta per tutorem, & curatorem Magdalenæ, & præstatione fideiussionis pro euictione dictæ domus ad fauorem emptoris inducta est ratificatio subhastationis *Calcan. cons. 22. num. 4. circa fin. vers. & breuiter dicendum est Crauett. cons. 158. num. 5. & cons. 237. num. 2. Menoch. de recuperand. remed. 16. num. 123.* quę ratificatio retro trahitur ad diem deliberationis, *cap. rati-*
9 *habitionem de regul. iur. in 6.* & saltem sufficit ad translationem possessionis, prout sufficeret venditio facta per tutorem, seu curatorem subsequuta reali traditione, quicquid sit defictà, *Alex. in l. 1. num. 9. ff. de acquir. possess. vbi Ripa num. 67. Ruin. in fin. Socc. Iun. num. 462. Bolognett. nu. 317. & seqq. &* præsertim *n. 325. Hormanost. n. 69. cum seq. Crot. num. 61. vsque ad fin. Rot. decis. 93. nu. 11. & 12. par. 1. in nouis.*

10 Et potuit tutor prædictus ratificare dictam venditionem sinè solemnitatibus, quia fuit ex causa necessaria solutionis dotis, & in vim iudicati, ad *tex. in l. 1. C. de præd. min. & in l. sed, si pecunia §. 1. & §. item quæritur, ff. de reb. eor. & in l. à Pio §. fin. ff. de iud. Menoch. de arbitris lib. 2. centur. 2. cas. 171. n. 72.* prout etiam quando bona capta iure pignoris iussu Prætoris venduntur *l. 3. in prin. vers. pign. & §. subsequenti de reb. eor. Menoch. vbi supra num. 72.* Tenetur enim tutor bonam fidem agnoscere, *l. quoties §. sicut ff. de adminis. tutor. & ibi Bar. l. non est & l. bonam C. eodem, &* magis, quia Magdalena sustinebat onus alimentorum dotalium cum matre ad rationem scutor. 7. cum dimidio, iuxta conuentionem factam & ad fauorem statuti Vrbis, à quo interusurio expediens erat, vt se liberaret, cum ex dicta domo non extraheret pensionem ad dictam rationem, & sic factum fuit id, quod diligens pater familias fecisset, *l. à tutoribus ff. de adm. nistr. tutor.* & minor regulariter non recuperat bona nulliter alienata, nisi restituto pretio, & fructibus in eius vtilitatem versis, *l. prædium, & ibi DD. C. præd. minor. dec. Pedemontana 160. num. 6.* ex quibus resolutum fuit sententias absolutorias à spolio intentato contra RR. PP. S. Blasij de Annulo dictæ domus possessores, extra Rotam latas, esse confirmandas.

# DECISIO XLVIII.

## R.P.D. VBALDO.

Romana Subhastationis.

*Lunæ 2. Iunij. 1614.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio, & quilibet actus præsumitur validus, & contrarium asserens tenetur probare nullitatem.*
2 *Imo eius validitas probatur, vbi facta fuit seruatis seruandis vigore mandati executiui relaxati, iuxta stylum Tribunalis, vbi fuit factum iudicium.*
3 *Neque potest prætendi excessiua, vbi facta fuit pro summa in mandato contenta.*
4 *Licet contra debitorem fideiussor agas pro liberatione à fideiussioni, & creditur pro solutione debiti, non tamen dicitur debitor bis soluere, & vtrumque mandatum sustinetur.*
5 *Fideiussor potest pro satisfacienda prima societate, aliam facere ad commodum, & incommodum debitoris, & postea pro liberatione ab illa, vel solutione illius, agere etiam, quod secunda societas facta fuerit principali non intimato.*
*Intimatio autem requiritur, vbi quis prætendit interesse ob retardatam solutionem.*
6 *Fideiussor statim, quod soluit potest agere pro solutis repetendis à principali præsertim, si principalis citatus suscepit terminum.*
*Suscipiens terminum ad soluendum summam petitam, non potest dare de excessiuitate.*
7 *Relationi periti est standum.*
8 *Si in mandato, cuius vigore facta fuit exequutio, adsit ostendatur, & illud non fuerit ostensum, non propterea dicitur exequutio nulla, vt intret spolium.*
9 *Vbi exequutio fuit facta pro summa debita, licet res subhastata plus valeat, & plus vendita fuerit, non tamen subhastatio est nulla, sed illud plus vel deponi debet, vel Domino rei restitui.*

POst resolutiones Rotales, & latam sententiam in hac causa, dubitatum fuit, an subhastatio Vineæ de qua agitur, fuerit nulla, ita vt Domina Hieronyma sit reintegranda ad eius possessionem, & licet multa deducerentur pro nullitate subhastationis, tamen DD. non videbantur adeo clara, vt necessarium iudicabat, cùm enim præsumptio sit pro validitate, *l. Quoties ff.*
1 *de reb. dub. l. quoties. ff. de verb. obligat. glos. in l. si post diuisionem in vers. non posse C. de iur. & fact. ignor. Vant. de null. in tit. quid sit nullitas numer. 22.* cum alijs per *Menoch. præsum. 4. num. 1. & seq. lib. 6.* & in terminis executionis, *Surd.* qui materiam exornat *cons. 39. num. 7.* vtique ad Hieronymam spectare videbatur onus concludenter docendi de nullitate, *c. in præsentia de renun. c. cum super de re iud. Vant. de nullita. tit. à quo, & à quibus mod. num. 5.* latè *Surd. d. cons. 39. num. 8. & 9.* & fuit dictum in *Asculana prædij 27. Nouembris 1606. & prima Martij 1610. coram Reuer. Damasceno, & in*
2 *Augustana Hospitalis 21. February 1611. coram me.* imò cum subhastatio fuerit facta seruatis seruandis, & præcedentibus mandatis exequutiuis, & iuxta formam traditam per *Moder. de mod. proced. in Tribunal. A. C. lib. 1. c. 41. in fin.* videbatur constare de eius validitate.

Nec de excessiuitate executionis posse dari, cum fuerit facta pro summis in mandatis contentis *glos. in l. ab executione in vers. excedat. C. quorum appell. non recip. Contard. in l. vnica limit. 19. in vers. rationem excessus*

cessus num. 5. & seqq. C. si de moment. poss. & fuit dictum in Anconitana Separationis Thori, siuè spolij 7. Maij 1604. coram Reuer. Atrebaten. & in eadem 20. Maij 1611. coram R.P.D. meo Manzanedo.

Mandata autem non esse excessiua, deducebatur, quia quoad mandatum pro scutis 300. & fructibus societatis Angelini, illud non excedit vera sortem, & fructus in eo non sunt liquidati, & pro qua summa D. Maurellus insolidum pro sua releuatione egit, & obtinuit mandatum contra D. Hieronymam consortem.

Nec obstare visum fuit, quod vt satisfieret Angelino bo. me. Clericus à Cornea, & Maurellus confideiussores simul acceperint ad societatem Officij à D. Verospio scuta 400. & quilibet pro rata recognouit bonam fidem, & soluentes Angelino, reportauerint pro rata iurium cessionem; Quia Maurellus, non egit cessionario nomine, sed longè ante dictam cessionem pro sua liberatione à molestijs vigore obligationis D. Hieronymæ de conseruando illum indemnem.

Nec facit, quod D. Corneus egisset, vel agere potuisset, & sic D. Hieronyma fuisset coacta bis soluere; nam
4 si semel vtique fuissent liberati Corneus, & Maurellus Instit. quibus modis tollit. oblig. in prin. vers. item si reus, & sic non fuisset coacta bis soluere. Interim verò ea non soluente semper ipsius obligatio viua remansit erga Maurellum, qui in solidum conuentus, & in solidum soluens, iustè reportauit in solidum mandatum contra D. Hieronymam, eoque magis, quod Maurellus in solidum Verospio satisfecit de summa ab eo habita, pro satisfaciendo Angelino, vt supra dictum est.

Quò vero ad mandatum relaxatum pro scutis 545. neque illud videbatur excessiuum, cum esset relaxatum pro releuatione D. Maurelli à molestijs sibi illatis à Molaria, occasione societatis in dicta summa ad eius fauorem contractæ, pro soluenda forte alterius societatis cum Carolo à Monte, & fructibus alterius societatis Angelini, cum expressa declaratione, quod commodum, & incommodum dictæ vltimæ societatis pertineret ad dictam Hieronymam, quod Maurello fideiussori D. Hieronymæ facere licuit etiam sine alia intimatione facta Hieronymæ, vt est in terminis decisio bo. me. Robusterij in Romana societatis 12. Octob. 1580. relata inter impress. diuers. decis. 251. num. 1. & 2. par. 2. Vndè non obstat decisio in causa Romana Cambiorum 17. Decembris 1584. coram Gypsio, cum alis allaris, quia hic nō agitur de soluendo aliquo interesse Maurello, ratione sibi retardatæ solutionis sui crediti, in quibus terminis procedit illa decisio, sed de resarciendis damnis ab eo passis ob fructus, & sortem dictæ societatis solutos, quo casu nō requiritur intimatio, vt admittere videtur dicta decisio in vers. ne quicquam per textum in l. si vero §. si mihi & l. si mandato §. si fideiussor ff. mandat.

Non obstat, quod plures partitæ dictæ summæ contentæ in mandato non videantur imputandæ. Quia
5 vltra quod satis videtur esse Maurello, quod ipse fuit molestatus, & coactus soluere dictam summam, cessat
6 difficultas, ex quo D. Hieronyma citata ad soluendum scuta 545. medio iuramento fassa fuit debitum, & suscepit terminum ad soluendum, cuius termini vigore, fuit relaxatum mandatum, & ideò non videtur posse amplius dare de excessiuitate iux. tex. ad l. ad solutionem C. de re iud. Rom. cons. 9. in fin. vers. præterea. Et demum accedi auctoritas periti de communi partium consensu electi, qui taxauit Creditum Maurelli in scutis 885.
7 cuius periti Iudicio videtur standum glos. in l. item si vnus, §. principaliter in vers. Auctoritate in fin. ff. de arbitr. Bar. in l. 2. ad fin. C. de pignor. Parif. consf. 96. num. 32. lib. 1. & fuit dictum in Rom. Mercedis 14. Nouembris 1611. coram me, & hanc summam videtur pars aduersa approbasse, ex quo reliquas partitas, quas impugnat, passa est reponi inter pretensiones Maurelli, vt considerauit Rota in causa Salamantina censurarum 5. Decembris 1607. coram R.P.D. meo Pamphilio.

Non obstante, quod mandata essent cum clausula ostendatur, & tamen non fuerint ostensa, quia secundum fuit ostensum domi dimissa copia, primum verò fuit ostensum D. Io. Baptistæ marito D. Hieronymæ, vt constat ex relatione Cursoris, vltra quod talis nullitas nō videbatur considerabilis ad effectum, de quo agitur.

Non obstat, quod creditum Maurelli sit in scutis 885 vt dictum est, & tamen habuerit ex pretio Vineæ subhastatæ scuta 900. & sic excessus sit patens, quia cum subhastatio fuerit facta pro summis contentis in mandatis, licet res subhastata pluris valeat, & pluris fuerit vendita, non tamen subhastatio est nulla, sed solus illud plus debet restitui debitori, vel deponi pro expensis liquidandis, vt per Moder. in d. prax. c. 41. in fine. & est tex. in l. fin. & ibi Bald. num. 4. vers. ibi sin autem minus & vers. & è contra C. de iur. dom. impetr. Ruin. cons. 160. nu. 25. lib. 2. & dicit summopere notandum Mandos. ad Rom. cons. 454. in littera O. in fin. eum alijs per Bursat. cons. 184. num. 38. vbi de magis communi lib. 2. sed nec videtur plus percepisse Maurellus stantibus prætensionibus scutorum 60. & alijs deductis per informantes, ex quibus, vel absorbentur prætensiones ex aduerso adductæ, vel saltem res adeo redditur turbida, vt nullitates allatæ non videantur attendendæ ad effectum de quo agitur, vt intret spolium.

Ex quibus fuit resolutum subhastationem fuisse validam.

## DECISIO XLXI.

### R.P.D. MANZANEDO.

Fauentina Hæreditatis.

*Die 11. Iunij 1609.*

### SVMMARIVM.

1 *Obligatio tutoris de reddendo rationem administrationis, & residuum non obligat ad restituendum quid certum donec ratio reddita fuerit, cum possit esse, quod tutor remaneat in maiori quantitate creditor.*

2 *Contra tutorem datur actio ad factum, vt scilicet rationem reddat, non autem ad quid certum.*

3 *Non tamen procedit quoad bona particularia descripta in inuentario.*

4 *Non procedente liquidatione non est locus executioni, & Iudex ad eam procedere non potest.*

5 *Instrumentum, sententia, vel depositum non liquida non possunt executioni demandari.*

6 *Instrumenta dum liquidatur non gaudent beneficio executionis, sed post quam sunt liquida incipiunt habere vires.*

Domini dixerunt mandatum Auditoris Cameræ fuisse nullum tanquam relaxatum contra Isabellam tutricem filiorum pro quarta parte Hæreditatis tangente Mariam, & cum obligatio Tutricis sit de reddenda ratione administrationis cum residui restitutione, & solutione, quod non inducit obligationem, restituendi aliquam certam quantitatem antè redditionem
1 rationis, & sicantè liquidationem, vt trad. Alex. cons. 192. ante numerum secundum lib. 7. qui postea ante numerum tertium reddit rationem, nempè, quia in redditione rationis poterit constare tutorem esse creditorem in maiori quantitate sibi petita, cum in hac reddi-

redditione rationum debet compensari impensa facta per tutorem in re pupilli *l.* 1. *§. præterea sutelæ ff. de contrauen. tutor & vtilib. action. & l.* 1. *§. sed & si seruus ff. de tutor. & ration. distrahen.* quam rationem tradit
2 etiam *Purpurat. conf.* 339. *num.* 5. dicens datur contra tutorem actio ad factum, vt rationem reddat, non vero ad aliud certum, & *Surd. decis.* 184. *num.* 1. *& Anchar. cons.* 135. *num. primo, vers. præterea* dicit procedere ob incertum exitum rationis reddendæ administrationis, ex datis & receptis hinc indè; ex quibus resoluit, quod liquidatio, debeat præcedere cum antè præfatam redditionum videbatur nihil posse dici certum, aut liquidum, & sic non posse procedi ad exequutionem contra Isabellam Tutricem ex præfatis, quæ tamen dicebantur non procedere quoad bona descripta in inuentario,
3 ex quo debitum tutricis probatur *l. fi. C. de arbitr. tutel. ex pluvib. relatis tradit Surd. d. decis.* 184. *num* 3. nihilominus non videbatur istud motiuum intrare in nostro casu, in quo non fuit mandatum relaxatum pro restitutione alicuius rei certæ contentæ in inuentario, & quãuis constet de inuentario facto, & quod tutrix habeat bona hæreditaria, & constet quartam deberi Mariæ, & respectiuè quartæ sit quota liquida non ex eo tamen redditur liquida quantitas præfatæ quotæ, nec quid, nec quale, nec quantum in illa contineatur, & cũ mandatum fuerit relaxatum exequendum super bonis eiusdem Isabellæ Tutricis, non liquidatis contentis in dicta quota quartæ partis, videtur exequutio nulla, ex defectu liquidationis necessariæ, qua non præcedente, non est locus exequutioni, *Bartol. in l. proindè, §. notandum, ff. ad l. Aquiliam, Bald. in l.* 2. *de executione rei venditæ, Alexander in consil.* 115. *num.* 10. *lib.* 7. *Afin. in tract. de exeq. par.* 1. & vltra ibi citatos id tenet *Roder. Suar. in l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. in declaratione l. Regni limit.* 4. *& Couar. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 1. *vers. in summa,* vbi affirmatur nullibi probari posse, quod Iudex ad exequutionem procedere valeat non procedente liquidatione; & instrumentum, sententiam, vel depositum, non liquida non posse exequutioni mandari, ait *Calles. de obligat. Camer. in quæst. de liquid. num.* 8. *& per totum, & Bald. in l.* 2. *n.* 7. *vers. modo quæro, C. de exequut. rei iudicat.* dicit, quod instrumenta dum liquidantur non gaudent beneficio exequutiuo, sed postquã sunt liquida, sic; tunc statutum de exequendo incipit habere vires, ex quibus sic resolutum fuit relictis alijs fundamentis pro ista parte ab informantibus adductis, quæ fuere visa non transire sine difficultate.

Et ita, &c.

---

# DECISIO L.

R. P. D. N.

Carpentoraten. Bonorum.

*Lunæ die 19. Decembris 1611.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia vigore clausulæ parito iudicato, debet executioni demandari ab eo Iudice à quo fuit lata.*
*Quod procedit, si fuit petita executio officio Iudici nobili, secus autem si sit intentata actio in factum, seu rei iudicatæ, quia tunc potest intentari coram quolibet alio Iudice.*
2 *An vbi proponitur hæc actio, requiratur libellus, & contestatio litis cum plena causa cognitione.*
*Dic, quod etiam si procederetur summariè, saltem requiritur citatio partis.*
*Citatio requiritur in quocumque iudicio, etiam si procedatur summariè, & iuris ordine non seruato.*
3 *Requiritur in executione, quando mutatur persona Iudicis.*
*Executio facta precedente liquidattone est nulla.*
4 *Relatio, seu mensuratio facta ab vno tantum ex duobus peritis electis est nulla.*
5 *Relatio data parte non citata, vbi partes non interuenerunt in examinatione negocij est nulla.*
6 *Executio facta pendente appellatione ab excessu est attentata.*
*Ab excessu licet semel appellare.*

CVm hac causa proponeretur 4. Nouembris præteriti super mandato de manutenendo, cui esset dandum. Rota ordinauit, vt videretur super nullitate executionis sententiarum qua dato particulari dubio 19. Decembris informante tantum Antonio, fuit pro nullitate resolutum. Si enim aduersarij incumbunt executioni primo, loco factæ per Vicelegatum, illa sustineri non potest, nam tertia sententia cui parendum fuit vigore clausulæ Parito Iudicato, non fuit ab ipso
1 Vicelegato, sed à quodam Iosepho Suarez lara, vndè ab ipso, non ab alio debeat executioni demandari *cap. quoad consultationem, de re iud. l. properandum. §. sin autem reus, C. eodem tit. DD. in l. à diuo Pio §. sententiam, vbi Ias. numer.* 3. *ff. de re Iud. cum alijs per Surd. cons.* 304. *num.* 1. quod procedit si fuit petita executio officio Iudicis nobili licet secus, si esse intentata actio in factum, seu rei iudicatæ, quæ potest coram quolibet alio Iudice intentari, *l. finali in fine. Cod. de præsciptio. long. temp. Felin. in cap. postulasti, numer.* 11. *de for. compet. Surd. ibi numer.* 7. Et vbi coram Vicelegato fuisset intẽtata actio iudicati, Vicelegatus nulliter processisset partem non citando, licet enim magna sit inter Dominos dissensio, an vbi proponitur hæc actio requiratur libellus, & contestatio litis, cum plena causæ cognitione, vt per *Neuiz. consil.* 4. *numer.* 1. *& cum duob. sequentibus, & num.* 11. *&* 12. attamen negari non potest, quin isto casu, in quo saltem summariè proceditur, ex traditis ibi per Neuizanum non fuisset necessaria citatio, quæ requiritur etiam vbi summariè proceditur, & iuris ordine non seruato, latè *Gabriel. de citation. conclus. prima, numer.* 36. *& pluribus sequentibus,* & citatio sequitur in executione, quando est mutata persona Iudicis, ex cumulatis per *Gabriel dicta conclus. numer.* 123. Nulla est enim dicta executio, quia facta fuit non præcedente liquidatione, quæ tamen præcedere debuit, *glos. in l.* 11. *vbi Bart. num.* 2. *&* 5. *C. de senten. ex breui recitan. Bald. in l.* 1. *sub numer.* 4. *versic. quædam opponuntur, C. de iur. & fact. ignor. cum cumulat. per Surd. consil.* 248. *numer.* 13. Si autem Quærelli nituntur possessioni vigore mandati vltimo loco relaxati, illa pariter est nulla ex prædicto defectu, quod non fuit facta à Iudice, qui illud relaxauit, & quia non præcesserant liquidationes, & detractiones, nec data cautio in forma depositi, iuxta formam sententiæ, cuius vigore fuit facta executio. Neque sustineri potest prætensa allegata liquidatio. quia ex duobus mensura-
4 toribus electis vnius tantum retulit, & ob id relatio est nulla, iux. not. in *l. si in tres, ff. de arbitr.* est etiam nulla, quia non fuit facta parte citata, nec partes interuenerunt in examine negocij. *Crescent. decis.* 2. *numer.* 2. *de Arbitr.* Executio etiam est attentata, quia facta pendente appellatione ab excessu, quæ semel conceditur, *l. ab executione, C. quorum appellat. non recipien. cap. quoad consultationem, & ibi Doctores de re iudic.* Quia tamen illi de Quærellis non informarunt forsan aliquo errore capti, Domini ordinarunt, quod causa iterum proponatur, & audiatur.

# DECISIO LI.

## CORAM CARD. PAMPHILIO.

Vrbeuetana Domus.

*Luna 5. Decembris 1594.*

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio facta de bonis minoris non obstante compensatione; qua ipse se se tueri potest est nulla.*
*Præsertim si pupillus non fuit defensus.*
*Etiam si haberet procuratorem, vbi procurator citatus, non acceptauit mandatum procuræ, vel numquam comparuit.*
2 *Procurator constitutus à matre tutrice, sine decreto Iudicis, non dicitur legitimus procurator.*
3 *Et, si citatus tutor qui non comparuit neque sustinetur iudicium Tutela non præsumitur.*
*Tutor, quis non dicitur, nisi doceatur de tutela, nec sufficit eum citari, nisi tutela ostensa.*
4 *Matee præfertur in tutela omnibus agnatis.*
5 *In subhastatione rerum minorum, requitur terminus ad reluendum saltem viginti dierum.*

PRo informante domum de qua agitur deberi hæredibusque Pyrriu non obstante facta ad instantiam Marci vti creditoris ipsius Pyrrhi, quod vt ex facto deducitur, facta fuerit non opposita exceptione compensationis, qua Pyrrhus se tueri poterat, & saltem, qua non intimatis potuerit per Marcum solui, *l. si procuratorem §. ignorantes, l. idemque, §. generaliter, ff. mandati, l. 1. §. hac verba, ff. ne vis fiat ei, l. cum vero, §. subuensum, ff. de fideicommiss. libert. l. Fulcinius, §. vbi Bartol. num. 6. ff. quibus ex causis in possess. eat. Alexand. l. si §. Iulianus in fine, ff. de damn. infect. Rom. consil. 454. num. 9. & 20. Ruin. consil. 160. num. 26. lib. 2.* præsertim ad effectum vt potuerint distrahi bona minorum, *l. ob æs, & l. minorum, C. de præd. min. l. magis puto, nec passim ff. de reb. eor. Paris. cons. 85. numer. 19. lib. 3. cum alijs per Roland. cons. 33. num. 1. cum seq. lib. 1.*

Et tanto magis, quod ista subhastatio fuit facta contra pupillos penitus indefensos, cum Achilles, qui tanquam eorum procurator fuerat citatus, nunquam acceptauerit onus procuræ. *Rod. decis. 7. de procurator. in vers. & nunquam comparuerit, l. cum & minores, vbi Bart. num. 5. C. si aduers. rem iudicat. l. contra pupillum, ff. de re iud. Socin. Iun. cons. 70. num. 33. lib. 2. late Put. dec. 306. lib. 2.*

2 Vltra quod, nec etiam erat legitimus procurator, cum esset constitutus à Matre vti tutrice absque Iudicis decreto, *§. fin. Instit. de curat. l. decreto ff. de administr. tut. Bart. in l. actor. ff. rem rat. ha. haberi.*

Non obstat, quod in partibus fuerit citatus Priamus
3 Patruus istorum minorum, vti eorum tutor, quia vt in facto deducitur, nec ipse adstitit defensioni huius causæ, *Bart. in d. l. cum Minores, num. 5. Salyc. num. 6. Put. d. decis. 306.* & etiam non constat de eius tutela, quæ cum sit facti non præsumitur, *Alex. cons. 94. num. 4. lib. 7.* præsertim stante Matre, quæ in hac materia præfertur omnibus agnatis, *Authen. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. offic. fung.*

Accedit etiam, quod ista subhastatio patitur multas alias difficultates, de quibus per informantes, & videter etiam nimis festinanter facta, & absque aliqua præfixione termini, ad reluendum, qui tamen in rebus minorum ad instar donorum Ecclesiæ saltem viginti dierum de iure communi requirebatur, *iux. Authen. hoc ius porrect. C. de sacr. sanct. Eccles. Bald. in l. 2. sub nu. 16. C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Fab. de Monte in tis. de empt. & vend. p. 5. princip. num. 83. cum seq. Rol. d. cons. 33. num. 14. lib. 1. & latè Menoch. de arbit. iud. cas. 171. n. 28.*

# DECISIO LII.

## R.P.D. VBALDO.

Mantuana Bonorum.

*Veneris die 16. Decembris 1591.*

*SVMMARIVM.*

1 *Arbitrium datum Iudici in rescripto Papæ debet regulari à iure.*
2 *Sententia nulla ex defectu citationis debet reuocari.*
3 *Arbitrio Iudicis, vbi est aliquid remissum, videtur etiam aliquid remissum de rigore iuris.*
*Quod pars citetur non est rigor, sed æquitas cum respiciat defensionem competentem de iure naturali.*
4 *Ad sanandam nullitatem ex defectu citationis, non est locus in arbitrio.*
5 *Stante contumacia partis in comparendo, potest Iudex sine alia citatione ferre sententiam quandocunque.*
*Dic, quod hæc opinio est valde controuersa, & verior est, quod sententia non possit ferri, nisi die sequenti.*
6 *In executione sententiæ facienda super eisdem rebus petitis, non requiritur noua citatio.*
*Dic procedere, quando condemnatio præcessit præcise, & in specie super rebus petitis, non autem in genere, quia si sententia lata sit in genere super immissione bonorum, vel simili, requiritur noua citatio.*
*Prout etiam noua citatio requiritur si non sit eadem persona iudicis, qui sententiam tulit, & exequutoris illius.*
7 *Licet vigore procedi posset de plano, & sine strepitu, & figura Iudicij, non tamen censetur sublata necessitas citationis.*
*Citatio est de iure naturali.*
*Executor non potest procedere ad executionem, seu immissionem non præcedente liquidatione per Iudicem competentem super qualitate bonorum in quæ dari debet immissio.*
8 *Stante incertitudine sententia exequutioni demandari non potest.*
9 *Statutum, quod non possit dici de nullitate, nisi infra certum tempus non intelligitur de nullitate notoria ex eisdem actis.*
10 *De iure debet prius terminari possessorium, quam petitorium.*
*Et vbi est commissa cumulatio petitorij cum possessorio de iure non videtur danda, & num. 11.*
*In spolio non datur cumulatio petitorij cum possessorio.*
*Spolium est magis priuilegiatum, quam cetera possessoria.*
*Spoliatus est ante omnia restituendus.*
*Nec tenetur ante restitutionem respondere spoliatori in petitorio.*
11 *Et hæc procedunt etiam in bonis feudalibus quibus vassallus est spoliatus à Domino.*
12 *Vbi spolium est turbidum solet admitti cumulatio petitorij cum possessorio.*
*Sed videtur clarum, vbi fuit deuentum ad exequutionem absque citatione, & non præcedente liquidatione legitima.*
13 *Index nulliter procedens dicitur spoliare.*

Cum

Cvm die 17. Iunij proximè prætetiti fuisset resolutum executionem instante Domino Carolo in partibus factam, nullam fuisse, & attentatam ex rationibus, quæ in decisione tunc extensa afferuntur, fuit pro parte eiusdem Domini Caroli adita Sanctissimi pro sanatione, nullitatum, & refectione attentatorum, necnon pro cumulatione petitorij, & possessorij; sed Sanctissimus circa attentata nihil rescripsit, Quo verò ad nullitates, & cumulationem rescripsit, *Arbitrio Rotæ*; ideo emanauit dubium, An intraret Arbitrium, & Rota negatiuè respondit, quia hic deficit citatio ad sententiam, vt ostensum est in dicta decisione. Vnde cum arbitrium reguletur à Iure. *Bart. in extrauagan. de reprimendum in verbo videbitur numer.* 8. *Rot. decis. 349. sub numer. 1. parte prima diuersor. Cæs. de Graff. decis. 7. numer. 7. & decis. 8. num. 2. & 3. de sent. & re indic.* de iure est vt sententia nulla, ex defectu citationis reuocetur. *Clemen. sæpè, §. sententiam, de verbo. signif. Clem. Pastoralis, de re iudicata, l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quæ sentent. sin. appell. resc. Decini consil. 603. num. 11. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 56. Cæs. de Graff. decis. 11. numer. 2. de sentent. & re iudic. relata inter impressas decisiones 361. numer. 2. par. primu.*

3 Et licet arbitrium aliquid remittat de rigore iuris, *Crescen. decis. 4. numer. 3. de testib.* & sæpè tenuit Rota; tamen, quod pars citetur non est rigor, sed potius æquitas, cum respiciat defensionem de iure naturali competentem, *Bart. in dict. extrauag. de reprimendum, in verbo & figura, numer. 6. gloss. in dicta Clement. sæpè, in verbo defensiones, de verbor. signific. Bald. in l. cum fratrem, in fin. C. de his quibus, vt indign. Socin. consil. 12. colum. 2. lib. 1. Marant. de ordin. iudic. par. 4. numer. 16. distinct. 10. & par. 6. in tit. de citation. numer.* 3. Et propterea aliàs Rota ad effectum sanandi

4 eiusmodi nullitatem prouenientem ex defectu citationis, censuit non esse locum arbitrio, *vt in Zamoren. Pecuniaria 20. Martij 1609. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Romana Nullitatis subhastationis 10. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ludouisio.*

Non obstat, quod procurator D. Æmiliæ fuerit contumax in termino citationis, qui erat pro prima hora iuris sequenti; & sic de sero, ipse vero comparuit paulo post citationem, vt in summario Domini Caroli nu-

5 mer. 6. qua stante contumacia potuerit Iudex sine alia citatione, quandocumque ferre sententiam, *iuxta notata per Bald. in l. cum in eo dic, C. quando prouoc. non est necess. Castr. consil. 256. sub numer. 3. vers. præterea etiam par. secunda.* Quia præter responsiones datas per informantes, aduertendum est illam Bald. & Castrens. opinionem, quod in contumaciam non comparentis in termino possit ferri sententia absque alia Citatione, quacumque die quantumuis remota, esse controuersam, quia immò non nisi die sequenti tantùm ferri potest, secundum veriorem, & magis communem opinionem, quam sequuntur *Alex. in l. si finitu §. Iulianus num. 49. ff. de damn. infect. Roman. consil. 136. numer. 2. lib. 5. pro qua est tex. & ibi DD. in cap. consuluit de off. delegat. faciunt notat. per Alex. in l. de vnoquoque num. 7. de re iud. cum alijs per Gabr. de citation. conclu. 1. in 69. limit. num. 447.* In casu autem nostro sententia fuit lata secunda die post terminum citationis.

Non obstat, quod in mandato de exequendo, in quo versamur, quando petitur super eisdem rebus petitis,

6 non requiratur noua citatio, secundum magis communem opinionem, de qua per *Cussad. decis. 6. num. 2. de caus. possess. & propr. Gabr. de citat. concl. 1. num. 131. cum alijs per Honded. consil. 20. num. 45. lib. 1.* Quia fuit responsum, quod id procederet, quando condemnatio præcessisset præcisè, & in specie super rebus petitis, non autē in genere, vt in hoc casu, in quo Index pronunciauit in genere D. Carolum esse immittendum in possessionem bonorum, quæ non essent concessa pro hæredibus vtriusq. sexus, & sic intra doctrina *Bar. in l. à Diuo Pio §. in vendit. sub n. 2. vers. ego dico*, & ibi etiam alij, *ff. de re iud.* quod requiratur citatio præsertim cum non fuerit eadem persona Iudicis, qui tulit sententiam, & executoris. *Alex. in d. §. in vend. num. 35. Maran. de ord. iud. per 6. in tit. de execut. sent. numer. 18. Io. Ludouic. decis. Perus. 6. sub numer. 2. & 3. par. 1. Gabr. d. concl. 1. de citat. num. 131.*

Non obstat Statutum Mantuanum, quod in executione possit procedi de plano, sinè strepitu, & figura Iudicij, & videatur tollere ordinem iuris ciuilis, & rem

7 redigere ad terminos iuris naturalis, quia non propterea censetur sublata necessitas citationis, quæ est de iure naturali, vt constat ex prædictis, ita respondet *Socin. cons. 12. col. 2. lib. 3.*

Adest etiam in proposito alia nullitas considerata per *DD. in decis.* in hac causa facta, quia executor processit ad executionem, non facta legitima liquidatione per Iudicem competentem super qualitate bonorum, in quæ dabatur immissio, *l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Bald. cons. 165. lib. 4.* quia stante incertitudine sententia executioni mandari non potest. *Surd. cons. 186. numer. 24. lib. 2.* Et quæ contra eam dicuntur, benè videbantur tolli, tum ex decisione, tum ex adductis per informantes pro D. Æmilia.

Non obstat aliud statutum Mantuanum, quod non possit dici de nullitate, nisi infra certum tempus, quia placuit illa responsio, quod non intelligatur de nullita-

9 te notoria ex eisdem actis *ex alleg. in decis. Pedemont. & sæc. 142. num. 33. Surd. cons. 153. num. 16. lib. 3.* Et in Statuto Mantuæ tenuit *Rota decis. 666. numer. 3. par. 1. diuers.*

Quòd verò pertinet ad cumulationem petitorij, & possessorij, pariter DD. censuerunt non esse locum arbitrio, cum de iure primus debeat terminari possesso-

10 rium, quam petitorium, *l. Ordinarij C. de rei vendicat. l. incerti C. de interd. l. si de vi, ff. de iud.* præsertim cum si, nus in spolio, quod est magis priuilegiatum, quam cætera possessoria, *Clem. 1. vbi Glos. in verbo spoliatis de caus. possess. & propr. Gozadin. cons. 10. num. 3.* adeo vt spoliatus sit ante omnia restituendus, *l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi pub. l. si coloni C. de agric. & censit. l. 11. DD. in l. naturaliter §. nihil commune vbi Ripa numer. 46. ff. de acquir. possess. Surd. consil. 28. numer. 29. lib. 1. & cons. 166. numer. 1. lib. 2. Gabr. consil. 149. numer. 22. lib. 2. Paris. cons. 70. numer. 25. lib. 4. Menoch. de recuper. remed. 1. numer. 2.* nec teneatur ante restitutionem spoliatori respondere in petitorio, *DD. in d. §. nihil commune, vbi Alex. numer. 20. & Rip. numer. 25. idem Rip. in cap. sæpè numer. 37. & 50. de restit. spoliat. conclus. 1. numer. 45. Menoch. de recuperand. remed. 15. num. 471. & cons. 2. numer. 189. lib. 1.* quæ pro-

11 cedunt etiam in bonis feudalibus, quibus vassallus sit spoliatus à Domino, *l. 1. §. si verò de mil. Vassall.* qui centum est, & ibi *Afflict. numer. 74. 80. & seq. in cap. 1. vers. sed laudatum de contr. inter Episc. & Vassall. ibique Afflict. in 4. notab. numer. 11. Rolan. consil. 6. numer. 11. lib. 3. & cons. 32. numer. 52. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 58. numer. 129. lib. 3. Ioffred. cons. 5. sub numer. 27. & seq. Gabr. d. concl. 2. de restit. spoliator. numer. 44. & concl. 5. numer. 8. Menoch. de recuper. remed. 1. sub numer. 98.* propter quas rationes aliàs Rota censuit non esse locum arbitrio ad prædictam cumulationem *in vna pecuniaria Spolij 8. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Decano.*

Nec videbatur obstare, quod quando spolium est turbulum, Rota soleat admittere eiusmodi cumulationem, *vt in causa Romana Cottigij 6. Martij 1606. coram*

T

*coram D. meo Sacrato*, *& in Narnien. Confinium 7. Aprilis eiusdem anni coram Domino meo Coccino*, *& in alijs allegatis.* Quia respondebatur spolium in hoc casu non videri turbidum, cum fuerit deuentum ad executionem, absque aliqua citatione., & non precedente liquidatione legitima, cuius defectus causat spolium, *vt fuit resolutum in Romana Vineæ 14. Octobris 1605. coram Domino meo Ludouisio*, cuius copia data fuit, in qua cumulantur aliæ plures decisiones,
23 & non est dubium, quod Iudex nulliter procedens dicitur spoliare, *cap. conquerente, vbi Abb. de restit. spoliat. Alberic. in l. si de vi numer. 19. ff. de ind. Aym. cons. 140. sub num. 40. Surd. con. 168. nu. 26. & cons. 189. n. 2. lib. 2. Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. num. 123. Menoch. de recuper. remed. 8. n. 3.*

Quod pertinet ad attentata non videbatur DD. tractandum de arbitrio, cum super ijs Sanctissimus nihil rescripserit, vt supra dictum est.

Et ita decisum.

## DECISIO LIII.

### R.P.D. LITTA.

Romana Societatis officij.

*Veneris 10. Nouembris 1600.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pretium potest retineri per emptorem, donec venditor impleat pro parte sua promissa.*
2 *Exceptio non implementi potest opponi contra agentem vigore instrumenti habentis exequutionem paratam, etiam quod ex dispositione statuti contra illud nulla exceptio opponi possit.*
3 *Exceptio non implementi est adeo fauorabilis, vt super ea suppleat Iudex etiam parte non opponente.*
4 *Exceptio non implementi oneris ex vno contractu non potest opponi contra aliud.*
5 *Vbi ex pretio rei venditæ facta est Societas officij, pecuniæ in dictam societatem conuersæ non debentur amplius ex primo contractu, sed ex secundo*
6 *Creditori competit retentio pecuniarum sui creditoris si ipse sit eiusdem sui creditoris creditor ex alia causa. Ita tamen procedit, vbi eius creditum est clarum, & liquidum.*

MArcus Antonius Bruttus vendidit Mercurio Accursio Officium Notariatus A.C. quod habebat pretio scutorum vndecim mill. monetæ, cum pacto, quod Mercurius solueret in cõtanti scuta nouem mill. reliqua duo millia retineret in societatem officij super dicto officio ad sex menses, & deinde ad beneplacitum ambarum partium; soluta fuerunt dicta scuta nouem mill. Bruto, & etiam fuit stipulatum instrumentum dictæ societatis duo millia ad eius fauorem, vice versa fuit facta quietantia integri pretij dicti Officij præfato Accursio. His sic stantibus, cum pro parte Accursij prætenderetur, quod in dicta venditione Officij contineretur quodam ius scribendi in congregatione contra Barones, quod sibi fuit euictum, & vlterius, quod teneretur Brutus ratione dictæ venditionis sibi tradere manualia actorum in omnibus conscripta, & perfecta vsque ad diem dictæ venditionis, & pro inde super præmissis dictus Accursius introduxit litem contra præfatum dictum Brutum coram Locumtenente A. C. quæ modo pendet indecisa per vim appellationis coram R. P. D. meo Penia, cumque interim seruatis seruandis disdicta fuerit per Brutum dicta societas Officij scutis duorum miliũ, & coram me vti deputato ab A.C. instaretur pro relaxatione mandati exequutiui contra D. Mercurium, iuxta formam obligationis illius; pro parte vero Accursij replicaretur non esse locũ executioni eo præsertim, quod dicta Societas ducat originem à contractu venditionis officij fueritq; in esse deducta pro residuo illius pretij, quod iure permittẽte retineri potest per emptorem, donec pro parte Bruti venditores adimpleant promissa è latere suo, *ad textum in l. Iulianus §. offerri. ff. de action. empt.* cum vulgaribus. Et alia plura deducerentur, quæ non egent repetitione: Idcirco pro maiori mea, & partium satisfactione dedi dubium infrascriptum in Rota discutiendum stantibus, &c. An tale obstet Marco Antonio propter quod non possit procedi executiuè in casu, & ad effectum de quo agitur. Quo proposito, Domini vnanimiter resoluerunt nihil obstare Marco Antonio; Nam licet exceptio non
2 implementi possit opponi contra agentem vigore instrumenti habentis executionem paratam, & contra quod ex dispositione statuti nulla exceptio opponi possit, vt respondet *Corn. cons. 291. col. fin. & cons. 297. col. 2. lib. 3. & cons. 245. col. 2. lib. 4. quẽ sequitur Decian. cons. 1. num. 67. lib. 3. Menoch. cons. 1. nu. 364. & seq. lib. 1. Rolan. cons. 53. num. 32. lib. 1. late Aym. cons. 151. nu. 10.* subdens, quod adeo est fauorabilis ista exceptio, vt
3 super ea suppleat Iudex officio parte non opponente. Attamen hoc in casu non potest sibi vendicare locum, cum agat Brutus vigore obligationis Mercurij, quæ continetur in instrumento d. societatis officij scutorũ duorũ milliũ, cui ipse in omnibus satisfecit eo ipso, quod permisit Mercurium per sex menses integros, iuxta tenorem suæ obligationis frui commodo dictarũ pecuniarium, & subiuit periculum amissionis earum, vbi interim is super cuius vitæ periculo posita erat societas ipsa, mortuus fuisset, & exceptio non adimplementi opposita per Mercurium deducatur ex obligatione in omnem casum contenta in alio contractu, &
4 instrumento, quod nihil commune habet cum isto societatis instrumento, cuius vigore agitur, *ad tex. in l. naturaliter, §. nihil communes ff. de acquir. possess. cum vulgar.*

Neque facit, quod dicta societas fuerit facta ex residuo pretij; Quia eo ipso, quod de communi consensu dictæ pecuniæ conuersæ fuerunt in dictam societatem officij desierunt deberi Marco Antonio, ex causa dictæ
5 venditionis, & cœperunt eidem deberi ex causa societatis tantum *l. singularia. ff. si certum petatur, l. 3. §. fi. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si & nuptura, & l. si sponsalibus, §. 1. ff. de iur. dot. cum mille similibus.*

Et ad illud deductum pro Mercurio circa retentionem permissam Creditori ex alia causa, fuit responsum adhuc non constare de aliquo Credito saltem liquido ipsius Mercurij, quod compensari debeat cum Credito ex omni parte Claro, & liquido ipsius Bruti, *ad tex. in l. fin. C. de compens. & in cap. ad nostram de Iur. iur. cum vulgar.*

## DECISIO LIV.

### R.P.D. VBALDO.

Romana Domus.

*Veneris 24. Maij 1619.*

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus est ante omnia restituendus.*
*Spoliator audiri non potest, nisi ante omnia purgato spolio.*

2 Etiam

2 *Etiam si spoliatus fuerit auctoritate Iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*

*Iudex nulliter, & iniustè procedens spoliare dicitur.*

3 *Spolium quantumuis iudiciale est ante omnia purgandum.*

*Et vbi Iudex procedit parte instante videtur ipsa pars spoliare non autem Iudex.*

4 *Quod procedit, quando nullitas, vel iniustitia est petens & notoria.*

5 *Retentio non datur creditori ad quem peruenit res debitoris pro creditis non claris, & liquidis, sed vbi Iudex dedit in solutum bonu creditoris, vel is eadem habuit in solutum auctoritate Iudicis, etiam si Iudex, & iniuste processisset, datur sibi forsan retentio.*

6 *Retentio rei hypothecatæ datur, etiam si immissio nulliter data fuerit.*

*Dic procedere, quando possessio fuit amissa culpa rei conuenti ob eius contumaciam, quia tunc si creditor offerat probare hypothecam debet audiri, & impeditur restitutio.*

7 *Ratione dominij non retardatur, vel impeditur restitutio in spolio.*

*Dominium est fortius hypotheca.*

8 *Creditor census non potest agere pro recuperanda sorte.*

*Cessionarius census non potest agere pro recuperanda sorte, vbi non potest cedens.*

*Cessionario non competit plus iuris, quam competit cedenti.*

*Dominus census non potest rem censuatam ad ipsum nulliter peruentam retinere prætextu, quod sit dominus census.*

9 *Exceptio dominij, & hypotheca respicit petitorium, & reycitur in possessorio.*

10 *Vbi agitur conditione indebiti ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate, competit retentio ratione hypothecæ secus vbi fuit actum remedio spolij.*

*Cessionarius, qui cessionem reportauit lite pendente non potest agere vigore cessionis coram alio Iudice absque vitio attentatorum.*

11 *Retentio non datur, vbi creditum non est liquidum.*

*Retentio ratione melioramentorum, non datur, vbi facies rei est mutata.*

FVit firmatum in hac caussa die 14. Martij anni præteriti intrare spolium, quoad domum subhastatam ex rationibus deductis in decisione tunc extensa, sed in ea fuit reseruatum, vt videretur an Pandolpho possessori domus competat retentio, quo dubito semel, & iterum proposito DD. hodiè resoluerunt pro
1 parte negatiua, quia in primis certum est spoliatorem audiri non posse, nisi antè omnia purgato spolio, *l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi publ. DD. in l. naturaliter §. nihil commune, vbi Rip. num. 46. ff. de acq. possess. Surd. cons. 28. n. 29. Honded. cons. 18. num. 32. lib. 2. Paris. cons. 70. n. 25. lib. 4. Ludouic. decis. Perus. 17. n. 1. Menoc. de recuper. remed. 1. numer. 11. Put. decis. 138. numer. 1. lib. 1. in Romæ impressis fuit dictum in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram me. quæ est decisio 365. numer. 9. par. prima recent.* quod procedit etiam si spoliatus fuerit auctoritate Iudicis, nulliter, & iniustè procedentis, quia talem Iudex dicitur spoliare, *cap. conquerente, vbi Abb. de restit. spoliat. Aym. cons. 140. numer. 2. Rolan. cons. 6. num. 2. & seq. lib. 2. Surd. cons. 169. num. 26. Menoch. de recuperan. remed. 8. num. 3. Decian. cons. 54. num. 5. & 7. lib. 4. Castren. cons. 301. numer. 32. & seq. lib. 3. Honded. cons. 82. num. 23. & seq. lib. 1. & cons. 21. num. 2. lib. 2. Pontan. de spol. lib. 2. cap. 16. nu. 182. & fuit dictum in d. decis. 365. num. 11. & in hac causa dicta decis. 14. Martij anni præteriti.* Ideò spolium quantumuis Iudiciale esse ante omnia purgandum, dicunt
2 prædicti DD. & præter eos *Gabr. in tit. de rest. spol. concl.*
3 *1. num. 125. Surd. cons. 189. num. 30. lib. 2. & firmat Caputaq. decis. 186. par. 3. & in decis. in causa Ferretruna Spolij 12. Iunij 1615. coram me, quæ est decisio 724. nu. 5. par. 2. in recent.* præsertim, quando Iudex processit parte instante, vt hic quasi tunc ipsa pars videatur spoliare, & non Iudex, *Dec. cons. 125. sub num. 3. vers. cum dicta spoliatio, Benintend. decis. 93. sub num. 5. vers. nec*
4 *iuuat & seq. & num. 8.* & licet præfata dicantur procedere, quando iniustitia, & nullitas sententiæ est euidens, & notoria, vt in illa *decis. Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Reuerendiss. D. meo* Archiepiscopo Damasceno, quam Rota sequuta est, & in pluribus causis, & signanter in *Nepesina Laudi 13. Februarij 1615. coram R. P. D. Caualerio, quæ est decisio 646. nu. 1. par. 2. in recen.* tantum in casu nostro adsunt, & constant ex pluribus nullitatibus, & capitibus iniustitiæ, de quibus in decisione 14. *Martij & prius 24. Februarij 1612. coram me.* quæ decisiones hodie non controuertuntur, sed solum instatur super retentione, quam tamen DD. vt dixi, censuerunt non competere pro prætensis creditis scutorum 345. solutorum Palmectæ: secundo rationes census cum fructibus solutis fratribus sancti Honophrij; tertio pro alijs pecunijs, quę dicuntur solutæ diuersis prætensis creditoribus Io. Francisci, quia considarabant in primis, quod Pandolphinus non habuit istam domum in solutum auctoritate Iudicis pro dictis prætensis creditis, quo casu fortè da-
6 retur sibi retentio etiam si iudex nulliter, & iniustè processisset, sed ea habuit vigore cessionis sibi factæ à Buccetto oblatore in Iudicio subhastationis, vndè non potest illam retinere, etiam pro certo cum eius occasione res ad eum peruenerit, iux. distinctionem *Bar. in l. si non sortem §. si centum n. 8. vbi Bald. in fin. & Castren. in l. petenti n. 3. de pig. action. Negusan. de pignor. 4. memb. 5. p. num. 4. vers. intellige vbi in fin. dicit est notandum, Surd. decis. ex aduerso allegata 46. num. 12. Rot. decis. 115. num. 30. diuers. par. 2.*

Non obstat, quod detur retentio occasione hypothecæ, quando de ea incontinenti doceatur, etiam si
6 immissio nulliter fuerit data, *iux. Bar. in l. 3. §. fin. in fin. ff. de acquir. possess. Dec. cons. 449. num. 2. Pedemon. decis. 37. numer. 17. Surd. dicta decis. 36. numer. 13. 14. & 16.* vbi de communi, quia fuit responsum id debere intelligi, quando possessio fuit amissa culpa rei conuenti ob eius contumaciam, vt declarat *Alex. in d. §. fin. numer. 27. & 28.* tunc enim si Creditor offerat probare hypothecam, debet audiri, & impeditur restitutio, & subdit hanc esse veram opinionem, quam ibi DD. communiter sequuntur, refert, & sequitur Herculan. ibi *num. 33. Negus. de pignorib. 2. membr. 3. par. num. 20. & 21.* Hic autem Io. Franciscus non omisit possessionem ex culpa, & contumacia sua, sed fuit spoliatus à Iudice nulliter procedente ex supra allegatis. Ideo ratione hypothecæ, quæ competebat aduersario, non debet impediri restitutio cum nec ratione dominij, quod esset for-
7 tius, quam sit hypotheca, regulariter impediatur, vel retardetur restitutio in spolio, *Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. num. 45. Menoch. de recuper. rem num. 471. & cons. 2. num. 189. Dec. cons. 57. num. 6.* vbi de communi, & hæc possunt sufficere pro resolutione, sed ex abundanti respondebatur ad singulas prætensiones. Primo ad censum scutorum 200. super domo impositum ad fauorem fratrum Sancti Honophrij, & Pandolphino cessũ pro pretio cuiusdam summæ à Buccetto accepte, videbatur cessare retentio, quia sicuti fratres non possunt agere pro recuperanda sorte ex constitutione super censibus fel. recor. Pij Quinti, ita nec Pandolphinus eorum cessionarius agere poterat, & consequenter retinere hoc nomine domum censuatam nulliter acquisitam, cum non plus iuri cõpetat cessionario, quàm competeret cedenti, *l. nemo iuris, ff. de reg. iur. l.*

*emptor. & ibi Bald. C, ad l. ger. vel ast. Surd. vend. cons, nu, 16. & seq.* quoad scuta 345. quæ Pandolphinus dicit soluisse Palmectæ, quæ vendiderat domum Io. Francisco, cum reseruatione dominij, & hypothecæ, donec sibi de pretio integrè satisfieret, licet Rota alias inclinauerit pro retentione quoad creditum, vt in decisione sub die 23. Ianuarij 1616. confirmata 22. Iunij eadem anno, tamen nunc maturius discussa, & ex professo super isto articulo retentionis reseruato in decisione die 14. Martij anni præteriti sensit oppositum, quia vltra
9 quod ista exceptio dominij, & hypothecæ respiciunt petitorium, & reijcitur in hoc iudicio, vt supra dictum est, vt tradit *Verall. decis. 9. lib. 2. in manuscriptis.* dicebatur etiam domus non fuisse subhastatam ad instantiam Palmectæ, nec ipsam habuisse pecunias pro residuo pretij vigore dictæ subhastationis spoliatiue, sed qua ratione poterat ipsa vigore reseruationis agere pro residuo pretij, & redire pro rata non soluta ad pristinam possessionem, ita & Pandolphinus potuisset tanquam eius cessionarius ex supra proxima allegatis, vnde vigore cessionis poterit hæres Pandolphini purgato spolio agere ex iure cesso prout poterat Palmecta.

Nec obstat *tex. in l. si non sortem §. si centum ff. de cond. indeb. cum alys per Surd. d. decis. 49. nume. 7. & seq.*
10 quia non loquuntur, quando actum fuit remedio spolij prout hic, sed, condictione indebiti ad recuperandum tantundem datum pro maiori quantitate, & ita sensit *Rot. in Romana domorum in Burgo die 22. Iuny* 1615, *coram me*, quibus accedebat, quod Pandolphinus istam cessionem reportauit de anno 1610. lite pendente super spolio, & post inhibitionem Rotalem, vndè non potuit agere tanquam cessionarius coram alio Iudice absque vitio attentorum.

Quo verò ad pecunias redactas ex pretio subhastationis, & consignatas diuersis prætensis creditoribus Io. Franciscus, vltra quod dicebatur credita non esse
11 liquida quo casu cessat sinè dubio retensio ac compensatio. *Surd. decis. 184. num. 6. Seraph. 1455. numer. 4. & fuit dictum in Romana Cambij prima Iuny 1617. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ est decisio 679. num. 5. par. 1. in recentior. & in d. Romana domorum in Burgo coram me* in qua fuit responsum ad decisionem in causa *Reatina coram R. P. D. meo Decano* ex aduerso allegata, tanto magis *in causa spoly Verall. d. decis. 9. lib. 2. in manuscript. & decis. 172. numer. 5. in impress.*

Respondetur etiam pro istis prætensis creditis esse Pandulphino aliundè cautum super pensionibus domus, ad quorum restitutionem veniret condemnandus à tempore motæ litis, & sic paulo post subhastationem, & deliberationem eiusdem domus.

Denique nec visum est competere retentionem ratione melioramentorum propter faciem domus mutatam, quia de illis non constat, & ideò non potest obstare petitæ reintegrationi.

Ex quibus fuit conclusum retentionem non competere.

## DECISIO LV.

### CORAM CARDINALI SACRATO.

Camerinen. Spolij.

*Lunæ 15. Iunij 1609.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi non probatur possessio actoris, non dicitur probatum primum extremum in spolio.*

2 *Mulier mortuo marito potest omnia eius bona retinere mutando sibi causam possessionis, etiam absque declaratione, & censetur possidere ex titulo sibi magis vtili, & proficuo.*

Visum fuit, non constare de spolio, quia non pro-
1 batur primum extremum, hoc est possessio filiorum Archangeli, licet enim testes dicant, quod bona, de quibus agitur, possidebantur à dictis filijs vna cum eorum Matre, attamen cum ista bona fuissent expressè hypothecata Eusebiæ Vxori Archangeli, cum clausula constituti, potuit Eusebia, secuta morte Viri, retinere
2 bona, mutando sibi causam possessionis, etiam absque declaratione, *Soc. Sen. cons. 131. num. 3. & 4. lib. 1. Dec. cons. 400. num. 41. cum pluribus sequentibus Rotæ in Maceraten Hæreditatis 11. May 1587. coram Card. Pamphilio in Vrbeuetana Bonorum 8. Nouembris 1593. coram Card. Mantica in Asculana Domus 11. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Coccino, & in Narnien. Hæreditatis 13. Marty 1607, coram Lancellotto*, quod sine alia declaratione quis censeatur mutasse sibi causam possessionis, & possedisse ex titulo sibi magis proficuo, *dictus Achilles decis. 4. de caus. possess. & propries. Crescent. decis. 5. numero tertio de restitucione spoliator. & fuit dictum in dict. Narnien. & Asculana.*

Et ita, &c.

## DECISIO LVI.

### R. P. D. ORANO.

Souanen. Castrorum.

*Veneris 4. Iulij 1597.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulier licet viuente marito dicatur possidere eius bona iure familiaritatis tamen statim eo mortuo superueniente noua causa potuit etiam absque alia declaratione mutare causam suæ possessionis.*

*Multo autem magis si declarauit ex dicta noua causa dotis, vel vsufructus ea retinere velle.*

2 *Vbi maritus obligauit omnia sua bona ad fauorem vxoris cum clausula constituti, dicitur in eam translata possessio.*

3 *Donatio facta alteri etiam cum clausula constituti non præiudicat vxori habenti constitutum anterius.*

4 *Et possessio per alium capta possit manuteneri debet probari ex pulsio inquilinorum, & recognitio.*

6 *Mandatum relaxatum non citato possessore est nullum.*

Plures interueniebant causæ, quæ DD. induxerunt ad decernendum D. Lucretiæ manatum de manutenendo in possessionem bonorum quondam Domini Pauli Sfortiæ eius viri, quarum prima fuit, quia constat de eius possessione, nedum viuente suo viro, in qua post

post illius obitum remanserat, sed etiam tempore motæ litis, quam etiam quod iure familiaritatis retineret, nihilominus ipso mortuo data continuatione & superuenientia nouæ causæ, poterat ex nouo titulo,
1 etiam absque declaratione mutare causam suæ possessionis. *Dec.cons.400.num.5.Put.decis.451.lib.1.Achill. decisio 4. de causa possess. & propr.* multo igitur magis, stantè declaratione, per quam professa fuit suæ intentionis esse prædicta bona, pro dotibus suis, & vsufructu sibi à q.Marito in eis relicto retinere, *Dec.cons. 332.sub n.20. Grammat.dicis.58.col.1.& seqq.*

Altera erat, quod cum q. D. Paulus omnia sua bona pro restitutione dotis suæ, cum clausula constituti obligasset, non dubitabatur, quin in eam translatum fuisset dictorum bonorum possessio, *l.quod meo, ff.de acquir. possess Ias.in §. actionum num.139. Instit.de action.Rim. Sen.cons.90.n.2.lib.1. latè Tiraquell. in insta const. p. 2. compleat p.2.lib.2.*

Tertia, quoniam dato, quod in donatione facta per eundem q. D. Paulum ad fauorem Excellentissimi
2 Domini Ducis apposita fuisset Clausula Constituti, tamen ex quo possessio in vim illius acquisita erat posterior possessione D. Lucretiæ, nullum operari potuit in eius præiudicium effectum, *Bart.in l. si duo num.4. ff.vti possidet. Felin.in c. licet causam, vers.3.causa,& ibi Dec. numer.9. de probat. Gozzad.consil. 86. numer. 19.*

Quarè possessio post modum capta per Excell. D. Ducem non est manutenibilis. Nam cum D. Lucretia esset in possessione, requirebatur eius, vel eorum, qui ip-
4 sius nomine possidebant, expulsio, *l.peregrè §.fin.& ibi glos.in verbo regressus de acquir. possess. Aretin. in l. 3. in amittenda col.fin.vers.noto etiam, eodem tit.*

Non obstat mandatum ab A. C. ad istum effectum impetratum, quia cum D. Lucretia possideat, fuit abs-
5 que eius citatione nulliter decretum, *Felin.in c.postulasti.num.15.vers.& iur.illam glos. de resc.Socin.cons.158. num.10.& 19.vol.2.& cons.82.sub num.8.lib.3.* & possessio in vim eius capta, stante inhibitione Rotali attentata, *Modern.Paris.de attent.3.p.cap.31.nu. 184. & seqq.*

---

## DECISIO LVIII.

### R.P.D. DVNOZETTO.

Pampilonen. Beneficiorum.

*Lunæ 13. Martij 1617.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Restitutio in integrum petita non retardat executionem iam cœptam.*
2 *Vbi exequutoriales sunt relaxatæ, dicitur cœpta exequutio.*
3 *Clausula conditionalis in commissione apposita non tribuit, nisi iurisdictionem limitatam.*
*Et tunc Iudex debet solum cognoscere an exequutio sit cœpta, & si est cœpta nullam habet iurisdictionem, imo debet suam inhibitionem moderare.*
4 *Inhibitio vigore Commissionis conditionalis potest substineri vbi de facili potest constare de assertis, secus vbi impossibile est conditionem iustificari.*
5 *Habens interesse remotũ nõ potest impedire executionẽ rei iudicatæ, sed debet docere de iure claro, & liquido.*

DOmini sinè vlla difficultate dixerunt moderandam esse inhibitionem, ita vt retardari non debeat executio sententiarum Rotalium, tam super prætenso iurepatronatus, quàm in fauorem Guglielmi, & Martini latarum, ea maximè ratione, quia latę fuerunt seruatis seruandis cum matura cognitione, & præuijs decisionibus coram R. P. D. meo Pirouano in hac causa factis, quæ cum transierint in rem iudicatam, ob non interpositam appellationem, & executio cœpta sit, restitutio in integrum petita non potest retardare executionem iam cœptam, *Castr. in auth.quæ supplicatio numer.2. vers.vel dic melius, C.de precib. Imp. off. Put.decis.285.lib.3. Rot. diuers.decis.346. numer.6.par. 1.diuersor.cum multis allegat.in vna Ferrarien.bonorum 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio, & postea in vna Salernitana Contributionis 12. Maij 1614. coram me*, & in terminis sententiæ latæ per contradictas datur decisio *Perusina bonorum 10.Maij 1600. coram Corduba.*

Quod autem executio iam sit cœpta, visum fuit non posse in dubium reuocari, quia constat executoriales fuisse iam relaxatas, & ita cœpta dicitur executio, secundum opinionem, quam passim seruat Rota reprobata opinione *Stafil.Lancell.de attentat. restit.in integr.pend.2.par.ca.18. num.131.* & multoties fuit decisum, vt appatet ex dicta *Perusina bonorum coram Corduba*, in qua aliæ similes decisiones allegantur, quæ communis opinio Rotæ videtur sine dubio attendenda, cum hodiè agatur in Tribunali Rotæ & dubitetur vtrum sit cœpta executio sententiæ Rotalis.

Secunda ratio DD. ea fuit, quæ tollit omnem difficultatem, quia hæc causa commissa à Signatura, reperitur cum clausula expressa (dummodo executio non
3 sit cœpta) quæ clausula conditionalis non tribuit iurisdictionem, nisi limitatam, *Achill.decis.18.num.2.in fi. de probat. Verald.decis.156.par.1.* cum multis susissimè adductis in *decis.Seraph. 1484.* vbi in indiuiduo hic casus deciditur.

Ex quibus cessant omnia, quæ contra Validitatem & Iustitiam Rotalis sententiæ deducuntur, cum id vnum cognoscere possit Iudex vtrum executio sit cœpta, nec ne, & quatenus capta reperiatur nullam habet Iurisdictionem, debetque suam moderare Inhibitionem.

Nec obstat *decisio 22. par. 3. diuers.* quia si ibi videatur posse sustineri inhibitio, quando Commissio est conditionalis id videtur procedere, quando possit de
4 facile constare de assertis, secus in hoc præsenti casu, in quo impossibile est secundum opinionem, quam seruat Rota, quod executio non dicatur capta post relaxationem executorialium.

Nec etiam obstare visum fuit, quod constet sufficienter, de interesse Capituli ex eo, quia Archidiaconus prætendit hoc ius conferendi; responsum enim eam nunquam fuisse commissam à Capitulo pro suo interesse, nec constare in actis de vllo mandato procuræ Capituli, & cum legitimè fuerit citatus Archidiaconus, in omnem euentum non posset Capitulum habens in-
5 teresse tam remotum impedire executionem rei iudicatæ, sed deberet docere de iure claro, & liquido, *Innocen.& alij DD.in c.veniens de Testib.Seraph.dec.314. num.2. & decis.804.num. 1.* vbi pluries fuisse decisum testatur, & fuit dictum in vna *Conchen. Cappellania 24. Nouembris 1614. coram R.P.D.meo Verospio.*

Reliquæ obiectiones, aut fuerunt sublatæ per informantes, aut visæ sunt non esse tanti momenti, quæ possint impedire executionem iam captam sententiarum Rotalium.

Ex quibus ita fuit vtraque parte informante decisum.

# DECISIO LIX.

R.P.D. MERLINO.

Narnien. Fideicommissi,

*Veneris 3. Iulij 1622.*

## SVMMARIVM.

1 *Trebellianica, etiam filiis primi gradus prohiberi potest, iuxta opinionem quam seruat Rota.*
*Licet sit prohibita detractio Trebellianicæ, tamen filius grauatus potest detrahere legitimam.*
2 *Legitima nullum onus recipit.*
*Alienata à grauato primo loco imputantur in legitimam, num. 7.*
3 *Tertij possessores possunt se tueri, quod alienationes factæ per filium sint prolegitima.*
4 *Et si opponatur legitimam fuisse per alias alienationes consumptam, debet id allegans probare: aliàs stat regula, quod alienata in legitimam imputari debeant.*
5 *In formanda quantitate bonorum in fideicommisso relictorum ad calculandam legitimam, si aliqua bona sint alienata, debet etiam æstimari ipsa alienata.*
*Periti si non fuerint legitimè electi, eorum æstimatio non attenditur.*
*Periti debent iurare de facienda æstimatione legali ex bono, & æquo, vt eorum æstimatione stari debeat.*
6 *Et vt æstimatio, & relatio sit bona, debent possessores bonorum æstimandorum citari, vel esse præsentes, vel quod Iudex partes monuerit pro die, & hora certa.*
*Et vbi periti non sunt à partibus approbati in relatione facienda, est necessaria citatio.*
7 *Alienatio sustinetur pro summa debita, & si ad sunt plures alienationes vltra dictam summam alienationes illæ à fideicommissarijs retractantur.*
8 *Non debent imputari in legitima bona, quæ quis ad fauorem creditorum obligauit primo loco, sed solum ea, quæ effectualiter alienauit abdicando à se dominium.*
*Et si primo alienauit bona deinde alia debet in solutum pro debitis ante contractis, vel dote ante ea promissa filiabus in detractiones cedunt illa primo alienata, non autem illa data in solutum pro debitis, non obstante anteriori hypotheca.*
*Quod habet locum etiam si dicta datio in solutum facta fuerit filiabus pro dote eis promissa, quarum fauore fideicommissum non obstat.*
9 *Vbi hypotheca fuit constituta pro tanto debito, quod non adsit spes luitionis dicitur potius alienatio, quàm pignoratio.*
*Dic non esse verum, saltim nisi hypotheca rei particularis, non autem in generali.*
10 *Licet quis fuerit restitutus in integrum aduersus aditionem hæreditatis cum benef. leg. & inuent. tamen inuentarium confectum lite pendente antequam fuerit admissus ad eam adeundam cum tali beneficio, non seruatis alijs solemnitatibus non iuuat.*
11 *Hæres non potest reuocare alienationes factas à defuncto.*

Præsuppositis tribus decisionibus hucusque factis coram R. P. D. meo Pamphilio, visum fuit DD. causam pro immissione per D. Angelum petita non esse expediendam, quamuis enim Trebellianica fuerit expressè prohibita, illaque iuxta opinionem, quã Rota
1 sequitur etiam filius primi gradus prohiberi possit, *Cassad. decis. 4. de testam. Crescent. decis. 2. eod. tit.* & fuit sæpissimè resolutum, & signanter in *Parmen. Datij 9. Maij 1611. coram R. P. D. meo Decano.* Certum tamen
2 est Franciscum per Michaelem eius patrem fideicommisso grauatũ, potuisse detrahere legitimam, quæ onus aliquod non recipit, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamen.* & consequenter bona de quibus agitur per ipsum alinata in illam imputari debere, vt per *Bald. in cons. 219. numer. 2. lib. 2. Soc. Iun. cons. 136. numer. 14. vol. 1. & alios allegat Peregrin. in tractat. de fideicom. artic. 39. numer. 2. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Americis 16. Februarij 1586. coram Orano*, & alibi
3 sæpe, ita vt tertij possessores contra quos petitur immissio, possint se huiusmodi exceptione tueri, vt per *Pereg. d. ar. 39. num. 40.*

Neque obstat, quod prætendebatur ipsius legitimæ detractionem fuisse per alias alienationes consumptã, quia possessores prædicti habent eorum intentionem fundatam in regula, quod alienata in detractiones im-
4 putari debeant, ita vt D. Angelo fideicommissario dicenti detractionem prædictã fuisse antè consumptam, onus probandi incumbat, vt in puncto firmat *Pereg. d. art. 39. nu. 13. & 14. in fin. quem sequitur Mangil. de imputat. & detract. quæst. 136. n. 50. & 51.*

Probatio autem pro illius parte allata visa fuit DD. minus concludens præsupponitur enim bona reperta in hæreditate dicti Michaelis fideicommittentis iuxta relationem peritorum ascendere ad scuta 18059. & tamen vltra quod dubitari potest, an fuerit sufficienter
5 probata identitas, non apparet, quod periti æstimauerint in specie bona de quibus agitur per dictos tertios possessores detenta, nec quod illi fuerint legitimè electi, & iuramentum de æstimatione legali ex bono, & æquo facienda præstiterint prout debebant, *Bart. in l. creditores numer. 29. ff. de pignor. Alex. in l. precia rerum numer. 6. ff. ad l. falcid. Cagnol. in l. 1. num. 258. C. de rescind. vendit.* cum alijs congestis per *Mascard. in tract. de probation. conclus. 653. num.* t. & minus etiam constat quod quando illi ad æstimationem faciendam accesserunt ad loca, in quibus bona existunt prædicti
6 possessores fuerint præsente, vel legitimè citati, aut iudex ipsis partibus terminum statuerit, vt tali die, & hora essent cum dd. peritis super locis prædictis, prout requirebatur, vt post *Bar. in l. qui bona in fin. de damno infecto Felin. in c. veniens il primo num. 20. ante medium de testam. & post alios tradit Cagnol. in l. 2. num. 261. C. de rescind.* quinimo cum ipsi æstimatores non fuerint à partibus approbati, etiam in relatione erat necessaria citatio, vt ex mente *Bart. distinguit Mascard. de prob. concl. 653. n. 2.*

Sed præsupposito etiam quod d. æstimatio fuisset ritè, ac rectè facta, & consequenter legitima, quæ in hoc casu est semis adscenderet ad scuta 9029. circiter, vt etiam pro parte ipsius D. Angeli admittitur, adhuc tamen consumptionis probatio non esset concludens, quia non constat alias assertas alienationes fuisse antea factas, istas autem, de quibus agitur, esse posteriores, & factas postquam detractio ipsa fuerat consũpta, & consequenter in illam imputare non posse, quæ
7 enim primo fuerunt alienata à grauato, imputantur in hanc detractionem; & alienatio sustinetur pro summa debita; sequentes autem alienationes à fideicommissarijs retractari possunt; *Aret. cons. 18. circa finem. vers. ex hoc sequitur Soc. Iun. cons. 137. num. 5. lib. 1. Sim. de Prat. tract. de interp. 3. dub. 5. sol. 6. num. 5. sol. mihi 363. Peregrin. de fideicom. d. art. 39. n. 4. & Mangil. de imputat. d. quæst. 136. n. 10.*

Neque ad hunc effectum DD. suffragari posse censuerunt anteriores promissiones, & assertas bonorum hypothecas per dictum quondã Franciscum factas pro dotibus Symphoniæ, & Pantasileæ ipsius sororum; quia (omisso, quod in apocha matrimoniali, de qua in
8 summario *num.* 3. nulla legitur expressa hypotheca ad d. Symphoniæ, vel eius Mariti fauorem ad effectum

ctum imputationis, non sufficit hypotheca sed requiritur totalis alienatio, quæ sit translatiua dominij; filius enim censetur pro sua legitima elegisse ea bona, quæ primo loco effectualiter alienauit, abdicando à se dominium, non autem illa, quæ simpliciter hypothecauit, vt in puncto tradit *Cephal. cons. 189. nu. 10. & seq. quod ex pluribus comprobat Pereg. decis. 36. num. 8. 9.* vbi in fine subdit, quod hæc sententia semper visa fuit de mente iuris, quem sequitur *Mangil. d. quæst. 136. num. 55. & 56.* Vnde cum dd. dotium solutio per viam dationis insolutum certorum bonorum facta fuerit de anno 1616. & 1618. vt in instrumentis, de quibus in dicto summario *num. 4. & 5.* Aperte sequitur, quod bona de quibus agitur, quæ fuerunt iam antea alienata, (non autem illa quæ fuerunt postea data in soluntum pro dotium solutione) debent in legitimam imputari, non obstante anteriori hypotheca, vt aperte firmat *Peregr. d. num. 8. & 9.*

Neque placuit distinctio, & responsio data per informantes, quod conclusio prædicta procedat solum in creditore extraneo, ad cuius fauorem fuerant bona hypothecata fuerit apposita ad fauorem filiarum à statuto exclusarum propter dotem loco legitime subrogatam, & sic in ipsis bonis ius habentium, quia distinctio huiusmodi iure non probatur, & rationes allegate per *Peregr.* & alios allegatos, & presertim illa, quod scilicet hypotheca non producit effectum translationis dominij, & quia primæ alienationem tamquam legitimè factæ ex causa superueniente, retractari non debeant, eodem modo militant, siuè creditor hypothecarius sit extraneus, siuè non, & non consequenter eadem in vtroque casu debet esse iuris dispositio ad *l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron.*

Neque applicatur conclusio, quod quando hypotheca fuit constituta pro tanto debito, quod verisimile
9 non sit spes luitionis, dicatur potius alienatio, quam pignoratio, tum quia non constat, quod non adfuerit spes luitionis; imo Franciscus poterat verisimiliter sperare, dotes promissas solui ex fructibus, præsertim quia solutio ipsa fuerat in plures annos distributa, Tum etiam quia *Negusan. de pignor. par. 3. memb. 1. num. 27. & seq. Fab. de Mont. de empt. & vend. quæst. 4. num. 6. Card. Mantica de tacit. ambig. lib. 4. tit. 3. num. 51.* cum alij pro Angelo allegati loquantur de hypotheca speciali rerum particularium, non autem de hypotheca generali omnium bonorum, quæ in casu nostro a desse præsupponitur.

Præterea dixerunt etiam DD. quod licet fuerit iam
10 decisum concedendam esse D. Angelo restitutionem in integrum aduersus aditionem hæreditatis sinè beneficio legis, & inuentarij, ipsum tamen ionentarium fuit confectum lite pendente, non præcedente declaratoria super illius admissione ad confectionem, nec citatis dd. bonorum possessoribus, & seruatis alijs solemnitatibus de quibus in *l. fin. C. de iur. delib.* & consequenter cum illud habeatur pro non facto, adhuc obstat eidem D. An-
11 gelo agenti, quod, cum ipse sit d. q. Francisci sui patris hæres alienationes ab ea factas reuocare non potest, *l. filius fam. §. cum pater, & ibi notat. Bar. & Castr. ff. de legat. primo, Roman. cons. 18. num. 4. Cephal. cons. 342. nu. 26. & seq. Surd. cons. 284. nu. 20. cons. 576. num. 34. Card. Seraph. decis. 477. n. 1.* Et ita decisum ipso D. Angelo tantum informante.

## DECISIO LX.

R.P.D. VEROSPIO.

Carpentoraten. Bonorum.

*Lunæ die 17. Nouembris 1614.*

*SVMMARIVM.*

1 *Excessus non præsumitur, sed debet probari ab allegante.*

IN ista causa die decimaoctaua Nouembris 1612. fuit coram me firmatum Antonium de Alemandris ratione excessus dicere posse nullam executionem contra se factam, vndè postea dubitaui super quibus bonis excessus fuisset commnnis, & Rota censuit de illo non
1 constare, quia cum hic non præsumitur, probari debet ab allegante *Rota decis. 45. de appell. in nouis, Gigas de pensionibus quæst. 9. nu. 10. Lancellot. de attent. appell. penden. limit. 53. num. 25. & fuit resolutum in causa Esina Bonorum die decima Decembris 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Leodien. Hæreditatis 5. Decembris 1607. coram Iusto.*

In casu autem nostro, talis probatio non deducitur. Antonius enim in sententia, quæ per alias duas fuit confirmata, condemnatur octauam partem bonorum restituere, nec non ad detractionem aliorum in executione sententiæ liquidandorum, vnde cum non doceatur vltra dictam octauam partem bonorum fuisse factam executionem, merito dici potest, excessum non apparere ex allegatis.

Nec valet dicere fuisse nulliter processum in executione, cum iuxta formam prædictæ sententiæ liquidationes, & detractiones non præcesserint, vt die 9. Decembris 1611. coram Reuerendissimo Bononien. fuit decisum, & sic dictam executionem vti nullam in totum fuisse reuocandum; responsum enim fuit hæc ad præsentem speculationem non pertinere, cum de validitate, vel inualiditate executionis hodie non agitur, sed de excessu tantummodo respectu boOorum, quæ modo non iustificantur, & sic non applicantur nullitates in allegata decisione Reuerendissimi Bononien. deductæ.

## DECISIO LXI.

R.P.D. MANZANEDO.

Romana diuisionis Hæreditatis.

*Lunæ 14. Decembris 1615.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia in iudicio diuisionis, seu familiæ hercifcundæ intentota super tota hæreditate, si feratur solum super parte est nulla.*

2 *Sententia vbi non est conformis libello est iniusta.*

*Immissio non datur ei, qui semel accipit possessionem, & sententia declarans reum immittendum est iniusta.*

3 *Medictas bonorum debetur vni ex duobus hæredibus, & non plus, & sententia dans immissionem pro pluris est iniusta.*

4 *Immissio pro plus portione debita est in totum reuocanda.*

*Excessus etiam in modico vitiat.*

Fuit

FUit resolutum sententiam A. C. non esse confirmandam, Primo quia cum esset actum per Thomam ad diuisionem omnium bonorum hæreditatiorum Lelij,
1 & Fabritij pro diuiso possessorum per ipsum, & Philippum, & sic actione familiæ hercifcundæ, *iux. tex. in l. 1. ff. famil. hercif.* debebat Iudex pronunciare super tota hæreditate, non autem super locis montium tantum, *l. fundus mihi ff. cod. Bal. in l. 1. in princ. C. eod. Fab. in §. quædam ante num. 10. & num. 15. vers. sed quid si sit vna instit. de actori. Pract. Papien. in forma libell. pro hæreditate, vel re singulari diuid. numer. 4. Sard. cons. 354. num. 9.*

Secundo quia, vt supra dictum est, fuit actum Iudicio familiæ hercifcundæ, & Iudex dedit possessionem, seu quasi in istis locis montium, & sic sententia reddi-
2 tur iniusta, non solum quia non est conformis libello, *Alex. cons. 72. num. 5. lib. 5. Honded. cons. 94. num. 40. lib. 1. Surd. cons. 324. num. 4.* sed etiam, quia Thomas in monitorio fassus esset se possidere, non competebat immissio, quæ non datur ei, qui semel adeptus fuit possessionem. *Seraph. dec. 1268. in fin.*

Tertiò, quia Thomas fuit immissus in possessionem locorum 17. & tamen ei obueniebant solummodo 14. cum loca, quæ de tempore sententiæ reperiebantur in hæreditate essent 28. & medietas illorum tantum ipsi deberetur, *iuxta tex. in l. 1. §. proinde, ff. si pars hæred. petat.* & licet in hæreditate remanserint loca 47. tamen reliqua fuerunt posita per hæredes alienata, vt constat ex instrumentis datis in summario Philippi. Vndè immissio videtur excessiua, & consequenter reuocanda, cum excessus etiam in modico vitiet sententiam, *Castrea. in l. si non fortem, §. si certum num. 2. & ibi Ias. numer. 1. ff. de condit. indeb. Put. decis. 327. lib. 1. Rota decis. 221. num. 1. par. 2. diu. & fuit dictam in vna Bononien. de Pascis 4. Martij 1611. coram me.*

Et ita conclusum, &c.

## DECISIO LXII.

### R. P. D. PAMPHILIO.

Bononien. Pecuniaria.

*Veneris 4. Iulij 1603.*

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor vt admittatur ad beneficium auth. hoc nisi C. de solut. qua cauetur, quod si debitor quantitatis non habeat aliunde; vnde soluat, potest rem meliorem, quam habet in solutum dare creditori præuia æstimatione facienda per Iudicem, cum cautela de euictione, & si creditor reperit emere volentem non compellitur tunc insolutum recipere, sed debitor tenebitur illi vendere cautela adhibita, quod de pretio satisfiat creditori & debet dicere, quod non habet facultatem soluendi debitum in pecunia, & quod etiam facta diligentia, non inuenit emptorem, & debet offerre bona meliora ad electionem creditoris, & libere, non autem sub conditionibus, & debet dare fideiussorem de euictione tempore obligationis, etiam si à parte non petatur aliàs non debet ad illud admitti.*

*Quod habet locum, etiam si postea præstetur talis fideiussor.*

2 *Sed in mobilibus non habet locum beneficium dictæ authen. & propterea si debitor ea habeat, debet illa vendere, & pretium creditori offerre.*

PRo informante, nempè Marco Antonio non competere beneficium *auth. hoc nisi, C. de solut.* quia eius
1 oblatio non fuerit sufficiens iuxta requisita illius tex. non enim dicunt se non habere facultatem soluendi debitum in pecunia, & quod adhibita diligentia etiam exacta vendendi bona immobilia non inuenit emptorem, *Roman. cons. 173. Ias. cons. 9. num. 13. lib. 1. Rip. l. 2. §. mutui datio num. 25. ff. si cert. pet. Natt. cons. 344. nu. 3. latè Thesaur. decis. 153. & seq.*

Præsertim, quod nec etiam obtulit bona meliora ad electionem creditoris, & oblatio non fuit libera, sed sub diuersis conditionibus, & absque traditione instrumentorum; Et quod magis est, non dato fideiussore de euictione, qui etiam, quod à parte non petatur dandus est tempore oblationis, nec sufficit si postea præstetur, *Ias. dicto cons. 9. numer. 13. Natt. d. cons. 344. numer. 4.*

Accedit etiam, quod ex confessione ipsius Marci Antonij constat ipsum habere mobilia notabilis valoris, quæ debuit vendidisse, & consignasse pretium creditori, cum in eis non cadat beneficium *dictæ auth. hoc nisi Alex. cons. 37. num. 19. lib. 2. Natt. dicto cons. 344. num. 4.*

Et ita fuit conclusum &c.

## DECISIO LXIII.

### R. P. D. COCCINO.

Parmen Datij.

*Lunæ 4. Iunij 1612.*

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatio Cameralis probatur, vbi in instrumento legitur.*

*Instrumentum facit fidem de omnibus, quæ inter partes contrahentes geruntur.*

2 *Promittens rem venditam, non esse subiectam alicui fideicommisso, aliàs teneri voluit ad restitutionem pretij, si ostendatur subiecta tali fideicommisso, & is sit obligatus in forma Cameræ, potest pro restitutione dicti pretij agi via exequutiua vigore obligationis Cameralis.*

3 *Contractus nominatas ob non implementum non rescinditur, sed debet agi ad implementam.*

*Sed non procedit, vbi fuit res promissa libera à fideicommisso, & in casu contrarij promissa restitutio pretij.*

*Contractus ex conuentione legem accipiant, etiam quod fuerit conuentum vltra vel præter naturam contractus.*

4 *Licet feudum de sui natura non transeat ad extraneos, neque ad fœminas, nec possit diuidi, secus est, si in inuestitura aliud fuit conuentum.*

5 *Non potest agere de euictione, vel pro liberatione emens rem fideicommisso subiectam, si fideicommissum est ad fauorem illius, qui vendidit, & is cessit omnia sua iura emptori.*

*Id tamen non procedit si sunt vocati ad fideicommissum etiam successores venditoris, & adest prohibitio expressa alienationis, & in casum alienationis non alienantes vocantur.*

*Qui non impleuit promissa per ipsum in contractu, non potest agere ex dicto contracta.*

*Sed impleuisse dicitur, vbi emptor accollauit in se debitam, quod extinguere promisit.*

*Præsertim si non est lapsum tempus, infra quod extinguere debet.*

*Durante tempore, infra quod aliquid impleri debet, non potest*

*potest non implenti, opponi exceptio non implementi.*

7 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, & requirentes altiorem indaginem.*

8 *Vbi bona vendita sunt promissa libera à fideicommisso, & in euentum contrarij venditor teneri vult ad restitutionem pretij, tenetur ostensa fideicommisso restituere pretium, neque sufficit cautio.*

*Et licèt Papa derogauerit fideicommisso ad effectum creandi super dictis bonis montem, talis derogatio non est perpetua, sed suspendit effectum fideicommissi durante monte, & ad fauorem montistarum, & initio monte cessabit derogatio.*

9 *Vbi quis promisit bona esse libera à fideicommisso, vel non esse ei subiecta, aliàs teneri voluit ad restitutionem pretij rei emptæ, si ostendatur adesse aliquod fideicommissum, statim absq. aliqua interloquutione, vel liquidatione promissionis restitutionis dicti pretij potest vigore obligationis Cameralis, & consensus in mandatu relaxari mandatum exequutiuum pro restitutione pretij.*

*Vigore obligationis Cameralis proceditur in iudicio exequtiuo,*

*In iudicio exequtiuo Iudex non condemnat, sed præcipit debitori vt soluat.*

*Vbi instrumentum habet exequutionem paratam, debitor habetur pro condemnato.*

10 *In iudicijs ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur exequutio in exequutiuis autem e conuerso.*

*Petitio actoris declaratur ex prosequutis in iudicio, & sufficit, vt ex eis declaretur,*

*Auditor Cameræ licet vigore suarum facultatum sit exequtor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios Iudices, tamen vbi Auditori Rotæ est facultas Auditoris Cameræ, potest illis vti quoad omnia in commissione contenta.*

11 *Reus in sua exceptione est actor, licèt in iudicio esset reus.*

*Et in sua exceptione potest obtinere nedum ad repellendum actorem, sed etiam ad obtinendum, quod prætendit.*

*Et potest ad fauorem rei excipientis ferri sententia fauorabilis.*

*Vbi est commissus articulus non adimplementi, dicitur commissus quoque articulus nullitatis, vel rescissionis contractus.*

*Imò articulus censetur commissus vti connexus.*

*Vnica commissio in qualibet instantia in Rota sufficit, & vigore illius Auditor potest cognoscere causam cum omnibus incidentibus, dependentibus emergentibus,*

POst resolutiones factas, quod Datium venditum per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Cardinalem Illustrissimo Domino Marchioni precio scutorum octuaginta mille, erat subiectum fideicommisso, & quod dicto Illustrissimo Domino Cardinali, non suffragabantur detractiones. Dubitaui, An Illustrissimo Domino Marchioni competeret via executiua ad precium Datij, & contra quos, & quomodo, & Rota causa bis proposita, & maturè discussa censuit ei competere talem viam exequutiuam contra Illustrissimum Dominum Cardinalem pro scutis octuaginta mille; Nempè pro liberatione ab obligatione Montis pro scutis quinquaginta quinque millibus, & pro solutione residui pro scutis vigintiquinque millibus, ac pro clariori ostensione iustitiæ huius resolutionis Domini dicebant, illam habere tres inspectiones principales, quarum prima est, An adsit obligatio Cameralis, secunda quatenus adsit, An intret, Tertia quatenus adsit, & intret an Rota habeat facultatem procedendi ad illius executionem.

Et quantum attinet ad primam, visa fuit habere modicam difficultatem, Quia expressis verbis in instru-
1 mento legitur, quod Dominus Cardinalis se obligauit in forma Cameræ, instrumentum autem facit fidem de his, quæ inter contrahentes geruntur, *Feder. de Senis consi. 199. nu. 3. vers. sed dices.*

Quantum attinet ad secundam inspectionem, An obligatio intret. satis etiam res videbatur clara, quia Illustrissimus Dominus Cardinalis vendidit Datium Domino Marchioni pretio scutorum octuaginta mille, & in dicti precij computum, & diminutionem Domino Marchio pro summa quinquagintaquinque mille scutorum suscepit onus soluendi ratam, & portionẽ Montis Baronum, & pro alijs scutis octomille extinxit quendam Censum per Dominum Cardinalem sibi debitum, residuum verò scutorum septendecim mille computauit in parte dotis, & Dominus Cardinalis attentis præmissis, se de integro pretio d. Datij contentũ, & satisfactum vocauit, & Dominum Marchionẽ quietauit, & affirmauit, & promisit ipsum Datium ad se pleno iure dominij spectare, & esse liberum ab omni fideicommisso purificato, vel purificando &c. aliàs in omnibus casibus contrarijs, seù contrauentionis &c. teneri voluit Domino Marchioni emptori ad omnia damna, & restitutionem integri pretij &c. Pro quibus se in forma Cameræ obligauit. Vnde cum datium fuerit repertum subiectum fideicommisso Comitis Sanctæ Floræ, nec Illustrissimo Domino Cardinali suffragentur detractiones, vt in decisionibus in causa factis. Intrat obligatio prædicti Domini Cardinalis, qui se
2 obligauit ad restitutionem pretij in euentum, quod præmissa non sustinerentur, *Gallef. de obligat. Cam. p. tr. 3. tit. de vi instrum. obliga. Camer. num. 15.* ad quam restitutionem potest agere Dominus Marchio, vt dicetur in tertia inspectione.

Neque obstat, quod cum versentur in contractu nominato propter non adimplementum contractus non
3 rescinditur, sed Dominus Marchio debet agere ad implementum *l. vendit. actio. C. de actio. empt. Bar. in l. 2. numer. 7. C. de condiction. ob caus. & in l. inciuile in princ. C. de rei vend. Socin. in l. qui Romæ §. Seia. in quinto notab. num. 6. ff. de verb. obligat.* Quia fuit responsum hanc conclusionem hic non applicari, cum fuerit promissum, Datium esse liberum a fideicommisso, & in casu contrario Cardinalis se obligauerit ad restitutionem precij, vt expresse dicit *tex. in d. l. vendit. actio,* ibi si non ab initio aliud conuenit. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt *C. contractus de reg. iur. in n. 6.* etiam quod fueri conuentum vltra, vel præter naturam contractus, *Castr. cons. 219. col. 2. post prin. versic. contractus autem lib. 2. Cald. consil. 11. ante medium, vers. ad cuius declarationem & consil. 12. de feud.* vbi quod licet feudum de sui natura non transeat
4 ad extraneos, neque ad fœmina, nec possit diuidi, secus est si inuestitura aliud fuit conuentum, vt in puncto fuit resolutum in causa *Asculana Bonorum 11. Martij* superioris annis coram Pirouano, & dicitur in prima decisione in hac causa facta.

Minus etiam releuat, quod cum fideicommissum sit ad fauorem Ducis, in venditione facta Cardinali Dux cessit iura sua ad fauorem eiusdem Cardinalis, & ideo cum stante cessione nihil remanet penes Ducem, nulla potest inferri molestia Domino Marchioni emptori ad *l. quæritur §. si venditor ff. de Aedil. Adict.* Nam fuit responsum non adesse talem cessionem, vt patet ex inspectione instrumenti venditionis Datij, & si adesset nõ releuaret, quia ne dum est vocatus Dux ad fideicommissum, sed etiam eius successores, & adest expressa prohibitio alienationis, & in casu alienationis non alienantes vocantur ad fideicommissum, vt abundè fuit dictum in prima decisione.

Neque

Neque facit, quod Dominus Marchio non possit agere, cum non adimpleuerit pro parte sua *l. Iulianus §. offerri ff. de action. empt.* Non enim satisfecit Monti. Nam respondebatur, quod satis adimpleuit pro parte sua, cum in se susceperit d. ratam Montis, illam autem extinguere non tenebatur, nisi post decennium, quod cum lapsum non sit, non dicitur non adimpleuisse *l. 1. ff. de pen. legat. & eleganter not. Bald. in cons. 434. vers. item quoniam antè terminum vsque ad fin. lib. 2.* Et dum dicebatur, quod pro residuo non potest agere contra Cardinalem, quia est debitor dotis, fuit responsum, hanc esse prætensionem post ea subortam ex dissolutione Matrimonij ipsius Marchionis, contra quam ipse asserit habere suas exceptiones, & propterea Dominus Cardinalis super ea conuenisse Dominum Marchionem Mediolani, & litem indecisam pendere, ideoque hoc obiectum non obstat; Quia obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à
7 contractu requirentes altiorem indaginem, sed omnino deber exequi *Cassad. decis. 1. de mut. petit. & fuit resolutum in causa Tyburtina S. Poli 17. Martij 1564. coram Cotta.*

Nec etiam releuat, quod Dominus Marchio sit tutus, cum extinctione d. Montis sit consequuturus iura ipsius montis in cuius erectione fuit derogatum omnibus fideicommissis; Quia fuit responsum, quod obligatio Cameralis Domini Cardinalis restituendo pretium non adimpletur cautione, sed solutione ex quo Greg. XIV. non erexit dictum Montem Domicellarum in perpetuū, sed redimibilem, & ad effectū d. erectionis tantum, & Montistarum fauorem suspendit effectum fideicommissorum, & prohibitionem alienandi d. Monte durante eisdemq. fideicommissis, & alienandi prohibitionibus illis, aliàs in suo robore permansuris, & ea vice dumtaxat derogauit, Vndè Monte extincto cessabit suspensio, & derogatio, & nil remanebit, quod possit cedi: Et insuper ex lectura litterarum dictæ erectionis Montis, apparet suspensionem, & derogationem fuisse restrictas ad Castra, & bona à quolibet Barone dicto Monti suppοsita, dictumque Dominum Cardinalem pro scutis quadraginta mille Castrum Rocchæ Albenghæ, & Marchionatum Varsij, & Dominum Paulum Sfortiam pro scutis quindecim mille Casale Ceruetri, & quosdam census dicto Monti supposuisse.

Neque est verum, quod requiratur sententia declaratoria super liquidatione promissionis dictæ restitutionis pretij factæ in casibus contrarijs, & nullitatis venditionis, quia Cardinalis in dicta obligatione susce-
9 pit mandatum, quo casu non requiritur interlocutio Iudicis super liquidatione, *Gallej. dicta parte tertia tit. de liquidation. num. 25.* Et cum vigore dictæ obligationis Cameralis versemur in iudicio exequutiuo, Iudex non condemnat, sed præcipit debitori, vt soluat; & ratio est, quia quando instrumentum habet exequutionem paratam, debitor habetur pro condemnato, *Castrens. cons. 319. col. 2. post principium vers. & hoc ideo lib. 1.* vbi quod in iudicijs ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur exequutio, in exequutiuis autem è conuerso, & ita se habet stylus Curiæ, vt notum est.

Denique non officit, quod Dominus Marchio non declarauit quid petat, vt D. Cardinalis possit determinare, an velit cedere, vel contendere. Quia ex prosecutis satis Dominus Marchio declarauit, & hodie declarat, quod ipse Dominus Cardinalis restituat pretium scutorum octogintamille, & recipiat suum Datium, ac ex scutis quinquagintaquinque mille dicti pretij extinguatur debitum dicti Montis Baronum, & hoc sufficit, vt per *Bart. in l. si rem la prima num. 1. ff. de rei vendicat.*

Quantum attinet ad tertiam inspectionem, quæ continet iurisdictionem Rotæ, fuit resolutum, adesse iurisdictionem sufficientem. Nam conuentus Marchio à Cardinale, & Montistis pro consequutione fructuum excepit de non adimplemento dicti Cardinalis, & cōtra ipsum Marchionem fuit relaxatum mandatum pro dictis fructibus, à quo decreto Marchio appellauit, & in commissione dixit de iniustitia mandati, attento maximè quod obstat exceptio non adimplemēti pro parte Domini Cardinalis, & petijt committi causam appellationis, & quod de nouo audiretur super eo, an obstet exceptio non adimplementi, & obtinuit committi in Rota causam cum facultatibus Auditoris Cameræ, sinè tamen præiudicio legitimæ exequutionis. Vndè dubitari non potest, quin ex prædictis adsit iurisdictio sufficiens, quia etiam si Auditor Cameralis vigore suarum facultatum est exequutor obligationis
11 Cameralis priuatiuè quoad alios Iudices, tamen in casu isto Auditori Rotæ fuerunt concessæ facultates Auditoris Cameræ, ideoque illis vti potest quoad contenta in commissione, iuxta notata *in cap. cum dilecti de donat. & in cap. si propter de rescriptis in sexto;* Quod autem articulus super rescissione, & nullitate contractus venditionis sit commissus in Rota non potest dubitari, quod probatur ex eo, quia Dominus Marchio
12 excepit de non adimplemento, in qua exceptione est actor, licet in principali Iudicio esset reus, *Alex. cons. 70. num. 3. vbi de communi lib. 7.* & in hac exceptione potest obtinere nedum ad actorem repellendum, *vt per Bald. in cons. 187. num. 5. lib. 1.* sed etiam vt adiudicatio sibi fiat: quicquid dixerit *idem Bald. vbi supra*, cum concurrant petitio, quam hodie facit Marchio, & probatio intentionis cum ex alijs decisionibus, & ex prædictis constet de fideicommisso, & obligatione Cardinalis, quibus duobus concurrentibus ferri posse adiudicatoriam ad fauorem rei excipientis, dicunt *Hostien. in cap. ex conquestione num. 10. vers. item quæro de restit. spoliat. Cyn. in l. prima numer. 12. C. vti possid.* quos refert, & sequitur *Castren. in cons. 311. num. 1. col. 2. in princ. vers. sed cum non valuisset. vol. secundo.* Vn-
13 dè cum sit commissus in Rota articulus non adimplementi, pernecessè dicendum est commissum quoque articulum super rescissione, & nullitate contractus, cum Marchio excipiendo, petat, & si probet intentionem suam possit obtinere adiudicatoriam, quæ in casu isto nihil aliud est, quam agere exequutiuè ad restitutionem pretij, vt supra dictum est. Vltra quod etiam ex capite connexitatis iste articulus censetur commissus, vt per *Hostien. vbi supra num. 3. vers. dicas quod si quæstio mulieris, & alios DD. ibidem, & adest Constitutio fel. rec. Pij IV. 63. in ordine super reformatione Tribunalis in §. & idcircò,* in qua summus Pontifex statuit, quod vnica commissio in qualibet instantia in Rota sufficiat, & vigore illius Auditor possit cognoscere, cum omnibus, & singulis dependentibus, & emergentibus, ac aliàs quomodolibet incidentibus, ex quo Auditor potest cognoscere super negotio principali, vt per *Mandos. commissione secunda, vers. incidentibus,* vt sic super dicta rescissione, & nullitate contractus.

Ex quibus cum adsit obligatio Cameralis, quæ intrat, cum Marchio ex fideicommisso, & obligatione Illustrissimi Cardinalis probauerit intentionem suam & adsit iurisdictio exequendi, fuit prædicto modo resolutum, procedendum esse exequtiuè contra eundem Dominum Cardinalem.

DE-

# DECISIO LXIV.

## R.P.D. PENIA.

Romana Palatij Campi Floræ.

*Veneris 16. Decembris 1588.*

### SVMMARIVM.

1 *Existent in possessione exigendi pensiones Domus, vel Palatij si ab eo petatur retrouenditio eiusdem domus, vel Palatij lite, vel appellatione pendente debet in possessione eas exigendi manuteneri.*

*Etiam si dicta possessio esset contra ius, n. 2.*

2 *Nec etiam spoliatori in iudicio spolij, debet negari manutentio.*

3 *Mandatum de manutenendo habet naturam interdicti retinendæ.*

*Et habet locum, vbi possessio ante litem motam probatur.*

4 *Decretum, quod non iustificatur ex actis dicitur notorie iniustum, cum aliunde iustificari non possit.*

5 *Non potest agi vigore instrumenti ab alio notario rogati, nisi illo in actis producto.*

*Et nisi extensa obligatione Camerali.*

6 *Licet instrumentum crediti fuerit pluries Iudici ostensum, non tamen decretum, seu sententia eius vigore lata sustinentur, nisi illo producto.*

7 *Vbi causa est commissa in Rota, non potest adiri alius Iudex.*

*In obligatione Camerali potest omitti primus Iudex, & adiri Auditor Cameræ, qui in obligationibus Cameralibus habet facultatem priuatiuè ad alios Iudices commissione, & inhibitione non obstante.*

*In executiuis potest actor variare ab vno Iudice ad alium, vbi reus est contumax.*

8 *Vbi pars offert se paratam recipere, & implere id, quod tenetur, non est locus deposito.*

9 *Mandatum præsumitur, vbi procurator soluit, vel deposuit magnam pecuniarum summam.*

A Decreto A. C. per quod D. Fabricius Rebiba
compellebatur retrouendere Palatium Campi
Floræ Excellentissimo D. Virginio Vrsino, fuit appella-
tum, & causa appellationis de consensu partium mihi
commissa, & quoniam pensiones d. Palatij a tempore
interpositi d. Decreti D. Fabricio non soluebantur, dedi
dubium; An D. Fabricio ad prædictum effectum esset
dandum mandatum de manutenendo, & vtraque parte
informante, fuit dictum, quod cum D. Fabricius fuerit
in possessione exigendi pensiones, & ab eo peteretur
1 retrouenditio, interim lite, & appellatione pendente
erat manutenendus, neque priuandus commodo suæ
possessionis, *c. cum teneamur*, & ibi communiter *DD.
de appellat. c. 1. vt litè pendent. vbi Abb. num. 4. notab.
3. per tex. in c. cum personæ de priuil. lib. 6.* an proce-
dere etiam si d. possessio esset contra ius quod etiam
voluerunt *Dec. in d. c. cum personæ §. quod si tales num. 4.
Philipp. Franc. notab. 2. idem Franc. in c. cum teneamur,
de appellat. & Dec. in c. significante notab. 3. de appel-
lat. Fabr. tit. de acq. vel amitten. possess. conclus. 6. confert.
Decius cons. 97. incip. in casu proposito,* præsertim cum
2 nec etiam spoliatori in Iudicio spolij soleat negari ma-
nutentio, DD. in *l. Attilius Regulus ff. de donat.* cum
etiam sit manutenendus *l. fi. C. si per vim c. licet & ibi
DD. de praben. lib. 6. Neutz. cons. 80. incip. Benedi-
ctus ex domine, Paleot. decis. 129. incip. Spoletana Paro-
chialis*, & cum non reuocaretur in dubium D. Fabri-
cium ante litem motam fuisse in possessione exigendi
pensiones, orta lite, & appellatione pendente, non po-
tuit mandatum de manutenendo denegari, quod ha-
3 bet naturam interdicti retinendæ, & locum, quando
rei possessio ante litem motam probatur, *Bart. in l. ait
Prætor. §. quod ait num. 2. & 14. ff. vti possidetis. Veral.
decis. 198. incip. manulentionis par. 2.* & maximè ad effe-
ctum consequendi fructus, *Guidopap. decis. 356. vers.
quintus est.* His præterea accedebat notoria iniustitia
4 decreti A. C, cum non iustificaretur ex actis: nam in-
strumentum ex quo D. Fabricius asserebatur obligatus
in forma Cameræ ad retrouẽdendum dictum Palatium
non fuit rogatum per Notarium actuarium eiusdem
Tribunalis A. C. sed per D. Prosperum Campanum No-
tarium Archiuij, cuius instrumenti cum non fuerit fa-
cta in actis productio, nec extensa formula obligationis
5 Cameræ, quod erat necessarium, *Gallesf. tract. de obli-
gat. Camer. par. 3. tit. de process. ipso*; decretum erat nul-
lum, nec Fabricium afficere poterat.

Quod procedit sine difficultate, ex tritissimo, & vsi-
tato stylo, quamuis asseratur A. C. sæpè dictum instru-
6 mentum ostensum fuisse, quod non sufficit, cum vulgo
iure proditum sit sententiam ex actis non aliunde iusti-
ficari debere.

Decreti etiam eiusdem nullitas, & iniustitia, ex eo
videbatur persuadere, quod factum fuerit, post quam
causa ad instantiam partis, per speciale Papæ rescriptum
fuerat commissa in Rota, Vndè non potuit procurator
7 Excellentissimi D. Virginij mutando Iudicem variare,
& A. C. adire; quamuis Fabricius esset obligatus in for-
ma Cameræ, cuius priuilegium est, vt possit omitti pri-
mus Iudex, & A. C. adiri, qui in obligationibus Came-
ralibus habet facultatem priuatiuam ad alios Iudices
quacumque commissione, & inhibitione non obstante,
quia tunc demum in exequutiuis potest actor varia-
re, & Iudices diuersos adire, quando reus conuentus
est contumax, *Gallesf. de obligat. Camer. par. 3. q. 2. nu-
mer. 7. vers. non tamen omittere*; Fabricius vero non fuit
talis, cum citatus in Rota ad retrouendendum, respon-
derit se esse paratum retrouendere iuxta formã instru-
menti; Vndè superuacaneum fuit alium Iudicem adire
stante præsertim illa Fabricij protestatione, quod
erat paratus retrouendere iuxta formam instrumenti,
8 non erat locus deposito, facta præsertim reuocatione
sequestri *l. 2. vbi Salicet. & Bald. C. de vsuris, late Tira-
quel. de retract. lignag. §. 9. glos. 3. num. 3. & 5.* & exinde
nec suffragatur decretum A. C. cum (vt dictum est) fue-
rit nullum.

Quod fuerit pro parte D. Fabricij oppositum de de-
fectu mandati in Procuratore D. Virginij, cum man-
datum esset ad lites tantum, non autem ad faciendam
præfatam retrouenditionem, non placebat aliquibus
ex Dominis ex eo quod d. Procurator nomine D. Vir-
ginij apud Montem Pietatis Vrbis fecerat verum, rea-
le, & actuale depositum 10. millium scutorum & am-
9 plius, quæ maxime pecuniarum summæ mandati defe-
ctum in hac parte, & supplere, & tollere videbantur.

Quare cum a die facti depositi, non videretur liqui-
do constare de bono iure Domini Virginij respectu
pensionum, nec aliàs eas soluere teneretur, meritò
pronunciatum fuit, Fabricium manutenendum.

Cæterum, quia respectu retrouenditionis non dubi-
tabatur de bono iure Domini Virginij, cum re vera Fa-
bricius retrouendere teneatur. Ideò DD. ordinaue-
runt, vt Fabricius admoneretur ad omninò fa-
ciendam præfatam retrouenditionem, &
Procurator D. Virginij ad producen-
dum necessaria, vt retrouenditio
iure, & legitimè
fieret.

DE-

# DECISIO LXV.

## R. P. D. ORTEMBERGO,

Romana Prælationis.

*Veneris 20. Nouembris 1609.*

## SVMMARIVM.

1 *Domo inuitus cogitur alteri domum suam vendere, vel locare. Argumentum valet à venditione ad locationem, & è contra.*

2 *Consortes de æquitate in emptione communis præferuntur, dummodo, idem offerant.*

3 *Ex iure protomiseos proferuntur primo consortes, deinde vicino inter vicinos ille qui habitat inferiorem partem domus, si venditur, vel locatur pars superior, & is excludit vicinos collaterales.*

4 *Ius Gazagà, quod est inter Hebræos, non inducit aliquam seruitutem super domo Christianorum, sed bene obliget, vt non possint ingredi ad habitandum domum, quam alius Hebræus est ingressus.*

5 *Decretum Camerale dans prælationem inquilinis continuare volentes in eadem locatione, non extenditur ad inquilinos volentes præferri in locatione alterius domus.*

*Dictum decretum tanquam odiosum est restringendum iuxta suos limites.*

6 *Ex iure Gazagà Iudæus non potest ædificare prope domum alterius habentis fenestras, nisi relicto spatio quatuor brachiorum, neque potest conducere domum ante a tale spatium de nouo factum sublato principali, corruit accessorium.*

*Sublatis fenestris videtur sublatum ius Gazagà, videtur sublatum ius Gazagà illarum vigore competens.*

7 *Inter Hebræos seruanda est lex hebraica.*

*Iura dicentia ius Hebræorum seruandum esse, loquuntur de lege Mosaica, non autem de alijs ordinationibus, & interpretationibus Rabinorum.*

*De iure Gazagà Hebræorum nihil reperitur.*

8 *Commentis Rabinorum non est credendum quod interpretationem sacræ Bibliæ; sed potius glosæ ordinarij Nicolai de Lira, Alfonsi Tostati, & aliorum.*

*Causæ Christianorum cum Iudæis, legibus Romanorum non Iudæorum sunt terminandæ.*

*Iudæi non possunt se adinuicem excommunicare sine licentia Superiorum.*

*Excommunicatio per Rabinos comminata non est curanda.*

PResbyteri S. Mariæ in Valicella per duas sententias conformes, & rem iudicatam obtinuerunt ius altius tollendi domum sitam in Ghetto Hebræorum, contiguam ex parte posteriori domui Orphanorum; simulque obtinuerunt facultatem accomunandi murum vicinum, & soluto pretio accomunationis altius fabricauerunt, & construxerunt duo solaria in parte superiori. Vndè orta fuit controuersia inter Iosephum Corcos habitatorem domus Presbyterorum in locatione solarium nouorum, quam Prælationem hæredes Samuelis prætendebant, eo quod fenestræ domus suæ conductitiæ ante nouam ædificationem respiciebant tectum domus eleuatæ, lite verò introducta coram R. P. D. Locumtenente Illustrissimi Vrbis Vicarij lata fuit sententia, in qua pronunciatum fuit filios Samuelis præferendos esse condennato Iosepho ad dimittendam fabricam super ædificatam, in quantum se extendunt brachia quatuor extra fenestras.

Causa appellationis mihi commissa, proposito dubio DD. sententiam infirmandam censuerunt, nam quoad Presbyteros illi habent pro se ius commune, quo nemo inuitus cogitur alteri suam domum vende-
1 re, *l. dudum, C. de contrah. empt. l. falso, C. de comu. rer. alien. l. iure mandata, C. mandati.* Idemque obtinet in locatione, valet enim argumentum à venditione ad locationem, & è contra, *l. 1. ff. de contrahen. emptio. l. item si pretio in fin. ff. locat.* quo verò ad hæredes Samuelis, illi prælationem prætendere non possunt, cum non sint consortes, qui de æquitate in emptione rei
2 communis præferri soleant, dummodo offerant tantundem quantum alij, *l. ad officium C. com. diuid. l. si nemo in prin. ff. de test. tutel. l. si emptionem. ff. de minor. l. necess. ff. de in diem adiect. l. 1. ff. de priuil. credit. Bald. in l. 1. num. 2. & seq. C. qui testam. facer. poss. Socin. in l. Serui electione, §. Labeo ait numer. 7. de leg. 1. Rip. in leg. quo minus nu. 114. ff. de flum. Oldrad. cons. 34. per tot. Socein. cons. 58. col. penult. versic. in secundo casu quando ille, lib. 4. Ruin. cons. 143. num. 19. vers. sed istis non obstantibus lib. 4. Bero. cons. 137. num. 12. lib. 1. Guidopap. sing. 770. Hippolit. sing. 441. num. 2.* neque possunt dicti hæredes iuuari iure protomiseos, nam illo præferuntur Primo consortes, deindè vicini, inter vicinos autem ille, qui habitat inferiorem partem domus, si venditur, vel locatur pars superior, qui est casus noster & is excludit vicinos collaterales. *Affl. de iur. protom. §. 7. nu. 7. Bal. Nouell. in eod. tract. nu. 9. 10. de Anic. cons. 20. n. 15. & seqq.*

Nec suffragatur Ius Gazagà, quod vocant descendens, ex interpretatione Rabinorum, quod etiamsi
4 non inducit aliquam seruitutem super domo, quæ est Christianorum, tamen dicitur obligare personaliter Hæbreos, non possint ingredi ad habitandum dictam domum, quam alius Hebræus ingressus, est hoc ius confirmatum videtur per decretum Cameræ, quod datur. Verum cum hoc loquatur de Inquilinis permanere volentibus in eadem locatione extendi non debet ad volentes preferri in locatione alterius domus, sed tanquam
5 odiosum, & contra ius restringendum est intra suos terminos, *Rom. cons. 107. num. 1. Paris. cons. 82. nu. 4. & seq. lib. 3. Rol. à Val. cons. 63. num. 6. & seq. lib. 1. cum alijs congest. per Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. num. 60.*

Quatenus verò allegantur interpretationes Rabinorum extendentium Ius Gazagà ad hoc, quod Iudæus non possit ædificare propè domum alterius habentis fe-
6 nestras, nisi relicto spatio quatuor brachiorum, nec possit conducere domum intra tale spatium de nouo ædificatam. Quoad prius, videlicet ius ædificandi, & altius tollendi de eo in præsentia non agitur, cum per sententias quæ transiuerunt in rem iudicatam fuerit finitum, quo vero ad posterius de non conducenda noua domo obstructis iam, & sublatis fenestris, consequenter videtur sublatum ius Gazaghię competens ratione fenestrarum, per regulam, quod sublato principali corruit accessorium.

Non obstat, quod inter Hebræos seruanda est *d. lex.*
7 *Hebraica, Felin. in cap. Iudæi numer. 2. de Iudæis Cald. consil. 10. de constit. & consil. 40. de testam. Barbat. cons. 15. num. 1. lib. 1. Ruin. cons. 4. lib. 2. Natt. cons. 621. lib. 1. Tiraq. de primog. q. 66. num. 33.* Respondetur enim, quod iura dicentia ius Hæbreorum seruandum esse loquuntur de lege Mosaica non autem de alijs ordinationibus, & interpretationibus Rabinorum, sed de prætenso iure Gazaghiæ nihil reperitur in penthatheuco, vt in similè dicit *Marquard. de Iudæis par. 2. c. 4. nu. 8. vers. nec obstant, allegata, Surd. decis. 133. num. 21. vers. 5. respicitur.*

Quod verò allegabatur dictum ex Deutoronom. c. 27. Maledictus qui transfert terminos proximi sui, quod Rabini transferunt ius Gazagha, illud aliter lon-

gè

gè interpretatur, *Glos.Ordin. Nicol.de Lira*, *Alfons.*
8 *Thostat.& alij*, quorum auctoritati manis credendum est, quam Commentis Rabinorum, præsertim quia tendunt in præiudicium Christianorum, quorum causę cum Iudæis, legibus Romanorum, non Iudæorum terminandæ sunt, *cap.gaudemus*, *& ibi notat.de diuort.l. Iudæi, C.de Iudæis, Paul.de Castr.cons.90.in fin.l.2.*& in his Iudæi contenti esse debent concessionibus superiorum, sine quorum licentia, nec se inuicem possunt excommunicare, & ideò excommunicatio per Rabinos comminata, non est curanda.

# DECISIO LXVI.

## R.P.D. ORTEMBERGIO.

Romana Dotis.

*Mercurij, 23. Nouembris 1602.*

### SVMMARIVM.

1 *Solutio dotis probatur ex præcedenti promissione illius, & subsequuta confessione receptionis etiam in præiudicium creditorum mariti, præsertim quando fuit facta confessio tempore non suspecto.*

2 *Vbi plures præsumptiones militant pro veritate actus, tolluntur aliæ facientes in contrarium.*

*Confessio dotis præsumitur vera, vbi concurrit præstatio alimentorum facta vxori, qualitas personarum, & quod matrimonia non contrahuntur sine dote.*

*Adminiculatur etiam ex fide alicuius Religiosi deponentis via esse numerare pecuniam, vel alicuius testis deponentis de publica voce, & fama.*

3 *Testes etiam nulliter examinati concurrentibus adminiculis probant.*

*Præsertim si de eodem tempore reperitur adnotata dicta pecunia in aliquo libro vti habita à marito.*

*Et etiam si non dicatur esse easdem pecunias dotales præsumuntur, si sunt adnotatæ de eodem tempore, & est eadem summa.*

4 *Vbi maritus promisit restituere dotem, tam constante, quàm soluto matrimonio censetur se obligasse etiam in casum vergentiæ ad inopiam.*

5 *In casu vergentiæ ad inopiam fit restitutio dotis, sed tantum ponitur in loco tuto ad effectum se filios, & maritum alendi.*

*Mandatum vbi non est clarum recepit interpretationem ab eo, quod fieri debuit.*

*Decretum recipit interpretationem à mandato.*

6 *Vbi non est nisi vna negociatio creditores etiam, qui contraxerunt extra negociationem concurrunt cum illis, qui contraxerunt super negociatione cum videantur contraxisse habita ratione ad totum patrimonium, non autem ad solam negociationem.*

7 *Maritus habens negocium promittens dotem vxori restituere, non censetur pro restitutione obligasse bona societatis in genere, sed solum portionem suam.*

*Vbi maritus ponit pecunias dotales in Banco, non obligat Bancum vxori pro restitutione dotis, nisi pro rata ad ipsum spectante.*

8 *Bancum est quoddam vniuersale, sicut hæreditas mensa, & peculium, & tenetur vsque ad vires.*

*Socius ponendo pecunias in Banco, sicut non obligat socium, ita neque obligat Bancum.*

9 *Actio tamen competit vxori pro restitutione dotis contra Bancum, quatenus pecuniæ conuersæ fuerint in vtilitatem Banchi.*

*Sed ex obligatione mariti non potest agere exequutiuè contra Bancum.*

*Potest tamen contra portionem mariti illa separata.*

*Sed portio mariti non dicitur, nisi solutis debitis societatis.*

10 *Potest tamen vxor agere exequutiuè contra creditores mariti, vbi illi sunt immissi in possessionem omnium bonorum illis, tamquam decocti cum ipsum maritum repræsentens.*

11 *Et vbi creditores, qui habuerunt bona sunt obligati in forma Cameræ de restituendo ea prioribus, & potioribus vxor si est in sua dote anterior potest vigore dictæ obligationis contra dictos creditores, vt ipsi restituant agere.*

*Pactum appositum in Capitulis societatis, quod vnus socius non possit capitale detrahere, nisi prius solutis debitis habet solum inter socios.*

PRoposito per me dubio an mandatum Auditoris Cameræ sit exequendum; occurrerunt plures difficultates, quarum prima erat an constaret de solutione dotis, in qua Domini conuenerunt constare, idque ex promissione pręcedente, & confessione sequuta, quę
1 videtur facta animo recognoscendi bonam fidem, & probat veram numerationem, etiam in præiudicium creditorum mariti, *Angel. in l.in contractibus*, *§.sed quoniam, & ibi notatur, C. de non numer.pecu. Paul.de Castr.in l.1. numer. 8. vers.quartus est, ff. sol.matr.cum concord. Surd. decis. 55. numer. 5.* præsertim cum fuerit facta confessio tempore non suspecto, Testes autem ex aduerso producti super decoctione non percutiunt tempus, quia non dicunt de quanto tempore ante, imò reperitur facta ante decoctionem 13. Aprilis 1597. & carceratio, quæ postea dedit occasionem decoctionis sequuta est, vt prætenditur 22. Iulij eiusdem anni, & ex processu Euphemiæ pro restitutione dotis contra Fiscum de mense Augusti apparet, quod confessio præcedebat.

2 Non obstant præsumptiones, quæ pro suspicione fraudis ex aduerso adducuntur, nam plures præsumptiones militant pro veritate ipsius confessionis.

Omissis enim pręsumptionibus generalibus, scilicet exhibitionis alimentorum, qualitatis personarum, & quod matrimonia non contrahuntur sine dote, concurrunt etiam multa vrgenti, etiam multa. Primum fides fratris Stephani Ordinis Sancti Francisci, cui depositioni non parum tribuendum propter Religionē, & euidentiam facti, quia vidit numerare pecuniam; Accedunt etiam aliorum testium dicta, inter quos quartus deponit fuisse publicam, & notoriam huiusmodi so-
3 lutionem, & quamuis testes nulliter sint examinati saltim saluantur propter adminicula. Secundò adminiculantur partitæ librorum, in quibus annotata pecunia fuit in fauorem mariti, in quibus etiam si non exprimatur illas pecunias esse dotales, tamen ex congruentia temporis, & quantitatis satis probabile est fuisse easdem pecunias, *l.si ventri, §.fin. vbi Bar. ff. de priuil. cred. Paul.de Castr.in l.fin.§.in computatione, nu.4.C. de iur. delib.latè Surd.dicta decis.55.num.6. cum sequ.* pro quo etiam consideratum fuit, quod in eisdem libris annotatur solutio fructuum dotis.

Secunda difficultas proponebatur, an promissio restitutionis dotis se extendat ad casum vergentis viri ad
4 inopiam, quæ tollitur ex claris verbis instrumenti, in quo maritus se obligat restituere dotem in omnem casum, & euentum illius restitutionis, tam constante, quàm soluto matrimonio, quæ verba constante matrimonio non possunt ad aliud referri, ideo cessant controuersiæ dd. opiniones, de quibus *Ias.in l.si constante, num.19.ff.solut.matr. Afflict. decis.99.* cum alijs per informantes allegatis.

4 Tertia difficultas mouebatur ex eo, quod A. C. in decreto videtur excessisse formam assecurationis dotis mandando simpliciter dotem restitui, & tamen posito
5 competere mandatum in casu vergentiæ ad inopiam non fit restitutio mulieri, sed tantum ponitur dos in loco tuto ad vsum alendi non solum mulierem, sed etiam virum, & liberos, & ita obseruari tradit *Angel. in d.l. si constante, num. 2. & 3. ff. solut. matrim.* verum respondebatur, cum mandatum non sit clarum illud recipere interpretationem ab eo, quod fieri debuit, & tanto magis, cum in relaxatione mandati hoc sit expressum, ex quo recipit etiam interpretationem decretum.

Quartò DD. non quidem dubitarunt Euphemiæ
6 competere actionem, nam quando non est nisi vna negotiatio creditores etiam, qui contraxerunt extra negotiationem concurrunt cum illis, qui contraxerunt super negotiatione, quia censentur habuisse respectum ad totum patrimonium, & non ad negotiationem, *Paul. de Castr. consil. 286. num. 3. lib. primo.* Sed maior difficultas versabatur in eo quomodo societas teneatur, in qua diuersæ fuerunt sententiæ aliquibus enim videbatur ex instrumento promissionis restitutionis dotis factæ per maritum societatem, & bona Societatis in genere non esse obligata, licet sint obligata, quæ spe-
7 ctant ad maritum, quando socius non obligauit societatem absque mandato, *Castr. cons. 335. lib. 2. Paris. cons. 94. nu. 24. lib. 1. dec. Ianuen. 14. nu. 112.* Cum igitur maritus posuerit pecunias in banco non obligauit Bancum vxori pro restitutione dotis, nisi pro parte ad se tangendam. Licet enim Bancum sit quoddam vniuersale sicut hæreditas mensa, & peculium *in l. cum pater, §. mensa, ff.*
8 *de leg. 2.* cum teneatur vsque ad vires eius tamen socius ponendo pecunias in banco, sicut non obligat socium, ita non obligat bancum, *l. nemo ex socys in principio, cum glos. ff. pro socio facit, l. 1. C. si. in vnas eademque caus. Castren. d. cons. 345.*

9 Et in omnem euentum nulla alia actio competeret mulieri, nisi quatenus pecuniæ conuersæ fuerunt in vtilitatem banchi, *l. 1. ff. de exercitor. l. Liberto, ff. de negot. gest. l. Ciuitas, ff. si certum petat. Castr. dicto consil. 345.* Atque ideo non potuisse agere exequutiuè ex obligatione mariti licet facta separatione portionis spectantis ad maritum habeat actionem priuilegiatam, sed portio mariti non dicitur, nisi solutis debitis societatis, *Salicet. in l. Pius in fin. C. de compensat. Socin. cons. 73. nu. 9. lib. 1. Ancharan. cons. 332.* Attamen Domini existimabat per Euphemiam contra creditores agi potuis-
10 se executiuè, quia creditores, qui ob cessationem mariti erant immissi in possessionem bonorum ipsius mariti. *iuxta l. Fulcinius, ff. quib. ex caus. in possess. eat.* ipsum debitorem repræsentabant, & ex actionibus, quæ competebant dictæ Euphemiæ contra bona per maritum possessa competere contra ea, super creditores occupata, & propterea contra illa potuit relaxari mandatum exequutiuum: Addebatur quia creditores sunt obligati
11 in forma Cameræ de restituendo prioribus, & potioribus, quæ dos Euphemiæ, si est anterior, potest agere vigore illius obligationis, contra posteriores, ex dispositione iuris communis, & secundum praxim, nec excluditur vigore capitulorum societatis, vt non possit recipere capitale ante solutionem æris alieni, quia procedit solum inter socios, & non fuit intellectum velle solam tribueret actionem creditoribus societatis in præiudicium illorum aliorum, & habentium ab illis causam.

# DECISIO LXVII.

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ, 2. Aprilis, & Veneris, Iunij & 1601.*

## SVMMARIVM.

1 *Vbi agitur, vt restituantur pecuniæ prioribus, & potioribus creditoribus non est necessaria transportatio actorum, sed sufficit fuisse pro prioribus & potioribus creditoribus relaxatum mandatum productis instrumentis crediti coram illo iudice qui illud relaxauit.*

*Licet in obligatione de restituendo non adsit clausula, & ad omne mandatum Domini tamen potest contra posteriorem procedi exequutiuè, vbi constat de obligatione Camerali, & prioritate, vel potioritate.*

2 *Si creditor, qui agit sit prior licet non sit potior tamen potest agere pro restitutione pecuniarum habitarum per creditorem posteriorem.*

*Mens Papæ in rescriptis regulatur à iuris dispositione.*

3 *Copula, & ampliat non restingit.*

FVit hæc causa bis proposita, & creditoribus Torsellini, & Pignanelli opponentibus obligationes de restituendo prioribus & potioribus, non posse mandari exequutioni; Primò, quia acta non erant transportata: Secundo, quia non se obligauerant ad omne mandatum Domini, sed simpliciter de restituendo creditoribus, & potioribus Torsellini, & Pignanelli, ideo requiri, quod cocurreret in eo, qui petit exequutionem, vt esset creditor coniunctim vtriusque. Quibus non obstantibus fuit per DD. conclusum dandam esse exequutionem contra obligatos, docto tamen de prioritate. Neque obstare, quod acta non sint transportata, quia sufficit, quod appareat fuisse pro prioribus, & potioribus relaxatum mandatum reproductis instrumentis obligationum coram Auditore Cameræ. Neque obstat, quod in obligatione de restituendo non adsit clausula, ad omne mandatum Domini, quia hoc non facit, quominus possit procedi exequutiuè, cum illa clausula apponatur ad faciliorem exequutionem, vt etiam sine citatione possit iudex mandare, vt soluatur, non ideo cessat processus exequutiuus docto de veritate, & potioritate crediti, & obligatione Camerali de restituendo, maxime stante formula commissionis, quæ cantat cum clausula, siquidem exequendum, respectu eorum, qui sunt simpliciter obligati sine clausula illa, ad omne mandatum Domini, Vltimò non obstat obie-
2 ctum, quod requiritur concursus, vtriusque obligationis simul, quia par est ratio siue concurrant simul siue separatim, cum vtroque casu obligatio Cameralis suum parere debeat effectum, & illa copula, Et, debet exponi secundum mentem Pontificis, quæ regulatur à iuris dispositione, vt per *Imol. in Clemen. in plerisque n.*
3 *12. de election.* natura enim copulæ, Et, est ampliare non restringere *l. ea tamen adiectio de leg. 3. late Euerar. in loco à natura copulæ*, alias absurdum, quod posteriores vtrumque simul obligatum essent pro ferendi prioribus habentibus singulos tantum obligatos, quod est contra iuris dispositionem.

Et ita conclusum pro exequutione mandari, docto de prioritate, & potioritate.

DECI-

# DECISIO LXVIII.

## R.P.D. BVRATTO.

Perusina Bonorum.

*Lunæ, 17. Aprilis 1617.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi non docetur de prosequutione, nec determinatione appellationis infra biennium causa remanet deserta.*
2 *Vbi quis est in possessione fundi non præcedente, adiudicatione, vel datione in solutum tenetur fructus in suo credito computare.*
3 *Possessio capta sine mandato iudicis, vbi est plena non iuuat, & mandatum iudicis de capiendo possessionem non præsumitur.*
4 *Sententia in qua quis condemnatur ad suscipiendum litem in se dicitur lata in actione personali.*
*Si autem declarat esse immittendum, aut relaxetur mandatum de capienda possessione dicitur lata in actione reali.*
*Licet mandatarius, vel exequutor asserat accepisse possessionem alicuius rei non dicitur acquisita possessio creditori, cum ad dictum effectum requireretur actualis ipsius immissio saltim tamquam ex primo decreto.*
5 *Immissus ex primo decreto non facit fructus suo, sed illos in sortem imputare tenetur.*
6 *Euictio non dicitur sequuta, nisi re ablata, & facta exequutione sententiæ.*
7 *Per Saluianum sola possessio auocatur.*
*Re auocata per Saluianum agi non potest de euictione.*
8 *Euictione realiter non sequuta, de illa agi non potest.*
9 *Fideiussor obligatus pro restitutione pretij rei emptæ, non tenetur ad fructus.*
*Obligatio fideiussoris facta circa sortem non extenditur ad fructus.*
10 *Verbum ablatum, intelligitur possessore inuito.*
*Mutatio tituli non præsumitur, neque nouatio.*
11 *Licet quis ex bonis debitoris percipiat tantos fructus quot percipiebat ex re sibi ablata tamen nisi probet illos esse sibi datos in recompensam percipiens eos non lucratur.*
12 *Tertius non potest ex facto suo alteri nocere.*
13 *Secunda sententia lata contra primam eam non reuocans est nulla.*
*Dic procedere, vbi sententiæ sunt contrariæ, secus si se compatiantur.*
14 *Decretum intelligitur prout de iure.*
15 *Compensatio habet vim solutionis.*

LAta per A. C. de anno 1605. sententia ad fauorem illorum de Luparellis contra Venturinos condemnatos ad imputandum in sortem fructus perceptos ex prædio S. Martini, commissa causa appellationis à Venturinis in Rota, dubitaui an constaret de re iudicata, & DD. affirmatiuè responderunt.

Quia non docetur de prosequutione, nec de terminatione appellationis, nedum infra biennium, sed nec
1 spacio annorum duodecim, & sic causa remansit deserta, *auth. ei qui, C. de tempor. appell. & cap. cum sit Romana de appell.*

Nec contra eam opponitur aliqua nullitas, quæ possit impedire transitum in iudicatum.

De illius autem iustitia, nulla fuit penes DD. dubitatio; mandat enim fructun per Venturinos perceptos, ex dicto prædio Sancti Martini hæreditario Raynaldi fideiussoris cedere in extinctionem crediti, quod habebat, seu habere prætendebat, cum hæreditate dicti Raynaldi ratione prætensæ euictionis prædij Montis Corneæ venditi dictis de Venturinis, per Ludouicum de Luparellis, pro qua euictione Reynaldus accesserat, & sic eo ipso iustificatur, quod Venturini, non osten-
2 dunt dictum prædictum sibi in solutum datum, vel adiudicatum fuisse pro eorum prætenso credito, *lux. notat. per glos. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, versic. nam missus, & per DD. ibidem de re iudicata*, & nihilominus dictum prædium Sancti Martini detinuerunt per multos annos, & illius fructus perceperunt; immò in Rota bis obtinuerunt pro eorum manutentione, & propterea dictos fructus suos minimè fecerunt, & consequenter illi cesserunt in extinctionem eorum prætensi creditis.

Neque tenuta dicti prædij capta per nuncium, seu Balium publicum, ad hanc effectum Venturinis suffra-
3 gratur. Tum quia capta absque iudicis commissione, *Ruin. consil. 102. num. 7. in fin. versic. nec tenuta, volu. 5.*
5 *Honded. consil. 82. numer. 12. lib. 1.* ex quo talis commissio in actis non probatur, nec de iure præsumitur, vt post *Bart. & alios, Alexand. in l. sciendum, num. 45. & seqq. ff. de verbor. oblig. Ruin. ibidem numer. 8. & 11. vers. & similiter, & Honded. vbi supra numer. 13.* imò ex ijsdem actis contrarium conuincitur, ex quo Balius in relatione capta per eum tenutæ dicti prædij Sancti Martini die 5. Februarij 1582. dicit se illam adeptam fuisse virtute sententiæ latæ Perusij 19. Martij 1580. quæ declarat tantum Faustinam auctricem dictorum de Luparellis, teneri & obligatam esse ad suscipiendum in se iudicium, & litem contra Ioannem
4 Antoninm emptorem, & illius nepotes motam in Saluiano super prædio Montis Corneæ, vendito dictis de Venturinis per Ludouicum, & sic lata fuit in actione merè personali, *§. omnium, vers. namque, & §. appellamus instit. de actionib. Specul. eodem titulo, §. sequitur, numer. 5.* non autem super immissione, aut relaxatione mandati de capienda possessione, tum etiam quia & si Balius cum licentia iudicis possessionem cæpisset, tamen quia in illam non induxit Venturinos, illi non possunt dici esse in possessione ex primo decreto, *Ruin. dicto consil. 102. nu. 11. post medium, versic. & quia nuncius per text. in l. is cuis, §. immissus, ff. vt in possessionem legat. & per Bartol. in l. si finita, §. Iulianus, numer. 21. versic. secundo quæro, ff. de damno infecto.*

Et nihilominus licet ex primo decreto Venturini fuissent inducti in tenutam dicti prædij, adhuc tamen,
5 nisi iudex expressè dixisset, de quo non constat non fecissent fructus suos, sed illos in sortem imputare tenerentur, *glos. 1. in l. Fulcinius, ff. ex quibus caus. in possess. eat. & in dicta l. si finita, §. si plures in verbo prius prope fin. vers. effectus primi decreti, & ibi Bart. in §. Iulianus, numer. 50. de damn. infect. Cyn. in l. cum proponas, numer. 15. versic. tamen in hoc, C. de bonis; auth. iud. possess. Papien. in forma responsionis rei conuenti, numer. 18. Afflict. super constit. Regn. lib. 1. rub. 97. de pœna contumaciæ, §. contumacem, numer. 3.* quia non possent dici possidere, vt post plures relatos *Menoc. de retin. remed. 3. n. 168. cum pluribus seqq.*

Neque releuat dictos fructus fuisse debitos, vti recompensatiuos ratione fructuum amissorum ex dicto prædio Montis Corneæ per Venturinos empto, & illis, vt dicitur euicto ex æquitate, *l. curabit, C. de action. empt.*

6 Quia omisso, quod non constat de prætensa euictione, quę non dicitur sequuta, nisi re ablata, & sic facta exequutione sententiæ latæ super euictione, *l. 4. in princip. cum ibi notat. ff. de actioni empt. l. si seruus venditus, versic. vnde Iulianus, ff. de euictionib. l. qui rem, C. eodem glos. magna in l. at qui natu-*

*ra,§.cum me absente*; & ibi etiam *Bart.numer.1.vers.*
*quia etiam,ff.de negot.gest. Alex.cons.4.numer.1.vo-*
*lum.3.* & tanto minus si lis fuisset mota in Saluiano,
7 quia cum per illud sola possessio auocetur, vt est *text.*
*in l.si cum venditor, ff.de euiction. Caballin. in eodem*
*tract.§.3.quæst.17.numer.152.& §.5.num.44.* agi non
potest de euictione, *Bart.in l.3. num.1.ff.de act.empt.*
*Soccin.cons.99.num.8.vers.confirmatur hoc idem, vol.2.*
*Caph.168.num.5.*

Quin potius ex dicta sententia, cuius vigore per Ba-
lium fuit capta tenuta prædij Sancti Martini apparet
nullam sequutam fuisse euictionem, dum declaratur
Luparellos teneri, & obligatos esse ad suscipiendum in
8 se litem motam contra emptores, & ideo euictione
realiter non sequuta de illa agi non potest, *l.si plus,§.*
*mota,ff.de euiction.l.qui rem,C.eodem Card. Seraph.dec.*
*321.n.4.& dec.723.n.3.*

Et cessare visa fuit difficultas, quia Raynaldus fi-
deiussor authoris dd.de Luparellis in casum euictionis
præterquam a Faustina eius sorore, promisit tantum
quod dictus Ludouicus restitueret pecunias pro quan-
9 titate euicta, & ideo non tenebatur ad fructus, *l.fideius-*
*sores magistratuum in principio, & in §.pro Aurelio,*
*& in l.si in pignore, ff. de fideiussor. & in puncto tenuit*
*Rota in Asculana, seu Ripan. Pecuniaria. 15. Martij*
*1606. coram Reuerendissimo Domino meo Deca-*
*no.*

Nec obstat prætensa concordia super fructibus re-
compensatiuis, quia de ea non constat, quod sufficit pro
responsione.

Additur præterea, quod Venturini ad probandam
eorum possessionem dicti Prædij, & titulum illius co-
ram A. C. produxerunt supra dictam sententiam, & te-
nutam illius vigore captam, nec non locationes per
ipsos factas de dicto prædio, cum assertione, quod illud
fuit ablatum a Faustina tanquam de bonis Raynaldi fi-
deiussoris Ludouici referendo se ad dictam senten-
tiam, vt in dicto summario Venturinorum, num.3.&
10 4. quod verbum, ablatum, importat ipsa Faustina
in vita, *l.3.§.non solum, & ibi gloss. in verbo abstulit,*
*ff. de incend. ruin. & naufr. l. vulgaris in princip. ff.*
*de furtis*, ex hoc concludenter fateri videntur se non
possedisse titulo donationis in recompensam, vt non
præsumatur mutatio tituli, *l.siue possidetis, C.de pro-*
*bat.l.si certis annis, C.de pact.* & vtrobique scribentes,
nec aliqua nouatio, *l. vltim.C.de nouat. cum alijs per*
*Gabr.eod.tit.conclus.1.in princ.& Rota decis.456.par.1.*
*& decis.30.n.2.par.2.diuers.*

Neque testes in summ. de Venturinis numer.5. quia
& si probent eos singulis percepisse ex dicto prædio
tantam quantitatem fructuum, quantam amittebant
ex prædio sibi euicto non tamen probant, dictos fru-
11 ctus datos fuisse in recompensam, quin potius illam
excludant cum asserant Venturinos illos percepisse
propria auctoritate à Colonis, quibus dictum prædium
ad laborandum locauerat.

Quod Ludouicus dederit huiusmodi fructus in re-
compensam non probatur, & quatenus probaretur non
obstaret Luparellis venientibus ex persona Faustinæ
non Ludouici, cui Faustinæ, vel eius successoribus Lu-
12 douicus nocere non potuit, *l.non debet ff. de reg.iur.l.*
*de pupill.§.si plurimum ff.de nou.oper.nunciat.*

Tandem non obstat, quod sententia A. C. non reuo-
cans prima sententia Perusij fuerit nulla. *Cassad.decis.1.*
13 *nu.4.de sequestr.poss.* & fuit dictum *in Perusina Dotis,9.*
*April.1607.coram bon.mem.Penia, & in Bononien.Be-*
*nefitij,6.Iun.1614.coram me.*

Quia istæ sententiæ in nullo sibi contrariantur, imo
ad inuicem se compatiuntur: illa etiam quæ lata fuit
Perusii condemnat Ludouicum, & Faustinam ad susci-
piendam litem, &c. & obseruandum omnia, & singula
promissa in instrumento venditionis, declarando, quod
terminato iudicio, & lite mota contra Venturinos
dictum instrumentum tanquam purum, & liqui-
14 dum, sit exequendum cum relaxatione mandat in
forma, quod est intelligendum prout de iure, *l.miles,*
*§.decem.ff.de re iudicata, Alexand.cons.46.numer.3.*
*vol.1.Aym.consil.74.numer.9.Rota decis.550.numer.5.*
*par.1.diuers.Cardinal. Seraphin.decis.984. numer.3.*
& sic quod sequuta euictione, & seruatis seruandis
Ludouicus, vel Faustina cogendi sunt restituere pre-
tium fundi euicti sententia vero Auditoris Cameræ
præsupponit creditum de Venturinis contra Fausti-
nam, & illius hæredes mandatq; in illud, imputari fru-
ctus ex dicto prædio perceptos post sententiam latam
Perusii, quæ compensatio habet vim solutionis, *l.si de-*
*bitor,ff.qui pot.in pign.habeant, Bart.in l. Amplius non*
*peti,num.8.ff.rem rata.haber.Bald. in l.2. num. 1. C. de*
*compensat. Guidopap. decis. 567. in princip. Afflict. de-*
*cis.121.numer.4. Tiraqu. de retract. lignag. §.3. glos.3.*
*num.2. Rota decis.84 nu.2.par.1.& decis.7.nu.1.par.2.*
*diuers.* & sic vna sententia non est contraria alteri,
in quibus terminis loquuntur in contrarium alle-
gata.

Quo verò ad aliud caput sententiæ A. C. continens
liquidationem fructuum, illa non impugnatur à Ven-
turinis, & nihilominus optimè iustificatur. Quantitas
enim, & qualitas dictorum fructuum deprehenditur ex
septima positione Venturinorum, & depositionibus
testium super illa, vt in summario de Luparellis nu. 6.
nam ex pluribus quantitatibus fructuum, quod dicunt
Venturinos in dicto prædio singulis annis percepisse
deducto calculo etiam ad rationem minoris quantita-
tis expresse completur summa in dicta sententia con-
tenta.

Et ex his fuit ita decisum, &c.

## DECISIO LXIX.

### R.P.D. COCCINO.

Romana Aditionis Hæreditatis.

*Die 23. Februarij 1613.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio nulliter data si deberet de nouo dari est confir-*
*manda.*
*Manutentio si non est danda, ex quo quis est in possessio-*
*ne ex aliquo titulo defectuoso saltim debet dari reten-*
*tio.*
2 *Immissio data in toto, si in aliqua parte non substinet,*
*corruit in totum.*
*Sed si possessio capta sit tempore, quo non constabat de fi-*
*deicommisso, vel non iure agentis substinetur pro par-*
*te verè debita.*
3 *In exequutiuis non attenditur, quod potest in futurum*
*deduci, sed quod probatum est.*
4 *Filio præmortuo pater succedit.*
5 *Immissus ex primo decreto non facit fructus suos.*
*Immissus autem vigore dationis in solutum acquirit pos-*
*sessionem, & facit fructus suos.*

QVod Io. Antonius esse reintegrandus ad tres
partes bonorum, de quibus agitur, videbatur
expeditum apud DD. quia constabat istas tres partes
esse suppositas fideicommisso, sed difficultas consi-
stebat in quarta parte, quæ erat libera, in qua Anto-
nia petebat manutentionem, quod placuit DD. si non
per viam manutentionis, de qua plenè constabat, &
ideo

ideò videbatur intrare dispositio, *tex. in §. hodie inst. de*
1 *interd.* saltem per viam retentionis, quia possessio nulliter data, si deberet de nouo dari, nisi aliud obstet est confirmanda, *Verall. decis. 175. p. 3.*

Non obstat, quod immissio fuit concessa in tota
2 domo, & cum pro tribus partibus non sustineatur, debet corruere in totum.

Nam fuit responsum, quod de tempore exequutionis, & immissionis, nō constabat, quod ista bona essent subiecta fideicommisso, & ex tunc deductis erat iudi-
3 candum, pręsertim cum in exequutiuis, non attendatur, quod potest in futurum deduci, sed quod probatum est, vt dixit *Rota in Regimen. S. Thomæ, 10. Decembris 1570. cor. Oriolen.* quæ habetur *in dec. 100. p. 1. diuers. sub nu. 27.* vnde intrat omnis æquitas, quod Antoniæ si non detur manutentio, saltem retentio.

Minus facit, quod Antonius erat in possessione istorum bonorum ratione crediti dotalis suæ matris. Nam cum essent tres filij omnes habebant suam partem in dicto credito, & cum duo patri præmortui essent, pa-
4 ter quoad duas dimidias partes illis successit, *iuxta textum in authen. defuncto, C. ad Tertullianum, & ibi Bartol. Crass. in §. successio ab intestato, quæst. 23. numer. 1.* Vnde Ioannes Antonius in ista quarta parte libera potest prætendere duas tertias partes, ratione crediti dotalis, cuius respectu cum immissio Ioannis Antonij fuerit tantum ex primo decreto possidebat,
5 vt pignus conuentionale, non vt rem suam, & ita non lucratur fructus, *Alexand. consil. 70. numer. 7. lib. 7.* sed Antonia fuit immissa ratione dationis in solutum, & sic habuit possessionem rei, quoad istam quartam partem, & lucrata est eius fructus, & sic ex prædictis videtur illi concedenda manutentio, seu retentio.

# DECISIO LXX.

## R.P.D. VBALDO.

Romana Domorum in Burgo.

*Lunæ, 22. Iunij 1615.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Clausula arbitrio remittit aliquid de rigore iuris.*
*Præsertim quando est concessa Iudici, alias habenti iurisdictionem.*
*Sed intelligitur subsistenti aliqua rationabile causa, vt si constet de bono iure petentis arbitrium, & non lædatur ius alterius.*
2 *Sententia lata in Saluiano pro credito non liquido est nulla.*
3 *Venditio, vel concessio facta ad incertum numerum cannarum, & non ad corpus, non potest iudicari perfecta, nisi sequuta mensuratione.*
*Et censetur facta sub conditione, quatenus sequatur mensuratio, & mensuratione non sequuta, habetur pro non facta, & nihil debetur.*
*Liquidatio debiti requiritur ante exequutionem.*
4 *Sententia, quæ mandat aliquem immitti in possessionem alienius rei, iuxta mensurationem faciendam, non potest exequutioni demandari, nisi facta mensuratione.*
*Vbi in sententia declaratur aliquem immittendum refectiselioramentis, non potest ei dari immissio, nisi illis prius refectis.*
5 *In Saluiano requiritur creditum in aliqua quantitate certum.*
*Reus conuentus offerendo creditum certum, potest euitare iudicium Saluiani, seu immissionem à creditori petitam.*
6 *In Saluiano non sufficit constare de credito in genere.*
*Arbitrio in materia spolij Rota strictè vtitur, præsertim in materia cumulationis petitorij cum possessorio.*
7 *Contractus emphyteuticus vbi non est perfectus, non potest agi ad solutionem canonis, nec ad aliud.*
8 *Sententia vbi non potest valere respectu vnius rei, vel summæ, nec valet respectu alterius contractu descendat.*
*Præsertim si exequutio sit facta, vel possessio capta eodem tempore pro vtraque re.*

DAto dubio super reintegratione ad possessionem domus, qua Dominis de Camerinis prætendunt se esse spoliatos vigore sententiæ Rotalis, quia spolium præter alia deducebatur ex eo, quia non fuerat facta mensuratio, prout cauebatur in prætenso instrumento concessionis situs in emphyteusim, super quo reperitur constructa domus, de qua agitur necnon in ipsa sententia, ideò fuit pro parte aduersa adita Signatura Sanctissimi, quæ reicripsit arbitiio Rotæ, Vndè proposito dubio iuxta formam Rescripti. Rota respondit non intrare arbitrium, nam licet clausula arbitrio remittat aliquid de rigore iuris, *Bartol. in extrauagant. ad reprimen. in verbo videtur, numer. 3. Crescent. decis. 4. numer. 3. de testibus*, præsertim quando est concessa Iudici alias habenti iurisdictionem, *vt in Romana Cottigij coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno*, tamen id intelligitur subsistente aliqua rationabili causa, vt quia apparet de bono iure petentis arbitrium, vt fuit dictum *in Terraconen. Parroechialis de Robnda, 3. Decembris 1601. coram Reuerend. Domino meo Damasceno*, & ita vt non lædatur ius alterius, *Bartol. in leg. filiusfamil. num. 2. ff. de donat.* ad quem remittit *in dicta extrauaganti ad reprimen. in verbo videbitur, num. 10.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quando est datum Iudici arbitrium liberum, & in similibus clausulis probat *text. in clement. sæpè, vers. non sic tamen, & ibi glos. in verbo defensiones, de verbor. signification. cum alijs per Menochium de arbitr. libr. primo, quæst. 13. numer. 4. & seq. Osasc. decis. Pedemont. 2. numer. 12. Lancellott. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 403.* secundum antiquam impressionem.

In hoc autem casu, non videbatur posse exerceri arbitrium, quin læderetur ius partis, nec constare de bono iure petentis arbitrium, nam vltra quod dabatur magnus fumus nullitatis sententiæ, cuius vigore fuit data immissio in Saluiano ob defectum iurisdictionis, citationis, mandati, & transportationis actorum dicebatur etiam creditum DD. de Neris, pro quo fuit illis
2 concessa immissio non esse liquidum, & tamen requirèbatur liquidatio, tum ex forma concessionis, tum vigore sententiæ, tum ex natura iudicij intentati in Saluiano.

Ex forma concessionis, quia instrumentum apertis verbis continet, quod terrenum deberet mensurari per duos homines communiter eligendos ad rationem iuliorum duodecim cum dimidio, pro qualibet canna, & sic cum concessio fuerit facta ad incertum numerum cannarum, & non ad corpus illa non potest iudi-
3 cari perfecta, nisi sequuta mensuratione, imò censetur facta sub conditione, quatenus terrenum mensuraretur, aliàs haberetur pro non facta, *l. quod sæpè, §. in ijs ff. de contrahend. empt. Bartol. consil. 74. num. 2. & consil. 121. num. primo, libr. primo, Socein. consil. vlt. numer. primo, libr. 3. latè Afflict. decis. 280. numer. primo, & sequen. & fuit dictum in hac simili causa, 4. Maij 1569. coram Sarmiento, vt in copia data, latè Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. libro quarto titulo 17. num.*

*num.2.6.& 7.* & consequenter ante mensurationem nihil debetur, vt *per Capic. decis. 14.per totum*, qui loquitur de canonibus, ob quod debitum remanet incer-
4 tum, & illiquidum, cuius liquidatio requiritur ante executionem, *Couarruu. variarum resolutionum, libr. 2.cap.11.num.1. Osasc. decis. Pedem.129.num.6.Surd. decis.27. numer.4. & seq. cum alijs citatis in vna Maceraten.Spolij,4.Iunij 1610.coram R.P.D. meo Manzanedo*, vt infra etiam dicitur.

Ex forma vero sententiæ, quia habet clausulam mensurationis faciendæ in exequutione dictæ sententiæ, & sic ante dictam mensurationem non poterat executioni demandari, vt in terminis Saluiani fuit dictum in vna *Bononien. Saluiani, 15. Nouemb.1599. cor. Illustriss.Lancellotto, impress.post tractatum de Saluiano, dec. 72.* sicuti in simili dicitur de clausula solutis prius melioramentis, *Castr.cons.270.in 2.dub.par.2.*

Demum ex natura iudicij intentati in Saluiano, quod
5 requirit creditum in aliqua quantitate certa, & per oblationem dictæ quantitatis possit reus conuentus euitare tale iudicium, *l.Paulus in fi.ff. quib. mod. pign. vel hypothec.soluat.cum allegat.per Modern. in Romana de Saluian.in spec.5.cap.1.num.11.& sequen.* & fuit per optimas rationes decisum *in vna Maceraten. Domus, 17.Iunij 1602.coram Illustriss.D.Card. Mellino*, ex qua decisione non admittebant DD. quod inculcabant in-
6 formantes pro Neris, quod in Saluiano sufficeret constare de credito in genere, vnde cum non facta mensuratione, non constet de aliqua quantitate certa canonum, ad quos tenerentur emphyteutæ, non videtur constare de bono iure illorum de Neris, imò videtur resistere omnis æquitas pro exercendo arbitrio, quo tamen in hac materia spolij, in qua versamur Rota strictè vtitur, prout exclusionem cumulationis petitorij & possessorij fuit resolutum in *causa Mantuana Bonorum, 15.Dec.1611.& 14.Maij 1612.coram me, & in Virunden.Abbatiæ, 20. Febr.præteriti coram R.P.D. meo Buratto*, & fuerunt etiam aliæ allegatæ decisiones, *vt in Romana Subhastationis, 10.Iun.1609.cor. Reu.Bononien. & in Zamoren.Pecuniaria, 20. Martij eiusdem anni coram Canalerio.*

Non obstat, quod creditum esset certum, pro præstatione Capponum, quorum quantitas ab initio fuerit certa, & ideo eius respectu potuerit dari immissio, quia fuit responsum in primis, quod si contractus emphyteuticus non fuit perfectus ante purificatam conditionem mensurationis ex supra adductis, ex eo non pote-
7 rat agi, neque ad canones, neque ad responsiones Capponum, *l.cedere diem cum ibi notat.ff.de verb.signif.leg. item quia §.1. vbi DD.ff. de pact.* Secundo respondetur,
8 quod si sententia non potest valere respectu summæ pecuniæ, neque etiam potest valere respectu Capponum, cum vtraque præstatio apponatur in eodem capitulo, vel connexo, *Bald.in l.hoc iudicio, in lect.ff.famil. herc isc. Felin.in cap. cum inter, num.6. & ibi Bald. de re iud.* & cum ab eodem contractu vtraque descendat, *glos.in l.etiam,§.1.in verbo audiendus, quam ibi sequuntur DD.ff.de minor.* vltra quod exequutio fuit facta, & capta possessio non distinctè a canone, & pro Capponibus, sed coniunctim, vnde videtur eo magis indiui-
9 dua, sicut dicitur de sententia. *Put.decis.315.num.4.& 5.lib.1.secundum nouam impress.*

Quæ dicebantur de retentione, vltra quod procedunt quando constat de credito certo, & liquido, videbantur Domini extra punctum restrictum ad arbitrium, an iutret pro facienda mensuratione, non autem pro concedenda retentione.

Et ita fuit decisum, &c.

# DECISIO LXXI.

## CORAM CARDINALI LANCELLOTTO.

Romana de Capizucchis.

*Lunæ, 10. Aprilis 1606.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Auia materna succedit nepoti ab intestato nullo alio proximiori existente.*
*Hæredi ab intestato competit interdictum quorum bonorum.*
*Et tale remedium competit etiam hæredi hæredis.*
2 *Contra fideicommissarium vniuersalem conceditur remedium quorum legatorum.*
*Et idem remedium conceditur hæredi hæredis.*
3 *Ad effectum vt fideicommissarius possit dici legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem non sufficit, quod possideat, nisi etiam possideat legitimè, & incontinenti doceat de iure suo.*
9 *Fideicommissarius debet capere possessionem de manu hæredis, aliàs dicitur vitiosa.*
5 *Quod procedit etiam quando restitutio fideicommissi fit ipso iure.*
6 *Occupatio rerum fideicommisso subiectarum hæreditate iacente debet ab inuasoribus auocari, & dari hæredi.*
7 *Mandatum de manutenendo non validat possessionem vitiosam.*
*Manutentio datur etiam Prædoni, & Spoliatori.*
8 *Consensus non præsumitur.*
*Consensus tacitus, vt adesse dicatur, debent ostendi actus, qui ad illum necessario inferant.*
9 *In præiudicialibus omnis interpretatio est capienda, per quam consensus excludatur.*
10 *Petitorium potest suspendi in quacumque instantia, & in qualibet parte iudicij.*
*Etiam si fuerit actum in petitorio, tamen eo suspenso potest peti immissio.*
*In remedio adipiscendæ datur cumulatio petitorij cum possessorio.*
11 *Renunciatio facta sub conditione non purificata, non meretur effectum.*
12 *Clausula & non alias adimit consensum ab actu, & actus non sequuto operatur perinde ac si nihil actum fuisset.*
13 *Aequalitas inter partes est seruanda.*
*Debet fieri omnis interpretatio, per quam actus sit conformis æquitatis.*
14 *Papa derogando alicui pacto videtur in necessarium antecedens derogasse exceptioni ex dicto pacto resultanti.*
15 *Vbi quis potest redire ad iudicium possessorium non videtur ex taciturnitate renunciare interdicto, quorum bonorum sibi competenti.*
*Renunciatio non inducitur, nisi expressè dicatur.*
*Renunciatio est stricti iuris.*
*Vt ex aliquibus actibus renunciatio facta dicatur, debent ostendi tales, qui necessario ad eum inferant.*
16 *Iacens quia scit ius suum esse sibi saluum, sibi non præiudicat.*
16 *Fideicommissarius vt impediat immissionem, debet docere incontinenti de iure suo.*
*Fideicommissarius debet capere de manu hæredis.*
18 *Ad effectum vt fideicommissarius non dicatur legitimus contradictor, satis est, quod contra fideicommissum aliquod coloratum, vel probabile opponatur.*

Vt

*Vt hæredi per fideicommissarium restituatur possessio, præsumitur, quod ei possit alia defensio competere.*

19 *Etiamsi fideicommissarius esset paratus incontinenti docere de iure suo, & possideret sine vitio, quando sunt faciendæ detractiones, non dicitur legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem.*

20 *Legitima, & Trebellianica constituunt medietatem.*

*Sunt tamen incertæ ratione loci.*

*Ex possessione translata pro indiuiso in plures, quilibet habet suam portionem in qualibet gleba.*

*Et ante liquidationem detractionem portio illarum dicitur adeo incerta ratione loci, & quotæ, vt nullius rei possessessio possit capi pro legitima.*

21 *Hæres potest detrahere ex bonis fideicommissi omnes æs alienum fideicommittentis, & omne suum creditum.*

*Regula dolo facis petens, quod statim restituturus æs non habet locum in hærede iure competunt detractiones agente contra fideicommissarium pro immissione.*

*Prout nec regula, quod circuitus sunt vitandi.*

*Certitudo legitimæ, & Trebellianicæ non potest dici ndesse ante liquidationem nisi quando hæreditas consistit in pecunia.*

23 *Effectus compromissi cessat non sequuto laudo infra terminum conuentum.*

24 *Acquiescentia possessione captæ per Fideicommissarium non operatur, vt hæres teneatur capere detractiones ab eius manibus.*

25 *Interdictum quorum bonorum non competit ei, qui semel est ndeptus posses,ionem.*

26 *Possessione translata in aliquem incertum casum, resoluto casu resoluitur possessio.*

*Vbi possessio ab aliquo capta est pro indiuiso, non potest aliquam certam partem saltim rntione loci possedisse.*

27 *Impedito agere non currunt fatalia.*

*Reposito a decreto de immittendo, non importat denegationem tales immissionis, sed delationem ad illam concedendam.*

28 *Vbi grauatus non decessit in pupillari ætate non fit locus substitutioni pupillari.*

29 *Clausula, Omni meliori modo, apposita in fine testamenti, ibi & si testamentum non valeret iure fideicommissi, vel codicillorum, si testamentum valet nihil operatur circa a ia.*

30 *Facultas data per testatorem fideicommissario capiendi possessionem propria auctoritate concludit solum, quod possessio non sit vitiosa, non tamen, quod constet incontinenti de iure vocntorum ad fideicommissum.*

*Neque excludit quod sit facienda restitutio propter detractiones.*

*Possunt stare simul, quod possessio non sit vitiosa, & quod sit facienda hæredi restitutio.*

*Et talis facultas censetur solum concessa ad capiendam propria auctoritate possessionem suæ portionis, postquam factæ fuerint detractiones, & non ante.*

RESolutum fuit DD. Valerio, & fratribus hæredibus D. Portiæ Cinciæ dandum esse mandatum de immittendo in possessionem bonorum q. D. Io. Antonij de Capizucchis, nam cum Portia tanquam Auia materna, & proximior dicti Io. Antonij fuerit illius hæres ab intestato, *§. si igitur il primo in auth. de hæred. ab intest. venien. auth. defuncto, C. ad Tertull.* ei competebat vtile interdictum quorum bonorum, *l. 1. C. quorum bonorum, glos. Bart. & aly in l. 1. ff. eodem tit. & in rubr. C. eodem Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. num. 33. quæst. 4.* quod modo competit DD. de Cincijs dictæ Portiæ hæredibus, cum non detur solum hæredi, sed etiam hæredi hæredis, vt notant omnes *in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Bald. consil. 186. num. 7. lib. 1.* cum alijs cumulatis per *Tiraq. in tract. le mort saisit par. 2. declarat 5. nn. 17. & 18. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 236. & seqq.*

Et licet hodie se opponant DD. sorores de Capizucchis prætendentes esse vocatas ex fideicommisso. q. Hieronymi, super quo adsunt etiam nonnullæ decisiones Rotales, tamen contra fideicommissarium vniuer-
2 salem conceditur remedium quorum legatorum, *l. 1. C. quorum legatorum, glos. Bar. Castrens. & aly in l. paulus, respondit, ff. ad Trebell.* & plures cumulat *Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. num. 23. q. 8.* quod remedium conceditur similiter hæredi hæredis, *l. 1. §. hoc interdictum, ff. quorum legat. idem Menoch. vbi sup. qu. 2. n. 13. & q. 6. num. 20.* Neque illæ sorores etiam si possideant sunt legitimæ contradictrices, quia ad effectum,
3 vt fideicommissarius possit dici legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, non sufficit, quod possideat nisi etiam possideat legitimè, & non vitiosè, & vlterius in continenti doceat de iure suo, quæ omnia copulatiuè requiruntur, *iux. not. in l. fin. & ibi Dec. nu. 48 C. de edict. Diu. Adr. toll. Bar. in l. filiam, & ibi Alex. ff. ad Trebell. Socin. iun. cons. 75. numer. 18. lib. 1.* & hanc opinionem perpetuo tenuit Rota, vt in causa *Viterbien. Hæreditatis 12. Decemb. 1567. coram Card. Seraphino, & in causa Romana Casalis, seu pedicæ S. Matthæi, 25. Iunij 1575. & 18. May 1577. coram bon. mem. Oriolen. & in causa Fanentina Fideicommissi de Pallauicinis 19. Febr. 1590. coram Illustr. Domino Card. Plato, & alias sæpè.*

Illarum autem possessio tanquam capta propria au-
4 ctoritate, & non de manu hæredis prout requiritur, non est legitima, sed potius vitiosa, *l. 1 ff. quor. legat. Bart. Castr. & aly in dict. l. filiam, ff. ad Trebell. Dec. in d. l. fin. num. 48. & ibi Zuccar. num. 379. C. de edict. Diui Adrian. Tollen. idem Dec. cons. 84. col. 2. vers. similiter, & cons. 424. num. 14. Roland. qui alios cumulat cons. 78. num. 14. lib. 3.* quos probauit *Rota in causa Romana de Salamonibus 14. Nouembris 1575. coram Illustrissimo Card. Seraphino, & coram eodem in causa Vrbeuetanæ Castrorum 17. Nouembris 1576. & in supradictis causis Romana Casalis Sancti Matthæi, & Ianuen. Fideicommissi, & vltimo loco in causa Hortana Domus, 24. Ianuarij anni præteriti coram R. P. D. meo Ludouisio,* quod
5 procedit etiam quando restitutio fideicommissi fit ipso iure, quia nihilominus fideicommissarius non potest propria auctoritate possessionem apprehendere, sed illam capere debet de manu hæredis *glos. in l. 1. §. quoties, ff. ad Trebell. Alex. cons. 82. n. 4. vol. 2. Decius cons. 424. nu. 15. cum alys, quos citat Roland. dicto cons. 78. numer. 15. Riminald. iun. consil. 363. numer. 21. Surd.*
6 *cons. 73. numer. 29.* Occupatio enim rerum fideicommisso subiectarum hæreditate iacente debet ab inuasoribus auocari, & dari hæredi, vt tenet *glos. Alexand. Barr. & aly in l. non est dubium, C. de leg. & in l. Paulus, ff. ad Trebell. Angel. in l. extat, col. secunda, quod met. caus. Odofred. in l. 1. C. quor. legat. Alber. in l. fin. eod. tit.* cum alijs latè deductis in allegata causa *Romana Casalis S. Matthæi 18 Martij 1577. coram Oriolen.*

Neque obstat, quod vitium possessionis fuerit purgatum, vel ex mandato de manutenendo sororibus fideicommissarijs à iudice concesso, vel ex rescripto fel. record. Clem. Octauo cumulationis petitorij, & possessorij, vel ex consensu, siue approbatione, & taciturnitate DD. de Cincijs. Nam quantum ad mandatum de manutenendo, omisso quod ab eo fuit appellatum non
7 validat possessionem vitiosam, cum concedatur etiam Prædoni, & spoliatori, *Paleott. decis. 87.* incipit Spoletana Parochialis, & fuit pluries resolutum præsertim in causa *Bononien. iuris macinandi 19. Aprilis 1577.* & *10. Martij 1578. coram Cantuccio.* Et quantum ad rescriptum Clem. Octaui, fuit reductum ad viam iuris per

com-

commissionem Sanctiss. D. N. manu signatam , per
quam fuit remotum dicti rescripti impedimentum , &
obstaculum ; quo vero ad consensum , & approbatio-
nem DD. de Cincijs nullibi adest , nam de expresso
8 non constar, nec præsumitur , *Abb. in cap. ea noscitur in
fin.* de his , quæ fiunt à Prælatis sio. consen. Cap. & taci-
tus non probatur, cum non dentur actus, qui illum ne-
cessario concludant *Bart. in l. Titium, aut Meuium, ff. de
administrat. tutor. Dec. cons. 304. num. 6* & in præiudicia-
9 libus omnis capienda est interpretatio per quam con-
sensus excludatur latè *Tiraqu. in l. si vnquam , in verb.
donatione largitus num. 17. & seq. C. de reuoc. donat.*

Minus obstat , quod passi fuerunt discuti de petito-
rio , quia vltra quod id factum fuerit præcedente eo-
rum protestatione , & quia aliter facere non poterant
stante prædicta commissione Clementis Octaui hoc
non impedit , quominus suspenso petitorio , quod po-
10 test suspendi in qualibet parte iudicij , & in quacunque
instantia, *Clement. 1. de caus. possess. & propriet. Caputaq.
decis. 323. par. 2.* hodie possit peti immissio , cum præ-
sertim admittatur cumulatio remedij adipiscendæ cum
petitorio , *cap. pastoralis. cum ibi notat. de caus. poss. &
propr. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 142. ff.
de acquirend. possess.*

Nec talis consensus potest elici ex compromisso, in
quo fuit expresè renunciatum possessorio , & DD. so-
roribus relicta medietas bonorum pro indiuiso , quia
renunciatio non fuit facta simpliciter , sed sub condi-
ctione casu , quo concordia habuerit effectum ; & non
alias , & cum expressa conuentione , quod translatio
medietatis possessionis pro indiuiso , &c. locum habeat
in euentum in quem compromissum suum sortiatur ef-
fectum, alias habeatur pro non facta , &c. & ideo cum
petitorium non fuerit terminatum , & compromissum
11 expirauerit , renunciatio tanquam non purificata con-
ditione nihil operatur , *l. cedere diem, ff. de verb. signif. l.
si quis conditione, ff. si quis omiss. caus. testa. l. itaque, ff. si
certum petat.* stante præsertim clausula , & non alias ,
&c. quæ adimit consensum ab actu , quo non sequuto
12 operatur perinde, ac si nihil actum fuisset, *gloss. Bald. &
alij in l. si quidem de exception. Bald. in l. si aduersa, vers.
ex prædictis , C. de transaction. Grat. consil. 138. num. 13.
lib. 1. Caputaquens. decis. 82. num. 4. par. 3.* & fuit pluries
resolutum in Rota , & sic omnia in compromisso , &
eius occasione subsequuta etiam euanuerunt , & res in
pristinum statum in omnibus , & per omnia redacta
fuit, ita vt sicut ante compromissum competere debeat
post compromissum resolutum.

Nec placuit Dominis , quod clausula resolutiua , &
pactum, quod quatenus compromissum non habeat ef-
fectum , Sorores de Capizucchis remaneant in posses-
sione, in qua ante compromissum existebant, & Domi-
ni de Cincijs teneantur ad restitutionem fructuum , sit
apposit a fauore ipsarum Sororum tantum, quæ possint
propterea illis renunciare , & non vti, quia hæc fuerunt
apposita fauore vtriusque partis, cum non solum inter-
esset Sororum remanere in earum possessione , & fru-
ctus recuperare, sed multò magis DD. de Cincijs reser-
uare sibi saluum remedium quorum bonorum, nec cir-
ca illud sibi in aliquo præiudicare, alias esset contra ex-
pressam mentem partium intendentium, quod expira-
to compromisso, & non sequuto laudo, omnia repone-
rentur in pristinum, & contineret magnum absurdum ,
& repugnaret æqualitati, quod staret in facultate Soro-
rum in casum in quem petitorium non esset per lau-
dum terminatum redire ad earum possessionem , & re-
petere fructus a Cincijs ; ipsis verò in eundem earum
non liceret prosequi possessorium : & tamen æqualitas
13 inter partes est seruanda iuxta notat per *gloss. in leg. si
lege , §. si domus, ff. locat. Bero. cons. 140. num. 17. volum.
1.* immo fieri debeat omnis interpretatio , per quam
actus sit conformis æquitati , *cap. paratus 23. qu. est. 1.
Aymo. consil. 259. num. 8. vers. & posito, Surd. cons. 383.
num. 22.*

Nec dicatur non fuisse sufficienter adimpletum pa-
ctum compromissi , quia de contrario constat , ex di-
missione possessionis & ex deposito fructuum, qui licet
non fuerint Sororibus restituti , tamen circa hoc adest
alia commissio Sanctissimi, in qua fuit narratum Papæ ,
quod Cincij vigore compromissi tenebantur fructus
restituere, & nihilominus non obstante compromisso ,
& concordia, mandauit fieri depositum , & eo facto in
causa procedi , & sic in locum restitutionis faciendæ
subrogauit depositum, & per consequens DD. de Cin-
cijs deponendo adimpleuerunt ex parte sua , & Papa
per tale depositum inuestiendum ad vtilitatem soro-
14 rum, cum derogatione compromissi , & concordiæ vi-
detur in necessarium antecedens derogasse exceptioni,
& compromisso resultanti .

Prout non obstat, quod expirato compromisso per
biennium, & vltra, DD. de Cincijs tacuerint, quia stan-
te Commissione Clem. VIII. aliud agere non poterant,
nec possessorio iudicio experiri , & satis sibi consulue-
runt petendo illius reductionem statim, atque eis id i-
cuit; & nihilominus cum possent quandocumque redi-
15 re ad iudicium possessorium ex taciturnitate non fuit
inductus talis consensus , per quem renunciauerint in-
terdicto quorum bonorum cum renunciatio non indu-
catur, nisi expresè , quia est stricti iuris , *Capucaquens.
decis. 308. p. 3. cum vulg.* Nec dantur actus voluntarij ,
qui necessario concludant ad renunciationem iuxta
*not. per Dec. cons. 452. num. 25. & cons. 460. num. 7. Put.
16 decis. 188. num. 4. lib. 2.* Ideo autem tacuerunt , quia
sciebant ius ipsorum saluum esse , *l. sicut , §. videtur , ff.
quib. mod. pig. vel hypothe. soluat. Rip. in l. admonendi post
num. 44. ff. de iur. iur. Rum. cons. 161. num. 38. lib. 1. Ceph.
cons. 445. num. 28.*

Sed quatenus etiam vitium possessoris potuisset di-
ci purgatum , cessat nihilominus aliud requisitum ,
quod fideicommissarius doceat incontinenti de iure
17 suo, quod est omnino necessarium, ex auctoritatibus ,
& decisionibus supra allegatis. Licet enim in testamen-
to Hieronymi adsit substitutio ad fauorem sororum
de Capizucchis , nihilominus debent capere de manu
hæredis , qui poterit in petitorio plura deducere , præ-
sertim, quia controuersum est , an de istis bonis Hiero-
nymus disponere potuisset stantibus antiquis fidei-
commissis, quarum vigore ad huiusmodi bona præten-
ditur vocatus Io. Antonius , ita vt non potuerint po-
stea à Hieronymo grauari , maximè ob subsecutam
sententiam Card. S. Clementis , per quam bona subie-
cta fideicommisso fuerunt separata ab alijs bonis libe-
ris, quæ creditoribus Dominici patris Hieronymi assi-
gnata fuerunt: & ad effectum, vt fideicommissarius non
18 dicatur legitimus contradictor satis est , quod contra
fideicommissum aliquid coloratum , vel probabile op-
ponatur, iuxta tradita per *Bald. in l. data opera num. 90.
C. qui accus. non poss. Franc. in c. dilect. q. 12. in fin. de app.
Aegi. dec. 304 cum alijs deductis in alleg. in causa Rom.
Casalis S. Matthæi coram Oriolen. sub num. 3. & 5. vbi
etiam num. 15.* dicitur , quod in dubio , vt hæredi resti-
tuatur possessio , præsumitur quod ei possit aliena de-
fensio competere .

Denique etiam, si fideicommissarius esset separatus
in continenti docere de suo iure , & possideret sine vi-
19 tio , adhuc tamen quando faciendæ sunt detractiones,
prout hic non dicitur legitimus contradictor ad impe-
diendam hæredis immissionem, vt *post Alex. Iacobi. &
alios in l. finali, tradit Zuccard. num. 426. cum seq. Rum.
cons. 140. num 7. lib. 5. Bero decis. 156. num. 2. Gabr. cons.
45. num. 24. lib. 2. Rolan. à consil. 78. num. 21. Menoch. de
adipisc, remed. 4. num. 638. & ita etiam tenet Rot. vt in*
alle-

*allegata causa Romana de Salamonibus 13. Nouembris 1575. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino in Viterbien. hæreditatis 18. Nouembris eiusdem anni coram Oriolen. & in causa Spoletana bonorum 27. Maij 1583. corum bon. mem. Bubalo, & in causa Iannen. fideicommissi, 1. Decembris 1589. coram Illustrissimo Cardinale Platto.*

Non obstat, quod legitima & Trebellianica sint certæ, cum constituant medietatem, & sint iam detractæ,
20 tum quia licet Legitima, & Trebellianica constituant certam portionem cum sint semis, tamen sunt omnino incertæ ratione loci, cum ex possessione translata pro indiuiso, quælibet pars in qualibet gleba haberet suam portionem, *l. Meuius §. si duobus ff. de leg. 2. l. 3. cum ibi notatis §. incertam, ff. de acquirend. possess.* & ante liquidationem, detractionum, ita dicitur incerta ratione loci, & quotæ, quod nullius rei possit possessio capi pro legitima, prout ex *Bal. & alijs deducit Surd. decis. 333. num. 12. in fine*, tum quia poterunt hæredes de eorum creditis docere post adeptam possessionem, cum dubium non sit, quin competant hæredibus aliæ detra-
21 ctiones, vt æris alieni, & generaliter deducere possint omne eorum creditum *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulgar. Alex. in l. ita tamen §. si ex Trebelliano ff. ad Trebell. cum alijs per Surd. cons. 7. num. 23. & sequen. & d. decis. 333. num. 16.* vbi enumerat plures deductiones, & respondit *ad reg. dolo facis &c.* & ad aliam quod cir-
22 cuitus sunt euitandi, quod etiam ex *Cardinal. Anchar. & alijs tradit Aym. cons. 376. num. 34. Ruin. cons. 269. vol. 5.* certitudo autem, quæ deducitur ex *cons. Corn. 232. lib. 4.* & alijs allegatis procedere posset, quando hæreditas non in corporibus, sed in pecunia consisteret, vt dixit *Rota in allegata causa Romana de Salamonibus coram Illustrissimo Seraph.* vbi de his, quæ dicit Corn. valdè dubitauit ad quod consilium *Corn. pluribus respondet Surd. decis. 333.*

Præterea non subsistit in facto, quod hic fuerit detracta legitima, & Trebellianica, cum nihil tale factum, nec dictum fuerit in compromissa, sed solum fuit conuentum, quod donec petitorium fuerit per Laudum terminatum, bona ab ambabus partibus communiter possiderentur pro indiuiso, & pro medietate; de separatione vero, seu diuisione legitimæ; & Trebellianicæ nullum verbum, imo narratiua compromissi, vbi referuntur prætensiones D. Portiæ non est restricta ad legitimam & Trebellianicam, sed in ea recensentur vlterius prætensio Cletiæ, super qua adsunt decisiones, nec non aliæ prætensiones, quæ non dum sunt stabilitæ, ita vt talis possessio pro indiuiso non fuerit inuenta pro terminandis prætensionibus, & faciendis detractionibus, sed ad capiendum remedium prouisionale durante com-
23 promisso, cuius effectus cessauit non sequuto infra terminum laudo, vt dictum est.

Et propter has detractiones alio modo tollitur allegata possessio fideicommissariarum de voluntate hæredum, de qua tamen, vt supra visum est, non constat, imò potius excluditur, & si aliqua interuenit, fuit solum per modum prouisionis durante compromisso, & quosque potuerit reduci ad viam iuris rescriptum Clementis VIII. nempe, quod in omnem euentum, voluntas, vt fideicommissariæ possiderent, saltem non fuit ad istum
24 effectum accomodata, vt de earum manibus hæredes accipere deberent detractiones, quo casu nihil obstat restitutioni faciendæ vt per *Zuccard. in l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. n. 428. vers. si vero possideret de voluntate hæredis*, vbi prius adducit *tex. in l. 1. ff. quor. legat.* qui in contrarium allegatur.

Neque officit, quod interdictum quorum bonorum non competit ei, qui semel fuit adeptus possessionem,
25 tum quia translatio possessionis in Cincios vigore Compromissio fuit facta solum in euentum in quem compromissum suum sortiretur effectum, & sic resoluto compromisso fuit resoluta dicta translatio possessionis, tum quia fuit facta pro indiuiso, quo casu non potest dici ipsos aliquam partem bonorum possedisse, quæ sit certa saltem ratione loci, vt dictum fuit.

Neque releuant deducta circa desertionem causæ, quia ante rescriptum Clementis VIII. nulla adest desertio, nec etiam post, propter impedimentum, quod habebant Cincij, quibus ex dicta commissione præclu-
27 sa erat via agendi in possessorio: tanto magis, quia nunquam fuit pronunciatum DD. de Cincijs non esse immittendos, imò immissio fuit eis decreta, à quo decreto licet fideicommissariæ fuerint repositæ, tamen hæc repositio non importat denegationem mandati de immittendo, sed potius dilationem ad illud concedendum.

Postremò non obstat, quod sit data facultas à testatore capiendi fideicommissum propria auctoritate, quia quatenus talis facultas deducitur ex substitutione pupillari non applicatur, cum non venerit casus sub-
28 stitutionis pupillaris, ex quo Io. Antonius non decessit in pupillari ætate, *Surd. decis. 333. num. 21.* quatenus vero deducitur ex clausula omni meliori modo, cum hæc non sit apposita in substitutione, neque in fideicommisso, nec in fine testamēti pure, sed sub conditio-
29 ne, si testamentum, scilicet non valeret iure fideicommissi vel Codicillorum, & cum testamentum valuerit, deficit conditio, & clausula nihil operatur *l. siquis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testam. Alex. cons. 50. nu. 11. lib. 7. Curt. iun. cons. 169. num. 7. Bero. cons. 118. num. 29. lib. 1. Tob. Non. cons. 19. num. 25.* & fuit dictum coram Iusto in causa Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. Vltra quod talis facultas concluderet solum, quod possessio non fuisset vitiosa, non tamen quod constet incontinenti de iure Sororum, neque excluderet, quod sit facienda restitutio propter detractiones, cum possint stare simul quod possessio non sit vitiosa, & sit facienda hæredi restitutio; censetur enim facultas concessa solum capiendi suam portionem, & sic post quā factæ fuerit detractiones, non ante, *Zuccard. d. numer. 428. vers.* si vero possideret de voluntate Testatoris; Quod etiam late deducit *Surd. d. decis. 333. num. 8. in fin.* cuius decisionis conclusiones veræ sunt in iure, licet in casu illius, ex quo non erat certum an essent faciendæ detractiones fuerit retractata immissio. Et ita conclusum.

## DECISIO LXXII.

### R. P. D. RAMBOLDO.

Romana Pecuniaria.

*Luna 9. Maij 1616.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Obligatio Cameralis transit quoad omnes eius effectus ad hæredes.*
*In hæredem transeunt omnes actiones defuncto competentes.*
*Hæredi factum defuncti præiudicat.*
3 *Vbi alicui debetur legitima super aliqua re, si illa res ei obuenit, censetur, & dominium, & possessio illius, ei obuenisse pro concurrenti rata dictæ legitimæ mediante contractu præcedenti.*
4 *Et assignatio præsumitur habuisse effectum, vbi creditor fructus dictæ rei assignatæ, vel obuentæ percipit.*
5 *Assignatio propter incertitudinem vitiatur.*

Sed

5 *Sed vbi res assignata est certo pretio valutata, & creditum est certum, non potest dici aliqua ratione incerta assignatio.*

6 *Fructus dotales mortua muliere non debentur amplius, si tamen pro illis consequendis, fuit assignatus fundus ex quibus illi solui debeant, illeque penes assignantem remanserit debentur fructus ex æquitate l. curabit etiam muliere mortua eius hæredibus.*

*Per clausulam constituti, & clausulam ad habendum, transfertur possessio rei assignatæ in assignatarium.*

*Pro hæredibus semper censetur stipulandum.*

8 *Non potest mandatum pro fructibus relaxari, nisi illis prius liquidatis.*

*Liquidatio præsumitur à parte facta, vbi ad aliquam certam rationem factæ sunt solutiones.*

9 *Redditus præditorum non possunt à partibus vniformiter taxari.*

*Sed id non habet locum vbi taxatio est verisimilis, & proportionata Fructibus qui ex prædijs verisimiliter percipi consueuerunt, nec subest aliqua fraudis suspitio.*

10 *Et vbi fructus rei assignatæ in satisfactionem dotis non taxantur ad rationem fructuum dotalium, sed ad rationem fructuum, qui verisimiliter percipi possunt ex re assignata dicti fructus videntur peti, & deberi tanquam in recompensationem fructuum, qui à possessoribus rei percipiuntur.*

11 *Consentiens alienationi rei sibi obligatæ vel illius assignationi sibi præiudicat, præsertim si pluries consentiens actibus super dicta assignatione factis interuenit.*

12 *Et licèt consentiens in dicto consensu præseruet sibi sua iura, illa præseruatio est intelligenda tam respectu aliorum iurium, quam expressorum in instrumento in quo præstitit consensum.*

*Vbi alicui est assignatam, vel in solutum data par hæreditatis, censetur data deducto ære alieno.*

13 *Fructus donationis propter nuptias, debentur etiam filijs mortua matre, vbi pro dicta donatione fuerat matri assignatus, vel in solutum datus aliquis fundus.*

14 *Legatarius tenetur recipere legatum de manu hæredis.*

*Legatarius, qui administrauit pecunias & res hæreditarias censetur de his legatis sibi satisfecisse ex pecunijs, & rebus hæreditarijs, quas administrauit.*

*Præsertim si dum viueret legata non petijt.*

DOmini steterunt in decisis sub die 23. Ianuarij præteriti, nam cum de credito q. D. Claricis scutorum 17500. constet ex propria confessione D. Iuliæ in instrumento transactionis.

Et propterea ex eodem quoque instrumento appareat, quod præuia æstimatione Tenutæ Passarani in scutis triginta millium d. D. Clarici in satisfactionem sui crediti assignata fuit, proportionabilis dictæ Tenutæ quantitas, atque interim sub iuramento, & obligatione Camerali conuentum, quod donec dicta D. Clarix, realem, corporalem, & actualem dictæ quantitatis terræ possessionem adepta, & eadem terræ quantitas cum effectu, & realiter ipsi tradita, & consignata fuerit, & debeantur, & currant pro rata crediti fructus qui tam ex Castro Gallicani, quam etiam ex prælata tenuta Passarani percipiuntur.

Et Insuper etiam D. Iulia, cui d. Castrum, & tenuta in eadem transactione cum onere soluendi dictos fructus obtigit per annos circiter decem, illos in summa scutis 720. D. Clarici persoluerit, ac denique D. Flaminia ab eadem D. Claricæ, hæres in dd. fructuum medietate expræsse instituta fuerit, vt late fuit in alia decisione ostensum, non videbatur ambigi posse, quod sicuti vigore dictę obligationis relaxandum esset pro dictis fructibus mandatum contra D. Iuliam si viueret, ad fauorem d. D. Flaminiæ, ita vt pari ratione illud
relaxari debeat contra eiusdem D. Iuliæ hæredem;
cum virtus obligationis Cameralis ea sit, vt transeat
1 quoad omnes eius effectus ad hæredes ad adducta per
Modernos *de obligat. Camer. par. 2. quæst. 1.* regulariter
quoque in hæredem transeunt omnes actiones defuncto competentes *§. post Mortem. instit. de inutil. stipula.*
cum similibus, eique factum defuncti præiudicat *l.
cum à Matre C. de rei vindic. l. ex qua persona ff. de
re indic. Paris. consil. 11. numer. 39. vers. vndè cum
lib. 3.*

Non obstat, quod assignatio vt supra D. Clarici facta fuit conditionalis, quatenus scilicet legitima Sciarræ in dicta Tenuta Passarani assignata fuisset, & cum
dicta conditio purificata non fuerit assignatio habe-
2 tur pro non facta *l. pecuniam vbi DD. ff. si cert. pet. &
l. hæc venditio ff. de contrah. empt. Surd. decis. 210. n. 7.*

Quia obiectum tollitur ex lectura instrumenti in eo namque apparet, quod cum certum esset legitimam Sciarræ ex illis bonis detrahendam esse, atque in dicta legitima dotem, & donationem D. Clarici debere ex tunc partes voluerunt D. Claricem dempta eius dote, & donatione in tenuta Passarani satisfieri etiam quod legitima Sciarræ in alijs bonis assignaretur, dummodo dicta tenuta penes aliquem ex contrahentibus remaneret.

Vndè licet legitima Sciarræ in dicta tenuta assignata non fuerit, cum tamen illa D. Iuliæ in eadem transa-
ctione obuenerit, atque nunc sit penes d. D. Iuliam hæ-
3 redem, vtique dicendum erit, fuisse ex nunc dominiū,
& possessionem d. tenutæ pro concurrenti quantitate crediti in dictam D. Claricem mediante dicta assignatione translatam.

Et quod dicta assignatio nulla fuerit conditione su-
spensa, satis quoque obseruantia postea subsequuta
4 comprobauit, ex quo, vt dictum fuit D. Iulia per plures
annos fructus ratione d. assignationis debitos D. Clarici in summa scutorum 720 persoluit.

Non obstat, quod dicta assignatio propter eius in-
5 certitudinem vitietur, quia cum creditum D. Claricis
esset certum scutorum scilicet 17500. & similiter esset etiam certus valor tenutæ concorditer à partibus in scutis trigintamill. æstimata assignatio pro concurrenti quantitate crediti facta non potuit dici aliqua ratione incerta.

Non obstat, quod saltem obligatio soluendi dictos
fructus expirauerit morte D. Claricis, quia, vt in alia
6 decisione dictum fuit, obiectum procederet si agere-
tur de fructibus dotalibus, in quibus terminis loquuntur allegata iura per informantes, sed quia dd. fructus vigore dictæ assignationis per quam fuit dominium, & possessio d. quantitatis tenutæ in dominam Claricem translatum ex clausula Constituti, & clausula ad habendum, in ea appositis, iuxta notata per *DD. in l. quod meo & in l. quamuis §. si conductor. ff. de acquir. possess. Paris. cons. 127. num. 11. lib. 1. Guidopap. decis. 147.* non potuit dici per Morte d. D. Claricis cessare, sed æquitate, *l. curabit C. de act. empt.* debentur etiam d. Clari-
cis hæredibus, pro quibus licet expressum non fuisset
7 censetur facta assignatio *§. si quis instit. de inutil. stipu-
lat. Rot. decis. 682. nu. 4. p. 1. diuers.* donec realiter ipsi
dicta quantitas fuerit consignata.

Non obstat, quod non potest ad relaxationem man-
dati deueniri non facta prius dictorum fructuum li-
8 quidatione, *l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. caus. in possess.
eat. Card. Seraph. decis. 1168. num. 5.* quia tam ex testamento D. Claricis, quod per aditionem hæreditatis vigore illius per D. Iuliam factam censetur per eandem D. Iuliam in omnibus approbatum, quam ex pluribus partitis per ipsam D. Iuliam d. D. Clarici solutis apparet dd. fructus fuisse concorditer à partis in scutis 720. liquidatos.

Non

Non obstat, quod cum redditus præditorum sint in-
9 certi non potuerunt à partibus vniformiter taxari ad *not. per Bart. Abb. & Io. And. in c. salubriter de vsuris. Alex. in l. Insulam §. vsuras ff. solut. matr.* quia hoc cessat quando taxatio est verisimilis, & proportionata fructibus, qui communiter ex prædijs percipi consueuerunt, nec subest aliqua fraudis suspicio, vt sæpè fuit decisum & signanter in terminis nostris extat *decisio Cæsaris de Grass. 1. de Vsuris*, vbi admittitur taxatio ad taxationem quinque pro centenario.

Vndè cum in casu proposito taxatio vix excedat quatuor pro centenario sumus in claris, quod non fuit
10 habita ratio interesse dotalis, quod soluitur ad rationem septem cum dimidio, sed fructuum prædij in satisfactionem dotis assignati, & consequenter non solum dicta taxatio sustinetur, sed etiam apertò in corroboratur, quod dicti fructus, de quibus agitur non peti ratione interesse dotalis, sed in recompensationem fructuum, qui è possessoribus tenutæ Pallarani percipiuntur.

Non obstat alia præcedens assignatio fructuum eiusdem Tenutę Domino Martio, vt prætenditur facta, non solum, quia creditum Dominæ Claricis est anterius, sed etiam quia assignatio facta D. Clarici fuit facta de consensu Domini Martij, qui propterea videtur
11 in hoc sibi præiudicasse, *l. si consenserit, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. l. si debitor, C. de distract. pign. cum alijs per Surd. decis. 163. num. 3.* & præsertim, quia vt sæpius dictum fuit D. Iulia etiam mediante D. Martij eius mariti persona dd. fructus D. Clarici persoluit.

Neque facit, quod D. Martius iura sibi in dicta tran-
12 sactione præseruauerit, quia hæc præseruatio, intelligenda est respectu aliorum iurium, quã oneris soluendi dd. fructus in eadem transactione expressi, *Oldr. cons. 330. in fin. Put. decis. 183. lib. 3. Rota diuersor. decis. 236. num. 3. vers. non obstat. par. 1.* vltra quod cessare videtur interesse D. Martij cum ei fuerit in dotem D. Iuliæ tertia pars hæreditatis promissa, quæ intelligitur deducto ære alieno, & sic dote D. Claricis *§. cum autem instit. de leg. falcid.*

Non obstat, quod saltem dd. fructus non debeantur pro rata donationis propter nuptias, cum illa vigore Statuti Vrbis per Mortem Dominæ Claricis reuersa fuerit ad filias, quia cum D. Flaminia sit altera ex filiabus D. Claricis, ad eam quoque spectat medietas dictæ donationis, & consequenter etiam medietas fructuum tenutæ in satisfactionem d. donationis assignatæ.

Nec aliquid etiam facit, quod deducenda sint plura legata à D. Clarice, & Iulia relicta, quia vltra quod illa recipere tenetur à manu hæredis, præsumitur etiam sibimet ipsi de illis satisfecisse in pecunijs, & rebus hęreditatis, quas absente Domina Flaminia administrauit, *l. pecul. la seconda, §. præterea, versic. nam eligetur, ff. de pecul. Afflict. decis. 33. nu. 16. & fuit dictum in vna Romana administrationis tutelæ 2. Aprilis 1590. coram bon. mem. Penia*, eoque magis, quia dicta legata, dum viueret, non petit.

Ad promissionem D. Claricis scutorum octomill. & acquisitionem iurium Francisci per D. Martium fuit in alia decisione responsum.

# DECISIO LXXIII.

## R.P.D. VBALDO.

Romana Euacuationis.

*Mercurij die 24. Maij 1617.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Agere quis non potest ex instrumento, quod reuocauit, vel impugnauit.*
2 *Vnumquodque eo modo dissoluitur, quo est ligatum.*
*A locatione non potest vna pars sine alterius consensu recedere.*
*Voluntas regulatur à potestate.*
3 *Actus factus sub conditione, conditione deficiente, habetur pro non facto.*
4 *Scriptura inserta in instrumento dicitur pars ipsius instrumenti.*
*Conditio non potest dici apposita ad cautelam eius cuius non interest.*
5 *Obseruantia subsecuta declarat quo contractu partes vti velint.*
6 *Habitare qui censetur domum vigore primæ locationis, non autem secundæ vbi actus facti se confirmant potius cum prima, quàm cum secunda.*
7 *Vbi locatio est facta cum expressa relatione ad aliam locationem in qua fuerat renunciatum decreto Camerali, & priuilegio inquilinatus, videtur etiam in ipsa illis renunciatum.*
8 *Non potest quis ex tacita locatione plus acquirere, quam ex expressa.*
*Tacitum non potest plus operari, quam expressum.*
9 *Contrauentio primi contractus, censetur remissa per receptionem pretij, vel affictus, iuxta formam illius.*

PRætendentibus duobus locis pijs, videlicet Venerabili Archihospitali Sancti Iacobi Incurabilium, & Venerabili Societate Beatæ Mariæ de Laureto de Vrbe, Dominis pro indiuiso Domus, seu Hospitij ad Signum Vrsi, quod Franciscus Barattellus eius inhabitator, & conductor teneatur euacuare, fuit primo resolutum negatiuè contra Hospitale, videlicet, non esse dandum illi mandatum de euacuando contra Barattellum, vt in decisione 26. Ianuarij 1615. & proposito eodem dubio ad instantiam Societatis, fuit pro ea resolutum affirmatiuè 2. Decembris 1615. & rursus 2. Decembris 1616. & cum tertiò, idem proponeretur, Domini mandarunt, vt recideretur decisio predicta contra Hospitale emanata die 26. Ianuarij 1616. à qua hodie recedendum putarunt, quia potissimum fundamentum decisionis fuit pretensa reuocatio primæ locationis factę Barattello 1. Maij 1596. cum renunciatione iuris inquilinatus per alteram factam Vrsulæ, & eius viro 5. Nouembris eiusdem anni, vndè non videtur posse Hospitale agere ad euacuandum contra Barattellum ex instrumento primæ locationis, quam reuocauit, vel im-
1 pugnauit, *cap. ex eo, de reg. iur. in 6. prout latius in dicta decisione.*

Hoc autem fundamentum visum est non subsistere, quia imo dicta prima locatio non fuit reuocata, neque ex parte Hospitalis, quia nec potuisset ab ea recedere sine consensu Barattelli, tum per regulam, quod vnum-
2 quodque eo modo dissoluitur, quo ligatum est, *l. nihil tam naturale, C. de rei vendic.* & voluntas regulatur à potestate, *cap. cum super, de offic. deleg. l. Lucius Titius, §. Imperatores, ff. ad municipal. cum alijs per Surd. cons. 431. n. 41. & seq. lib. 3.*

Nec omninò voluit recedere sine dicto consensu, vt patet, tum ex narratiua secundæ locationis, in qua agen-

Agentes pro Hospitali præsupponunt Barattellum recessisse à prima locatione offerendo alia scuta 350. pro Eleemosina vltra aliàs oblata, licet re vera non recesserit, vt ex infra dicendis apparebit, quam ex conditione expræsse apposita, *Consentito all'Instrumento della locatione che hanno fatto hoggi li guardiani di S. Iacomo de gl'incurabili dell'Hostaria dell'Orso à Madonna Orsola & à Lorenzo Colombo suo Marito;* vnde cum conditio non existerit, qui Barattellus nunquam consensit dictæ locationi, imò eam semper impugnauit sequitur, vt se-
3 cunda locatio, tanquam deficiente conditione habeatur pro non facta, *l. pecuniam quam ff. si cert. pet. l. item quia §. 1. ff. de pac. Rot. apud Seraph. decis. 47. sub num. 7. vers. cum autem par. 1. diuer. cum alijs allegat.*

Nec refragari videtur coniditionem fuisse appositam in cædula Mercatoris data pro parte Vrsulę, quia cum fuerit eodem Instrumento inserta, dicitur pars ip-
4 sius instrumenti ad *l. fundi partem, ff. de contrah. empt. cum alijs per Surd. cons. 217. num. 6. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. nu. 49.* nec subsistit, quod conditio fuerit apposita pro maiori cautela Mercatoris, quia ipsius non intererat, quod Barattellus consentiret, vel non consentiret secundæ locationi, cum se reuelare deberet contra Vrsulam, & Columbum, sed ipsorum contrahentium ad hoc, vt dicta locatio sortiri posset effectum prout nec sortita est ob defectum prædictæ conditionis.

Quod autem ex parte Barattelli non fuerit recessum à prima locatione, patet tum ex comissione causæ iactationum, & molestationum statim habita notitia secundæ locationis, tum ex oblatione, & deposito pensionis tempore conuento, tum ex productione instrumenti primæ locationis, nec non ex manutentione obtenta, & demum ex actuali pensionum solutione, receptione per Hospitale iuxta quantitatem conuentam in prima, non autem in secunda locatione, vsque ad annum
5 1622. quæ obseruantia benè declarat voluntatem contrahentium fuisse adherere primæ locationi, non autem secundæ *l. sed Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. Aym. cons. 294. vers. 21. Surd. cons. 140. nu. 43. & seqq. lib. 1. cum alijs per Peregrin. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. qq. & Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. nu. 5.*

Ex quibus tollitur, etiam quod dicitur in decis. videlicet, quod Franciscus inhabitauerit domum potius vigore laudi, & iuris competentis Vrsulæ vigore secundæ locationis, in cuius locum videtur ipse successisse, quia cum ipse soluerit pensiones ad rationem scutorum 100. annorum & ad rationem scutorum 140. iuxta formam secundæ locationis, apparet iunctis maximè alijs
6 prædictis, quod ipse inhabitauit, vigore primæ locationis ex allegatis per *Rot. decis. 262. nu. 1. par. 2. diuers. & apud Seraph. decis. 643. n. 5.*

Præterea & hoc valdè mouebat DD. nihil referre videbatur ad effectum euacuationis, de quo agitur, an Barattellus in habitauerit domum vigore locationis factæ Vrsulæ, quia vtraque locatio facta est cum expressa
7 relatione ad locationem factam per Franciscum de Fortis Antonio Piccino, cum omnibus pactis, & conditionibus in ea contentis, & in ea adest expressum pactum de euacuando finita locatione, & non obstante quolibet decreto Camerali, & priuilegio Inquilinatus vt fuit latius deductum in duabus decisionibus ad fauorem Societatis B. Mariæ factis.

Non obstant, quæ dicuntur de tacita reconductione, quia falsum est eam non esse adscribendam pacto in locatione apposito, vt intelligatur prorogata de sex mensibus in sex menses non facta disdicta; cum motiuum recessus à prima locatione in quo fundatur decisio cessat ex supradictis, vltra quod impossibile est, quod Barattellus ex prætense tacita locatione plus iuris acquisiue-
8 rit, & sic ius Inquilinatus, quod acquisiuerit per expressum in qua dicto iuri renunciauerit, cum non plus operetur tacitum, quam expressum *l. cum quid ff. si cert. pet.* & hoc tanto minus in præiudicium Societatis Consociæ in domo de qua agitur, vt fuit consideratum in hac causa 2. Decembris 1615.

Demum nec obstat mandatum factum in personam Columbi ad litigandum cum Barattello, quia fuit tantum Verbale, nec vnquam pro parte Hospitalis fuit deuentum ad aliquem actum litis, vt fuit ostensum per Informantes, & in omnem euentum, quatenus aliqua contrauentio possit in hoc considerari, illa censeretur
9 remissa per receptionem pensionis ad formam primæ locationis, cum alijs supra deductis, *Castren. in l. si merces §. si vicino vers. item quando, ff. locat. cum alijs per Moder. discep. forens. cap. 246. num. 24. & cap. 302. num. 20. & seq.*

Ex quibus DD. recesserunt à decisis firmantes dandum esse Hospitali mandatum de euacuando, stante pacto de quo in instrumento primæ locationis 1. Maij 1566. à quo non fuisse recessum, fuit vt supra conclusum.

---

## DECISIO LXXIV.

### R. P. D. GYPSIO.

Vrbeuetana Census.

*Die 13. Februarij 1595.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Census factus, quod emptor possit quandocumque cogere venditorem ad illum extinguendum est nullus.*
*Et. fructus ex eo percepti ipso iure extinguunt sortem principalem, vel restitui debent tanquam sine causa ad emptorem census nulli peruenti.*

DOmini Monaldus, & Iordanus de Clementinis, tunc minores, emerunt censum de cuius fructibus hodiè agitur, cum pacto, quod liceret ipsis emptoribus quandocumque compellere dominos de Gualterijs venditores ad censum redimendum, & pretium restituendum, propterea Rota resoluit huiusmodi contractum esse nullum, & fructus solutos extinguere sortem principalem, & super hoc late fuerunt duæ sententiæ.

Postremo coram me fuit quæsitum, An fructus soluti tempore communionis prædictorum fructuum veniant computandi in sortem principalem in præiudiciũ D. Octauij filij q. Iordani cum ipse non sit hæres Monaldi, & d. die 13. Febr. Domini resoluerunt fructus solutos tempore communionis extinxisse sortem principalem, cum hoc casu extincto, & computatio fructuum in sortem fiat à lege ipso iure absque hominis facto, *c. 1. & 2. c. conquestus de vsur. c. cum contra de pig. act. Socc. cons. 29. numer. 27. vers. circa tertium lib. 1. Paris. cons. 54. num. 79. lib. 1. Rolan. cons. 40. sub num. 37. lib. 2.* fructus enim qui repetuntur per D. Iulium sunt illi, quos vltra sortem d. Octauius post diuisionem recepit ad quorum restitutionem teneri non est, dubitandum cum sinè causa ad ipsum peruenerint, *l. ex his omnibus causis ff. de cond. indeb. l. 1. C. eo.* quamuis contra Monaldum, siue eius hæredes, prædictus D. Octauius poterit habere recursum de euictione census pro quota eos tangente.

An autem in calculo faciendo habenda sit ratio illius partis census retrouenditi de anno 1570. poterit particulariter videri.

## DECISIO LXXV.

R.P.D. GYPSIO.

Vrbeuetana Census.

*Lunæ 6. Iunij 1616.*

*SVMMARIVM.*

1 *A restitutione fructuum census nulli, nulla causa excusat.*

2 *Consuetudo faciendi instrumenta cum aliquo pacto inualido, vt probata dicatur, debet probari multiplicitas instrumentorum cum dicto pacto factorum, & quod ea habuerint effectum.*

*Præsertim si adsint aliqua instrumenta sine dicto pacto.*

*Et talis consuetudo vti contra ius diuinum, non potest validare contractus illicitos neque excusat.*

FVerat declaratum censum de quo agitur nullum, & inualidum esse, quia illius emptores apposuerunt pactum, quod liceret eis, ac ipsorum hæredibus cogere venditorem ad redimendum censum, & restituendum pretium; sed postea examinatis nonnullis testibus, ac productis aliquibus instrumentis, & iuribus, dubitaui, An D. Octauius vnus ex dictis hæredibus esset excusandus, ita vt non teneretur restituere fructus
1 census ante litem contestatam perceptos, & excusandum non esse conclusum fuit, tum quia testes non probant allegatam consuetudinem, cum non deponant multiplicate instrumentorum, nec constat habuisse effectum, præter id, quod dicta instrumenta ex Achiuijs extracta, & producta non releuant in concursu aliorum
2 instrumentorum, quæ sunt absque dicto pacto, tum etiam quia si dicta consuetudo probetur Domino octauio non posset suffragari quia huiusmodi consuetudo non potest validare contractum illicitum cum sit contra ius naturale, & diuinum *c. inter dilectos de excess. præl. cap. fin. de consuet. vt vbi* DD. dicunt, quod potius est quedam corruptela, quam consuetudo.

Nec in hac materia Vsurariæ prauitatis cadit dispensatio *Soc. de inst. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 1. col. 6. paulo post versic. reriflant ergo tria argumenta*, & ratio, quare emptor sic contrahens non faciat fructus suos, illa est, quia ipse non amittit dominium illarum pecuniarum, cum prædicto pacto solutarum, *Sot. vbi supra, quæst. 1. art. 4. in princip.* & quod talis consuetudo non excuset, tradit *Bero. vbi supra numer. 10. versic. nec obstat consuetudo lib. 1.* qui etiam respondet ad *Bart.* & alios in contrarium allegatos, quod consuetudo loci excusat, vt per eum *num. 1.*

## DECISIO LXXVI.

CORAM CARD. BLANCHETTO.

Vrbeuetana Census.

*Veneris die 26. Decembris 1594.*

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatione pecuniarum, & mobilium non veniunt census.*

2 *Legatum pecuniarum, vel mobilium testatori spectantium, vel competentium comprehendit solum pecunias & mobilia existentia penes testatorem tempore conditi testamenti, non autem existentia tempore mortis, sed vbi respexit futura, veniunt etiam ea, quæ tempore mortis in bonis testatoris reperta fuerunt.*

*Mobilia, & se mouentia, quæ post obitum testatoris superueniunt, hæredibus non testatori competere dicuntur.*

3 *Verba personalia dicuntur relatiua, & ad oculum demonstratiua personæ.*

4 *Si statuto caueatur proximiorem agnatum posse rem alienatam retrahere, si quis in testamento caueri, quod bona immobilia remaneant penes hæredem, & fundum emptum à testatore contingat retrahi pretium, an spectet ad hæredem, vel ad legatarium.*

5 *Relicto vsufructu iurium censetur relictus etiam vsusfructus census.*

*Census non potest extingui inuito debitore.*

6 *Retractus priorem contractum ita resoluit, ac si nunquam factus fuisset.*

*Per redemptionem census non resoluitur contractus census, sed per actum retrosimilem res obnoxia censui efficitur libera.*

7 *Fructus pendentes licet maturi tempore conditi testamenti, & tempore mortis non reputantur inter mobilia Census reputatur inter stabilia.*

FVit resolutum pecunias ex censibus redemptis exactas non spectare ad hæredes Franciscæ, sed ad suos Magdalenis. Cum enim Franciscæ à viro fuerint relictæ pecuniæ, & mobilia ipsi testatori competentia,
1 indubitati iuris est, horum appellatione non comprehendi census, *Clem. exivi, §. cumque annui reditus de verb. sign. Rom. cons. 188. circa finem, Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. glos. 6. n. 4. cum seq. Conar. Variar. resolut. lib. 3. c. 7. n. 7. Roland. cons. 54. n. 6. lib. 2. Gabr. cons. 141. n. 2. lib. 2.*

Et si testator non dixerit competitura comprehenduntur tantum pecuniæ cum mobilibus existentibus
2 penes testatorem tempore conditi testamenti, & non mortis si ita legatum fuisset conceptum *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 4.* Sed cum ad futura respexerit, veniunt etiam ea, quæ tempore mortis in testatoris reperta fuerunt, sed hoc tempus verba legati non excedunt: quia mobilia, & se mouentia, quæ post obitum testatoris superueniunt, hæredibus non testatori competere dicuntur, præsertim cum verba
3 testamenti sint relatiua, & ad oculum demonstratiua personarum testatoris; attentis illis verbis (sæpè repetitis Testatoris iuxta tradita per *Bald. cons. 404. n. 2. lib. 5. Ias. in l. filius familias §. Diui in 2. lect. n. 151. ff. de leg. 1. cum alys per Decian. cons. 29. n. 47. lib. 2.*

Quibus non obstant tradita per *Cin. Iacob. Roman. & alios in l. ea demum C. de collat. quos refert. Dec. ibi numer. 2. & 3. Tiraq. de retract. lignag. in fin. numer. 14.*
4 Videlicet, quod si statuto caueatur proximiorem agnatum posse rem alienatam retrahere, si quis in testamento cauerit, quod bona immobilia remaneant penes hæredem, si fundum emptum à testatore contingat retrahi, disputant an ad hæredem, vel legatarium pretium pertineat, in qua differentia licet nonnulli tenuerint ad legatarium, non ad hæredem pertinere; tamen *Fulg. Alex. Aret. in d. l. ea demum* contrarium tenuerunt.
5 Sed Domini dixerunt non applicari casui nostro. Primò, quia fuit relicta vsufructuaria iurium, inter quæ etiam connumerantur census, vt ex eius definitione patet, non autem proprietaria, quæ proprietas cum fuerit à die aditæ hæreditatis, acquisita hæredibus, licet propter expressam testatoris prohibitionem, non potuerint capere illius possessionem, ius ipsis iam quæsitum, propter redemptionem non potest ab eis auferri, & in vxorem transferri, nec hoc casu retrotractio ad initium fieri potest, cum media fuerint intercepta. Secundò cum sors principalis census ex parte creditoris sic inextinguibilis ne cadat in contractum vsurarium, iste census, qui pendet a voluntate debitoris, non debet haberi in consideratione, *Tiraquell. vbi supra num. 1.*

Tertiò retractus, & redemptio census non pari passu
8 ambulant: ille enim priorem contractum ita resoluit, ac si factus non fuisset, per istam verò non resoluitur contractus, sed per actum retro similem res obnoxia censui efficitur libera *l. finali. C. quand. lic. ab empt. disced. §. hoc amplius instit. quib. mod. tollun. obligat. & fuit resolutum coram Card. Lancellotto in vna Romana Census 25. Iunij 1574.*

Præterea sicuti fructus pendentes licet maturi tem-
7 pore conditi testamenti, & tempore mortis non computantur inter mobilia R.P.D. *Mantic. lib. 9. tit. 3. num. 6. Gabr. consil. 98. numer. 5. libr. 1.* Multominus census, qui tempore mortis inter stabilia connumerabuntur, debet post mortem testatoris inter res mobiles recenseri.

Non obstat, quod ex decreto communitatis census iste esset redimendus, quia hoc casu poterat reuocari hoc decretum, ex quo non immutatur natura, vt inter immobilia, non immobilia computetur.

Et ita decisum.

---

## DECISIO LXXVII.

### R.P.D. DAMASCENO.

Romana Palatij de Comitibus.

*Lunæ 16. Ianuarij 1612.*

### *SVMMARIVM.*

1 *l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer. licet loquatur in sepulchro, vt quis scilicet cogatur vendere locum vicinum, ad effectum eundi ad sepulchrum, habet tamen locum etiam in Ecclesijs, & Monasterijs, & illorum necessaria ampliatione.*

2 *Sed remedium dictæ l. est multum extraordinarium, & non dat aliquam actionem, sed solum implorationem officij Iudicis.*

*Nemo cogitur vendere monitus.*

3 *In exorbitantibus à regulis iuris, & quæ Iudicis officio veniunt expedienda strictè, & cum magna æquitate proceditur.*

4 *Præsertim dum agit Ecclesia.*

*Ecclesia est cultrix iustitiæ, & mater æquitatis.*

5 *In arbitrando an vicinus sit cogendus ad vendendum, & desuper proprium officium impartiendo Iudex illud ante omnia prospicere debet ne vicinus, qui cogitur vendere magnum patiatur detrimentum.*

*Et magnum detrimentum debet de illo, quod contingit soluto iusto pretio.*

6 *Et danda est via sepulchro per illam partem fundi, quæ sit cum minori dispendio vicini.*

7 *Facilius tollitur ius in parte, quam in totum.*

8 *Familia de Comitibus est de Nobilioribus Italiæ propter multos Pontifices, Cardinales, & insignes viros, quos habuit.*

9 *Antiquæ habitationes multum conferunt ad honorem familiarum, & conseruandam earum nobilitatem.*

10 *Si tutor etiam iusto pretio ad dissoluendum debita pupilli vendat ipsius domum paternam, pupillus dicitur læsus.*

11 *Prohibitio alienationis domus paternæ insignis, sufficit absque vestimento alicuius causæ.*

*Et in similibus domibus semper præsumitur affectui, & desiderium conseruationis.*

12 *Vbi adest insignis, & extraordinaria nobilitas, & qualitas ædificij non potest quis cogi ab Ecclesia, vel Monasterio ad vendendum suam domum.*

*Ex qualitate personæ, vel familiæ eadem res dicitur magis, vel minus præiudicialis.*

13 *Ecclesia si habet alias priuatas domos, quas potest facilius emere, quam Palatium nobile, non debet admitti ad emptionem dicti Palatij.*

14 *Et vbi est posterior in habitatione Ecclesia Domino Palatij, vel domus vicinæ, non habet locum priuilegium d. l. si quis sepulchrum.*

Moniales Sanctæ Catherinæ de Senis, egentes ampliatione Monasterij prætendebant posse cogere Dominum Ducem Camillum de comitibus habentem Palatium contiguum, in quo etiam inhabitat ad illud sibi vendendum, Fundamentum prætensionis erat in *l. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumpt. funer.* quæ lex licet loquatur de sepulchro, & via ad illud, ex identitate, & maioritate rationis habet locum in Ecclesijs, & Monasterijs, & illorum necessaria ampliatione, vt post *Iason. in l. secunda numer. 4. ff. solut. matrim. Florian. in dicta leg. si quis sepulchrum, Soccin. in regula rem suam numer. 8. & 9. Capol. de seruit. verb. præd. cap. 28. numer. 5. Afflict. in probœm. Constit. Neapolitan. quæst. 3. numer. 10. Grammat. decis. 75. numer. 1. & 3. Vincentius de Franchis decis. 223. numer. 5. & 6. & tenuit Rota in causa Neapolitana Monasterij 29. Aprilis 1602. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & in causa Romana Deuolutionis Domus 29. Februarij 1608. coram Reuerendo Patri Domino Manzanedo.*

Verùm in proposito casu Rota censuit Dominum Ducem minimè esse cogendum. Et pro resolutione fuit in primis consideratum remedium dictæ legis es-
2 se multum extraordinarium, vt adnotauerunt *gloss. ibi in versic. sed extra*, & alij scribentes etenim regulariter, nemò cogitur vendere *l. inuitum, & l. dudum C. de contrahen. emption. cum concord.* Vndè prædicta l. si quis sepulchrum, minimè dedit actionem, sed officij Iudicis implorationem, vt patet ex *dicta leg. in vers. non tamen.* Illud tamen in exorbitantibus à
3 regulis iuris, & quæ Iudicis officio veniunt expedienda, iure cautum reperitur, vt strictè, & cum magna æquitate procedatur, *iuxta tradita per Bald. in leg. secunda num. 10. versiculo & ideò, C. de rescindenda venditione, & in leg. finali, §. sed cum, num. 1. C. de pact. Anania in capit. secundo in fine. & ibi Felinus columna secunda, versiculo sed iudex. Abbas numer. 8. de officio Iudicis, Bartolus in l. cum postulassem, numer. 1. Angelus in principio ff. de damn. infect. latè Alben. in rubrica ad Bartolum super lege prima num. 8. & ibi Ias. in §. superest. numer. 64. & sequen. instit. de action. Angel. Aret. in §. actio numer. 5. instit. eod. tit. Alex. consil. 7. numer. 10. & sequen. lib. 2. Signorol. consil. 100. numer. 13. ad fin. Surd. tractatus de alim. quæst. 1. tit. 3. numer. 17.* præcipuè dum agit de Ecclesia, quæ est cultrix Iustitiæ, & mater æquitatis, *cap. vnico, versic. sed diuersum, de aliment. feud. Anchar. consil. 39. numer. 4. versic. quinto dicit Roman. consil. 298. numer. 2. in fin. Dec. 281. numer. 4. Nenizan. consil. 11. num. 11. Menoch. cons. 322. num. 52. Surd. consil. 222. num. 22. & decis. 110. in fine,* quam discretionem reducendo materiam ad Iudicis arbitrium in istis terminis commendat *Couarruu. variar. resolut. lib. 3. cap. 14. in fine.*

In arbitrando autem, & proprium officium in pro-
5 posita facti specie impartiendo Iudex illud ante omnia prospicere debet, ne vicinus, qui cogitur vendere magnum patiatur detrimentum, vt sunt verba textus in dicta *l. si quis sepulchrum, in vers. præses etiam, & notant in Alberic. num. 2. Florian. num. 4. Couar. d. cap. 14. in fine, & ante illos gloss. verbo non lædat, in fine, C. de præcib. imper. offer.* Quod quidem magnum detrimentum debet intelligi de illo, quod contingit soluto iusto pretio, nam quod vicinus non lædatur in pretio fuisset

fuiſſet depoſitio ſuper indubitabili, & circa illud lex iam prouiderat ibi. Præſes compellere debet iuſto pretio iter ei præſtari ſicut etiam non videbatur ſubſiſtere intellectus, quod ſcilicet lex habuerit rationem magni detrimenti vicini circa modum exequendi, vt namque detur via ſepulchro per eam partem fundi, quæ ſit cum
6 minore diſpendio vicini, vt colligitur ex textu ibi de opportunitate loci, &c. non autem voluerit, quod ſub prætextu detrimenti vicini ſepulchrum careat via, & indè Eccleſia, ſiuè Monaſterium neceſſaria ampliatione, nam pro reſponſione dicebatur, quod ſi lex habuit rationem magni detrimenti vicini circa partem fundi, ergo multo magis circa totum, quia facilius
7 tollitur ius tertij in parte, quam in totum, *l. binas ff. de ſer. vrb. præd. Calder. conſ. 2. de arbitr. Alex. conſ. 134. num. 33. & 41. in fin. libr. 6. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 19. de conſtit. Cagnol. in l. iura Sanguinis, num. 19. ff. de reg. iur. Rot. decis. 1. de conſuet. in nou. Surd. decis. 30. num. 25. & 26.*

In propoſito verò caſu DD. arbitrati ſunt Ducem ſi compelleretur vendere, fuiſſe paſſurum nimis magnum
8 detrimentum, quia vt notum eſt, familia de Comitibus eſt de nobilioribus Italiæ propter multos Pontifices maximos S. R. E. Cardinales, & alios inſignes viros, quos habuit, de quibus ſunt plenæ hiſtoriæ, & Palatium de quo agitur, eſt illorum antiqua habitatio, & præſefert magnam antiquitatem, & nobilitatem, maximè propter inſigne ædificium Turris militiarum, quæ cum illo incorporata exiſtit, & de præſenti à prædicto Duce poſſidetur. Vndè negari non poteſt, quin ſi familia de Comitibus tali habitatione priuaretur eſſet paſſura maximum damnum, quia huiuſmodi antiquæ habita-
9 tiones multum conferunt ad honorem familiarum, & ad conſeruandam earum nobilitatem, vt patet ex traditis per *Tiraquel. de nobilit. cap. 37. num. 23. Ottalor. de Nobilitat. c. 4. num. 8. cum duobus ſequentibus par. 2. Garz. pariter de Nobilitat. gloſſ. 18. numer. 29. cum ſequenti.*

Et videmus in ſimili, quod ſi tutor etiam iuſto pretio ad diſſoluendum æs alienum pupilli vendat ipſius
10 domum paternam, pupillus dicitur læſus *l. lex quæ Tutores, verſ. nec domum, & ibi Salicet. verſ. item not. C. de adminiſtrat. tutel. Alex. conſil. 67. numer. 3. lib. 5. Socin. Iun. conſil. 45. num. 8. lib. 4. Dec. conſil. 403. numer. 22. verſic. primo quia domus; Natt. conſ. 162. numer. 10. Tiraq. de retract. in præfatione nu. 34. &* ob id ſola pro-
11 hibitio alienationis de ſimilibus domibus ſufficit, abſque veſtimento alterius rationis, de quo per *gloſſ. in l. quoties ub omnibus, C. de fideicommiſſ. vbi Bald. numer. 8. cum alijs per Peregr. fideicom. quæſt. 1. num. 85. & ſeq.* & circa ſimiles domos ſemper præſumitur affectio, deſiderium conſeruationis *Tiraq. tract. de nobilitat. c. 37. num. 23.* Et in terminis minus fortibus nempè de Vinca adeſt exemplum *lib. 3. Regum cap. 21.* vbi Nabot, ne priuaretur vinea paterna (ibi propitius ſit mihi, Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi) elegit diſplicere Achab Regi ſuo eam depoſcenti pro vſu proprio, & offerenti vineam meliorem alio loco, Achab vero Rex minimè cenſuit poſſe illum iure regio cogere, ſed vt Vineam haberet, confugit ad calumnias contra Nabot, pro curando illius iniuſtam mortem.

Neque mouit DD. quod ſecundum iſtum intellectum *l. ſi quis ſepulchrum* priuilegium eccleſiarum in hac materia multum reſtringeretur, quia vt plurimum maximè in partibus domus contiguæ Eccleſijs, & Monaſterijs erant antiquæ ipſorum habitantium, & plerumque etiam Nobilium, quia DD. non intendebant pro nunc firmare, quod quælibet familia Nobilis poſſit euitare diſpoſitionem, *l. ſi quis ſepulchrum*, ſed concur-
12 renti inſigni, & extraordinaria nobilitate, qualitate ædificij, & alijs de quibus infrà, etenim ex qualitate perſonæ, vel familiæ eadem res dicitur magis, vel minus præiudicialis ad *l. nouerint cum ibi notat per Salic. n. 1. & alios C. vt intra cert. temp. §. atrox vbi Aret. in princ. Inſtit. de in iur. gloſ. in c. 1. verb. officio, & ibi Abb. in fin. de cler. venat. Bald. conſ. 126. nu. 2. lib. 3. Imol. in c. cum quidam nu. 4. Felin. n. 5. de iur. iur. Tiraq. de pœnis cauſa 31. nu. 28. & ſeq.*

Altera circumſtantia ponderata per DD. fuit, quod iſtæ Moniales habent ab alio latere multa ædificia priuata, cum quibus poſſunt ampliare eorum Monaſterium, & licet aſſerant illa non eſſe ſibi ita opportuna, ſicut Palatium de Comitibus, & quod regulariter ſit in electione Eccleſiæ, vel Monaſterij conuertere ſe ad partem ſibi bene viſam, aliàs quilibet vicinus poſſet dicere, Eccleſia conuertere ad alium vicinum, & ſic priuilegium redderetur eluſorium, attamen in propoſito caſu DD. arbitrati ſunt, æquitatem velle, vt Mo-
13 niales cum aliquo eorum incommodo potius ſe conuertant ad illas priuatas domos, quam quod expellatur familia tantæ nobiltatis ab antiqua habitatione, quicquid dicendum foret ſi aliter non poſſet conſuli indigentiæ Monaſterij.

Fuit etiam per DD. conſideratum, quod iſtæ Moniales ſunt per multa ſæcula poſteriores in hoc loco
14 familiæ de Comitibus, quod in ſimili fuit deductum in prædicta *Neapolitana coram Illuſtriſſimo Lancellotto 28. Nouembris 1601. & 29. Aprilis 1602.* vndè ante acceſſum debuerunt cauere, an locus eſſet capax, aliàs ſi iſta materia ita indiſtinctè praticaretur daretur occaſio fraudibus, ſiquidem poſſent iſti agentes pro locis pijs, qui aliquando habent proprios affectus, emere domunculam prope aliquam bonam familiam, & incontinenti velle retrahere illius habitationem, quod certè eſſet nimis durum; Vndè omnibus ſimul iunctis, & nullum caput ſingulariter pro ſufficienti approbando, fuit concluſum Ducem de Comitibus in hoc caſu minimè eſſe cogendum vendere propriam habitationem Monialibus.

## DECISIO LXXVII.

## CORAM CARD. LANCELLOTTO.

Romana Domus.

22. *Iunij* 1611

### *SVMMARIVM.*

1 *Dictio, alijs, etiam iuncto ſigno vniuerſali importat ſimilitudinem.*
*Prælatio conceſſa per Bullam Pij Quinti, Domino cenſus omnibus alijs in venditione rei cenſuatæ intelligitur de alijs non habentibus ius potentius aut priuilegium prælationis.*
2 *Clauſulæ derogatoriæ, non ampliant præcedentē diſpoſitionem, ſed intelliguntur appoſitæ ad limites illius.*
3 *In omni re communi, ſocius, & conſors debet præferri cenſuario ratione conſortij, ſeu dominij.*
*Ius cenſuarij, quod competit ratione hypothecæ eſt debilius iure conſortij.*
4 *Cenſus non poteſt ſubſtineri in re propria ad ſui fauorem, nemo poteſt effici debitor ſui ipſius.*

FVit reſolutum Capitulum Sancti Petri eſſe præferendum Lelio Amoroſio cenſuario in venditione domus non obſtante prætenſione Amoroſij dicentis vigore cenſus in dicta domo ad ſui fauorem impoſiti ſe eſſe præferendum in venditione, iuxta formam con-

stitutionis Pij V. concedentis prælationem censuarijs,

Nam licet ibi adsint verba, quod D. census præferatur omnibus alijs, ponderata à *Boccac. de censib. par. 2. num. 43.* tamen quia sumus in materia restringibili propter præiudicium, quod affert DD. auferendo
2 ab illis liberam facultatem distribuendi res suas, dictio, alijs, etiam iuncto signo vniuersali importat similitudinem, vt intelligatur de omnibus alijs emptoribus non habentibus priuilegium prælationis, aut ius potentius, vt post alios allegatos deducit *Ruin. cons. 116. n. 17. lib. 2. Ceph. cons. 134. n. 2.*

Nec faciunt clausulæ generales, in dicta Bulla contentæ, quia notum est, quod derogatoriæ non ampliant
3 præcedentem dispositionem, sed intelliguntur opposite ad limites illius *iux. not. per Abb. in cap. cum nostris, col. fin. de concess. præbend. Calder. cons. 25. in fin. de præben. Felin. in c. non vult. de reseruat. Put. decis. 177. lib. 1.* & fuit decisum in causa Oriolen. decimarum 9. Iunij coram Orano.

Quibus accedunt tradita per *Nauar. in tracta. de vsur. quæst. 44. num. 127.* Quod in omni re communi
3 socius, & consors præferendus sit censuario ratione consortij, seu dominij, Ius autem censuarij, quod competit solum ratione hypothecæ est debilius, & ideo Bulla satis operatur, & satis priuilegiatur censuarium, præferendo illum omnibus alijs non habentibus potentius ius ex Statuto, consuetudine, vel aliunde, atque multum præiudicat DD. auferendo ab illis liberam facultatem vendendi rem suam, nec est interpretandum, vel ampliandum, vt præiudicet ei, cui potentius ius competit.

Quod tanto magis procedit in casu isto ex quo Ambrosius censum acquisiuit post factam sibi venditionem
4 domus de qua agitur, quod illi suffragari non debet, tum quia non potest sustineri census in re propria ad sui fauorem, tum etiam, quia efficeretur debitor sui ipsius contra omnes iuris regulas.

## DECISIO LXXIX.

## CORAM CARDINALI SACRATO,

Romana Census.

*Veneris die 8. Nouembris 1613.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi debitum est voluntarium, non compensatur cum legato facto à debitore creditori.*

2 *Debitum dicitur voluntarium, vbi trahit initium à voluntate hominis, licet ex post fiat necessarium.*

*Omnes contractus ab initio sunt voluntarij & post facto necessarij.*

3 *Lucrum dotis, an sit debitum necessarium, vel voluntarium.*

4 *Lucrum, seu quartum dotale debitum vigore Statuti Vrbis dicitur debitum voluntarium, & non debet compensari cum legato, non obstante decisione R. P. D. Caualerij, & alijs in contrarium allegatis.*

5 *Vxor debet habere dotem, & legatum, nisi specialiter pro dote legatum ei à marito factum fuerit.*

*Disposita in dote habent etiam locum in lucro dotis.*

DOmini fuerunt in voto, quod lucrum dotale, non esset computandum cum legato, sed vtrumque deberetur, moti fuerunt, quia lucrum dotale in proposito casu debet dici debitum voluntarium, quo ca-
1 su non esse locum compensationi admittunt omnes per *text. in l. Creditorem 87. ff. de legat. 2. Bart. in leg. si cum dotem §. si pater numer. 3. ff. sol. matr. Ias. in auth. præterea num. 18. in princ. C. vnde vir. & vxor. Roland. cons. 65. num. 19. cum plurib. seq. lib. 2. Decian. cons. 3. numer. 127. lib. 1. Capra cons. 143. lib. 3. latè Gomes var. resolut. tit. 1. cap. 12. numer. 27. cum plurib. relatis per Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 10. tit. 2. num. 2. & per Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 120. num. 7*

Quod autem sit debitum voluntarium, quod trahit initium à voluntate hominis, licet ex post facto fiat ne-
2 cessarium, vt sunt omnes contractus, vel quasi. *Bald. in l. si Vxor. num. 4. C. de bon. auct. Iud. possid. Pedem. decis. 167. num. 25. Mantic. vbi supra num. 4. Surd. consil. 196. num. 37.*

In proposito autem casu, videtur, quod istud lucrum dotale trahat suum initium à voluntate hominis, nam & si controuersia sit inter DD. an si Statutum mandet simpliciter soluto matrimonio solui quartam pro
3 lucro dotali, istud lucrum ad effectum de quo agitur, dicatur debitum necessarium, vel voluntarium, & quod dicatur necessarium tenent plurimi relati per *Card. Mantic. vbi supra num. 7. & 8.* cum tamen contrarium, quod sit voluntarium tenuerint *Roland. de lucro dotis: quæst. 86. num. 10. cum seq. & alijs relati per Surd. cons. 112. num. 64. & cons. 196. num. 36. & seq. & facit distinctio Ripa in l. si Insulam numer. 60. ff. de verb. obligatio.* veruntamen visum fuit DD. casum versari extra prædictam difficultatem, quia Statutum Vrbis *cap. 131. lib. 1.* non mandat simpliciter deberi ex mera legis auctoritate absque nullo facto hominis, vt considerant DD. tenentes opinionem, quod debitum sit necessarium, sed disponunt, quod pactum circa lucrum dotis super instrumentis, censeatur appositum, & stipulatum, nisi de partium voluntate sit remissum, & sic Statutum procedit per viam præsumptæ voluntatis contrahentium, non autem ex propria statuentium, auctoritate. Vndè in terminis huius Statuti Romani, quod non sit locus compensationi, tenuit *Rota in causa Romana donationis propter nuptias 1. Iulij 1577. coram bo. me. Blanch.* & licet in causa *Romana Legatorum, & vsus fructus 1. Iulij 1611. coram R. P. D. meo Canalerio*, Rota visa fuerit inclinare in contrariam sententiam attamen ibi non fuit disputatus articulus. Vndè nunc Rota residet in prima decisione coram bo. me. Blanchetto: quantum ad *Gabriel. cons. 16. num. 31. lib. 1.* quod loquitur in terminis statuti Vrbis, visum fuit DD. quod in effectu nihil firmet, & quatenus firmaret, non esse bonam illius opinionem, corroboratur ista opinio *ex text. in leg. 1. C. de iur. & vxor. act.* vbi disponitur, quod Vxor habeat dotem, & legatum, nisi specialiter, pro dote legatum ei fuerit à marito relictum; Rota autem sæpe, resoluit disposita in dote habere locum in lucro dotis, vt in causa *Romana dotis de Maximis 3. Martij 1606. coram R. P. D. Pamph. Romana lucri dotis 9. Ianuary & 2. & 3. Martij 1609. coram R. P. D. Decano, & in Romana dotis de cupis 9. Aprilis 1612. coram me.*

Coniecturæ, quod testatrix voluerit, fieri compensationem, visæ fuerunt satis leues, & benè sublatæ per informantes pro D. Io. Antonio legatario &c.

## DECISIO LXXX.

R.P.D. ORANO.

Romana Prætensæ deuolutionis domus.

*Veneris die 11. Decembris 1587.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi venditio est necessaria, non requiritur consensus Domini directi.*
*Neque debetur ei laudemium.*
*Nisi hæc causa necessaria haberet causam voluntariam anteriorem.*
2 *Vicinus monitus vigore Bullæ ab alio vicino ædificare volente ad tradendum rem sibi contiguam, potest post monitorium sibi præsentatum agnoscere bonam fidem, & vtile dominium, quod habet in domo vendere, etiam non expectata sententia,*
3 *De pari procedunt, quod quis coactus, vel metu coactionis faciat.*

RESolutum fuit ex venditione domus inrequisito Domino directo non esse factum locum declarationi caducitatis, quando enim venditio est necessaria, 1 non requiritur consensus Domini directi, late *Tiraq. de retract. consang. §. 2. glos. 14. num. 11. vers. & in exemplo* *tentæ Ceph. consil. 699. numer. 44. libr. 5.* prout nec soluetur ei laudemium, *Tiraq. ibidem num.* 10. nisi aliàs hæc causa necessaria haberet causam voluntariam anteriorem, *Tiraq. ibidem num.* 16. Cum igitur ex consti- 2 tutione Gregoriana de iure congrui, vicinus ædificare volens, possit cogere vicinum habentem domum sibi contiguam ad eam sibi tradendam, Reuerendissimus Marsicanus post monitorium sibi ad instantiam D. Amadori ad hunc effectum intimatum, potuit etiam non expectato consensu Domini Abbatis, & Conuentus Sanctæ Mariæ Nouæ agnoscendo bonam fidem vtile dominium, quod in Domo Amadori contigua habuit, vendere, nec fuit necessarium, quod expectaret sententiam, ex quo se vidit omninò, posse compelli, *l. nouissimè ff. quod fal. tutor. Auct. & ibi Bal.* de pari enim procedunt, quod quis coactus, vel metu coactionis faciat *Bald. in l. Creditor ff. de solut. Aret. cons. 87. numer. 2. circa med. consil. 690. numer.* 10. sed quia D. Amadorus ædificauit faciem aliquam domus immutauit, prædicta domo prius à directo dominio Ecclesiæ non exempta, neque pretio conuerso in emptionem aliorum bonorum stabilium placuit DD. videre, an incursa sit pœna caducitatis.

---

## DECISIO LXXXI.

R.P.D. COCCINO.

Romana Census scutor. 18. mill.

*Luna, 16. Iunij 1615.*

*SVMMARIVM.*

1 *Soluens bona fide liberatur.*
*Debitor ignorans mortem creditoris, si soluat illi, cui fuit mandatum, liberatur.*
2 *Solutio facta procuratori reuocato, ignorata reuocatione, valet.*
*Hæres cum beneficio soluens bona fide primo venientibus liberatur.*
3 *Soluens vigore alicuius ordinis facti ab eo qui illum facere tenebatur, dicitur bona fide, etiam si mandans esset in mala fide.*
4 *Liberatus à diligentia curandi versionem soluens iuxta formam pacti liberatur, nec teneretur inquirere, an causa sit vera, vel falsa.*
5 *Vbi non agitur de personis priuilegiatis soluens, non tenetur curare versionem.*
*Emptor rei Ecclesiasticæ non debet esse sollicitus de versione pretij.*
*Sed id non procedit, vbi venditio est facta pro soluendis debitis.*
6 *Cessante pacto, quod pretium alicuius rei conuertatur in solutionem alicuius debiti, potest illud solui liberè ei cui est conuentum.*
7 *Dote nurus legata filio exhæredato, hæres non cogitur illam soluere, nisi data cautione de illum seruando indemnem, si autem eam soluerit sine cautione, mulier in casibus in quibus de iure potest agere ad dotem, potest illam recuperare ab hærede, qui potest postea se reualere contra filium, cui dos legata fuit soluta.*
*Dic procedere, quando obligatio præcedit, quia tunc legatum dotis factum filio non tollit obligationem præcedentem, & ideo hæres ad eximendum se ab obligatione tenetur reportare cautionem.*
8 *Debitor tenetur soluere creditoribus descriptis in lista, sed si apparent creditores anteriores, illis soluere tenetur, & soluendo illis, vel istis liberatur, dummodo bona fide.*
9 *Vbi quis vendidit bona aliena, vel alteri pignorata Dominus rei, vel qui habebat bona pignorata, habet actionem primo loco contra bona, bonis autem non extantibus habet actionem in subsidium contra pretium.*
*Dic procedere, vbi aliter creditori non est succursum, etiam excusso principali debitore; & quod pretium retineatur ex causa lucratiua, non ex causa onerosa.*
10 *Vbi Papa transtulit hypothecas in pretium rerum venditarum, res venditæ transeunt in emptorem libera ab ea, & contra ea agi non potest.*
11 *In particularibus pretium non succedit loco rei, & numer. 12.*
12 *Debitor tenetur soluere creditoribus anterioribus, si eodem tempore compareant anteriores, & posteriores. Sed si non appareant vtrique, & soluat descriptis in lista, liberatur.*
13 *Nomen debitoris venit sub simplici appellatione bonorum.*
*Vbi actio directa competit creditori contra debitorem, creditori creditoris competit vtilis actio personalis.*
14 *Soluens posteriori creditori omissis anterioribus scienter ea postquam anteriores cœperunt agere dicitur in mala fide, & fingitur non esse solutum, & possunt creditores contra illum agere non obstante dicta solutione.*
*Ex hypotheca generali competit creditori actio super pecunijs debitoris, dum extat penes illarum debitorem.*

EX pretio Castri Numenti Excellentissimus D. Princeps Perettus tenebatur soluere summam scutorum trium millium, quæ in Schedula debitorum data per Vrsinos D. Principi fuit his verbis concepta, *Per pagare diuersi debiti della Casa scudi tre mila*, & cum dicta summa fuerit soluta Vrsinis venditoribus dubitatum fuit coram Reuerendissimo D. Bononien. 11. Martij 1611. an esset habenda ratio huius summæ ad fauorem D. Principis, & Rota affirmatiuè respondit, nam si d. summa fuerit soluta ipsismet Vrsinis fuit bene soluta, quia ita fuit conuentum inter partes, vt patet ex tenore schedulæ, & benè fuit deductum corã D. Bononien. ita vt hoc caput visum fuit Dominis carere omni prorsus difficultate, & quamuis vlterius prætendatur, quod dicta summa fuerit soluta pro creditis posterioribus Excellentissimo Domino Lothario de

Comitibus Duci Poli, attamen quatenus hoc esset verum non releuaret, cum Excellentissimus Dominus Princeps bona fide soluerit, & ideo fuit liberatus, *l. nomen debitoris, C. res, quæ pignor. oblig. poss. l. fin. §. & si præfatam. Vbi Bar. in princ. & Castren. num. 4. C. de iur. delibgr. & est bonus tex. in l. 1. ff. de distract. pignor.* hinc videmus, quod debitor ignorans mortem creditoris si soluat illi cui fuit mandatum liberatur, *l. inter causas §. si quis debitor, ff. mandat. §. item si adhuc vers. & huic simile est Instit. mandati Cardinalis Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. numer. 18.* hinc
2 etiam videmus, quod solutio facta procuratori reuocato ignorata reuocatione suffragatur, *l. eius qui in prouincia §. 1. ff. si cert. pet. l. inter causas §. si quis debitori, ff. mand. cum alijs per Card. Mant. d. lib. 7. tit. 26. num. 5.* hinc denique alijs omissis videmus, quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij, soluendo bona fide primo venientibus liberatur, *Rolan. cons. 14. nu. 20. lib. 1. Phanut. de inuent. par. 5. nu. 255. & seq.*

Quod autem Excellentissimus Domus Princeps bona fide soluerit satis paret cum Vrsini, sub fide magnatum, & cum iuramento asseruerint, non adesse alios creditores, nisi descriptos in lista, ex isto enim or-
3 dine D. Princeps errauit in facto, quare causatur bona fides, vt in terminis similis ordinis dicit *Rom. in cons. 123. nu. 2. vers. 1. quia videtur*, & hoc procedit etiam quod Vrsini fuissent in mala fide, quia sufficit ad effectum de quo agitur, quod Princeps esset in bona fide, *Signorol. cons. 222. nu. 2. in fin.* vbi dicit communem, & quod *glos. tenens contrarium in l. si duo, in princ. ff. vti possid.* communiter reprobatur.

Nec est verum, quod Excellentissimus D. Princeps tenebatur inquirere, an debitum esset verum, & cura-
4 re, vt creditoribus domus solueretur, nam vltra quod ex motu proprio liberatur ab huiusmodi diligentia soluens Vrsinis in illam causam etiam de iure satisfecit, *l. doli in fin. ff. de nouat. l. fin. ff. de exercitor. Molina de primog. Hispan. lib. 4. cap. 4. numer. 22.* & propterea non tenebatur inquirere, an adessent dicti creditores, quia sicuti circumscripto pacto potuisset simpliciter soluere Vrsinis, ita stante tali pacto sufficit, quod soluerit Vrsinis in illam causam, absque eo, quod videret, an esset vera, vel falsa, *ex d. l. doli in fin. cum alijs supra allegatis, & bene Bart. in l. fin. num. 2. vers. oppono, & videtur, ff. de exercitor. act.*
5 Neque tenebatur curare aliam versionem ex quo non agitur de personis priuilegiatis, *Bar. in d. l. fin. numer. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 13. numer. 14.* imò emptor rei Ecclesiasticæ regulariter non debet esse sollicitus de versione Decij, *Dec. cons. 36. numer. 8. vers.* Tertio principaliter, vbi de magis communi *Surd. cons. 156. numer. 9. Seraph. decis. 366. numer. 1.* & licet secus sit, quando res Ecclesiæ alienantur pro debitis soluendis, *Bart. in Auth. hoc ius porrectum numer. 7. C. de sacrosanct. Ecclesi.* vbi enumerat alios, *Seraph. dicta decis. 366. numer. 3.* attamen vltra quod hic non agitur de Ecclesia, ne-
6 que de alia persona priuilegiata, satis est, quod per Vrsinos fuit conuentum, quod ipsis soluerentur dicta scuta tria millia, prout supra dictum est, & bene fuit firmatum in *d. decision. coram Illustrissimo D. Bononien* ad effectum, quod Excellentissimus D. Princeps nihil aliud facere teneretur, cum potuisset etiam simpliciter ipsismet Vrsinis soluere cessante pacto, vt iam dictum est ex *Bar. & alijs.*

Neque est verum, quod hypotheca fuerit translata super pretio soluendo creditoribus, & ideo D. Princeps si volebat beneficio dictæ translationis, tenebatur custodire dictum pretium reportando cautionem de restituendo prioribus & potioribus, quã cum non reportauerit D. Dux potest agere contra ipsum D. Principem, qui tamen poterit se reuelare contra illos, quibus soluit, *ex l. pater dotem, & in princ. & in §. cum patrui filius, vers. si fortè per errorem, ff. de dot. prelegat.*
7 vbi dote nurus legata filio exhæredato hæres non cogitur illam soluere, nisi data cautione de indemnitem illum seruando, si autem non receperit cautionem, mulier in casibus in quibus de iure constante matrimonio, potest agere ad dotem, vt aduertit *Bart. ibidem numer. 1. in fin.* potest ipsam dotem recuperare ab hærede, qui postea potest se reualere contra filium cui dos legata fuit soluta. Nam est aduertendum, quod ille textus licet subtiliter inductus, non applicatur ad casum nostrum, procedit enim quando obligatio precedit, quia tunc legatum dotis factum filio, non tollit obligationem præcedentem, quare hæres ad eximendum se ab obligatione tenebatur reportare cautionem; sed in casu nostro non est verum in facto, quod hypotheca fuerit translata super pretio soluendo creditoribus, hoc enim in motu proprio non legitur, & ideò ex hoc capite nulla potest oriri obligatio D. Principis, sed tantum erat obligatus soluere descriptis in lista, & si apparent creditores anteriores, tenebatur illis soluere, quare sufficit, quod hodiè ostendat se soluisse descriptis in lista, & anterioribus, qui superuenerunt prout ostenditur. Nam hoc ostenso est extincta eius obligatio, quia in plus non se obligauit, & ideò superueniente casu, quo solutio bona fieri fuerit facta posterioribus D. Ducis descriptis, tamen in lista obligatio D. Principis non potest reuiuiscere *l. qui res §. aream ff. de solut. leg. eius qui in fin. ff. de iur. fisci. Tiraq. in l. si vnquam in vers. suscepit liberos num. 191. in fin. C. de reuocat. donat.* qui non est casus dictæ l. pater dotem, nam per solutionem factam filio exhæredato, non fuit extincta actio, quam habebat mulier, vt considerat *Odofred. ibidem n. 2.*

Denique non est verum, quod in omnem euentum D. Duci competat actio in subsidium aduersus D. Principem ex *l. mater. C. de rei vendicat. vbi Bart. num. 4. vers. item quæro*, nam dispositio dictæ legis non applicatur, procedit enim quando quis vendicit bona aliena, vel alteri pignorata, quia idem est, vt dicit *Bald. ibidem num. 14. & in l. 1. post princ. ff. de distract. pign.* tunc enim domus rei, vel qui habebat bona pignorata habet actionem contra bona primo loco; ipsis
9 vero non extantibus habet actionem in subsidium contra pretium *l. 1. C. de reb. alien. non alien. vbi glos. fin. in verb. videbit. glos. fin. in l. 1. vers. & ideò pretium pignorum, ff. de distract. pignor.* quam conclusionem intelligunt DD. duobus concurrentibus, scilicet quod aliter non sit succursum creditori etiam excusso principali debitore, & quod pretium retineatur ex causa lucratiua non ex causa onerosa *Bar. in l. 1. & 2. Salicet. num. 2 ff. de distract. pignor. Bald. in d. l. Mater numer. 12. & seqq. Bar. num. 7. Castren. numer 6. vers. in gloss. C. de rei vend. bene Alex. in cons. 108. num. 9. & 10. lib. 5.* quia ita declarat textus in *d. l. Mater & alia iura*, & propterea non applicatur textus in *d. l. mater*, quia procederet si D. Dux vellet agere contra illos, quibus D. Princeps soluit, non autem contra ipsum D. Principem apud quem non potuit remanere aliqua pars pecuniarum cum ipsasmet pecunias soluerit, & licet apud ipsum remanserint bona, attamen illa sunt libera ab hypotheca stante translatione dictæ hypothecæ facta per Papam, & ideo Castrum Neumenti, & eius bona empta non possunt molestari cum illa non fiut pretium pecuniarum, vt contra illud in subsidium agi possit, sed pecuniæ solutæ creditoribus fuere pretium bonorum, contra quod pretium D. Dux iura sua experiri poterit, cum stante translatione hypothecæ non possit se reualere contra pignus, scilicet contra Numentum. & eius bona hypothecata.

Non

Non obstat, quod Princeps tenebatur soluere ante rioribus, vt fuit bis resolutum in hac causa ad instantiam D. Principis coram Illustrissimo D. Cardinali Millino, & quatenus dictæ decisiones non subsistant tenebatur soluere descriptis in lista, quia Creditores non descripti nihil prætendere poterant cum in particularibus pretium non succedat loco rei, *Alex.*
11 *consil.58. numer.13. versic. vndè licet habeatur, lib.2. Negus. de pign. in 2. membr. secunda partis numer.149. Castr. cons.326. nu.2. lib.2.* non inquam obstat hoc fundamentum.

Nam dum dicitur solutiones debuisse fieri anterioribus vt in decisionibus Illustrissimi Cardinalis Mellini, hoc est verum si in concursum apparuissent an-
12 teriores, & posteriores, vt ex mox dicendis apparebit, sed cum non apparuerint, & D. Princeps bona fide soluerit vtique satisfecit suæ obligationi, vt supra dictum, & ita sunt intelligendæ præfatæ decisiones, dum vero dicitur quod tenebatur soluere descriptis in lista cum pretium in particularibus non succedat loco rei, quiquid sit an in hoc casu versemur in particolaribus, sat responsum, quod quatenus versaremur in particularibus obiectum non applicaretur. Nam cum Princeps fuisset effectus nomen debitoris Vrsinorum veniebat sub tali hypotheca ex qua nomen debitoris venit sub simplici appellatione bonorum, *l. nomen C. quares pignor. oblig. poss. l. bonorum §. vlti. ff. de verb. signific. Bald. in cons. 234. in princ. lib.2.* quare competebat ipsis creditoribus actio vtilis personalis aduersus Principem quærerat directa penes Vrsinos *l. nomen ibi vtilibet secundum primam lecturam glos. C. quares pign. oblig. poss. & ibi Bart. num.4. Cald. num.1. Salic. num.3. cum alijs per Sard. cons.4. num.*33. quare si Princeps soluisset posterioribus omissis anterioribus fuisset in mala fide, cum sciret pecunias ad alium pertinere, *cap. si diligenti, & cap. finali, vbi DD. de præscript. & in puncto Sard. d. consil. 4. num. 45.* & ideò dolo desijsse possidere diceretur, quo casu fingeretur non esse solutum, ideo creditores potuissent agere contra ipsum, *Ias. in l. rogati, §. fin. num. 5. ff. si cert. pet. Bar. in l. pupillus, ff. de bis qua in fraud. cred. Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de oblig. & solut. in rubr. vers. ex quo videmus,* cum ex ipsa obligatione generali competeret hypothecata creditoribus super pecunijs dum extabant penes D. Principem. *Castr. consil.108. incip. circa qua, num.3. versic. tertio principaliter, lib.1. Bald. in cons. 360. in princip. & si Publicanus lib. 1.* & cum comparuissent illi fi anterioribus non soluissent, poterant ab illis molestari, *Castr. in l. fin. §. & si præfatam num 4. C. de iur. delib. & fuit dictum in hac causa 26. Nouembris 1601. coram Illustrissimo Domino meo Cardinali Mellino.* Ad alia bene facit decisio D. Bononien. cum qua transierunt Domini, &c.

## DECISIO LXXXII.
### CORAM CARD. MILLINO.

Romana Censuum.

*Veneris die 23. Iulij 1600.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi contractus est voluntarius non debet probari versio in causam expressam.*
2 *Versio autem probatur, vbi probatur extinctus census, vel debitum Ecclesiæ, & vbi per multos annos numquam fuerunt petiti fructus aliorum censuum pro quibus extinguendis pecunia capta fuerunt.*
3 *Versio probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*
*Præsertim si solutio est facta ipsi Capitulo.*
4 *Nullitas contractus facti cum Ecclesia habet locum solum volente Eccsia.*
*Et donec Ecclesia declaret velle dictum contractum, impugnare is dicitur habere implicitum statum validitatis.*
*Et si declaret velle cum esse nullum talis declaratio non retrotrabitur ad tempus contractus tuti.*

Placuit Dominis decisio alias facta in hac causa R. P. D. Penia, quod Capitulum teneatur ad restitutionem pretij, quia cum contractus fuerint initi ex causa voluntaria, non est necessaria probatio versionis in causam expressam, iuxta eam distinctionem, quam Rota sequuta fuit in causa *Romana Domus de Piccionibus coram Decano, in Auximana Bonorum, & in Anconitana Ferrarum coram R. P. D. Seraphino, & in Romana Census coram bon. mem. Bubalo.* & si probatio versionis esset necessaria, respectu census scutorum septuaginta trium est clara, quia probatur concludenter extinctio census Firmani, respectu verò aliorum censuum
2 est multum verisimilis, cum per spatium tanti temporis numquam fuerint petiti à capitulo fructus illorum censuum, & abeo per spacium viginti octo annorum, ante motam litem fuerint soluti fructus scutorum centum quinquaginta illorum censuum & probetur extinctio alterius census maioris summæ: versio enim pro-
3 batur præsumptionibus, & coniecturis, *Bart. & aly in l. Ciuitas, ff. si cert. petat.* præsertim quando solutio est facta Capitulo, & quæstio est solum de restitutione pretij, per *Gloss. in Auther. hoc ius porrectum in verbo probet, & ibi Bar. num.17. C. de sacr. sanct. Eccl.*

Non obstante nullitate præcedentium contractuum ex defectu solemnitatis non adhibitæ in impositione censuum, pro quorum extinctione fuerunt creati isti noui, isti posteriores contractus non fuerunt vtiles Capitulo. Quia ista nullitas habebat locum volente Capi-
4 tulo. *Put. decis. 310. lib.1.* Et tunc non fuerat ab eo declaratum, & ideo cum isti contractus de eo tempore haberent implicitum statum validitatis, & capitulum sustineret onus soluendi fructus, neque vellet declarare nullitatem, quæ etiam fortassè non erat valde vtile ei fuit per reductionem ad minorem summam exinere se a solutione maioris summæ. Et licèt postea Capitulum opposuerit de nullitate præcedentis impositionis, tamen ista oppositio non potest retrotrahi in præiudicium contractuum antea initorum ad effectum ostendendi eorum nullitatem de tempore impositionis, & damnum, non vtilitatem illorum posteriorum, quia sufficit ad istum effectum, quod voluerit Capitulum habere illos contractus pro validis, & se liberare à solutione maioris summæ.

## DECISIO LXXXIII.
### R.P.D. PENIA.

Romana Censuum.

*Veneris die 18. Iunij 1599.*

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non debet locupletari cum aliena iactura.*
*Et vti cultrix iustitiæ non debet alicui præiudicare.*
2 *Vbi fit conditio, vel alienatio rei Ecclesiæ, aut minoris pro soluendo ære alieno, emptor debet esse sollicitus, quod pretium conuertatur in solutionem æris alieni,*
*propter*

*propter quod venditio fuit facta, vbi autem venditio*
*facta fuit ex causa voluntaria propter Ecclesiæ vtili-*
*tatem, emptor rei Ecclesiæ, vel minoris non tenetur*
*probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, vel*
*minoris.*
3 *Emptor autem, si prætendatur venditio nulla, vbi pre-*
*tium Canonicis, vel Capitulo vti vniuersis, & collegia-*
*liter est solutum ab Ecclesia repeti debat, si autem vti*
*singulis, ab illis repeti debet.*

PRæsupposita Decisione in hac causa facta die octa-
ua Iunij anni præteriti 1598. per quam Capitulum,
& Canonici Sancti Celsi Iuliani obtinuerunt declarari
census, de quibus agebatur, fuisse inualidos, ex eo, quia
nec de solemnitate, nec de iusta causa impositionis
constabat in hac propositione ad instantiam Iuliani de
Romulis. Dubitaui an prædictum Capitulum, & Cano-
nici tenerentur restituere sortem principalem, & vtra-
que parte informante Rota ad eam restituendam tene-
1 ti censuit, quia stante nullitate contractus, non erat
æquum Ecclesiam locupletari cum aliena iactura, *gloss.*
*in l. iubemus la seconda, §. sanc. in verb. acquirantur, ff.*
*sacrosanct. Eccles. gloss. in cap. ad audientiam, in verbo ad*
*effugiendum, de rebus Eccles. non alienan.* Cum enim
Ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiu-
dicare, *cap. per tuas, de donat. gloss. in cap. 2. de integr. re-*
*stitut.* Quod tunc in primis habet locum, quando locu-
pletior facta esset, *cap. si quis presbyterorum, de rebus*
*Eccles. non alienan. in fine.*

Quoniam vero informantes pro Ecclesia sancti Cel-
si, & Iuliani, prætendebant non aliter eam teneri ad
pretij prædictorum censuum restitutionem, nisi Domi-
nus Iulianus de Romulis, qui illud sibi restitui præten-
debat, probaret illum fuisse conuersum in Ecclesiæ vti-
litatem, *Couarru. variar. resolution. lib. 2. cap. 17. num. 3.*
propterea Domini ad hanc difficultatem diluendam
distinguebant duos casus, sicut alias distinxit *Rota in*
*Romana Census die 23. Ianuarij 1591. coram bo. me.*
*Marcello Bubalo.*

2 Primus casus est, quando fit venditio, vel alienatio
rei Ecclesiæ, aut minoris ex causa necessaria, pro sol-
uendo ære alieno, & tunc emptor sollicitus esse debet,
quod pretium conuertatur in solutionem æris alieni,
propter quod fuit facta venditio. *Innocent. in cap. 2. nu.*
2. vbi communiter Canonistæ *de depos. Abb. & alij in*
*cap. quod quibusdam de fideiuss. Couarru. lib. 2. variar. re-*
*solut. cap. 17. num. 3.*

Alter casus erat, quando venditio facta erat, non ex causa necessaria, sed voluntaria propter Ecclesiæ vtilitatem, quo casu emptor rei Ecclesiæ, vel minoris non tenetur probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris, *Dec. consil. 36. num. 8. circa fin. & cons. 230. n. 2. Crot. cons. 4. nu. 6. lib. 1.*

In proposita facti specie pronunciatum est locum fuisse secundo casui, quia Capitulum S. Celsi, & Iuliani ex causa voluntaria propter Ecclesiæ vtilitatem census imposuerat, acceperat enim pecunias ad censum ad rationem septem pro centenario, vt extingueret alios census ad rationem octo, & decem, & consequenter Iulianus de Romulis, iuxta regulam in secundo casu constitutam non tenebatur probare pretium fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ.

Nec præfatis obstat, quod esse agendum contra hæ-
redes Canonicorum, qui imposuerunt census, non au-
3 tem contra Ecclesiam; nam respondebatur id esse ve-
rum, si solutio fuisset facta Canonicis tanquam singu-
lis, secus autem si tanquam Vniuersis, & Collegio; quia
tunc restitutioni est locus non probata versione, iuxta
prædictam distinctionem, *gloss. in auth. hoc ius porre-*
*ctum in verbo probet, vbi Bar. num. 17. C. de sacrosan.*
*Eccles. idem Bart. in l. Ciuitas num. 7. ff. si cert. pet. vbi*
*Alex. numer. 11. Ruin. consil. 68. numer. 7. lib. 1.*
Et ita &c.

# DECISIO LXXXIV.

## CORAM R. P. D. ORANO.

Romana Exequutionis obligationis Cameralis.

*Veneris die 2. Aprilis 1593.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum non admittit, nisi exceptiones solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis.*
*Defectus, vel error causæ propter quam prætenditur obligationem instrumento fuisse adiectam, vt impediat illius exequutionem, debet esse euidens, & clarus.*
*Et debet versari circa causam finalem ipsius obligationis.*
*Et debet esse talis, quæ si fuisset vera induxisset ad ita disponendum, vel si perspecta fuisset eius falsitas, aut error obligantem non disposuisset ad eo modo, vel sub illa forma se obligandum.*
2 *Enormissima læsio retardat obligationem Cameralem, si vlteriorem indaginem non requirat.*
3 *Legitima filiorum debet de bonis fideicommissi subiectis per patrem detrahi.*
*Et debita fideicommittentis.*
*Et legata ab eo facta.*
*Causa finalis dicitur ea propter quam quis aliquid facit.*
4 *Error, siue falsitas causæ, & læsio inspicienda est non tantum habita ratione ad vnum est gestis in instrumento, sed ad vniuersum corpus, vbi est indiuiduum.*
*Vbi plurium rerum coaceruatio occurrit in donatione fit compensatio de vna ad aliam.*
*Et si deceptio apparet in vna earum per pretium aliarum suppletur.*
5 *Actum intelligi de eo de quo apparet partes habuisse scientiam, vel intelligere voluisse.*
*Amplatiue censetur aliquid dictum vbi est apposita dictio Etiam.*
6 *Emptio non implementi obstat etiam in obligatione Camerali, sed non habet locum talis exceptio, vbi non constat illud aliquid non impleuisse, ad quod teneretur.*
7 *Reseruatio consensum Domini directi non operatur, vt reseruans videatur illum impetrare voluisse, sed solum saluat contractum à caducitate, quatenus Dominus directus noluisset consensum dare.*
*Aliud est reseruare aliud factum promittere.*

PRoducto pro parte Illustrissimi D. Cardinalis Sfortiæ instrumento obligatione Camerali vallato, ac in vim facultatis A. C. mihi delegatæ eius executione petita, cum illud e contrario sub prætextu erroris, & enormissimæ læsionis in dubium reuocaretur, dedi dubium an esse exequendum, & DD. die 29. Martij primum in contumaciam agentium pro Excellentissimo D. Duce, & deinde die Veneris 2. Aprilis vtraque parte informante, vnanimiter affirmatiuè responderunt, qui cum sit clarum, & liquidum, ac cum interuentu proximiorum Excellentissimi D. Ducis Sfortiæ minoris, & decreti Iudicis celebratum non admittit exceptionem, nisi solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis, *Bar. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam. Cassad. dec. vnic. de mut. petit. Gallesi. de obligat. Cumer. par. 4. quæst. 1. in prin.* Defectus autem, vel error causæ, propter quam prætenditur obligationem instrumento fuisse adiectam,

adiectam, vt impediat illius exequutionem, necessum est, vt sit euidens, *Alex. in l. qui Romæ, §. fratres, numer. 54. de verb. obligat.* & quod vertetur circa causam finalem obligationis, *Bar. in l. demonstratio falsa §. quod autem num. 12. & ibi Imol. col. 3. verf. item adde circa id, Soccin. nu. 4. & seq. de condit. & demonstrat. Corn. conf. 309. num. 4. lib. 1.* & talis sit, quæ si fuisset vera, induxisset ad ita disponendum, vel si perspecta fuisset eius falsitas, aut error, obligantem non disposuisset ad eo modo, vel sub illa forma se obligandum, *Fulg. in l. si cum te nu. 4. & ibi Castren. num. 3. de pact. Socin. conf. 159. num. 22. lib. 2.* Non secus, ac enormissima læsio, quæ ita demum
2 obligationem Cameralem retardat, si altiorem indaginem non requirat; *Galles. de obligat. Camer. par. 4. quæst. 1. num. 17. Anton. de Canara in tractat. de exequution. instrum. quæst. 51. & seq. Anton. Augustin. tit. de iur. iur. & de obligat. in form. Camer. nu. 4.* Vndè cum Excellentissimus D. Dux propter donationem irreuocabilem inter viuos sibi per Illustrissimum D. Cardinalem in d. instrumento factam, de omnibus Castris, bonis, iuribus, & actionibus, quas in statu Lombardiæ habet, reseruatis tantummodo iurisdictione Castrorum, & in præfatis bonis vsumfructu, sua vita durante, bonis mobilibus, & facultate quomodo libet disponendi de bonis donatis vsquæ ad summam dumtaxat scutorum quinquagintamillium vicissim eidem D. Cardinali promiserit liberè soluere decemmillia scuta, nec non decemmillia alia pro pretio Datij Longæ Padi & Turricellarum, quoad proprietatem, & vsumfructum, sibi cessi, & alia decem milla approbando alienationes per eundem ad summam scut. 50000. similium factas, prout in instrumento desuper confecto habetur, non potest talem errorem, & in consequentiam defectum consensus prętexere, per quem remorari valeat obligationis, Cameralis exequutionem, Nam quamuis admittatur D. Ducem post obitum D. Cardinalis ad bona per q. Cardinalem de S. Floræ suis fratribus, ex quorum numero fuit Comes S. Floræ pares d. Cardinalis, & eorum descentibus masculis donata per fideicommissum vocatum, ideoque probabiliter prima facie quod errorem videi inductum ad promittendum decem milla scuta stante assertione, & causa præmissis, nempè quod Illustrissimus D. Cardinalis post suum ab hæc vita discessum sibi donabat bona huiusmodi, credendo ea ad eiusdem liberam dispositionem pertinere: cum tamen ipso mortuo ad se vigore donationis à Cardinali Sanctæ Floræ emanatæ peruentura essent, nihilominus quia in hac donatione & cessione per Illustrissimum D. Cardinalem D. Duci facta, nedum comprehensa fuerunt bona in donatione Cardinalis Senioris q. Comiti S. Floræ assignata, & aliundè per eundem D. Comitem post modum acquisita, in quibus omnibus sibi vti filio, non obstante quauis prohibitione, etiam in præmissa donatione expressa, quæ in effectu reciprocum actum inter fratres continet legitimæ detractionis, beneficium competebat, vt fuit aliàs decisum coram Reuerendissimo P. D. meo Decano in illa *Portuen. Bonorum de Columna*, verum etiam Dos Materna, & altera Excellentissime D. Ducissæ Sorę Sororis suæ germanę testamento per communem parentem relicta, & propter æs alienum ab eodemque D. Comite contractum diuersa legata de suo creditoribus & legatarijs respectiuè soluta, quæ omnia, vt notum est, fideicommissum minuebant, pariterque renunciatio spei fideicommissi in bonis Illustrissimi D. Pauli Sfortiæ sui patrui iam ætatis peractæ, & remissio alterius fideicommissi in bonis paternis pro se, & suis heredibus, & cessione iurium suæ sororis, & eius descendentium in testamento paterno sustitutorum: & ad ea vocatorum in euentum, quod post D. Cardinalem, D. Dux sinè descendentibus legitimis masculis eidem, vel eius descendentibus præcederæ: Ac denique ius, quod super Sanctæ Floræ ratione primogenituræ prętendere poterat fateri oportet, horum æstimationem altiorem indaginem requirere, per quam dignosci posit, an error prætensus versetur circa Causam finalem dictæ promissionis, quod aliter eam fuisset facturus, *Bart. in l. 1. num. 6. ff. de donat. Alex. in l. dedi l. 2. num. 8. ff. de cond. dat.* Etenim, error, siue falsitas causæ, vt etiam læsio inspicienda est, non tantum habita ratione ad bona per Cardinalem Sanctæ Floræ donata, sed etiam aliundè ad Illustrissimum D. Cardinalem peruenta, & postmodum D. Ducissæ cessa, atque ita non vna ex præmissis rebus donatis, sed vniuersum corpus, quod est indiuiduum, est attendendum. Pręsertim cum non sit inconueniens, quod plurium rerum in donatione coaceruatio occurrit, fiat compensatio vnius ad aliam, *l. si duorum, §. sed rectius, de action. empt.* Et si deceptio appareat in vna earum, per pretium aliarum suppleatur, *Bald. in l. vlt. §. præterea num. 4. C. de iur. dot. & conf. 91. in fin. lib. 2.* Quem sequitur *Aret. in l. siuè debemus, num. 5. ff. de verb. obligat. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. glos. 1. num. 17.* idque eo magis, quia in donatione, & cessione prædictorum bonorum fuit facta mentio fideicommissorum super ijs impositorum, vt patet, quando dictus Cardinalis exposuit se huiusmodi cessionem facere pro augumento fideicommissorum, & primogenituræ ad fauorem D. Ducis, tum etiam quando pro parte D. Ducis promissio interuenit, per quam declaratum fuit, quod in euentum deficientis suæ lineæ masculinæ, legitimæ, & naturalis fideicommissi, diuisioni, inuestituris, & primogenituræ Illustrissimæ Domus Sfortiæ, non censeatur præiudicatum. Nam cum non appareat introducta fuisse in domo Sfortia, alia fideicommissa, quam illa, de quibus in donatione Cardinalis senioris, & D. Comitis Sanctæ Florę, de illis intelligi debet fuisse actuum, *argum. l. fundus qui locatus, & ibi glos. ff. de fund. instr.*

Non obstat, quod prętendatur Illustrissimum D. Cardinalem dixisse, se donare legitimam, & Trebellianicam D. Duci, & in eius recompensa acceptasse promissionem summarum, de quibus in instrumento, cum tamen Trebellianicæ detractio, tam in bonis ex donatione Cardinalis senioris sibi quæsitis, quam etiam parentis esset prohibita, quia fuit responsum D. Cardinalem, in cessione facta D. Duci non asseruisse, sibi debitam in dictis bonis aliquam Trebellianicam, sed tantumodo ad impugnandam cessionem dixisse, quod cedebat omnia iura sibi competentia etiam occasione legitimæ, & trebellianicæ, adeoque ampliatiue loquutus est *l. etiam de verb. sign. cum vulg.*

Nec refragatur, quod exceptio non implementi obstet obligationi Camerali, ità quod ex instrumento exequutiuo non posit agere, quia pro parte sua instrumentum non seruaiit *iux. l. Iulian. §. offerri de act. empt.* quia non constat Illustrissimum D. Cardinalem promisisse, aut se obligasse ad aliquod factum, quod per eum non fuerit adimpletum: licet enim in cessione Castrorum, & iurium feudalium reseruauerit consensum directi dominij, tamen per hoc ad il-
7 lius impetrationem non se restrinxit, sed tantumodo reseruauit contractum à caducitate, quatenus scilicet directus D. noluisset assensum dare, *Ias. l. fin. 144. C. de iur. emphy.* & aliud est reseruare, & aliud factum promittere, vt bene hic per informantes.

DECI-

## DECISIO LXXXV.

R.P.D. ORANO.

Romana Alimentorum dè Melchiorijs;
*Veneris die 28. Februarij 1599.*

*SVMMARIVM.*

1 *Forma dat esse rei.*
*Si forma præscripta à statuto, vel lege non fuerit obseruata corruit actus indè sequutus.*
2 *Vbi in productione articulorum, seu positiouum, non est seruata forma tradita à statuto, non potest exhibens se fundare super responsione illis facta per aliam partem.*
*Articuli, seu positiones vigore statuti Vrbis censentur admissi cum clausula salua iure impertinentium.*
*Et non seruata à statuto præscripta vigore dictæ clausulæ habentur pro non admissis.*
3 *Et confessio eius, qui illis respondere non tenebatur, non præiudicat.*
*Et habet locum etiam si reus aduersus admissionem illorum non fuerit protestatus.*
4 *Responsio articulis facta non præiudicat, vbi non potuit respondens videre prius articulos.*

IN Causa Romana alimentorum præsuppositum fuit sine veri præiudicio actorem in exhibitione positiorum, seu articulorum formam Statuti Vrbis *c. 68. lib. 1.* non seruasse, Cuius causa quæsitum fuit præsupposita illarum admissione, cum clausula, si & in quantum, ac alio Statuto *c. 20. lib. 1.* An responsiones ad eas per reum factæ sibi præiudicauerint. Maior pars DD. fuit in voto negatiuo, Qua forma est, quæ dat esse rei; Vndè si a lege, vel Statuto præscripta non fuerit obser-
1 uata corruit actus indè sequutus, *l. cum hi §. si Prætor, vbi Ias. 1. notab. ff. de transact. l. Iulianus, §. sed & si quis num. 4. C. de iur. & fact. ignorat. cum vulg.* Cum igitur forma Statuti Vrbis mandantis per actorem positiones, seu articulos dispositiuè, & ponendo conceptas
2 medio iuramento parte ad id citata exhiberi, non fuerit seruata, sequitur responsiones ad eas factas reo non præiudicare, maximè cum non dum Iudex illas admiserit cum clausula si & inquantum, sed etiam Statutum 20. *de lib. 1.* velit illarum admissionem intelligi factam cum præseruatiua saluo iure impertinentium, quæ quidem ille est effectus, vt cum aliter non fuerint admittendæ, nisi seruatis præscriptis à Statuto, habeantur pro non admissis, *Io. And. Abb. & alij in c. cum contingat, de offic. delegat. Bald. in l. fin. in fin. C. qui legit. person. Alex. cons. 166. num. 6. vol. 6. & post alys Pedemon. dec. 5. num. 9. & sequent. in terminis Riminal. Senior. cons. 596. num. 9. cum sequen. vol. 3.* Et Confessio eius, qui ad
3 illas respondere non præiudicet, *Curt. in l. cum & Iudices §. quod obseruari, num. 41. C. de iuram. calum. Grat. cons. 75. num. 17. lib. 1. cum alleg.* Nihil autem interest, quod aduersus eas, tanquam informes reus non fuerit protestatus, Quia Clausula saluo iure impertinentium posita in decreto Iudicis, ex altero Statuto idem operatur, atque si reus fuisset protestatus factum enim Iudicis, reputatur factum partis, *Riminal. cons. 596. in fin.* Secundo quoniam ita demum responsio facta nulla
4 præuia protestatione reo præiudicaret si sciuisset positione, & articulos fuisse conceptos non seruata forma Statuti, & ita procedit decisio de *sequestr. possess. & fruct. in nou. cum allegat.* sed quando respondens illas non vidit, seù etiam à Statuto earum inspectio illi interdicta est, vt est casus Statuti Vrbis haud potest sibi imputari si protestationem non interposuit, ita *Riminald. d. cons. 596. num. 12. in fine.*

## DECISIO LXXXVI.

R.P.D. IVSTO.

Romana Pecuniaria de Luraghis;
*Lunæ 26. Nouembris 1607.*

*SVMMARIVM.*

1 *Datio in solutum, extinguit omnia iura.*
2 *Et facit recedi à priori contractu.*
*Sed vbi bona data in solutum fuerunt euicta, vel auocata, & non durauit assignatio, vti facta cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, & sic sub conditione datur creditori vtilis actio, saltem ex æquitate.*
3 *Vbi dantur pecunia, vel aliud in solutum cum cautione, vel obligatione, vel obligatione de restituendo prioribus, & potioribus dicitur dicta datio facta reuocabiliter.*
*Et talis assignatio habetur, ac si non esset facta iuri, talis assignatio fiat à parte, siue à Iudice.*
*Factum Iudicis in huiusmodi assignationibus, est factum partis, & idem operatur.*
4 *Et vbi recipiens reseruauit sibi redeundi ad priora iura in casum restitutionis habitorum sine dubio præmissa procedunt.*
*Et talis reseruatio suffragatur, etiam si non sit in decreto Iudicis.*

CArdinalis de Como bo. me. in discussione bonorum de Luraghis recepit in solutum sui crediti res, & bona sibi assignatione in forma Cameræ de restituendo prioribus, & potioribus, insurrexerunt Congregatio Lateranensis, & alij priores, & potiores creditores petentes ab hæredibus d. Cardinalis restitutionem in vim prædictæ obligationis.

At hæredes obijciebant eorundem creditorum extincta fuisse iura primeua, & actiones per dationem in
1 solutum Casalis Capicottæ, *l. elegauter ff. de pign. act. & ibi Bart. & DD. l. si aliam, ff. de solut. Bart. Bald. & Sa yc. in l. libera, C. de sent. & interloc. omn. Iud. Afflict. decis. 335. in tertio dubio, Aret. cons. 160. in 4. dub. Castren. in l. quæres, §. rem autem vers. Iudic. & vers. iste autem textus, ff. de solut.* Quia per dationem in solutum receditur
2 à priori contractu, *Bart. in d. l. elegauter num. 1. vers. sed contra hoc oppono Bald. col. 1. vers. sed responde, Castren. num. 6. vers. est ergo alia ratio, Alber. in d. l. libera num. 2. vers. fallit, vbi res data est pro pecunia.*

Quibus non obstantibus contraria opinio placuit DD. in hoc casu, Quia data in solutum eodem ordine
3 auocata, vel euicta à prædictis Creditoribus, qui semper subiacuerunt periculo restitutionis Vndè non durauit assignatio, quæ non fuit propria solutio, sed quædam solutio sub tacita conditione, *glos. in l. prima in verbo obtuleris, C. si antiq. cred. pign.* Et id circo datur Creditori antiqua actio saltem vtilis ex equitate, *Ian. decis. 118. Put. decis. 450. lib. 1. & fuit resolutum coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio in causa Romana Anterioris 23. Iunij 1603. & tradidit Surd. decis. 266.* & sic Rota sequuta est opinionem, *Speculat. de fideiuss. num. 25.* quæ non impugnat, sed limitat communem opinionem de qua in *d. l. Elegauter.* cum allegatis scilicet, vt non procedat in illo, qui accepit à decoctore, vel
4 ex bonis decocti præsertim cum cautione de restituendo, quæ denotat reuocabilitatem per ea, quæ dicta fuerunt coram me in *Romana Casalis Capicottæ die 8. Februar. 1602. Et Vinc. de Franch. decis. 75. num. 9.* dicit, quod assignatio facta cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, habetur pro non facta, & est idem,

dem, siuè sint datæ pecuniæ insolutum, siuè bona assignentur à debitore, siuè à Iudice, *Bald. in d. l. Eleganter num. 1. vers. nota istam solutionem*, quia in his factum Iudicis est factum partis, & idem operatur, *l. si ob causam de euict. Surd. cons.* 145. *num.* 39. Quæ procedunt de plano quoad Congregat. Lateranensem, quæ in receptione reseruauit sibi primæua Iura secũdum cautelam, *Bart. in d. l. libera n. 3. & Alex. & Bart. in l. si quis aliam, ff. de sol. Bald. cons. 123. lib. 1. c. Cepoll. caut. 123. Boer. dec. 332. cum alijs alleg.* Neque DD. crediderunt esse verum, quod ista protestatio, vel reseruatio esse debeat in decreto Iudicis, quia non probatur ratione, nec auctoritate, neque id dicit *Butrig. in d. l. prima C. si antiquior. Credit.* sed dicit id debere ad maiorem cautelam exprimi à Iudice in adiudicationem, nec dicit esse necessium licet *Franch. decis. 11. num. 22. vers.* primam tenere videatur alio modo *Butrig.* Intellexisse, quæ autem deducebant contra Creditum Congrationis dixerunt non esse præsentis speculationis.

Et ita fuit decisum.

## DECISIO LXXXVII.

### VOTVM

### GREGORII XV.

fel. rec.

Dum esset Sacræ Rotæ Rom. Auditor.

### SVMMARIVM.

1 *Clericus succedens in hæreditate laici in iudicio contra ipsum laicum incipere potest, & debet declinare forum sæculare, & trahere actorem ad Iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Viuente Monacho instantia transit ad Monasterium, quia Monasterium est successor bonorum non personæ.*

3 *Præuentio facta coram laico non habet locum contra Clericum licet hæredem propter diuersitatem personæ.*

4 *Laici non possunt cognoscere de causis Clericorum nec ipsos iudicare, quod procedit, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico & de iure diuino.*

5 *Inferior non potest iudicare superiorem.*

6 *Inferior exhibet honorem Superiori.*

*Clerici sunt maiores Laicis, etiam Principibus, Quod procedit etiam in Clericis mortuis ita vt possint Laici se intromittere in cadauere Clerici mortui, & habet locum siuè agatur de incedenti siue de principali, & in Clerico effecto laico.*

7 *Vbi Clericus venit ad Iudicium cæptum cum laico, & venit principaliter pro suo interesse, & ad sui, non alterius defensionem, semper potest opponere declinatoriam.*

8 *Instantia Clerici transit in hæredem.*

*Clericus non potest coram Iudice laico conueniri.*

9 *Regula negatiua, & prohibitiua præualet regulæ affirmatiuæ.*

10 *In concursu præfertur & præualet regula fauorabilior.*

*Fauorabilior est regula fauore Ecclesiæ & Ordinis, ac totius Collegij Ecclesiastici introducta.*

11 *Vbi concurrunt duæ regulæ, & dispositiones, vincit regula, quæ continet ius fortius, & potentius.*

12 *Regula, quæ eximit Clericum à Iurisdictione laici est fortior, & potentior.*

13 *Regula quod instantia Clerici transeat ad hæredem non procedit quando Iudex coram quo est incæptum Iudicium est incompetens, & hæres habet proprium Iudicem, cui soli competit in eum Iurisdictio.*

14 *Regula qualibet, intelligitur data capacitate.*

15 *Regula l. vbi cæptum ff. de indic. non habet locum, quando Iudex procedere non potest, nec tollit exceptionem declinatoriam competentem.*

*Hæres censetur eadem persona cum defuncto, sed non procedit in his, quæ continuari non possunt in hæredem, nec vbi agitur de vsufructu.*

16 *Aliquando habet plus iuris, quam defunctus aliqua ratione.*

17 *Clericus potest reconueniri coram Iudice Laico, sed hic articulus est dubius.*

*Reconuentio est species exceptionis.*

*Laicus conuentus à Clerico, qua ratione potest excipere, potest reconuenire.*

18 *Natura reconuentionis est, vt eodem tempore lis contestetur, detur terminus, & alia expediantur simul, & semel, quæ non possunt fieri coram Iudicibus diuersis.*

19 *Clericus author laudatus non consideratur vti principalis, sed vti assistens emptori, & tanquam illius defensor, ideò forum declinare non potest.*

*Sententia ferenda in Iudicio, vbi adest tertius defensor ad defendendum admissus non formatur in persona venditoris causam defendendis, sed in personam emptoris.*

20 *Vbi Clericus consideratur vti principalis, vt si Colonus conuentus nominet Clericum, Clericus conuentus potest opponere declinatoriam.*

*Clericum non potest Iudicium motum in foro sæculari coram Iudice laico in se suscipere.*

21 *Defunctus comparendo in Iudicio videtur contrahere.*

*Sicut hæres tenetur seruare contractum defuncti, ita quasi contractum.*

*Dic procedere quoad hoc, vt obligetur de stando iudicio, non de stando Iudici.*

*Si in contractus se supposuit certis, non tenetur Clericus Hæres coram illus comparere, si non sunt iudices competentes Clerico.*

*Clericus hæres laici obligati de soluendo ad certam Curiam, non tenetur ibi donparere si sit incompetens Clerico.*

22 *Instantia habet nescio quia realitatis.*

*In realibus Clerici possunt conueniri coram Iudice laico.*

*Et quasi contractu, qui oritur in Iudicio surgit obligatio in personam non in rem.*

*Clericus gaudet priuilegio fori, tam in realibus quàm in personalibus.*

23 *Clericus ratione feudi potest à Domino directo iudicari.*

*Dic illud speciale in feudo, idque fuisse approbatum per Canones.*

24 *Instantia transit in Fiscum hæredem.*

*Sed hæc opinio habet multos contradictores.*

*Nec est bonum argumentum à Fisco ad Clericum.*

*Fiscus potest ligari à lege Ciuili.*

*Sed Clericus non ligatur nisi Canon id approbet.*

25 *Clericus effectus pendente iudicio, non declinat forum.*

*Dic procedere quando est eadem persona præuenta, secus vbi sunt diuersæ personæ.*

*Variatio in indicio permittitur quantum ad diuersas personas, non quantum ad eandem.*

26 *Clericus succedens, non mutat statum causæ, sed illa reassumi debet coram Iudice Ecclesiastico in eodem statu in quo eras coram sæculari.*

*Et licet possit dubitari respectu illorum, quæ respiciunt iuri ordinem, & processum, tamen respectu actorum probatoriorum, & quæ causam instruunt non habent difficultatem.*

*Acta probatoria non sequuntur instantiam, imò ea etiam perempta non pereunt.*

*Et proba-*

*Et probationes facta coram Iudice seculari prosunt etiam coram Iudice Ecclesiastico.*

CLericus succedens in hæreditate laici potest in iudicio contra laicum incæpto declinare forum seculare, & trahere actorem ad Iudicem Ecclesiasticum, & late discutiuntur, quæ contra conclusionem facere videntur.

1 Credo Clericum succedentem in hæreditate laici in Iudicio contra ipsum laicum incæpto, posse & debere declinare forum seculare, & trahere actorem ad Iudicem Ecclesiasticum, vt tenuerunt *Anton. de Butr. in c. quia num. 11. & 12. Abb. num. 12. Imol. num. 3. Aret. n. 11. Felin. num. 30. & ibi Philip. in addit. Dec. num. 37. de Iud. Iacobi in l. hæres absens num. 4. ff. eodem tit. Ripa in cap. decernimus sub num. 22. eodem tit. Cagnol. in l. 2. nu. 252. C. de pact. inter empt. & vend. late Purpur. cons. 83.* qui dicit istam opinionem veriorem, & magis communem, & quod pluris numero, & mensura tenent istam opinionem *Boer. decis. 69. qui num. 35.* dicit istam opinionem tenendam, quia est de iure communi, & verior, & tutior, quia periculosum est in his loqui contra Ecclesiasticas personas, & eorum bona, *Asin.* qui hanc etiam magis communem dicit in praxi *num. 2. cap. 12. in fin. & sub num. 54. & seq.* quam etiam magis communem dicit *Mising. obser. 44. cent. 3.* hanc etiam sententiam tenet *Federic. Scott. respons. 15. num. 16. tom. 2. lib. 3.* hoc etiam sensit *Bald. in ca. in præsentia sub num. 9. de probat.* dum vult, quod licet viuente Monacho instan- 2 tia transeat ad monasterium quia Monasterium est successor bonorum non personæ, secus tamen est eo mortuo, quia tunc Monasterium habetur per omnia loca hæredis, hanc etiam opinioné videtur tenere *Curt. Iun. in l. hæres habens num. 10. in fine. & num. seqq. ff. de Iudic.* dum vltimo loco refert hanc opinionem veriorem, idque etiam sentire videtur *Alex. in l. si constante §. fin. num. 3. in fine ff. solu. matrim.* dum refert se ad *Canon. in cap. quia de Iudic. & ad glos. in cap. Clericus 11. quæst. prima.*

Et licet multi contrarium teneantur, & non desint, qui eam communem, & magis receptam dicant, tamen placet prima opinio, tum quia eam tenent communiter Canonistæ, quorum determinationi videtur potius standum in hac materia; Tum istam opinionem tenuit *Rota in decis. 5. de for. compet. in antiq. & apud Bisignett. decis. 1. eod. tit.* quæ licet contineat Casum diuersum, facit tamen pro ista sententia, cum vult, quod præuentio facta coram laico non habeat locum contra Clericum, 3 licet hæredem propter diuersitatem personæ, & propterea DD. vtriusque partis ponunt istam decisionem ad fauorem Clerici, & primę opinionis sententiam expressius tenuit *Rota coram Illustrissimo Cardinali Seraphino in illa Florentina domus* 10. *Iunij* 1591. & tandem istam opinionem teneo, quia credo de iure veriorem ex sequentibus.

Primò, quia omni iure prohibitum, est Laicis cogno- 4 scere de causis Clericorum, & Clericos Iudicare, hoc enim statuit ius Ciuile, *Auth. vt Clerici apud propter. Epis. §. 1. & in princ. Auth. Statuimus C. de Epis. & Cler.* de iure Canonico non est dubitandum, *cap. cum non ab homine, cap. qualiter de Iudicijs. c. si diligenti, & c. significauit de for. compet. c. Clericum nullus 11. quæst. 1. & per totam illam quæst. c. denique 95. distinct. c. si Iudex Laicus de sentent. excom. in 6.* hoc etiam de Iure diuino proditum est nempe in *Iosue c. 17. in fine, tradit glos. in c. si Imperator 96. distinct. in c. quam quam de censib. in 6. Abb. in c. at si Clerici num. 33. in fin. de iudic. Rom. sing. 419. Deci. in Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 4. de constit. Crot. in l. omnes populi num. 6. ff. de iustit. & iur. Alciat. in c. cum non ab homine num. 2. de Iudic. Rot. decis. 10. num. 4. de constit. in antiq. Rebuff. in concordat. ad fine tit. de pacif. concord. vers. potest etiam delegare.*

Conuenit in super rationi naturali secundum *Rebuffum ibi, versiculo etiam & consil. 139. in fine*, in quibus locis dicit esse contra rationem naturalem, quod 5 inferior iudicet superiorem, *cap. cum inferior, & cap. soliti. vbi Felin. de maior. & obedien.* & naturaliter inferior exhibet honorem superiori, *l. 1. §. sicut vbi glos. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. ff. de alienat. Iud. mutand. causa facta glos. in summ. 93. distin.* at Clerici sunt maiores 6 laicis etiam Principibus, *cap. 1. in fin. 17. distinct. cap. quis dubitet. 96. distinc. cap. duo sunt, 12. quæstione prima,* quod procedit respectu Clericorum tam mortuorum, quam viuorum, ita vt nec in cadauere Clerici possint se intromittere laici, vt per *Rebuff. in concord. loco præcitato vers. Imo anno.*

Et Iura in hoc tam humana, quàm diuina loquuntur generaliter, vt dicit *Abb. in cap. at si Clerici numer. 23. in fin.* vndè sunt generaliter intelligenda, & habent locum, tam quando agitur de incidenti, quàm vbi de principali est quæstio, *Feder. de Sen. consil. 93. numer. 6. versic. item ad id quod obijcitur, Collect. in cap. nullus sub numer. 1. de for. compet. Card. in Clement. 1. quæst. 9. vers. oppono de cens. Abb. in cap. si diligenti sub num. 31. de foro compet. & in cap. quia nu. 12. vbi etiam Felin. num. 4. in fin. de iudic. latè probat Dec. cons. 241. n. 1. in fin. & num. seq. Gramat. decis. 61. num. 4. late Rolan. cons. 12. num. 38. & seq. lib. 2. Put. decis. 61. lib. primo secundum veram lecturam*, & habent etiam locum in Clerico deindè laico, *glos. in cap. Clericum nullus in vers. secularem 11. quæst. 1. Bar. in l. hæres absens numer. 1. & ibi etiam Sebast. Sap. numer. 9. ff. de indic. Ias. in Auth. quas actiones, numer. 39. C. de Sacrosan. Eccles. Rip. qui communem dicit in cap. decernimus. 22. de indic. Couar. qui alios refert, & de communi testatur pract. quæst. cap. 8. nu. 4. fuit dictum in illa Florentina domus coram dicto Cardinali Seraphino.*

Secundo moueor, quia quoties Clericus venit ad iudicium cœptum cum laico, & venit principaliter 7 pro suo interesse, & ad sui non alterius defensionem semper potest opponere declinatoriam, *Anchar. in cap. ea quæ, quæst. 57. in fin. de reg. iur. Abb. in cap. frequenter, §. in alijs numer. 28. versic. conclude ergo vt lit. non contest. Socin. consil. 91. sub numer. 14. vol. secundo lib. 3. Dec. cons. 700. numer. 7. Rip. in dicto cap. decernimus numer. 24. in fin. Gramat. d. decis. 61. sub num. 6. cum alijs quos refert, & sequitur Rimin. Iun. cons. 700. num. 6.*

8 Tertio, habemus duas regulas pugnantes, vnam contra Clericum, quod instantia transit in hæredem, *l. hæres absens, & l. si is qui Romæ ff. de iudic.* alteram pro clerico, vt non possit coram Iudice laico conueniri, in isto concursu præualere debet hæc secunda regula. Primo, quia regula negatiua, & prohibitiua 9 pręualet regulæ affirmatiuæ *l. 3. §. liberti vbi Bar. ff. de susp. tut. l. si Ruffinus, & ibi not. C. de testam. milit. Paul. de Castr. in l. non nouum numer. 5. ad fin. ff. de nou. operis nunciat. Crot. in l. omnes Populi num. 119. ff. de iust. & iur. Dec. cons. 44. sub numer. 7. vers. moueor quia Statutum. Paris. consil. 56. sub numer. 26. lib. 2. Purpur. in terminis nostris d. consil. 83. numer. 7.* Secundo in concursu præfertur, & præualet regula, quæ est fauorabilior, *Bart. in extrauagan. ad reprimen. in vers. non obstan. numer. 9. circa med. Bald. in §. is autem numer. 42. Inst. de nat. gent. & Ciuil. Ias. in d. l. si Ruffinus sub numer. 2. vers. quia alibi habemus regulam, & numer. seq. vbi etiam DD. numer. 11.* nemini autem dubium esse potest, quin fauorabilior sit regula fauore Ecclesiæ, & Ordinis ac totius Collegij Ecclesiastici introducta, *cap. si diligenti de foro compet. tertio* quando concurrunt duæ regulæ, & dispositiones vincit regula, quę continet ius fortius, & potentius.

Dec.

*confirmatur vbi etiam Iacob. de Nigr. sub numer.* 151. *Soccin. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur. numer.* 135. *ff. eodem facit l. quæritur ff. de stat. hom.* Regula autem eximens Clericum à Iurisdictione laici procul dubio est fortior, & potentior, cum sit non solum à iure positiuo, sed etiam diuino, & naturali.

Hinc tollitur præcipuum fundamentum partis aduersæ, positum in regula, quod instantia in hæredem transeat, quia vt dixi, regula ista non confunditur per aliam regulam, sed vlterius etiam respondetur, regulam non procedere, quando Iudex coram quo cœptum est iudicium est incompetens, & hæres habet proprium Iudicem, cui soli competit in eum iurisdictio, *Bald. in Rubr. num. 2. & ibi etiam Salycet. in versic. Et ea est ratio, C. vbi in rem actio. Purpurat. dicto consil. 83. sub nu. 6. Grammat. decis. 61. num. 4. in fine. & dixit Rota in præallegata Florentina coram Illustrissimo Card. Seraphino.*

14 Regula autem præfata, pront omnis alia intelligitur data capacitate, & habilitate, *Bart. post Iacob. de Hier. in l. prima, §. nunc censeo, ff. de nouis oper. nunciat. Iason. in l. secunda. §. Prætor ait, numer. 3. ff. qui satisd. cogan. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gloss. 7. numer. 26.*

Quæ responsiones, etiam applicantur regulæ, *l. vbi*
15 *cœptum, ff. de iudi.* quia illa non haber locum, quando Iudex procedere non potest, vt latè per *Gabr. de iudic. conclus. 1. n. 30.* nec tollit exceptionem declaratoriam competentem, *Soccin. cons. 91. in fin. lib. 3.*

Non obstat, quod hæres censeatur eadem persona cum defuncto, quia non procedit in his, quæ continuari non possunt in hæredem, vt per *Corneum consil. 154. ante finem lib. 1.* qui propterea dixit regulam non procedere in vsufructu; Accedit, quod non est inconueniens, quod hæres aliquando plus iuris habeat, quàm defunctus aliqua ratione, *Cagnol. in l. hæredem numer. 20. ff. de regul. iur.* præterea si hoc attenderimus, posset clericus hæres laici, etiam ante inchoatum iudicium coram laico conueniri, quod non est dicendum, vt supra dictum fuit.

Per quam responsionem, tollitur etiam alia regula hæredis conditio, & qualitas obligationis mutari non debet, vltra quod diuersitas fori non constituit diuersitatem, & alterationem obligationis.

17 Non obstat, quod clericus possit reconueniri coram Iudice laico, quia omisso, quod iste articulus est dubius, vt dicit *Ripa in dicto cap. decernimus. numer. 2.* Dico primò, quod reconuentio est species exceptionis, vt notatur in *l. Papinianus, §. si quis, ff. de minor. Bald. in l. si constat, numer. 10. in fine, C. de compensat. Soccin. iun. consil. 134. num. 2. lib. 1.* & propterea laicus conuentus à clerico, qua ratione potest excipere pariter potest reconuenire.

18 Secundo natura reconuentionis est, vt eodem tempore lis contestetur detur terminus, & alia expediantur simul, & semel, quæ coram Iudicibus diuersis fieri non possunt, & propterea statutum est, vt fiat sub eodem Iudice, *cap. dispendiosa, in princip. de rescript. in sexto, & in §. Reus*, vbi dicitur, quod impetrari non potest commissio, *trad. Marant. de ordin. iudic. par. quarta, 6. distinct. sub numer. 14.* & hac ratione admittitur reconuentio coram Iudice hebente iurisdictionem limitatam, *Abb. in cap. 1. colum. penultima de mut. pet. Marant. vbi supra n. 28. & 32. sequen.*

Nec etiam releuat, quod dicitur de credito auctore laudato, quia tunc Clericus non consideratur vti
19 principalis, sed vti assistens emptori, & tanquam illius defensor, *Socc. in cons. 91. numer. 14. vers. vel tenet, lib. 3. Cagnol. in l. venditor numer. 11. vers. sed hac ff. de iudic. Boer. decis. 69. numer. 27. Grammat. decis. 21. numer. 2. in fin.* & sententia non formatur in persona venditoris causam defendentis, sed in personam emptoris, *Bald. in l. liberto §. fin. ff. de negot. gest. Imol. in l. ad sententiam numer. 1. vers. si autem comparet. ff. de appellat. Natt. consil. 639. numer. 4.* si autem consideretur vti principalis licet nominatus in iudicio, puta, quia conuenitur colonus, qui nominat Clericum, potest Clericus apponere declinatoriam, *Riminald. Iun. consil. 422. numer. 11. & probat Archid. & alij adduct. in secundo fundamento* quos posui pro declinatoria; & propterea dixit *Bal. in l. neque fœminæ ff. de pact.* quod Clericus non potest iudicium motum in foro seculari coram Laico in se suscipere.

Non obstat, quod defunctus comparendo in iudicio videatur quasi contraxisse, *l. 3. §. idem scribit ff. de pecul.* & sicut hæres tenetur seruare contractum defuncti, & ita quasi contractum. Primo si videatur *Bald. in cap. in præsentia numer. 8. vers. idem in Iudicio, de probat.* qui vtitur hoc argumento pro declinatoria ad fauorem Monasterij hæredis, potest retorqueri. Secundo respondetur, quod procederet, quoad hoc vt obligetur de stando iudicio, quia si in contractu defunctus se supposuerit certis Iudicibus non tenetur Clericus hæres coram illis comparere si non sunt Iudices competentes Clerici, vt per *Purpur. dicto consil. 83. numer. 5. & ex decis. 5. de foro compet. in antiq. superius allegat.* vbi Clericus laici obligati de soluendo ad certam Curiam non tenetur ad illam comparere, vndè si volumus arguere à contractu ad quasi contractum, si propter contractum laici defuncti non cogitur Clericus hæres comparere coram Iudicibus, quibus se subiecerat laicus, ita nec ex quasi contractu.

Non obstat argumentum, quo vtitur *Surd. decis. 110. sub num. 3.* quod instantia habeat nescio quid realitatis, & quod in realibus, Clerici conueniri possunt coram laico, quia præsupposita realitate, etiam iustitia de qua potest dubitari, *ex trad. per Bald. loco supra citato*, vbi inquit, quod ex quasi contractu, quia oritur in iudicio, surgit obligatio in personam, non in rem, dico assumptum non esse verum, quia Clericus gaudet priuilegio fori, tàm in realibus, quàm in personalibus, *Collec. in cap. qualiter sub numer. 1. de Iudic. Abb. qui dicit* hanc opinionem in Curia seruari *in Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 22. de constit. Rot. dicta decis. 5. numer. 1. for. compet. in Antiq. Socein. cons. 13. numer. 12. & 30. lib. 4. Afflict. decis. 2. numer. 5. Maran. de ordin. iudic. 4. par. distinct. 11. numer. 2. ad fin. Canar. de execution. instr. quæst. 57. Rolan. consil. 12. numer. 27. lib. 2. Galles. de obligat. Camer. fol. 43. sub numer. 3. & est communis opinio, vt per Boer. decis. 69. in fin. Mising. obseruat. 22. centur. prima. Decian. in prax. lib. 4. quæst. 8. num. 21.*

23 Nec facit quod ratione feudi possit à Domino directo licet laico iudicari, quia hoc est speciale in feudo, in quo facit approbatum per Canones, vt declarat *Decius in cap. cæterum. sub numer. mihi 24. de Iudic.*

24 Non obstat, quod dicitur instantiam transire in Fiscum hæredem, quia primò dicitur multos contrarium tenere, quos numerat *Peregr. fideic. artic. 53. numer. 23.* Secundò, quando esset verum in Fisco, non esse bonum argumentum à Fisco ad Clericum, vt dicit *Purpur. cons. 83. numer. 6.* præter totalem incapacitatem Iudicis laici erga Clericum, qui nulla ratione ad capacitatem reduci potest, & Fiscum potest lex Ciuilis ligare, non sic Clericos, nisi quatenus Canon approbat *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const.* & quod fiscus habeat particulares Iudices, qui de causis fiscalibus cognoscāt, hoc enim principium à constitutionibus, & ex vsu prouenit, *tit. C. vbi fiscus caus. Pereg. de Iur. Fisc. li. 7. tit. 1.*

Y

tit.1.num.1.quod autem Clericus coram Iudice Ecclesiastico conueniendus sit prouenit non solum iure Ciuili,& canonico: sed etiam à iure diuino, vt dictum est, vnde non bene infertur à fisco ad Clericum.

15 Non obstat, quod Clericus effectus pendente Iudicio non declinet, quia respondetur, ibi esse eandem personam præuentam, & secus esse quando personæ sunt diuersæ, *Rot. d. decis.* 5. variatio enim in Iudicio permittitur quantum ad diuersas personas, non quantum ad eandem, *Cart. Iun. in d. l. hæres absens, sub nu.*1. nec facit, quod hæres censeatur eadem persona, quia fuit responsum ad hanc regulam.

Non obstat, quod videatur iniquum instantiam tot laboribus & expensis factam sine culpa actoris perire, quia respondetur, quod iniquum esse, quod Clericus coram laico conueniretur.

Præterea non esse magnum dispendium temporis nec expensarum, si verum esset, quod dicit *Cagnol. in d. l.* 2. *numer.* 252. *vers. retenta tamen C. de pact. int. empt. & vendit.* quod non mutat statum causæ sed reassumi debet coram Ecclesiastico in eodem statu in quo erat coram sæculari, quam etiam opinionem comprobat *Petrus Ant. Aagan. conf.* 59. *lib.* 3. *& licet Asia. in praxi,* §.2. *cap.* 1. *sub num.* 18. impugnat sententiam Cagnoli, quam tamen fateor non modicam æquitatem continere, tum quia respectu illorum, quæ respiciunt Iuris ordinem, vt litis contestatio, & similia, potest esse difficultas, respectu tamen actorum probatoriorum, & quæ causam instruunt credo omnino veram opinionem Cagnoli, & Anguisso. quia ista non sequuntur instantiam, imo illa perempta non periissent, *Marant. qui de communi de ordin. iudic. par.* 5. *num.* 56. *Put. decis.* 195. *lib.* 2. & probationes factæ coram Iudice sæculari, probant coram Iudice Ecclesiastico *Felin. in c. causam* 11. *num.* 3. *de testib. & in pancto ndest decis. Tolos.* 198. & propterea probationibus contra laicum defunctum factis subsistentibus non infertur notabile damnum per mutationem Iudicis.

Et ita Credo &c.

## DECISIO LXXXVIII.

### R.P.D. VBALDO.

Romana Domorum in Burgo.

*Lunæ 8. Februarij 1616.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter, & minus legitimè seu sine Iurisdictione procedens, dicitur spoliare, & nu.* 3.

2 *Confessio facta in confessione, nocet ei, qui illam obtinuit, & eius hæredibus.*

*Sed vbi est erronea, non nocet.*

3 *Licet quis compareat coram vno Iudice incompetenti, si compareat in protestando de nullitate actorum, & agendorum, eius comparutio non sanat defectum iurisdictionis, seu aliam nullitatem.*

*Præsertim si causa fuit à dicto Iudice auocata, & alteri commissa.*

*Notoria iniustitia æquiparatur nullitati.*

4 *Immissio in Saluiano non potest concedi nisi prius liquidato.*

5 *Concessione facta sub conditionem mensurationis, mensuratione non facta, vel non dicitur orta obligatio, vel creditum dicitur incertum.*

6 *Vbi est deuentum ad traditionem rei concessæ sub conditione mensurationis, dicitur translatum illius dominium, & possessio, ac contractus perfectus etiam mensuratione non sequuta.*

*Quæ tamen est periculosa, cum ante mensurationem contractus verè non dicatur perfectus.*

*Contractus locationis, non potest dici perfectus, vbi constat de certa mercede.*

7 *Obligatio de soluendo Canonem iuxta mensurationem faciendam, videtur esse conditionali conditione suspensiua, donec sequatur mensuratio.*

*Et sine mensuratione non dicitur orta hypotheca.*

*Hypotheca est præcipuum extremum in Saluiano.*

8 *Mensuratio, vbi fieri debet vigore sententiæ, debet præcedere exequutionem.*

*Qui vult vti sententia, vel decreto, debet docere omnia eius requisita fuisse impleta.*

*Exceptio de modo, seu conditione sententiæ, non impletis, super opponi potest.*

9 *Exequutio facta non præcedente liquidatione est nulla.*

*Et non præcedente mensuratione, vbi ad ea pendet liquidatio.*

*Defectus liquidationis ante exequutionem causat spolium.*

10 *In iudicio Saluiani requiritur liquidatio.*

*In Saluiano debet probari creditum, vti necessarium antecedens, & substantia Saluiani.*

*Non potest dici constare de credito, vbi creditum est incertum, & illiquidum.*

*Debitor non potest dici in mora, antequam creditum sit liquidum.*

*Debitor ante moram non debet pati exequutionem, seu immissionem in Saluiano.*

11 *Retentio non datur, nisi credito liquido.*

POst factam resolutionem in Rota, quod non intraret arbitrium pro facienda mensuratione petita per Dominos de Neris, ex rationibus de quibus in decisione extensa sub die vigesimasecunda Iunij præteriti, hodie iterum proposui dubium particulare super prætenso spolio, quod fuerat antea propositum die sexta Iunij 1614. & non resolutum, & Domini vtraque parte informante censuerunt intrare spolium. Quia certum est, quod Iudex nulliter, & minus legitimè procedens dicitur spoliare *DD. in cap. conquerente, vbi Abb. num.* 8. *Boronis numer.* 7. *&* 8. *de restit. spoliat. Aym. conf.* 8. *numer.* 8. *conf.* 124. *numer.* 24. *& conf.* 140. *nu.* 2. *Gabr. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *numer.* 124. *Surd. conf.* 168. *numer.* 25. *lib.* 2. *Menoch. de recuper. rem.* 8. *numer.* 19. *vbi de communi. Verall. decis.* 266. *par.* 3. *Cæsar. de Graff. decis.* 1. *numer.* 4. *de constit. & fuit dictum in vna Mantuana Bonorum* 16. *Decembris* 1611. *coram me, & alias sæpè.*

Quod autem nulliter fuerit processum deducebatur ex defectu Iurisdictionis, in Iudice, qui dedit Neris Immissione ex Saluiano, nam cum duæ causæ penderent coram bonæ memoriæ R. P. D. Lancellotto Referendario vna contra Magdalenam de Bobus, altera contra Faustinam Guadagnam. dictus Referendarius pronunciauit solum contra Magdalenam, & illa causa fuit per appellationem commissa in *Rota bo. me. Sarmiento & postea Rubusterin, & demum Illustriss. Card. Lancellotto* in eorum locum suffecto; Causa verò Faustinæ auctricis D. Mutij Camerini penes eundem Referendarium remansit, quo recusato suspecto à D. Faustina, causa fuit ab eo auocata, & commissa R. P. D. bonæ memoriæ Odescalco coram quo dicitur fuisse deuentum ad nonullos actus, sed rescripto commissionis deperdito, fuit ad Instantiam Claudij Nerij eidem Odescalco denuo commissa ac demum S. D. N. tunc in minoribus existenti in eius locum subrogato prout hæc continentur in commissione à Claudio impetrata, cuius confessio sicut nocet ipsi *l. cum precibus*

2 *C. de lib. caus.* ita nocere eius hæredibus, *l. si superstes in princ. vbi Bar. ff. pignor. Baid. consil.* 364. *lib. nu.* 2.

*numer. 2. vers. 3. quia, lib. 2. Ajmi. de antiquis. tempor. 1 dar. vers. ampliatur. num. 22. & seq. & cons. 49. num. 1. Rot. decis. 776. numer. 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in Romana ducis 6. Iunij* 1611. & 25. *Martij* 1612. *coram me*.

Neque obstat, quod in prima Commissione Rotali nominetur Faustina pro Oratrice vna cum Magdalena, quia vltra quod non constat eam fuisse impetratam, vel ratificatam à Faustina, dicta Commissio apparet manifeste erronea, ex quo in ea petitur committi causam appellationis per oratrices intra legitima tempora interpositæ, & tamen constat Faustinam non appellasse, sed impetrasse auocari causam à d. Lancellotto, Referendario, & committi Odescalco, vt apparet ex dictæ partis confessione, de qua supra dixi. Nec etiam obstat, quod D. Io. Camerinus successor Faustinæ pluries compareret coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, quia præter id, quod dicebatur comparuisse præuia protestatione nullitatis actorum, & agendorum ipsius consensus, non poterat iurisdictionem tri-
3 buere, *l. priuatorum C. de iur. omni. iud.* præsertim post expressa auocationem, & successiuam delegationem à Papa factam alteri Iudici, *DD. in cap. 1. de off. deleg. Seraph. decis.* 816. *n.* 3. ex quibus apparet defectus iurisdictionis in Iudice Rotali, qui defectus propria causat spolium *Menoch. de recup. poss. remed. 8. nu.* 17. Allegabantur etiam aliæ nullitates ex defectu citationis ad sententiam, & transportationis actorum, quæ nonnullis
4 Dominis placebant, sed plerisque placuit notoria iniustitia dictæ sententiæ, vel eius exequutionis, quæ æquiparetur nullitati, *vt Felin. & alios in cap. inter cæteras de senten. & re iudicat. Surd. cons. 61. num. 24. & 52. lib.* 1. & iniustitia notoria deducebatur ex deductis in decisione huius causæ super arbitrio, dum fuit concessa immissio non liquidato credito DD. de Neris, vt requirebatur tam ex forma instrumenti, quàm vigore ipsius sententiæ, & ex natura Iudicij intentati, vt latè fuit deductum in decisione, nam quoad instrumentum concessionis situs, de quo agitur negari non potest, quin illud contineat concessionem non ad corpus, sed ad mensuram faciendam per duos peritos communiter eligendos, & ad rationem iuliorum 12. pro qualibet
5 canna, & ideò cum videatur concessio sub conditione mensurationis, ea non facta, vel non erat orta obligatio, vel creditum erat incertum, *l. quod sæpè §. in ijs ff. de contr. empt. Bar. cons. 74. n. 2. cum alijs in decis. ad ductis*, adeo vt agi non potuerit Saluiano pro Canonibus decursis, & non solutis.

Et sic non obstat, quod sit deuentum ad traditionem situs de quo agitur, quo casu dicitur translatum dominium, & possessio, & contractus dicitur perfectus, etiam non facta mensuratione, vt per *Angel. & Castren. in l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. Capic. decis.* 14. *numer.* 10. *cum allegat.* quia dato sinè veri præiudicio, quod de tali traditione facta à prætensis aucto-
6 ribus, DD. de Neris constaret, prout non constat tamen illa opinio est periculosa, quod ante mensurationem etiam sequuta traditione contractus sit perfectus ex his, quæ scribit *Alex. consil. 33. numer. 6. lib. 6. Bart. dicto consil. 74. Roland. consil. 7. numer. 15. lib. 3. Curtius Iun. in dicta l. quod sæpe, §. in ijs numer. 5. ff. de contrahend. empt. & cons. 244. numer. 10. & seq. lib. 1. Neuiz. n. 38. num. 28.* vbi alios allegat & suadetur ratione, quia ante mensurationem non constat de certa mercede etiam sequuta traditione ideò non potest dici perfectus contractus locationis, *l. si merces ff. locat. Surd. consil. 168. num. 49. lib. 2.* & in omnem casum quidquid esset dicendum de hoc, certè quoad obligationem de soluendis canonibus de qua
7 agimus illa videtur fuisse conditionalis, conditione suspensiua donec fieret mensura iuxta notata in *l. item quia §. 1. ff. de pact.* & sine mensuratione non potuit oriri hypotheca, quod est præcipuũ extremũ in Saluiano.

Alterum etiam fundamentum decisionis visum est subsistere, videlicet quod mensuratio esset necessaria ex forma sententiæ Rotalis, cuius verba sunt clara, & ideò non est quærendum, An post exequutionem sit
8 facienda mensuratio, *Surd. cons. 186. sub numer. 6. vers. secundo verba sententiæ, & numer. 7. lib. 2.* & saltem exequtio remanet nulla, & sine iudiciali fomento, qui enim vult vti sententia, seu decreto, debet docere omnia eius requisita fuisse seruata, *l. Caius ff. de manumiss. Soccin. Iun. cons. 67. numer. 16. lib. 1. Surd. dicto consil. 189. numer. 9.* & hæc exceptio de modo, seu conditione sententiæ non adimpletis semper opponi potest, *Bald. in l. 1. num. 4. vers. concludo ergo, C. de iur. & fact. ignor. Soccin. Iun. d. cons. 67. n. 8. Surd. vbi supra num.* 13.

Non obstat, quod aduersarij videantur esse in tempore faciendæ mensurationis, quia tollitur ex prædictis, & ex decisione in hac causa facta, in qua fuit denegatum arbitrium pro facienda mensuratione, & alias re-
9 gulare est, quod exequutio est nulla, non præcedente liquidatione, quia in hoc casu pendet à mensuratione, vt fuit dictum in *Maceraten. Spolij 4. Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo Manzanedo; in Turitana Tertiariæ* 18. *Decembris* 1595. *coram Seraph. quod est decisio* 1168. *numer. 5. par. 2. in impress. In Romana Vineæ 24. Octobris* 1605. *coram Bononien.* vbi quod defectus liquidationis causat spolium, & idem fuit dictum in *Mantuana bonorum 16. Decembris* 1611. *coram me, & in materia Saluiani est decisio in Bononien. Saluiani* 15. *Nouembris* 1599. *coram Illustrissimo Lancellotto allegata in decisione huius causæ.*

10 Tertium etiam fundamentum huius decisionis, quod ex natura Iudicij intentati in Saluiano requireretur liquidatio, placuit DD. quia certum est in dicto iudicio constare debere de credito, *l. 1. ibi debitor tutus, C. de precar. & Saluian.* imò hanc qualitatem, seu potius substantiam, & necessarium antecedens esse ad stabiliendum Saluianum dicit *Menoch. de adipis. remed. 3. numer.* 163. non potest autem dici constare de credito, quando illud est incertum, & illiquidum, nec debitor potest dici in mora, antequam moram non debet pati exequutionem, seu immissionem in Saluiano, *Riminald. cons. 361. num. 10. lib. 2. fuit dictum in Romana Societatis artis Albæ 17. Iunij* 1580. *coram Seraph. quæ est decisio* 474. *numer. 1. & 2. impress.* aliàs sublata fuit possessoribus facultas offerendi, & se liberandi ab immissione, quod tamen est remedium Iuridicum, *vt optimè firmatur in illa Maceraten. Domus 27. Iunij* 1602. *coram Illustrissimo Cardinali Millino, nec contrarium dicit Alex. cons. 85. numer. 2. lib. 6.* quia in primis non loquitur in Saluiano, sed in remedio *l. fin. C. de acquir. poss.* in quo non tractatur de aliqua quantitate debiti, sed solum de recuperanda possessione interuersa per alienationem factam à debitore, qui se constituerat possidere pro Creditore, & tamen contra possessorem. *Idem Alex. requirit liquidationem, vt ibi n. 3. & decis. Sarmienti data non fundatur nisi in d. cons. Alex.* 85.

Neque obstat decisiones Detrusen. Decimarum, & Corduben. Gabellarum ex aduerso allegatæ, quia loquuntur in termini declaratoriæ ob contumaciam non comparentium post intimatas exequutoriales, qui si comparuissent, & petiissent liquidationem, subterfugissent declaratoriam, vt decisiones admittunt, quæ etiam loquuntur in debitor certo, vel qui poterat verificari ex suis libris, vt dicta Corduben. Gabellarum coram Reuerendissimo Decano, quæ cessant in casu nostro.

Ad illud, quod dicebatur sententiam posse substineri

saltem pro Capponibus, pro quibus nulla erat necessaria mensuratio, placuerunt responsiones datæ in decisione, vltra quod cum Domini de Nerijs pluribus annis possederint domum, Saluianum respectu Capponum esset resolutum.

Non obstat denique exceptio retentionis *iux. tex. in l. si non sortem. §. si certum, & ibi DD. ff. de cond. indeb. latè Surd. decis. 46. numer. 7. & seqq.* quia omisso, quod ibi non fuit factum Spolio, sed conditione indebiti ad recuperandum fundum datum pro maiore quantitate, textus etiam loquitur de debito liquido, ibi donec debita pecunia soluatur, & sic etiam procedit decisio in causa Reatina Spolij coram Reuerendissimo D. meo Decano ex aduerso allegata, vt patet ibi, constat tamen de Credito illius, qui fuit immissum, sed in hoc casu Creditum, non solum non est liquidum, sed nec purificatum, vt patet ex supra adductis.

Ex quibus DD. concluserunt Spolium intrare.

## DECISIO LXXXIX.

R.P.D. VBALDO.

Firmana Bonorum de Montanis.

*Lunæ 8. Aprilis 1585.*

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex dicitur spoliare quando constat de nullitate, & iniustitia sententiæ.*

2 *Notorietas iniustitiæ sententiæ effectum Spolij discutienda ex eisdem actis, non autem ex nouiter deductis.*

3 *Sententia vbi ex ijsdem actis apparet iusta non intrat Spolium, si ex nouiter deductis iniusta detegatur.*

4 *Noua probatio, quando tendit ad confirmationem primæ probationis, dicitur eadem cum prima, sed non retrotrahitur ad annullandam sententiam.*

*Ad illam autem substinendam productio originalis instrumenti facta post terminus, operatur, vt probatio dicatur facta in termino, si exemplum fuit productum infra terminum.*

PRætendebatur pro parte Montani, sententiam Locumtenentis Firmani lata ad fauorem Isabellæ, & Francisca de Montanis super *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* fuisse notoriè iniustitiam, & consequenter Iudicem spoliasse Montanum, & cum in Rota coram R. P. D. Seraphino cui causa super huiusmodi Spolio commissa fuerat, fuisset resolutam, quod dicta sententia, non poterat dici notoria iniusta, ex eo, quia licet Montanus, vti prætensus fideicommissarius possideat, tamen erat legitimus contradictor, quia erat aliquid detrahendum per ipsas pupillas, nempe legitima Iulij Cæsaris patris in bonis aui. Ideò pro Montano fuit obtentum instrumentum sub delegationis in partibus ad effectum p obandi valorem bonorum obuentorum in portione Iulij Cæsaris patris pupillorum in diuisione facta inter ipsum & fratres, & quia dicta bona excedebant valorem legitimè debitæ Iulio Cæsari, & ex hac probatione dicebatur sententiam reddi notoriè iniustam, quia non erat aliquid detrahendum. Vndè dato super hoc particulari dubio DD. concluserunt, quod quamuis ex hac noua probatione prætendi posset, sententiam Locumtenentis Firmani esse iniustam, non tamen ex hoc Montano competit aliqua actio Spolij,
1 ratio DD. fuit, quia tunc Iudex dicitur Spoliasse, quando notoriè constat de nullitate, & iniustitia sen-
2 tentiæ, *Felin. in cap. dilectus, in colum. 1. 2. fall. de rescript. Aym. consil. 302.* & notorietas discutienda est ex eisdem actis, non autem ex nouiter deductis. *Ioan. Monach. in cap. venerabili sub numer. 2. de sent. excomm. in 6. Corn. consil. 10. sub numer. 2. vers. alia autem lib. 4.* Cum igitur sententia Firmana ex eisdem actis sit iusta, sed ex nouiter deductis detegatur iniusta, non potest intrare Spolium pro Montano intentatum.

Non obstat, quod cum in actis coram Iudice Firmano iam constaret de diuisione inter fratres, & de portione obuenta Iulio Cæsari in bonis paternis, si postea
4 probetur illa bona excedere valorem legitimæ debitæ Iulio Cæsari hæc non dicitur noua probatio, sed potius eodem prima, cum tendat ad confirmationem primæ probationis, *ad not. per Bal. in cap. 1. de fide instrum. Dec. in auth. si quis in aliquo numer. secundo, & tertio. C. de eden.* quia respondetur, quod ad effectum, vt sententia dicatur notoriè iniusta, hæc dicitur noua probatio, nec retrotrahitur ad annullandam sententiam, secus vbi ageretur de substinenda sententia, quia tunc productio originalis instrumenti facta post terminum operatur, vt probatio dicatur facta in termino, si exemplum fuit intra terminum productum, & ita procedunt, *notat. per Bart. & alios allegat.*

Non obstant tradita per *Oldra. consil. 150. numer. 13.* quia procedunt, vbi non potest litigatori aliqua culpa adscribi, secus in casu de quo agitur, in quo debebant agentes pro Montano concludenter probare, Iulium Cæsarem consequutum fuisse legitimam ex bonis paternis, etiam respectu bonorum relictorum per Montanum seniorem ad effectum, vt Montanus iunior diceretur legitimus contradictor.

Ex quibus DD. concluserunt, non intrare spolium per Montanum intentatum.

## DECISIO LXXXX.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Romana Spolij.

*Veneris 9. Iunij 1606.*

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex nulliter procedens spoliare dicitur.*

*Et intrat spolium, & spoliatus est reintegrandus.*

*Nulla existente subhastatione competit erectio spolij.*

2 *Pro legato competit via exequutiua.*

*Rota tamen tenet contrariam opinionem.*

3 *Dic procedere, quando hæres negat, secus autem quando illud non negat.*

4 *Statutum Vrbis in cap. 86. lib. 1. de exequut. testam. tanquam ordinarium, non habet locum extra Curiam Capitolinam, Ordinatorium dicitur Statutum vrbis, vbi dat modum procedendi, & exequtio tribuitur Iudicibus Capitolinis.*

CVm extrema sint sufficienter probata, neque controuertantur Domini dixerunt Moniales esse re-
1 stituendas, tanquam spoliatas facto Iudicis nulliter procedentis *cap. dilectus il primo cum ibi not. per Felin. de rescript. Aym. consil. 3. numer. 8. & consil. 124. numer. 4.* & sæpè decisum fuit, & in specie, quod nulla existente subhastatione competit actio spolij *fuit resolutum in Causa Tiburtina Castris Sambuci 20. Decembris 1577. Coram Clemente Octauo fel. record. & in causa Romana Spolij 21. Februarij coram R. P. D. meo Iusto.*

De

De nullitate autem constare videtur ex quo fuit actum via exequutiua, quæ licet nonnulli dubitauerint, an competat pro legato, vt apparet ex relatis *per Ioseph. Ludouic. dec. Perusin. consil. 23. & per Becc. consil. 17.* tamen Rota tenet esse opinionem negatiuam, *vt fuit resolutum in causa Mediolanensi legati 39. Octobris 1585. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in causa Romana Legati quinta Maij 1599. coram Reuerendissimo Pacen.* quam etiam comprobat *Menoch. de adipis. possess. remed. 4. num. 694.*

Neque obstare, quod procedat hoc, quando hæres negat testamentum, secus autem quando illud non negat *ex Suarez, & alijs allegat. per Becc. de consil. 17. numer.* 5. quia hæc fuit opinio illorum, qui tenent posse agi exequutiue pro legato; Qui dicunt ideò magis procedere. quando testamentum non negatur, sed cum Rota aliam sententiam indifferenter sequitur, neque etiam est admittenda dicta ampliatio contrariæ Conclusionis.

Neque etiam obstare Statutum Vrbis *cap. 86. lib. 1. de exequutione testamentorum, &c.* tum quia illius forma non fuit seruata, tum quia tanquam ordinatorium,
4 non autem decisorium, cum det modum procedendi, & exequutio tribuatur Iudicibus Capitolinis extra illam Curiam, non est seruandum, vt de eodem statuto decisum fuit *in causa Romana hæreditatis* 20. *Nouembris 1591. coram R. P. D. Penia &c.*

---

# DECISIO XCI.

## R.P.D. BVRATTO.

Romana Domus de Blanchis.

*Veneris 10. Maij 1619.*

### SVMMARIVM.

1 *Petens immitti in possessionem rei per aduersarium possessa fatetur aduersarium possidere.*

2 *Ex confessione partis probatur possessio, præsertim ad effectum manutentionis.*

3 *Iudex nulliter, & iniustè procedens, non priuat possessorem sua possessione, sed sic nulliter, & iniustè d. possessione priuatus, potest in d. sua possessione manuteneri.*

4 *Processus factus contra pupillos indefensos est nullus.*

*Actor ad lites constitutus a tutore de cuius tutela, & cura cum solemnitatibus requisitis, non constat, dicitur nulliter constitutus.*

*Et omnia cum tali tutore gesta sunt nulla, & omnia indè sequuta.*

5 *Finis lineæ probari debet per agentem ad deuolutionem bonorum in emphiteusim concessorum ob lineam finitam.*

6 *Simplex attestatio Parochi de morte alicuius, non probat.*

*Testes, qui non iurarunt parte citata, nec sint in actis non probant.*

7 *Est probanda mors omnium de linea, ad effectum vt dicatur factus locus deuolutioni.*

*Dicens, quod aliquis decessit sine filijs eo quia eos non habuit, habet intentionem fundatam, secus si diceret, quod habuit, sed quod mortui sunt, quia tunc tenetur probare mortem, iux. decis. Put. 43. lib. 1.*

*Hic procedere in singulari persona posita in conditione, si sine filijs, cuius conditionis purificatio præsumitur, nisi ex aduerso probetur filiorum existentia.*

*Contrarium autem seruat Rota, vbi Dominus directus agit de deuolutionem ob lineam finitam.*

8 *Vbi agitur ad deuolutionem identitas rei concessæ plenè, & concludenter probari debet.*

DVbium per me propositum, cui sit dandum mandatum de manutenendo in possessione domus
de qua agitur, fuit resolutum ad fauorem fratrum de
Blanchis de quorum possessione constabat ex confes-
1 sione R. Rectoris Sanctæ Mariæ in Monticellis, Aduer-
sarij tum implicata resultāte expedita per eum aduer-
sum dd. fratres immissione, vt alias dictum fuit in *Ro-
mana Domorum de Roncionib. 4. Maij 1616. & in Caie-
tana beneficiorum 9. Februarij. 1618. coram me,* tum ex-
pressa emanata in monitorio contra eosdem ad rela-
xandam possessionem dictæ domus per illum obten-
tam, & in positionibus pro ipso datis, de quibus in eo-
dem summario *n.* 5. ex qua partis confessione possessio
2 probatur, *Dec. cons. 125. n. 1.* & in specie ad effectum
manutentionis, *Rot. in recent. decis. 251. num. 1. par. 2.*
& nuper fuit dictum coram me in illa *Bononien. Bono-
rum de Cryphonibus 19. Maij 1618.*

Nec obstare dixerunt DD. immissionem pro d.
Rectore a Iudice obtentam in possessionem eiusdem
domus vti ad Ecclesiam per lineam finitam deuolutæ,
qui cum Iudex nulliter, & iniustè processerit, non pri-
3 uauit dd. fratres ipsorum possessione, & passim Rota
aduersus huiusmodi factum Iudicis nulliter, & iniustè
procedentis, dat manutentionem in specie nostra fuit
decisum in *Ariminen. deuolutionis bonorum 22. Iunij
1618. coram Reuerendissimo D. meo Sacrato confirmata
16. Februarij sequentis.*

Nullitas autem patens visa fuit, cum processum
fuerit contra pupillos indefensos, *l. contra pupillos,
vbi glos. ff. de re iud.* nulla etiam persona legitima inter-
uenit, quia actor ad lites, qui in eo iudicio comparuit,
4 fuit constitutus à tutore, de cuius tutela, & cum requi-
sitis solemnitatibus suscepta non constat, & sic dicta
actoria, & omnia indè sequuta nulla fuerunt, vt per
*Castren. cons. 462. numer. 1. lib. 2. dixit Rota in Romana
Redditionis rationis 28. Martij 1611. & 4. Maij 1612.
coram Illustrissimo Bononien. impressa apud Moder. ad
Statutum Vrbis cap. 251. in ordine 45. & 46.*

5 Iniustitia verò latè apparebat, primo, quia sententia
fuit lata ob lineam finitam, & finis lineæ non fuit pro-
batur, prout debebat per ipsum Rectorem agentem ad
recuperationem domus, *Seraphin. decis. 1468. in prin-
cip.* vbi aliæ plures allegantur, maxime cum linea semel
extiterit, iuxta distinctionem, de qua *per Doctores
in l. ex facto, §. si quis autem, vbi præsertim Ripa, ff. ad
Trebellian. & in specie Rota in illa Ferrarien. Bono-
rum, 2. Nouembris 1605. coram Reuerendissimo Attre-
baten. & in prædicta Ariminen Deuolutionis, 16. Fe-
bruarij 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Da-
masceno.*

In confessio, namquè est inter partes Hieronymum
Victorelium primum acquirentem reliquisse post se
tres filios, videlicet Triphonem, Bernardinum, &
Franciscum, quorum mors non est probata per sim-
plices attestationes Parochorum in summario Re-
6 ctori numer. 4. cum fidem non faciant ex vulgaribus,
nec respectu Triphonis ex duobus testibus dicto sum-
mario numer. 5. cùm non sint in actis, neque de actis,
nec iurauerint parte citata, minusque doctum fuit,
quod prædicti decesserint sine filijs, ad quod nihil facit
fides vnius Parochi dicto numer. 4. quia non probat,
vt dictum est, & loquitur tantum de Bernardino, &
7 sic non releuat, cum hæc negatiua sit probanda respe-
ctu omnium.

Non obstat decisio Putei 43. lib. 1. in nouis, quia lo-
quitur de conditione si sine filijs, respectu vnius sin-
gularis personæ, cuius conditionis purificatio præsu-

mitur, nisi ex aduerso probetur filiorum existentia, contrarium autem tenet Rota in hac specie, vbi Dominus directus agit ad deuolutionem, ob finem lineæ ex præ-
8 dictis. Secundò, quia non fuit probata identitas dictæ domus in emphyteusim concessæ, prout de illa docendum erat plenè, ac concludenter, vt dixit *Rota in Romana Domus Sancti Petri, 6. Nouembris 1615. coram me*, eoque magis, cum ipsi de Blanchis haberent etiam illam domum propriam illi contiguam, vt constat ex instrumento emptionis factæ à dictis fratribus de Victorellis, 23. Octobris 1562. & ex sententia per Auditorem Camerarij, & Magistros viarum lata de anno 1563. in sum. de Blanchis num. 3. & 4. & Rectoris num. 3.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

# DECISIO XCII.

## CORAM CARDINALI MELLINO.

Mediolanen. Pecuniaria.

*Mercurij 17. Ianuarij 1593.*

### SVMMARIVM.

1 *Contractus talis iudicari debet qualis à partibus nominatus.*

*Sed non procedit quando pacta repugnant, tunc enim attenditur potius qualitas pactorum, quam denominatio contrahentium.*

2 *Pactum de redimendo regulariter apponitur in fauorem venditoris.*

*Quod venditores cogantur redimere, repugnat naturæ dationis in solutum, & tale fructum facit præsumi contractum simulatum.*

*Pactum cogens venditorem censum ad illud redimendum, facit contractum simulatum.*

3 *Datio in solutum obtinet vim emptionis, & venditionis.*

*Commodum, & incommodum rei venditæ post factam venditionem, spectat ad emptorem.*

*Vbi adest pactum, quod non redimente venditore rem venditam infra certum tempus emptor possit illum vendere alteri, & si vendatur minus venditor teneatur illum plus suo emptori restituere venditio prima dicitur simulata.*

4 *Venditio præsumitur simulata, vbi bona remanserunt in catastro ad nomen ipsius venditoris.*

*Et vbi venditor remansit in possessione bonorum venditorum.*

5 *Sed non arguitur simulatio, vbi venditor remanet in possessione titulo locationis.*

*Dic verum nisi aliud suadeant coniecturæ.*

6 *In locatione non conuenit soluere pensionem antequam incipiat locatio.*

*Venditor pro eo tempore, quo erat Dominus, non tenetur ad solutionem pensionis.*

7 *Locatio præsumitur simulata, vbi pensio non est proportionabilis ad fructus bonorum locatorum, sed correspectiua ad interesse pecuniarum, pro quibus quis accipit in solutum rem quam postea locauit.*

8 *In locationibus non debet fieri pactum, quod non possit remissio ex causa belli, pestis, tempestatis, vel alterius casus fortuiti.*

9 *Onerum solutio rei locatæ, spectat ad Dominum non ad conductorem.*

10 *In datione in solutum non habet locum simulatio.*

*Contraria opinio est verior, vbi concurrunt coniecturæ.*

*Eædem rationes, ex quibus præsumitur emptio simulata militant in solutum.*

11 *Simulatio non intrat in venditione, vel datione in solutum, nisi adsit etiam modicitas pretij.*

*Imo intrat etiam si pretium conuentum non sit modicum, vbi adsunt aliæ coniecturæ.*

12 *Obligatio præcedens extinguitur per datione in solutum.*

DOmini perpensis diligenter omnibus clausulis huius contractus, censuerunt in eo simulatè fuisse appositum nomen dationis in solutum, & fuisse pignoratitium, & illicitum, moti fuerunt, quia licet regulariter contractus iudicetur talis qualis, a con-
1 trahentibus nominatur, *Bartol. in l. eotem, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. Oldrad. consil. 159. in primo dub. Aretin. consil. 155. in principio*, tamen hoc non procedit, quando pacta repugnant, *l. vbi ita donat. ff. de donation. caus. mort. cap. constitutus de relig. domib. & ibi Abbas numer. 22. Roman. consil. 509. Dec. consil. 304. numer. 2.* attenditur enim potius qualitas pactorum, quam denominatio contrahentium. *Baldus in rubric. C. de iur. emphyteut. numer. 10. Ias. in l. prima. numer. 45. C. de iur. emphyteut. Afflictus decis. 72. numer. 9. & 10. Tiraquel. de retract. consanguin. §. 20. glos. prima, num. 11. Bellon. consil. 21. num. 7. & 6.*

In hoc autem contractu Dominis videbantur multa concurrere, quæ repugnant dationi in solutum, & illum arguunt pignoratitium, & primò considerabatur pactum redimendi infra sex annos, quod non est appositum in fauorem venditorum vti regulariter
2 apponitur, quia venditores cogantur redimere, quod arguit simulationem, & repugnat dationi in solutum, *Summ. Angeli in versic. vsura il primo, numer. 66. Siluester in versic. vsura il secondo, quæst. 15. versic. 3. Couarruu. lib. 3. variarum resolutionum, cap. 9. sub numer. 3. versic. 4.* ex prænotatis, & in simili pacto apposito in contractu census, fuit pluries resolutum, & nouissimè in *vna Vrbeuetana Census coram R. P. D. Seraphino*.

Considerabant etiam Domini, quod Andreas reseruat sibi facultatem cogendi venditores ad redimendum bona data in solutum, & si post denunciationem venditores esset negligentes, vel recusarent comparere, & soluere pretium succedit aliud pactum, quod liceat emptori vendere plus offerenti, & sin minus vendantur eo precio, quo ipse emit, posset petere residuum, quod pactum ostendit Andream non habuisse animum emendi, & est contra sub-
3 stantiam dationis in solutum, in qua cum obtineat vim emptionis, *l. eleganter, ff. de pignoribus actis*, commodum, & incommodum spectant ad emptorem, *l. prima, & secunda, ff. de pericul. & commod. rei vendit. Siluester in loco citato, numer. 2. Angel. numer. 68.*

Placebat quoque Dominis alia coniectura simula-
4 tionis, quod bona data in solutum semper remanserunt in æstimo venditorum, *Bald. quæst. 438. col. 2. vol. 5. Roland. à Vall. cons. 40. num. 35. vol. 2.*

Præterea fuit considerata alia coniectura, quod venditores remanserunt in possessione bonorum in solutum datorum, *l. sicut, §. super vacuum, ff. quib. mod. pig. vel hypotec. solu.* Et licet non arguatur simulatio, quando venditores remanent in possessione ex instrumen-
5 to locationis, *Roman. consil. 304. numer. 3. Imol. in cap. illo vos, numer. 17. de pignor. & fuit decisum in vna Neapolitana Census, 4. Decembris 1579. coram bonæ memoriæ Episcopo Lauretano*, tamen ista limitatio sublimitatur, nisi aliud suadeant coniecturæ *Roland. dicto consil. 40. numer. 44.* quæ hic plures concurrunt.

runt, nam isti contractus dationis in solutum, & loca-
6 tionis fuerunt initi quarta Februarij, & idem pactum, quod locatio, & solutio pensionis incipiant a die Sancti Martini 11. Nouembris praecedentis, quod non conuenit contractui locationis, quia venditor pro eo tempore, quo erat Dominus non tenetur ad solutionem pensionis, *l. si quis fundum, §. vltimo, ff. de locat. Parisius consil. 54. numer. 76. volum. primo.*

Secundò, pensio non est proportionabilis ad fru-
7 ctus bonorum locatorum, sed potius est correspectiua ad interesse pecuniarum ad rationem quatuor pro centenario, *Ancharan. consil. 257. volum. vltim. Ioannes de Anan. consil. 58. columna secunda, Natt. consil. 198. n. 14. Plott. consil. 83. n. 8.*

Tertio, adest pactum, quod conductores non pos-
8 sent petere remissionem, ex causa bellis, pestis, tempestatis, vel alterius casus fortuiti, quod est contra naturam contractus locationis, *l. ex conducto, ff. locat. l. licet, & l. excepto, C. eodem tit. Bello. d. consil. 29. nu. 8.*

Quartò, creditores soluerunt onera, quorum so-
9 lutio spectat ad Dominum, & non ad conductorem, *l. ediles, ff. de via publica, Bald. consil. 77. n. 6. volum. primo, Bero. consil. 146. n. 15. volum. 1. Natt. dicto consil. 198. n. 11. & 13.*

Non obstat, quod in datione in solutum, non est
10 locus simulationi, *Fulgos. consil. 133. sub nu. primo, Decius consil. 167. sub num. 2. cum alijs allegatis*, quia Dominis magis placebat contraria opinio, quando concurrunt coniecturae cum eisdem rationes, ex quibus praesumitur emptio simulata, militent etiam in datione in solutum, *Cassador. decis. secunda de vsur. Paris. d. consil. 54. num. 82. Couarrun. lib. 3. variar. resolut. cap. 8. numer. 5.*

Non obstat, quod absque modicitate precij non
11 est locus simulationi, quia licet modicitas pretij sit vrgeas praesumptio, tamen etiam sine modicitate aliae coniecturae sufficiunt, *Roland. dicto consil. 40. numer. 42. Mohedan. Engub. consil. 74. num. 5. & 13. lib. primo.*

Non obstat, quod propter moram debitorum potuit taxari interesse, quia post dationem in solutum, non
12 potest considerari mora cum per dationem in solutum obligatio praecedens sit extincta, *l. si quis aliam, ff. de solutionib. l. eleganter, ff. de pignor. act. Dec. consil. 307. sub n. 9. &c.*

## DECISIO XCIII.

### CORAM CARD. MARQVEMONTIO.

Romana Montis Farnesij.

10. Nouembris 1610.

### SVMMARIVM.

1 *Conuentio seruanda est.*
2 *Protraxisse exactionem quis dicitur eo ipso, quod tempore conuento non exegit.*
*Et ex quo nullam diligentiam adhibuit pro tali exactione.*
*Praesertim si ij, qui diligentiam fecerunt fuerunt satisfacti.*
3 *Solueri alteri personae, quam vero creditori in opportuno tempore, & loco non liberatur,*
4 *Soluens procuratori habenti mandatum ad exigendum, & quietandum soluere dicitur, & ac si soluisset ipsi principali liberatur.*
5 *Vbi debetur aliquid annuatim solui potest fieri solutio in principio anni.*
6 *Vbi solutio est facta post captum annum, non dicitur anticipata.*
7 *Debitor potest soluere ante diem, praesertim volente creditore, & nu. 9.*
*Quilibet potest renunciare illis, quae ad suum fauorem sunt introducta.*
8 *Licet notarius stipuletur pro omnibus habentibus interesse, tamen totius, qui nullum habet interesse non potest vti dicta conuentione.*
*Interesse prouenienes ex post facto non debet censeri deductus in stipulationem à notario, qui stipulatus fuit ad fauorem omnium, quorum interest.*
9 *Creditor, qui neglexit exigere tempore debito à depositario post talem negligentiam non dicitur amplius se qui fidem ipsius debitoris sed solius depositary.*
10 *Is cui pecuniae ex pacto sunt consignando, dicitur adiectus solutioni.*
*Et adiecto solui debet, vbi principalis interest.*
*Soluens adiecto liberatur, etiam si in alio loco, & tempore soluat.*
*Quae consistunt in dando non variantur varietate loci essentialiter.*
11 *Vtcumque debitum soluitur, affert recipienti vtilitatem.*
*Interesse transmissioni pecuniarum de loco ad locum, non potest considerari, vbi pecunia creditori in loco conuento solui debent.*
12 *Lex vult creditorem curiosum in procurando exactionem sui crediti, aut in alijs, quae sua interfunt.*
13 *Mercatori dicitur facta solutio in Vrbe etiam si ipse velit eam recipere in Ciuitate Placentiae.*
*Mercatori facilè est accipere pecunias in vno loco, & eas transportare ad alium per litteras cambij.*

ROta censuit Serenissimum Dominum Parmae Ducem fuisse liberatum. Agitur enim de bimestri Nouembris, & Decembris in anno 1607. quo tempore non dubitabatur D. Ducem fecisse soluere Ceulo Depositario Montis, ratam pecuniae inter Montistas distribuendam, & quamuis Ceulus facultatibus postea lapsus, quam plurimus Montistis non satis fecerit, tamen iste casus ad ipsos spectat, non autem ad Dominum Ducem, quia in pactis in Montis erectione conuentus Depositarius debebat ex annuis redditibus Status, & Ducatus Castri, & Roncilionis habere scuta annua quinquaginta quatuor millia, atque ex illis soluere fructus locorum dicti Montis de bimestri in bimestre, pro rata in fine cuiuslibet bimestris hic Romae liberè, & omni exceptione remota omnibus, & singulis Montistis, qui dictos fructus recipere voluissent, deinde fuerunt addita haec verba formalia.

Qui verò protraxerint, aut exigere neglexerint de illis eisdem fructibus maturatis, & non exactis, intelligantur sequi fidem Depositarij; non autem Domini Ducis.

Vndè cum dies solutionis dicti bimestris cesserit in principio mensis Ianuarij, & Montistae protraxerint exigere suos fructus, consequens est ipsos sequutos
1 fuisse fidem Depositarij, iuxta conuentionem, quae seruanda est, *l. iuris gentium, §. Praetor ait, ff. de pactis, l. final. ff. naut. caup. stabul. l. prima, ff. de const. pecun. l. cum amplius, in fine, de regulis iuris.*

2 Quod autem Montistae protraxerint constat eo ipso, quod tempore conuento non exegerunt, *Felinus in capit. fin autem, num. 3. de rescript. post Bartolum, quem allegat consil. 102. volum. primo*, & ex quo per totos Ianuarij, & Februarij menses, quibus fides, & Argentaria, seu Bancharia Ceuli negotiatio durauit non adhibuerit aliquas legitimas diligentias pro consequen-

da

da dicta solutione, *iuxta textum, & ibi notata in l. sed
& si Prætorem, §. secundo, ex quibus causis maior. Aym.
consil. 132. num. 4. Soccin. consil. 275. num. 6. Menochius
consil. 418. numer. 3. lib. 3. Roland. consil. 12. numer. 25.
vol. 4.*

Augeturque hæc negligentia, ex quo quibusdam ex
Montistis, qui diligentiores fuerunt, fuit satisfactum de
fructibus istius bimestris, itavt si dum tem protrahunt,
vel negligunt exactionem, Depositarius factus sit non
soluendo, suæ negligentiæ expensum id ferre debeant,
*vt ait eleganter Scæuola in l. pupillus, quæ in fraud. credit.*

Neque est æquum Dominum Ducem teneri, ex quo
hodie pecunia, quam soluerit amissa sit, quia non teneretur,
nec amissa foret, si Montistæ eam accipere voluissent,
vt non minus eleganter dixit *Marcellus in l. qui
decem de solut.*

Non obstat, quod asseritur D. Ducem non fuisse liberatum,
quia soltiou facta fuerit alteri personæ in opportuno
tempore, & loco alieno, *l. qui Romæ, ff. de verbor.
l. si solutiones, ff. de solution. l. 3. & tot. tit. de eo, quod certo
loco.* Nam quoad appositionem personæ, illa parum
vrget, quia in erectione montis fuerat conuentum, vt
mortuo Tiberio Depositaria, vt vocant istius montis
pertineret ad eiusdem Tiberij hæredes, vel successores
in ratione bancharia, quæ qualitates, cum ambæ concurreret
in Lælio Tiberij filio, sequitur legitimam solutionem
illi fieri potuisse, & eo quidem fortius, quia
montistæ ab eodem Lælio sæpius exegerunt fructus
suos.

Nec facit, quod solutio non fuerit facta ipsimet Lælio.
Nam satis est, quod facta fuerit eius legitimo pro-
4 curatori, qui habebat mandatum speciale ad recipiendum,
& quietandum exprese in hanc causam fructuum
montis, & dictus procurator recepit, & quietauit, *l. vero
procuratori, l. qui hominem, §. si nullo mandato, ff. de
solution.* non debet etiam dici anticipatè facta solutio,
quia in erectione fuerunt promissa pro fructibus, & extinctione
locorum montis annua scuta quinquaginta
quatuor millia, & in instrumento sæpè vsurpantur illa
verba annuorum scutorum, annuæ solutionis, annuæ
5 summæ, ideoque de iure poterat Dominus Dux soluere
initio anni, *l. qui hoc anno; vbi latè Bartol. & l. eum,
qui certarum, ff. de verbor. obligation. §. at si ista, instit. eodem
titulo, §. qui hoc anno, vbi glos. instit. de inutil. stipulat.*
vndè cum annus inciperet die quinta Septembris,
& solutio fuerit facta die decima secunda Nouembris,
6 sequitur eam non fuisse anticipatam, præterea cum in
eadem erectione adesset specialis prouisio circa tempus,
quod videlicet, fructus soluendi essent in fine cuinslibet
bimestris, manifestum est, non posse subsistere,
quod solutio fieri à Domino Duce debuerit in fine tantum
cuiuslibet semestris. Nam ipse est debitor, & de
pecunijs ipsius, videlicet de redditibus Ducatus, & Castri
Roncilionis expresè fructus locorum montium debent
solui.

Nec iuuari possunt montistæ conuentione inita inter
Dominum Ducem, & Ceulum depositarium, in qua
idem Depositarius promisit soluere montistis in fine
cuiuslibet bimestris, & Dominus Dux promisit soluere
Depositario in fine cuiuslibet semestris, nam illa con-
7 uentio facta est fauore Domini Ducis, qui hoc obstante
potuit soluere ante diem non solum, quia potest
quisque renunciari illius; quæ ad suum fauorem sunt introducta,
*cap. ad Apostolicam de regular. l. si quis in conscribendo,
C. de pactis, glos. in cap. si diligenti de foro competen.*
verum etiam, quia volente creditore potest solui
ante diem, *l. stipulatio ista, §. inter certam, & l. continuus,
§. cum ita, de verborum obligat. l. quod certa die de
solut.*

Accedit, quod ista conuentio fuit res omninò specialis
acta inter Dominum Ducem, & Depositarium,
postquam erectio montis iam conuenta, & in stipulationem
deducta fuerat, & loca montium fuerunt vendita
habita relatione ad erectionem, non autem ad
istam conuentionem, in qua licet notarius fuerit stipulatus
pro omnibus habentibus interesse, tamen omissis
alijs responsionibus sufficit dicere montistas non
8 posse vti illa conuentione, cum ipsorum nihil intersit,
quo tempore Dominus Dux soluat Depositario. Nam
antequam neglexerint, aut protraxerint exigere habent
semper Dominum Ducem obligatum, siue is depositario
soluerit, siue non; Itaut si in proposito Ceulus
defecisset facultatibus in mense Decembris dam-
9 num pertinuisset ad Dominum Ducem, non autem ad
montistas, postquam autem montistæ neglexerunt, vel
protraxerunt exigere, non sequuntur amplius fidem
Domini Ducis, & per consequens, cum non sint amplius
illius creditores, *ad notat. per Doctores in l. primo,
ff. si cert. pet.* non pertinet ad eos, quomodo ipse soluat
Depositario, denique interesse montistarum in eo
consistit, vt fructus ipsis per Depositarium soluantur
in fine cuiuslibet bimestris, non autem, vt prius, vel posterius
soluantur Depositario per D. Ducem.

Nec viget replicatio montistarum, quod constet
de ipsorum interesse sufficienter, ex quo si Dominus
Dux non soluisset ante finem bimestris, pecuniæ fuissent
adhuc penes suam Serenissimam Celsitudinem,
eo tempore, quo Ceulus defecit, & ex illis potuissent
exolui fructus decursi locorum montis, quia respondetur,
quod istud interesse proueniens ex post facto,
atque ex inopinato euentu, non debet censeri deductum
à Notario in stipulationem ad fauorem Montistarum,
*l. si tibi decem, §. si pactus sim, ff. de pact. l. contractus
de reg. iur. Cardin. in Clement. accedens, num. 13.
de præbend. Aretin. in §. alteri institut. de inutil. stipulat.*
vltra quod non interesset Montistarum si suo tempore
exegissent, & Dominus Dux, qui satisfacerat suæ
obligationi erga Montistas præstando Depositarium,
qui soluit aliquibus, & poterat compelli, vt omnibus
solueret, non tenebatur, imò nec debebat expectare
casum, & aduersam fortunam Ceuli, qui
erat mercator integræ opinionis, *l. si à bonæ fidei
possessore, ff. de rei vendicat. l. inter stipulantem, §. sacram.
de verborum obligation.* vnde cum ille casus aduersus
contigerit, non debet imputari Domino Duci
eo prætextu, quod soluerit ante tempus, quia cum
id fecerit debitore volente, fecit quod sibi de iure licebat.

Superest tertia obiectio, quod solutio facta sit in
Nundinis Placentiæ, cum tamen Romæ esset facienda,
verum illa facilè tollitur, quia siue Ceulus fuerit
creditor, iuxta conuentiones inter Dominum Ducem,
& ipsum initas, siue fuerit adiectus solutioni, ex quo
10 vigore erectionis pecuniæ erant illi consignandæ,
*l. Iulianus, §. qui fundum de verbor. obligat. Bald.
cons. 396. lib. 3. Ruin. consil. 209. numer. 8. vol. 1. Rota
Genuen. decis. 54. numer. 4.* & intererat Montistarum,
vt penes eum pecuniæ remanerent, ad effectum,
vt ex illis suos fructus in eius banco consequerentur,
*Paris.* qui de communi testatur *consil. 107. numer. 32.
libr. 3.* vtroque casu facta illi solutione, etiam in alio
loco contingit Domini Ducis liberatio, *l. 3. §. idem
Iulianus, ibique notat glos. & Doct. & l. is qui certo
die, ff. de eo, quod certo loco, Crescent. decis. 2. de solution.
latè Stracca de adiect. par. 2. numer. 61. & seq.* &
reddit idem Iulianns optimam rationem, quod vide-
11 licet, quæ consistunt in dando non variantur varietate
loci essentialiter, & vbicumque debitum soluitur
adfert recipienti vtilitatem, & licet peti posset interesse
ratione transmissionis pecuniarum, & electionis
loci, quando solutio facta fuit adiecto, tamen id nihil
est in

est in hoc casu, quia Montiltatum nihil interfuit, quo loco fieret solutio, ipsi enim aliud desiderare non possunt, nisi quod fructus locorum montis sibi soluantur Romæ per depositarium in fine cuiuslibet bimestris. Id autem consequuntur, dùm habent bancum Romę apertum, & depositarium soluente, & qui exequutiue compelli potest, vt soluat, & hoc stante non spectat ad eos, quid inter ipsum Dominum Ducem, & depositarium geratur, vel quo in loco fiat solutio, & lex vult quidem creditorem curiosum, *l. 3. §. sed si sic in fine, ff. de rem verso*, sed in illis dumtaxat, quæ interfunt, *l. vlt. in fin. ff. de instit.* vltra quod satis censeri debet solutum mercatori in Vrbe, quando ipso volente soluitur Placentiæ, quandoquidem mercatori facile est accipere in Vrbe mutuas pecunias restituendas Placentiæ, & è contra facilè est etiam transportare à Placentia pecunias in Vrbem per literas Cambij. Ex quibus omnibus fuit resolutum Serenissimum Dominum Ducem fuisse liberatum, &c.

## DECISIO XCIV.

### R.P.D. PIROVANO.

**Romana Repetitionis indebiti.**

*30. Aprilis 1610.*

### SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum facta pro credito non vero, vel ex falsa causa est nulla, & n. 2.*
*Et etiam si prætensus creditor poterat exceptione remoueri.*
2 *Datio in solutum est similis venditioni.*
*Venditio deficit deficiente pretio, tanquam carens suo substantiali.*
3 *Soluens ei, cum quo contraxit liberatur etiam si is alteri censum, vel debitum vendiderit, vbi non est intimata debitori talis venditio, vel cessio, vel aliud de requisitis in l. 3. C. de nouatio non interuenit.*
4 *Vsufructuarius dicitur largo modo Dominus.*
*Licet quis sit vsufructuarius census, tamen census potest extingui vero Domino proprietario.*
5 *Non sufficit qualibet scientia, vt ex ea quis obligetur; sed requiritur plena, & præfecta cum omnibus suis qualitatibus.*
6 *Confessio dicitur erronea vbi probatur contrarium illius quod in confessione enunciatur.*
7 *Instrumentum factum in carceribus dicitur nullum,*
*Dic verum vbi carceratio est iniusta, secus si sit iusta.*
*Præsertim si in casum in obseruantia fuit reseruata facultas exequendi mandatum, vel extra carceres fuit ratificatum.*
8 *Durante causa metus carcerationis, idem iudicandum est, quod de ipso metu.*

IO. Paulus Manfredus anno 1574. emit annuum censum scutorum 16. à Marcello Bertollo cum obligatione Iacobi, & Bartholomæi fratrum de Stuardis, distracto deinde fundo super quo erat census constitutus, egit Manfredus pro manutentione contra Iacobum alterum ex obligatis, quam ob causam carceribus mancipatus Iacobus soluit scuta centum ad computum sortis principalis, & biennio post residuum, & pro complemento reportauit quietantiam à Manfredo per publicum actum.

Anno 1606. mortuo exinde Iacobo, Tarquinia Alicorna filia, & hæres Artemisiæ sororis Manfredi, vigore instrumenti cessionis de dicto censu factæ per eundem Manfredum Artemisiæ, vsque de anno 1574. egit contra Bartholomæum Stuardum alterum ex obligatis vti Domina census, ea de causa carceratur Bartholomæus dedit Tarquiniæ bona in solutum pro concurrenti quantitate sui debiti.

Reperto vero instrumento generalis quietantiæ per Bartholomæum factæ egit Manfredus ad repetitionem indebiti, & causa in Rota commissa; dubitatum an datio in solutum subsistat in casu, & ad effectum de quo agitur.

1 DD. dixerunt dationem in solutum non subsistere, cum facta reperiatur debito non subsistente, & consequenter ob falsam causam, quæ solet vitiare dationem in solutum, *l. 1. §. hæc verba; verſ. pronde, ff. ne vis fiat ei*, vbi nihil debet prodesse, *Bart. in l. Fulcinius, numer. 122. versic. hoc tamen intellige, ff. de damno infecto, & Vlpian. in dicto versic.* proinde idem existimauit si prætensus creditor poterat exceptione remoueri, & optimè considerat *Menoch. de retinend. possess. remed. 1. num. 37. & 38.* quod propriè applicatur in casu Bartholomæi, qui tutus erat solutione facta per fratrem, ob quam census extinctus remanserat.

Et cessat etiam alia ratione effectus dationis in solutum, quia cum illa similis fit venditioni, *l. eleganter in princ. vbi Bart. Castr. & Bald. ff. de pign. act. Tiraquell. plures cit. de retract. consang. §. 1. gloss. 14. numer. 2.* sicuti deficiente pretio, venditio deficit tanquam carens suo substantiali, *§. pretium instit. de emptione vend.* eodem modo datio in solutum corruit non verificato debito obligati, quod est pretium dationis in solutum.

Non obstant, quæ pro parte Artemisiæ dicebantur de subsistentia debiti Bartholomæi, cum solutio per Iacobum Correum facta fuerit Manfredo non vero Domino census, cuius dominium vsque de anno 1574. titulo venditionis transtulerat in Marcellum.

Respondetur n. quod non data notitia debitoribus de translatione dominij per contractum venditionis, vel cessionis potuit Iacobus soluere Manfredo pretium census pro illius extinctione, prout rectè soluit, & li-
3 berationem consequutus est soluendo ei cum quo contraxerat, *l. filius, ff. de pact. vbi Bart. Bald. Alexand. Iaf. & Dec.* dicentes hoc etiam procedere si recipiens non esset Dominus, *Bart. in l. si Vrbana, ff. de cond. indeb. Surd. pluries relatus, consil. 103. numer. 2. & decis. 6. n. 8.* quæ liberatio magis confirmatur cum ex parte Artemisiæ non doceatur de requisitis, vel altero eorum; de quibus in *l. 3. C. de nouat.* scilicet contestatione, vel partis debiti solutione, vel denunciatione.

Nec DD. visa fuit sufficienter probata scientia Bartholomæi de contractu Artemisię, num. 2. 3. quia ex illis non resultabat explicita scientia translationis pleni dominij ad fauorem Artemisię, poterat enim ex causis vsusfructus, vel hipothecæ censum possidere, quæ
4 licet largo modo de dominio dicantur *Bald. in l. proprietatis, C. de probat. & l. femina, num. 5. de secund. nupt.* Non tamen impediebant extinctionem census fieri vero domino, maximè etiam, quia causæ illę poterant breui expirare, & ab anno 1575. vsque ad annum 1583. quo census fuit extinctus, nec etiam post apparet, quod Artemisia egerit pro fructibus istius census, & propterea non sufficit quælibet scientia, quando agitur, vt ex ea quis obligetur, sed debet esse plena, & perfecta, cum omnibus suis qualitatibus, *gloss. in cap. concordationi in verſ. sciuerit de appel. in 6. Natt. conf. 161. n. 37. & 636. n. 129. Osasc. decis. 176. Becc. conf. 37. n. 32. Surd. consil. 150. in fin. lib. 1.*

Postremo dixerunt DD. non obstare confessionem Bartholomæi, de qua in instrumento dationis in solutum, vbi expressè fatetur se ipsum, & Iacobum eius fratrem fructus huius census soluisse Artemisię cessionariæ per

per totum annum 1579. eamque recognouit in domi-
8 nam census, quia ex deductis in summario Bartholomæi num. 1. apparet erronea, ex quo de anno 1577. Manfredus agebat, & exigebat fructus census suo proprio nomine.

Præterea ista solutio, & datio in solutum fuit facta,
9 ad effectum se liberandi à carceribus, vt expressè legitur in instrumento dationis in solutum, & consequenter dicitur nulla metu, seu vi carceris, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 136. n. 4. Od. de rest. quæst. 7. art. 9. n. 28. Rol. cons. 2. n. 48. vol. 1.*

Et quæ dicebatur de *decis. Dominis Cardinalis Platti in Romana Pecuniaria de Ruspolis* 10. *May* 1589. videntur procedere, quando alias constaret dictam carcerationem fuisse iuste factam, quia tunc obligatio ad euitandum carcerationem iustam, non inualidatur, secus in casu nostro à quo prouenit carceratio pro debito iam extincto, & consequenter iniusto; Et dum Bartholomæum extra carceres eandem dationem in solutum ratificauit ex eo non potuit se iuuare Artemisia propter reseruationem mandati exequutiui contra eundem Bartholomæum in casu in obseruantiæ.

Vnde durante causa metus ratione carcerationis idem videtur iudicandum prout de ipso metu; *l. si quis, ff. de incend. ruin. & naufr. Mandos. in prohem. latissimè gloss. facult. in verbo timor* vbi plura exempla cumulat.

Et ita fuit resolutum, &c.

# DECISIO XCV.

## CORAM CARDINALI SACRATO.

Romana de Bombellis.

*Veneris 31. Maij 1613.*

*SVMMARIVM.*

1 *Immissio data per iudicem priuat alium sua anteriori possessione.*
2 *Iudex subrogatus non tenetur procedere de voto, vt primus fecit.*
3 *Iudex subrogatus, tenetur seruare formam, quam primus seruabat ex necessitate imposita per rescriptum.*
4 *Voti susceptio potest à iudice omitti, vbi rescriptum non est præcisum, & simplex, sed cum clausula, in articulis sibi bene visis.*
5 *Sed votum susceptum non potest sperni.*
6 *Fatalia non concurrunt durante tempore ad habendum consilium sapientis.*
7 *Calculatores in eorum arte dici possunt sapientes.*
8 *Peritorium artis, quam non nouit iudex, consilium, potest iudex requirere, & sequi tenetur.*
9 *Exequi suam sententiam non potest iudex subdelegatus sine commissione exequutoriali.*
10 *Facultas data in commissione primi iudicis censetur repetita in commissione subrogatoria.*
11 *Concilium Tridentinum disponens de actorum transportatione, non procedit in causis prosanis.*
12 *Actorum non integra transportatio, reddit sententiam iudicis ad quem nullam, etiam de iure ciuili.*
13 *Nisi deficerent acta partis aduersæ, quæ fuisset negligens in trasportando.*
14 *Negligentia partis in transportando acta inducitur per monitionem iudicis.*
14 *Vel per seruationem terminorum substantialium.*
16 *Exequutio, an & quando fieri possit post in dictas ferias per decretum Visitatorum carcerum.*
17 *Sententia iniusta, non potest exequi.*
18 *Exequutionem passo in vim sententiæ iniustæ, datur manutentio ratione ciuilis possessionis.*
19 *Declara si iniustitia sit valde patens, & notoria, quia tunc æquiparatur nullitati, secus si dubia, & num. 21. & 26.*
20 *Manutentio datur aduersus factum iudicis, nulliter, vel notoriè iniustè procedentis.*
21 *Iudex ad quem non debet aggredi inspectionem negotij principalis ad effectum manutenendi eum, qui passus fuit exequutionem, quando iniustitia dubia est, sed tantummodo si grauamen sit patens, & notorium.*
22 *Remedium ordinarium aduersus exequutionem per iudicem iuris ordine factam non est manutentio, & numer. 26.*
23 *Sed est restitutio in integrum, vbi prætenditur res iudicata.*
24 *Vel remissio in petitorio, vbi denegatur appellatio, ad effectum suspensiuum.*
25 *Appellatio quoad effectum suspensiuum denegatur in iudicijs possessorijs, & obligationis Cameralis.*
27 *Exceptiones concernentes non ius in proprietate, quando admittantur in remedijs spolij l. fin. quorum bonorum obligationis cameralis, & similibus.*
28 *Manutentio si daretur indistinctè immissionem passo iudiciorum ordo confunderetur, & frustra lex denegaret remedium appellationis, & nu. 30.*
29 *Appellationis remedium est ordinarium, & fauorabile.*
30 *Manutentionis iudicium est extraordinarium, & summarissimum, & in eo solent admitti leuiores probationes.*
31 *Manutentio dependens à cognitione negotij principalis, non expeditur, nisi cum negotio principali.*
32 *Iudex moueri non potest ex ijs, quæ sunt extra acta.*
33 *Iniustitia executionis patens est, si illius iustificatio totaliter in actis deficiat.*
34 *Ius de sui natura certum est.*
35 *Exceptioni, quæ non est de natura illius iudicij, & admittitur, si non sit dubia, obstat dubietas, tam facti, quam iuris.*
36 *Dubietas iuris ad effectum fauorabile, vt ne recedatur à forma ordinaria iudiciorum, æquiparatur dubietati facti.*
37 *Possessor tota lite pendente manutenendus est.*
38 *Iudex præsumitur ritè, & rectè iudicasse.*
39 *Actor immissus à iudice substinet vires rei, adeo vt non teneatur ad aliquam probationem.*
40 *Iustè possidet, qui auctore Prætore possidet.*

IOannæ, dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum, quia constat de eius possessione ex missione ei data per R.P.D. Macchiauellum iudicem,
1 qui potuit priuare Helenam eius anteriori possessione, *Angel. in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor in fin. ff. de acquir. possess. Imol. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, numer. 1. vers. si autem occupasset iuridicè, ff. eodem tit. Dec. consil. 103. num. 1. vers. sed tunc insurgit, Mohedan. decis. 4. num. 4. de restitut. spoliat.* quæ autem fuerunt pro parte Helenæ deducta ad docendum, quod iudex, neque ritè, neque rectè processit visa fuerunt non obstare.

Et primo, quod D. Macchiauellus processerit absque voto Rotæ, quod facere non poterat, tum quia fuit subrogatus in locum bon. mem. D. Alberi, qui iam cæperat procedere cum voto Rotæ, tum ex particulari commissione D. Macchiauello directa, quod deberet procedere de voto Rotæ.

2 Nam quantum ad primum fuit responsum nullo iure caueri, quod si vnus iudex incæpit procedere de voto, alius in eius locum subrogatus teneatur id facere, &
3 quod dicitur subrogatum teneri seruare formam, quam

quam seruabat ille, in cuius lo. cum est subrogatus, Fe-
*Felin.in cap.cum dilecta nu.7. ampliat.7.de rescript.cum*
*alijs allegat.* procedit quando ille primus seruabat illam
formam ex necessitate, puta quia sic sibi demandatum
fuerat, vt procederet sub illa forma, vt exemplificat *Fe-*
*lin.loco allegato.*

Quo vero ad commissionem directam d. Macchia-
uello, fuit responsum, quod Commissio non fuit præci-
sa, & simplex, quod deberet procedere de voto Rotæ,
sed addita fuerunt illa verba, in articulis sibi bene visis,
4 & proinde potuit D. Macchiauellus, in articulis, qui sibi
non videbantur digni decisione Rotali, omittere susce-
ptionem voti Rotalis; & licet replicaretur; quod d.
Macchiauellus nedum omisit suscipere votum Rotale,
sed in aliquibus processit contra decisiones Rotæ fa-
ctas ad consultationem D. Alberi anterioris iudicis in
hac causa; quod non videtur potuisse facere, quia clau-
5 sula arbitrio, refertur ad susceptionem voti Rotalis, hoc
est vt possit illud non suscipere, non autem vt possit,
postquam susceptum est, spernere, visum fuit motiuum
non subsistere in facto, quod scilicet dictus Macchiauel-
lus contrauenerit decisionibus Rotalibus, vt latè fuit
deductum per informantes pro Ioanna comparando
sententiam cum decisionibus.

Secundo dicebatur de nullitate sententiæ D. Macchia-
uelli, quia fuit lata post lapsum fatalium, sed inter alia
6 placuit illa responsio, quod durante tempore ad haben-
dum consilium sapientis non currunt fatalia. *Corn.cons.*
*182.num.3.lib.3. Ruin. cons. 172.num. 8.lib.4. & cons.*
*77.num.1.lib.5.Gabr.tit.de arbitr. conclus.4.num.3.* In
7 proposito autem casum negotium pendet coram cal-
culatoribus, & qui & ipsi in eorum arte possunt dici sa-
pientes, & exquiritur illorum consilium, sicut & cæte-
rorum peritorum artis, quam non nouit iudex, qui pro-
pterea tenetur illud sequi iuxta notata *in cap. fraterni-*
*tatis, & in cap. fin. de frig. & malef. facit tex.in cap.fin.*
*de hæret.in 6.vbi DD.*

Tertio opponebatur, quod D. Macchiauellus exe-
quutus fuit suam sententiam absque commissione exe-
9 quutoriali, quod non potest facere iudex subdelegatus,
10 *Cassador.decis. 13.n.4. de rescript.* fuit responsum, quod
facultas exequendi fuit data in prima commissione di-
recta D. Albero, vnde censetur reperta in commissione
subrogatoria Domini Macchiauelli *ad decis. Cassad. 8.*
*de rescript. Aegid. decis.41. Rota in causa Ciuitatis Ca-*
*stelli pensionis inter impress. decis. 44.numer.2.& in Ro-*
*mana Societatis officij relata in decis. 321.part. 1.diuer-*
*sor.*

Quartum obiectum fuit de non integra asportatione
actorum, & signanter de quadam declaratione facta
per Helenam, quod volebat habere vineam pro dote,
quæ declaratio multum faciebat ad causam, vnde infe-
rebatur sententiam, tanquam minimè visis actis per iu-
11 dicem probatorijs, etiam sine Concilio Tridentino,
quod non habet locum in causis prophanis, *vt in Ro-*
*mana Lignorum, 23. Iunij 1603. coram me* fuit dictum,
12 de iure ciuili fuisse nullam *ad l.properandum, C.de iud.*
13 *vbi Bart.& alij,* sed fuit responsum obiectum non pro-
cedere quandocumque pars, quæ dat de non integra
transportatione fuit negligens in transportando, *Rimi-*
*nal.in l.2.num.12.vers. limita etiam, Cagnol.num.70.C.*
*de edon. Felin.in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.18.in*
*prima limitat. de constit. Rota in causa Maioricen. officij*
*Pænitentiariæ, & Canonic.4.& 18.Februar.1591.co-*
*ram Gypsio, & in supradicta Romana Lignorum coram*
14 *me;* Et licet ad inducendam præsumptam negligen-
15 tiam requiratur monitio iudicis, *Cagnol.ad d.num.70.*
attamen cum in proposito casu fuerint seruati termini
substantiales contra Helenam, visum fuit hoc operari
effectum monitionis, vt fuit dictum in dicta *Maioricen.*
*officij Pænitentiariæ, & Canonicatus, 4.& 18.Febr.*
*1591.coram bon.me.Gypsio, & in causa Romana Vineæ,*
*19.Nouemb.1603.coram R.P.D.Decano.*

Quinto fuit oppositum, quod possessio fuit capta 22.
Decembris, & sic pendentibus ferijs Natiuitatis D.N.
indictis per decretum Visitæ Carcerum, sed omisso an
16 istud decretum afficiat iudices, qui non interfuerunt
in dicta visitatione, ex quo neque reperitur publicatum
vel alias particulariter intimatum, iuxta notata in *Au-*
*th.vt fact. non contest.vers. cur autem culpabimus vos, &*
*per tot. Alex.cons.73.num.8.lib.3.Castrens.cons.51.num.*
*lib.1.Roland.cons.8.num.2. cum plurib. seqq.lib.3.Barb.*
*in cap. 2.n.60. vers. & nihilominus, & n.61. in fin. de*
*constit.Gabr.tit. de leg. concl.4. num.60. Thesaur. decis.*
*248. num. 6.7.& 10. Rota in causa Calagurritana Benef.*
*S. Andreæ, 17. Martij 1593.coram bon.mem. Card.Blan-*
*chetto.* Omisso etiam an importet nullitatem actus, vel
solum, quod contrauenient mereatur pœnam, ex quo
per dictum decretum, neque datur potestas alias non
habenti, neque adest decretum annullatiuum, iuxta no-
tata per *gloss.in Clem.1.verbo inhibentes, de iure patron,*
cessare visa fuit difficultas, quia dictum decretum lo-
quitur de exequutionibus, quæ fiunt pro debitis, vt pa-
tet ex illis verbis ibi, nullus impostrerum possit realiter,
personaliter molestari, neque carcerari pro debito ciui-
li; Ioanna autem non fuit immissa in possessionem Vi-
neæ, de qua agitur pro debito Helenæ, & tanquam il-
lius creditrix; sed tanquam hæres fratris stante, quod
Helenæ quæ prædictam Vineam retinebat iure pigno-
ris iam erat satisfactum.

Denique pro parte Helenæ sententia dicebatur in-
17 iusta ex multis, quæ iniustitia stante minimè potuit
18 exequutioni demandari, & tali casu competit manu-
tentio ratione ciuilis, qua non spoliatur possessor per
factum iudicis iniustè procedentis, vt fuit decisum in
causa *Gerunden. benef. 2. Iun. 1602. coram R.D. Decano*
& in alijs.

19 Super hoc considerarunt DD. quod illæ decisiones
procedunt, quando iniustitia est valde patens, & noto-
ria, quæ tunc æquiparatur nullitati, *cap. inter cætera,*
*cum ibi not.per Scriben.de re iud. Abb.in cap.fraternita-*
*tis num.18.de frig.& malefic. Cravett. cons.302.num.2.*
*Rol.cons.6.num.37.cum duob.seqq.lib.3. Cæsar.de Graff.*
*decis. 2.num. 7. de solut. Rota in Romana Spolij de Pinis*
20 *31.Ian.1605. coram Reuerendissimo Bononien.* Proinde
sicut aduersus factum iudicis nulliter procedentis com-
petit manutentio, quia non videtur facere tanquam
priuatus, *Corn.cons.193.num.4.lib.3.Rota in causa Peri-*
*neu.& Adrien.Beneficij, 4. Iulij 1584. coram bon. mem.*
*Card.Seraph.relat.inter diuers.impress.decis.802.num.7.*
*vers.quia pro responsione, p.1. & in causa Sancti Seuerini*
*beneficiorum, 29.Decemb.1610.coram me;* & ita compe-
tere debet aduersus factũ iudicis notorie iniustè proce
dentis, etiam si alias seruet ordinem iudicij in proce-
21 dendo. Verum, quando prætensa iniustitia est dubia,
non debet iudex ad quem aggredi inspectionem nego-
22 tij principalis ad effectum manutentionis illius, qui pas-
sus fuit exequutionem, quia manutentio non est reme-
dium ordinarium, quod debet lex aduersus exequutio-
nem per iudicem seruato iuris ordine factam, sed resti-
23 tutio in integrum, vbi prætenditur res iudicata, vel re-
24 uisio in petitorio, vbi alia denegatur appellatio ad effe-
ctum suspensiuum, prout denegatur in iudicis possesso-
rijs, exequutione obligationis Cameralis, & similibus,
26 & proinde cum manutentio, non sit remedium ordi-
narium in hoc iudicio, non debet iudex, ad quem illo
vti aduersus factum iudicis à quo, nisi grauamen sit pa-
tens, & notorium, & videmus in simili, quod in iudicio
spolij, in remedijs, *l.fin.C. de edict.Diu. Adrian. tollen.*
27 quorum bonorum exequutionis obligationis Came-
ralis, & alijs, quia exceptiones concernens non ius in
proprietate minimè sunt de illorum iudiciorum natu-

ra,

ra, & ita demum admittuntur si in continenti, & clarè
probentur, secus si sin dubiæ, & requirant altiorem in-
daginem, vt per *Scribentes in d. l. fin. C. de edict. Diu.*
*Adrian. tollen. & in l. fin. C. quorum bonorum*, vbi præ-
cipuè *Bart. & Salicet. in princ. Rip. in rubr. ff. de pign.*
*numer. 19. Ponta. tract. de spol. lib. 3. cap. 3. num. 128.*
*Menoch. de adipiscend. remed. 3. numer. 180. Rota in cau-*
*sa Romana Graui, 21. Iunij 1574. coram Rabusterio in-*
*ter diuers. impress. decis. 627. numer. 3. par. 1.* Alias si ista
38 praxis ita indistinctè admitteretur, prout modernis
têporibus ab aliquibus prætenditur confunderetur or-
39 do iudiciorum, & frustra lex denegaret remedium ap-
pellationis ordinarium, & fauorabile, *Bald. cons. 148.*
*num. 10. & 11. lib. 1. Odd. tract. de restit. in integr. q. 17.*
*art. 5. num. 64. Purpur. cons. 89. num. 1. Lancellot. de at-*
*tentat. par. 2. cap. 12. num. 130. in præfat. Surd. decis. 38.*
30 *num. 4.* Si alio extraordinario summarijssimo, & in quo
solent admitti leuiores probationes, *Alexand. consil.*
*104. num. 2. lib. 7. cum alijs per Menoch. de retinend.*
*rem. vlt. num. 34. Rota in causa pacen. pensionis, 1. Iulij*
*1596. coram bon. memor. Card. Pamphilio, & in causa*
*Lucana, bonorum, 17. Iunij 1602. coram me*, posset reuo-
cari, quod seruata forma iudiciorum factum est.

31 Et prædicta corroborantur alio medio, nempè
quod quando manutentio dependet à negotij princi-
palis cognitione, tunc non expeditur manutentio, nisi
cum ipso negotio principali, *Lancellotto de attentat.*
*cap. 24. quæst. 19 num. 4. Rota in causa Siracusana Ab-*
*batissatus, 1. Decembris 1597. coram Corduba in Vlix-*
*bonen. declarationis concordiæ, 5. May 1599. coram Iusto,*
*& in Romana Officiorum, 4. Iulij 1601. coram bon. mem.*
*Card. Pamphilio.*

In proposito igitur, cum manutentio illius, qui pas-
sus est exequutionem a iudice, qui processit iuris ordi-
ne seruato, dependeat a negotio principali per supra-
scripta.

Non obstat, quod iniustitia sit patens eo ipso, quod
exequutio non iustificatur ex actis, cum iudex non pos-
32 sit moueri ex ijs, quæ sunt extra acta, vt latè dixit *Rota*
*in causa Romana hæreditatis, 18. Iunij coram me*, & alibi
sæpè, quia re incidit in ea, de quibus supra nempè esse
33 verum, si iustificatio totaliter deficiat, & ita resultet no-
torium, & patens grauamen in exequendo.

Sicut etiam minimè refragatur, quod ex quo iudex
non potuit moueri ex ijs, quæ sunt extra acta, dubietas
reducatur ad merum ius, ex quo non expectat post se
aliquam probationem facti, ius autem de sui natura est
certum, *Bald. in l. ancilla, num. 2. C. de furt. Oldr. consil.*
*279. num. primo, Natt. consil. 502. num. 5.* Et consequen-
ter ille, qui dat de iniustitia exequutionis afferendo
processum, videatur incontinenti, & patenter probare
suam intentionem.

35 Quia respondetur, quod quando allegatio, siue ex-
ceptio minimè est de natura illius iudicij, in quo fit, sed
ita demum admittitur, si non sit dubia, quod tunc reii-
citur, ne dum propter dubietatem facti, sed etiam pro-
pter dubietatem iuris, vt fuit dictum *in Romana de Pe-*
*ruschis, 30. Maij 1580. coram Robusterio, & in causa*
*Concben. Beneficij, 4. Maij 1611. coram me*, & meritò,
36 quia dubietas iuris ad effectum fauorabilem, prout est
ista, quod non recedatur à forma ordinaria iudiciorum
&c. debet equiparari dubietati facti *Felin. in cap. de*
*quarta, num. 27. de rescript. Curt. iun. cons. 150. num. 15.*
*Caph. cons. 467. num. 32. Capyc. decis. 10. num. 20. Becc.*
*cons. 95. nu. 20.*

Non denique facit, quod ille, qui passus fuit exequu-
tionem habeat fundatam intentionem in suo primæuo
statu, in quo tota lite pendente sit manutenendus ad §.
*retinenda instit. de interd. cum vulg.* & propterea aduer-
sario incumbat onus probandi immissionem, & qui-
dem iustam, cum alias iniusta non debeat sibi suffraga-
ri, & sic videatur, quod onus probandi iniustitiam in-
cumbat illi, qui obtinuit exequutionem, non autem illi,
qui eam passus fuit. Vnde infertur, quod si adest ali-
qua dubietas, illa facit contra illum, qui obtinuit exe-
quutionem, non autem pro quia respondetur, quod
38 stante præsumptione iuris, quæ concomitatur nouum
factum iudicis, etiam pro illo præsumitur, quod rectè
fuit functus officio suo, *l. 2. cum ibi not. C. de offic. ciuil.*
*iud. Abb. consil. 41. num. 2. versic. præsumitur, lib.*
*1. Alexand. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, numer.*
*10. ff. de verbor. obligat. Crauett. consil. 188. numer. 8.*
*cum alijs per Gabriel. tit. de senten. conclus. 5. in*
39 *princip.* non attenditur ille primæuus status, sed iste
nouus, per quem ille, qui alias erat actor sustinet vices
rei, nec tenetur ad aliquam probationem, vt est bo-
nus *textus in l. cum de indebito., ff. de probat.* & fuit
latius dictum in causa *Comen. Decimarum, die 8. Iu-*
*nij 1602. coram me*, & proinde, cum ille, qui prius
erat reus, fiat actor, debet docere de suo iure, vel via
ordinaria, & petitorio, vel quatenus aggrediatur viam
extraordinariam manutentionis, docendo inconti-
nenti de iniustitia absque vlla dubietate facti, vel iuris,
aliàs immissus est manutenendus, quia iustè possidet,
40 qui auctore Prætore possidet, *l. iustè possidet, ff. de ac-*
*quir. possess. cum alijs supra in princ. allegat.*

Iniustitia verò ex multis deducta pro parte Helenæ,
visa fuit plusquam dubia ex replicatis pro parte Ioan-
næ, quapropter DD. reseruauerunt videre suis loco, &
tempore.

# DECISIO XCVI.

## R.P.D. M. ANDREA.

Beneuentana Bonorum.

*Lunæ, 4. Maij 1615.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi iudex nulliter, vel iniustè processit immittendo ali-*
*quem in possessionem, si priuatus possessione non habuit*
*se pro spoliato debet in ea manuteneri.*

2 *Statutum Beneuentanum prohibet minoris, vel mu-*
*lieres fideiubere pro patre, vel marito alias mandat,*
*quod talis obligatio, etiam iuramento firmata sit*
*nulla.*

3 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
*Ius commune prohibet mulieres fideiubere etiam pro*
*patre.*
*Minores masculi, vel pupilli non prohibentur fideiubere*
*pro patre.*
*Relatio non fit ad omnia vbi induceretur iurium corre-*
*ctio.*

4 *Statutum debet restringi quantum sit possibile, vt mi-*
*nus corrigat ius commune, etiam verba impropriando.*

5 *Manutentio conceditur, quando iudex notoriè iniustè*
*processit, aliàs remedium nullitatis esset subla-*
*tum.*
*Obligatio filij pro honore paterno, ne scilicet detegatur*
*periurus, & mendax, ex quo donauit bona filijs, & po-*
*steae a obligauit alijs sustinetur.*

6 *In contractibus minorum ex interuentu propinquorum*
*& decreto iudicis excluditur.*
*Præsumptio metus carceris excluditur vbi quis est car-*
*ceratus de mandato iudicis.*

7 *Exequutio facta super stabilibus est nulla, vbi prius non*
*est facta diligentia super mobilibus.*
*Dic procedere vbi constat adfuisse mobilia.*

Sed

*Sed non procedit ubi fuit actum vigore obligationis Camerali.*

8 *Sententia lata contra minorem indefensum est nulla.*
*Intellige ubi minori competunt defensiones.*
*Et non possunt dici indefensi ubi fuerunt citati, & pro eorum parte fuerunt facta oppositiones.*

9 *In maioribus quatuordecim annis sustinetur iudicium, etiam non citato curatorem, & etiam ipso non comparente, vel defendente minores.*
*Et potest citari curator, vel soli minoris.*
*Sed in practica seruatur, quod si minor adultus habeat curatorem, curator citari debeat, sed si non habeat debent citari ipsi minores ad comparendum legitimè, alias videndum deputari curatorem.*

Plura opponebantur pro Vitellijs in repropositione dubij contra decisionem, ad ostendendum, quod iudex nulliter, & iniustè processerat ad immissionem, & per consequens eos non priuauerat sua antiquiori possessione, ex quo eis competebat manutentio, cum non se habuerint pro spoliatis, vt sæpius fuit decisum *in Mediolanen Beneficij, 10. Martij 1614. coram me*, & primò deducebatur nullitas obligationis minorum ex dispositione Statuti Beneuentani Summario primæ positionis num. primo, quod vt ipsi dicebant, prohibet minores, & mulieres pro aliquo, etiam patre, vel marito fideiubere, alias obligatio sit nulla, nec confirmetur iuramento.

Verùm placuit responsio, quod statutum loquitur de contractibus mulierum in prima parte prohibens ne possint fideiubere; in secunda vero parte eisdem alios contractus permittit, seruatis tamen certis solemnitatibus, vt ibi. Vnde dum post ea in secunda parte statutum mandat, quod in contractibus pupillorum, & minorum seruentur omnia dicta in contractibus mulierum, debet relatio fieri ad illam partem statuti, qua mulieres, cum certis solemnitatibus contrahere permittuntur, non autem vbi illæ à fideiussionibus arcentur, quia statuta recipiunt interpretationem a iure communi, *l. 1. §. lex Falcidia vbi not. omnes, ff. ad l.*

3 *Falcid.* quod ius commune prohibet quidem mulieres fideiubere etiam pro patre, minorem autem masculum, vel pupillum non prohibet, *l. si paternam, vbi glos. DD. C. ad Velleian. l. filius fam. cum concord. in glos.* & ibi quoque notant *DD. C. de fideiussion.* & relatio non fit ad omnia præcedentia, quando induceretur iurium correctio, *Panorm. in cap. Ecclesia vestra il secondo per illum tex. numer. 5. de elect. Ias. in l. talis scriptura, numer. 39. ff. de legat. 1. Capic. decisio 11. numer. 11. Gabr. de claus. conclus. 9. numer. 5.* Quod multo fortius procedit in statuto, quod debet restringi

4 quantum fit possibile, vt minus corrigat ius commune, etiam verba impropriando, *Abb. in cap. cum dilectus, numer. 21. de consuet. Rom. consil. 199. numer. quarto, Gozadin. consil. 88. n. 8. Grat. consil. 46. n. octauo, lib. 1.*

Secundo hæc nullitas fundabatur in defectu causæ necessariæ, vel vtilis, quam requirit statutum, ex quo de tempore ratificationis primæ obligationis scilicet de anno 1612. pater erat mortuus, & sic cessabat causa eum liberandi ab imminenti carceratione, sed fuit responsum, quod causa satis vrgens, & sufficiens obligationis, & ratificationis huiusmodi fuit honor paternus, nec scilicet simul eodemque tempore detegeretur periurus, & mendax, cum eadem bona filijs, vt prætenditur donata alteri, deinde hoc tacito tanquam sua, & propria obligasset in impositione census ad fauorem Octauij, & fratrum de Galeatijs, & cum pro parte illorum fuerit appellatum à sententia Auditoris Cameræ, quæ canonizauerat hanc, & alias nullitates, & causa super validitate huius obligationis reperiatur commissa Reuerendo Patre Domino meo Dinozetto, interim stante turbiditate istius nullitatis, & immissione data à iudice, non debet ita indirectè ad eius reuocationem procedi per viam manutentionis, ad quam agitur solum, quando iudex notoriè iniustè processit.

Alias remedium ordinarium dicendi de nullitate sententiarum penitus erit sublatum, vt optime firmauit *Rota in causa Romana de Bombellis, Veneris 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato.*

Tertio opponebatur nullitas illius obligationis, quod fuerit facta metu carcerum, sed fuit dictum, quod Vitellij in carceribus reperiebantur, vigore mandati iudicis, ex cuius interuentu, & propinquorum, ac aliarum

6 solemnitatum excluditur omnis metus, *Bald. in l. secunda, quæst. 9. C. de rescindend. vendit. Aym. consil. 114. nu. 3 cum alijs allegatis per Menoch. præsumpt. 128. num. 5. & 6. lib. 3.*

Quarto allegabatur nullitas ex defectu processus, eo quod fuerit facta executio super stabilibus, non facta

7 excussione super mobilibus, sed placuit responsio data in decisione, quod Vitellij non docent de inuentario, ex quo appareat adesse mobilia, & in omnem euentum excussionem cessare, ex obligatione Camerali, de qua in instrumento.

Quoad aliam, & quintam nullitatem, ex quo mino-

8 res non fuerint defensi, aliqui eam intelligebant, quando minori competunt defensiones. Aliqui eam remouebant ex citatione minorum, & oppositione pro parte eorundem de nullitate census, qua non obstante, cum fuisset relaxatum mandatum contra bona hæreditaria, fuit ab illa relaxatione appellatum, & in eius appellationis, vim obtenta inhibitio ab Auditore Cameræ, quæ postmodum fuit moderata ex quibus, & alijs in processu ipsos non indefensos remansisse dicebant, & cum essent maiores quatuordecim annis, &

9 omnes adulti, non erat necessaria curatoris citatio, aut illius comparitio, & defensio, cum sit in optione actoris, quem velit citare, *Alexand. in l. si ex legati, nu. 8. ff. de verbor. obligat. Card. in Clem. religiosus, quæst. 5. in fin. numer. 9. de procurat. Mandos. de commiss. formul. 4. versic. ad legitimè comparendum, & de etat. minor. quæst. 10. numer. 5. & 6.* Et licet aliqui ex Dominis de hac conclusione dubitauerint, quia in practica seruatur, quod si adultus habet curatorem, debet curator citari, & non sufficit citare adultum, sed si eo caret, tunc adultus citari potest, vt legitimè compareat, & sibi curatorem petat, *add. ad Dec. consil. 449. num. 11. in verbo adultum, Afflict. decis. 262. numer. 7. & ibi Vrsill. numer. 3. Socin. in tract. de citat. art. 29. numer. 49.* Attamen de consensu maioris partis ex illa, & alijs rationibus obtinuit esse standum in decisis.

## DECISIO XCVII.

### R. P. D. BLANCHETTO.

Romana Spolij Domus de Cansacchis.

*Veneris, 20. Maij 1580.*

### SVMMARIVM.

1 *Contra possidentem authore Pretore non competit spolium.*
*Allegans nullitatem tenetur illam probare ex inspectione actorum.*
*Nullitas non dicitur probat vbi acta non sunt integra.*
*Et dicitur sublata præsumptio rectitudinis, & rititudinis sententiæ.*

*Qui petit confirmationem, vel annullationem sententiæ is validitatem & nullitatem illius probare tenetur ex actorum inspectione.*

FVit resolutum locum esse Aegidianæ in casu de qua agitur potuit enim Simeon absolui à spolio intentato per DD. de Cansacchis; cum enim authore Prætore
3 re possideat excludit agentes spolio, *l. iuste possidet, ff. de acquiren. possess.*

Non obstat, quod iudex nulliter processerit, quia de nullitate non constat, cum acta non reperiantur, & allegans nullitatem, tenetur illam probare, & ex inspectione actorum, quæ cum non sint integra, non dicitur probata nullitas, *Corn. consil. 210. propè fin. lib. 4. Aym. cons. 312. num. 7.* & sublata præsumptio rectitudinis, & retitudinis sententiæ, *Soc. cons. 158. num. 9. lib. 2.* Idque passim seruat Rota, vt qui petit confirmatio-
4 nem, vel annullationem sententiæ, is validitatem, & nullitatem illius probare teneatur ex actorum inspectione, vt fuit resolutum proximis diebus coram me in vna *Messanen. præheminentiarum*, in qua petebatur confirmatio cuiusdã sententiæ Rotalis antiquæ, & quia constabat fuisse alias productos diuersos processus de partibus, qui sunt deperditi Rota censuit non posse confirmari.

Nec obstat decisio Paleott. 309. quia vt patet ex decis. 330. einsdem fuit postea recessum ab ea.

Nec refragatur, quod DD. de Cansacchis probauerint extrema, quia sufficeret si pro parte Simeonis non exciperetur de titulo, quo mediante præsumitur ipse possidere, *Soccin. consil. 15. num. 7. lib. 4.* Vnde cum ipsi replicent iudicem nulliter processisse ipsi ostendere debent nullitatem, & quod culpa Simeonis fuerint deperdita acta, *Angel. l. si quis ex argentarijs, §. Prætor ait num. 7. ff. de eden. &c.*

# DECISIO XCVIII.

## R. P. D. BVRATTO.

Signina Castrorum.

*Lunæ. 22. Iunij 1615.*

### SVMMARIVM.

1 *Vbi defuit consensus contrahentium, & amplius habere non potest effectum contractus circa substantialia, & causam finalem respicientia ex æquitate potest ab eo recedi.*

2 *Auditor Cameræ est Iudex ordinarius quorumcumque Curialium, etiam Baronum, Domicellorum, & Cardinalium.*

*Vbi est legitimata persona ambarum partium factæ citationis, & seruati omnes termini substantiales sententia dicitur valida.*

3 *Iudicium possessorium dicitur finitum per renunciationem ei factam à parte, & consensum, quod alteri parti detur mandatum de manutenendo.*

4 *Vbi est renunciatum omnibus actibus possessorijs, quæ prætenduntur attentata dicuntur purgata attentata, & debet procedi ad vlteriora.*

*Pro purgatione attentatorum, sufficit renunciatio actorum factorum.*

5 *Termini substantiales nulliter seruati per reiterationem sanantur vigore Innocentianæ.*

*Et possunt reiterari etiam coram Auditore Cameræ, vigore suarum facultatum, imo & coram quocumque iudice.*

6 *Sententia lata nimis festinanter est nulla, se non processit vbi intercessit tantum tempus, vt iudex potuerit de causa instrui.*

CVm tertia Aprilis præteriti in propositione dubij an sententia Auditoris Cameræ esset iusta, & valida, itaut procedendum esset ad vlteriorem, & finalem illius exequutionem, DD. caput tantum iustitiæ dictæ sententiæ amplectentes resoluerint licuisse Excellentiss. Domino Martio Calumnæ, à venditione facta Illustriss. D. Cardin. Aldobrandino recedere, ex rationibus tunc
1 in decisione deductis; & præsertim quia deficiebat consensus contrahentium, & amplius habere non poterat effectum ille contractus circa substantialia, & causam finalem respicientia, quo casu licet à contractu etiam nominato recedere ex æquitate, quæ habetur *in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. bona fides, ff. de action. empt.* cum alijs, quæ DD. in hac secunda propositione satisfecerunt.

Hodie dubio rassumpto dixerunt constare etiam de validitate eiusdem sententiæ. Nam de iurisdictione Auditoris Cameræ dubitari non potest, cum sit Iudex
2 ordinarius quorumcumque curialium, etiam Baronum, Domicellorum, & Cardinalium, & causa illi commissa fuerit, ex rescripto in Signatura Sanctissimi expedito, ac legitimè postea producto, & constat de personarum legitimatione, ex mãdatis procuræ vtriusque partis, de quibus in actis, & de citationibus ad omnes actus substantiales, & præsertim de citatione personali procuratoris Domini Cardinalis ad sententiam, quæ lata fuit de voto Reuerendorum Patruum Dominorum meorum Decani, & Vbaldi adiunctorum, iuxta formam Commissionis, fuit etiam præstitum iuramentum Calumniæ, ac demum seruati fuerunt omnes termini substantiales, ex quibus sententia, quoad telam iudiciariam, & ordinem processus iustificatur *ad decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Non obstar, quod pluries petita fuerit manutentio pro parte Domini Cardinalis, & suspenso petitorio protestatum, quod prius possessorium expediretur. Cum enim Dominus Martius manutentioni consenserit, & finitum fuerit iudicium possessorium per renunciationem factam, & consensum per eum præstitum, mediante legitimo procuratore decreto expeditionis mandati de manutenendo ad fauorem Domini Cardinalis, & fuerit, etiam datum votum per Dominos meos pro dicto mandato, quod etiam fuit decretum, & intimatum Procuratori dicti D. Cardinalis.

Quinimmò in actis fuerit etiam legitimè renunciatum omnibus actibus possessorijs factis per Dominum Martium post mandatum de associando per eum a Re-
4 uerendo Patre Domino Stella obtentum, sufficit iste consensus pro purgatione attentatorum, seu actorum iurisdictionalium; quæ Dominus Martius exercuerat. Nec debuit retardari processus, *Acchil. decis. 249. alias 23. de appellation.* & prodicta purgatione attentatorum, si quæ commissa fuissent, suffiett renunciatio actorum iudicialium, quæ facta fuerant nomine Domini Martij. *Lancellott. de purgat. attentat. parte 3. cap. 29. num. 24. & sequentibus, quem sequuta est Rota in causa Parmen. Status, 3. Decembris 1610. coram Reuerendissimo Bononien.* Præsertim, quia Dominus Martius nullos fructus habuerat cum specialiter conuentum fuerit, quod non obtento beneplacito Apostolico infra duos menses a die celebrati instrumenti D. Cardinalis constituebat se nomine Domini Martij possidere, & adeo cum post dictum consensum, & renunciationem clarum sit Dominum Martium non contendisse se possidere, resultat validitas omnium actorum, & præsertim repetitionis iurium, nec impediri potuit processus, tam in petitorio, quam possessorio, *Bart. in l.* natu-

naturaliter, §. nihil commune, numer. 25. versic. testat. & num. 26. ff. de acquiren. possess. & ibi Ias. num. 192. præsertim in fin. Rip. numer. 164. Marmer. in repet. numer. 173. & 174. Bereng. in 4. combinat. numer. 38. & est communis Menoch. de retinend. possess. remed. 3. numer. 534. & tenet Rota decis. 349. numer. 2. par. 1. & decis. 97. numer. 3. par. 2. diuersor. & ideo non intrabat suspensio petitorij, vt ex Vital. in Clem. 1. numer. 51. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 29. num. 3. lib. 3. in nouiss. & ad effectum nullitatis Card. Seraph. decis. 1433. num. 2. E per consequens non impediebatur instructio processus, & reiteratio terminorum substantialium in negocio principali.

Stante autem lapsu 34. dierum qui benè erant sufficientes pro dictorum terminorum obseruatione per
5 illorum reiterationem in termino citationis ad sententiam optimè extensam omnis nullitas sanata fuit, vigore Innocentianæ, Cassad. decis. 8. numer. 10. de rescript. Caputaq. decis. 250. num. 2. par. 3. Card. Seraphin. decis. 1352. numer. 2. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 13. numer. 1. quæ reiteratio terminorum, etiam ab Auditore Cameræ fieri potest vigore eius facultatis, in §. eisdem terminis, vt specie Card. Seraphin. decis. 515. numer. 1. & de stylo testantur Modern. in pract. iudicia. A. C. lib. 2. cap. 15. numer. 9. vers. verum ex quo, & Modern. Roman. de iudic. caus. ciuil. & c. lib. 2. cap. 3. quæst. 13. Imo etiam à quocumque iudice, vt ex Bulla Pij Quarti edita super reformatione Signaturæ Iustitiæ sub dat. Kal. Ianuarij 1502. relata per Modern. in dicto tract. de iudic. vbi supra, n. 271.

Ex quibus etiam cessare visum fuit obiectum de breuitate temporis, quo fuit lata sententia, siue enim attendatur initium, quo fuit præsentata commissio,
6 videlicet sub die 17. Iunij vsquè ad diem 25. Nouembris, quo fuit prolata sententia intercesserunt quatuor menses cum dimidio, siue reliquum tempus à die terminati possessorij per cessionem Principis Galligani, & adhuc supradicti 34. dies interuenerunt; itaut dici non possit nimis festinanter fuisse processum, cum iudex hoc temporis spacio optimè potuerit instrui de meritis causa, iuxta tradita per Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, numer. 19. versic. secundo limita de constitut. Dec. consil. 295. numer. 6. Aymon. consil. 179. numer. 1. cum alijs per Menoch. de arbitr. quæst. 42. numer. 9.

Et ideo fuit ita decisum.

---

## D E C I S I O XCIX.

### CORAM CARDINALE PAMPHILIO.

Romana, seu Interamnen. separationis Thori.

11. *Decembris* 1602.

*S V M M A R I V M.*

1 *Odium capitale ostenditur inter coniuges vbi maritus vxorem de aliquo crimine præsertim an duo quarelauit.*
*Vel vbi eam carcerare fecit.*
*Et propter tale odium est locus separationi.*
*Præsertim, si quarela non est verificata.*
*Et sint probati mali tractatus.*
*Et tunc non vxor committenda fragilitati cautionis, sed omnino debent separari.*
2 *Vbi separatio fit culpa mariti vxori est restituenda dos cum lucro, & donatione propter nuptias.*
3 *Acta criminalia non debet transportari in Rota vbi est commissa causa ciuilis.*
*Acta præsumuntur integra, & allegans ea non esse integra probare tenetur.*

PRo D. Antonia informante nempè sententias super separatione Thori ad eius fauorem latas esse confirmandas constat enim ipsam ab eius marito odio capitali esse prosequutam, ex quo sæpius de arduis crimi-
1 nibus accusauerit, & carcerare fecit etiam in officio Sanctiss. Inquisitionis, l. filio, §. suo, ff. de adult. Bart. l. 3. in fin. numer. 3. eodem tit. Abb. cap. cum oporteat, nu. 4. de accusat. & hoc præbet iustam causam separationis thori, §. notiores auth. de nupt. Doct. cap. 1. vbi Abb. nu. 1. Præpos. n. 2. Alexand. de Neuo. n. 4. de diuort. præsertim quod nullam querelam verificauit, & quod etiam in hac causa adherendo fisco coram D. Diaz dedi articulos continentes crimina capitalia, & adsunt etiam testes super mala tractatione, ita vt Antonia non sit amplius committenda fragilitati cautionis, sed omnino debeat separari cap. ex transmissa, versic. si autem capitali, & cap. litteras de restitut. spoliat. Abb. & alij supra citati in cap. 1. de diuort. Bald. cons. 200. lib. 3. Aym. consil. 31. numer. 4. & seqq. latè Siluestr. Aldobr. consil. 71. nu-
2 mer: 15. Hinc sequitur maritum fuisse etiam rectè condemnatum ad restitutioné dotis, quæ vbi separatio fit culpa mariti est vxori restituenda etiam cum augumento, seu lucro dotis, & donatione propter nuptias, §. notiores in fine auth. de nupt. cap. 1. vbi Abb. numer. 2. de donat. inter vir. & vxor. Aymon. dicto consil. 31. numer. 6. Ioann. Guttier. canon. 99. capit. 18. numer. 14. & fuit resolutum in causa Bisuntina separationis thori, seu augumenti dotis, & dationis propter nuptias, Lunæ 24. Maij 1599. coram Seraphino; Nullitates alias contra istas sententias deductæ sunt sublatæ per commissionem sanatoriam obtentam à Sanctissimo; Aliæ, quæ nunc deducuntur ex defectu transportationis actorum non adsunt, quia acta criminalia non pertinent ad hanc
3 causam, quæ ciuilis tantum in Rota est commissa, ciuilia vero fuerunt transportata, & quamuis pro marito dicatur non esse integra, de hoc tamen non constat, & in dubio præsumantur integra, Bart. Ias. & alij in rub. ff. de nou. oper. nunc, & fuit sæpius decisum.

---

## D E C I S I O C.

### R. P. D. CARDINALI SACRATO.

Ariminen. Deuolutionis.

*Lunæ*, 16. *Februarij* 1609.

*S V M M A R I V M.*

1 *Domino directo finita generatione, ratione suæ ciuilis possessionis competit manutentio pro recuperatione naturalis.*
*Dic procedere, quando finis lineæ, & ipsa deuolutio est clara, sed quando illa probabiliter controuertitur, tunc non est locus tali remedio.*
2 *Finis linea debet probari ab eo qui allegat illam esse finitam, vbi constat de illius existentia.*
3 *Confessio vnius non præiudicat alteri consocio, seu litis consorti.*
*Minor restituitur in integrum aduersus confessionem sibi præiudicialem, & talis confessio illi non præiudicat.*
*Deuolutio non intrat vbi adest pactum renouandi emphyteusim finita generatione.*
4 *Pactum de renouando, non habet locum vbi Ecclesia vult retinere pro se.*

*Vbi pactum de retrouendendo est ad fauorem descendentium non potest renouatio peti à Collateralibus.*

ITerum fuit resolutum mandatum de manutenendo esse dandum Balacchis fundamentis, de quibus in *decisione in hac causa facta coram me, die 27. Iunij 1608.*

Quibus non obstare visum fuit illud super quo potissimè nitebantur informantes pro Capitulo, nempè
1 capitulo tanquam Domino directo finita generatione, ratione suę ciuilis possessionis competere interdictum retinendæ pro recuperatione naturalis possessionis, *Bero.cons.102.numer.43.lib.1. Onded.consil.21.numer.19. lib. 2. Rota in causa Ciuitatis Castelli bonorum* 8. *Nouembris* 1589. *coram Cardin. Pamphilio*, quia hoc est intelligendum quotiescunque finis lineæ, & ipsa deuolutio est clara, sed quando illa probabiliter controuertitur, tunc non videtur esse locus tali remedio, quia alias esset præsupponere pro constanti illud, super quo pendet lis, & pro hoc facit *doctrina Cornet. cons.* 193. *num.3.lib.3.* cum alijs in decisione allegatis distinguentes an res sit omnino clara, cum non loquantur ad effectum manutentionis, ratio tamen dubietatis per illos allegata concludit ad istum effectum.

Quod autem adsit probabilis ratio dubitandi in hoc
2 casu, apparet quia finis lineæ negatur pro parte Ballachorum, & Ecclesiæ incumbit onus talem finem probandi, stante quod linea semel extitit, iuxta distinctionem, de qua per *Rota in causa Ferrarien. Bonorum*, 2. *Nouembris* 1605. *coram R.P.D. Ortembergo.*

Non obstat confessio Cornelij, quod linea esset fini-
3 ta, dum petijt reuocationem, quia talis confessio non præiudicat alijs, *Paleott.decis.180. Guidop.decis.55. Verall.decis.186.par.1. Achill. decis.4.numer.2. de confess.* immo nec ipsimet Cornelio, qui de tempore huiusmodi confessionis erat minor, cui datu restitutio contra confessionem sibi preiudicialem, *leg. minorem in fin. ff. de confess. Spec. §. sequitur in princ. eodem tit. Mascard. de probat. concl. 371. numer. 2.* ex alio etiam redditur dubia deuolutio, nempè, ob pactum de renouando finita generatione, quod habent Ballachi cum Ecclesia, & quatenus replicetur pactum non habere lo-
4 cum Ecclesia volente retinere pro se, vt in *Rancnnaten. Bonorum.* 20. *Nouembris* 1597. *coram Illustrissimo Pamphilio*, respondetur pactum, de quo in illa decisione fuisse restrictum ad descendentes, & constabat illos, qui ibi petebant inuestituram fuisse collaterales, vt loquitur in dicta *decisione in §. fin.* & in omnem euentum petunt Ballachi super prædictis audiri, & pendente huiusmodi iudicio manuteneri in sua naturali possessione, & capitulum, quatenus hoc velit in sua ciuili, *iuxta gloss. in cap. licet verbo vti possidetis de probat.*

Et ita fuit obtentum, &c.

---

# DECISIO CI.

## R. P. D. LITTA.

Bonorum de Capite ferreo.

*4. Maij 1598.*

## SVMMARIVM.

1 *Legatarij competit vtile Saluianum interdictum pro consequendo legato contra possessorem bonorum defuncti.*
*Possessio probatur ex confessione alienius,*
2 *Et ex substentatione litis.*
*Confessio vbi est renocata non nocet.*
*Sed renocatio facta post acceptationem non nocet præsertim, si non constet de errore.*
3 *Proprietas nihil habet commune cum possessorio.*
*Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur contra Saluianum.*

DOmina Lucretia de Pichis, testando, & codicillando inter alia iure legati, reliquit filijs bon. mem. Hieronymi de Pichis sui nepotibus, quandam apothecam, sitam sub palatio DD. de Pichis, duos domos, & 30. loca Montis, fidei, & Venerabili Societati Sanctissimæ Annunciatæ de Vrbe, reliquit aliam apothecam sub eodem palatio de Pichis, & prædicta fecit cum conditionibus, oneribus, & substitutionibus in dicto testamento.

Mox instituit suos hæredes vniuersales Dominum Dominicum de Capite ferreo, filium suum pro medietate, & pro alia medietate præfatos filios de Pichis, nepotes suos, eos ad inuicem substituendo, & prout latius constat ex lectura dicti testamenti.

Mortua dicta Lucretia D. Dominicus, vti eius filius, & heres, confecit inuentarium, in quo plura bona descripsit, vti bona hæreditatis prædictæ, seque in possessionem omnium bonorum intrusit.

Hoc ita stante pro parte præfatorum filiorum de Pichis, legatariorum, & hæredum respectiuè pro dimidia, iudicium contra præfatum Dominicum motum fuit petendo coram me vti deputato à S.D.N. in locum Iudicis dictæ Venerabilis Sodalitatis Sanctissimæ Annunciatæ de Vrbe, ad quam spectat protectio dictorum filiorum, & de cuius etiam interesse tractatur, tam vigore *l. fin. C. de adict. Diu. Adr. tollen.* quam vigore Statuti Vrbis *c.86. lib.1.* & etiam omni meliori modo, immitti in possessionem bonorum dd. prælegati, nec non & medietatis hæreditatis d. D. Lucretiæ.

Vnde dubio per me ad hunc effectum in Rota proposito, DD. vtraque parte informante resolnerunt, prædictos filios de Pichis, seu Venerabilem Sodalitatē nomine eorum absque difficultate esse immittendam in possessionem dictarum domorum, apothecæ, & locorum 30. Montium fidei, tàm vigore Statuti, de quo supra habentis exequutionem paratam, quàm ex eo,
1 quod legatarijs competit vtile Saluianum interdictum contra possessorem bonorum defuncti pro consequendo legato, *Aret. in §. item Seruiana, num. 9. inst. de act. Gabr. cons. 46. num. 19. & seq. lib. 1. & tenuit Rota in Foroliuien. Bonorum, 24. Februarij 1561. coram bo. me. Paleotto; in vna Romana de Comitibus, 27. Maij 1581. coram S. D. N. & in Balneoregien. Legati. 1. Iulij 1596. coram R. P. D. Orano*, nec hoc in casu dubitari posse dixerunt DD. quin requisita ad Saluianum fiat sufficienter probata pro parte præfatorum filiorum de Pichis, cum quod D. Lucretia de tempore sui obitus, & ante possederit dictas apothecas, & domos, & loca illa 30. montis fidei, constat ex confessione ipsius D. Dominici, contra quem agitur, & constat ex instrumento
2 adeptæ possessionis, de quo in summario DD. de Pichis ex ipsa substentatione litis, *Capnaq. decis. 364. par. 2.*

Nec obstare dixerunt DD. quod confessio illa D. Dominici, de qua in inuentario, fuerit per eundem renocata, quia talis reuocatio, vti facta post acceptationem non releuat, *Alex. cons. 119. lib. 3. Ang. cons. 52. numer. 27. cum alijs per Gabr. de confess. concl. 6. num. 12.* quod maximè procedere debet in hoc casu, in quo pro parte D. Dominici, non docetur de errore dictæ confessionis; & ex deductis per informantes pro parte DD. filiorum de Pichis, illa valdè coadiuuantur, & vera ostenditur, *ad tradita per Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 5. num. 16.*

Nec

Nec hanc immissionem impediri posse censuerunt DD. ex prætensionibus ipsius D. Dominici, cum illa omnia concernant iudicium proprietatis, quod nihil
3 commune habet cum isto possessorio, *vulg. l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* & quia sunt exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ non admittuntur contra Saluianum interdictum, vt de communi attestatur, *Franc. Sarmien. de reddit. Eccles. par. 3. cap. 2. numer. 33. & tenuit Rota in Romana Census, 22. Martij 1596. coram R. P. D. meo Seraphino, & in Censenatem. Bonorum, 28. Iunij 1596. coram eodem.*

Quo verò immissionem in possessionem medietatis hæreditatis d. D. Lucretiæ per eosdem filios de Pichis prætensam vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* DD. censuerunt bono esse aliquantulum supersedere firmando prius, in quibus consistat dicta hæreditatis, cum multa deducantur per informantes pro D. Dominico ad ostendendum nihil penitus esse in hæreditate dictæ Lucretiæ, cuius respectu concedi possit aliqua immissio, &c.

## DECISIO CII.

### R. P. D. ORANO.

Romana Deuolutionis Domus.

*Lunæ, 13. Martij 1595.*

*SVMMARIVM.*

1 *Venditio dicitur facta ex causa necessaria, vbi quis scit ad eam se posse compelli.*
*Vbi venditio fit ex causa necessaria non est necessarius in tali alienatione consensus Domini directi.*
2 *Alienatio necessaria non comprehenditur in prohibitione alienationis.*
*Facta concessione ad vitam alicuius eo defuncto talis concessio resoluitur.*
*Emens vigore Bullæ iuris congrui, potest domum speciosam reddere, & adiacenti illam incorporare.*
3 *Vbi vicinus vult retrahere domum emphiteuticam non est necesse, vt assignet aliam domum, sed id habet locum vbi quis vult liberare domum ab alicuius proprietate ad effectum illam incorporandi.*

Domini concluserunt in casu proposito, non esse locum deuolutioni domus ita quod in possessionem illius Abbas & Monachi veniant immittendi, Nam vt dictum fuit, non possunt ad eam agere sub prætextu, quod q. D. Ioannes Baptista Milanensius vtilis D. illius eam vendiderit q. Amatori de Amatoribus, non antea impetrato Abbatis, & Monachorum eius dominorum assensu. Cum enim venditio fuerit facta ex causa neces-
1 saria, ex quo vigore Bullæ iuris congrui videbat se posse ad vendendum compelli, *l. nouissimè, ff. quod cum fals. tut. Bald. in l. Fed. si rem, ff. de legat. 2. Dec. in auth. præterea n. 12. vnde vir. & vxor.* propterea non fuit necessarius consensus, *Bart. in l. non ideo, num. 3. ff. de condit. instit. Ias. in l. fin. num. 11. C. de iur. emphyt. Afflict. decis.*
2 *191. num. 1.* & ratio est, quia necessaria alienatio non comprehenditur in prohibitio alienationis, *l. Diuus, ff. de petit. hæred. Rip. in l. fil. fam. §. Diui, ff. de legat. 2. Rom. consil. 100. num. 1. Gozad. consil. 102. num. 21. cum congest. per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. numer. 51.* Minus autem post mortem subsequutam Ioannis Baptistæ, per quam resoluta locatio est domus ad eius vitam concessæ, iuxta *l. lex vectigalis de pig. Rim. sen. consil. 154. col. 19. & seq. lib. 1.* finita fuit possessio naturalis, quam in Amatorem transtulerat, *Afflict. decis. 391. n. 18.* quia stante prædicta causa, & inde sequuta alienatione, licuit emptori domum emptam magis speciosam reddere, & propterea adiacenti illam incorporare.

Neque verò ad rem pertinet, quod fuerit resolutum distinguendos esse vtriusque domus fines, ne confusione ius redderetur Abbatis, & Monachorum obscurius, quia hoc dictum fuit ad effectum, vt resoluto iure venditoris, prout hodie casus euenit, Abbati, & Monachis in æstimatione domus vigore Bullæ Amatori vendendæ nihil deperiret.

Neque releuat, quod Amator in acquisitione illius non obseruauit formã Bullæ, quæ vult in bonis Ecclesia-
3 sticis citatis directis Dominis diueniri ad æstimationẽ rei venditæ, & demum pretium conuerti in emptionem aliorum bonorũ stabilium quia hoc respicit alienationem directi, simul cum vtili dominio, per quam ius omne Ecclesiæ in emptorem transfertur. Verum hic fuit tantum venditum vtile. Ideoque venditio non potuit censeri facta ex casu Bullæ, cùm interim iuxta eius præscriptum solitus canon Abbati, & Monachis fuerit persolutus. Vnde resoluerunt DD. verum esse domum prædictam ad Abbatem, & Monachos pertinere, obligatos tamen iuxta formam Bullæ illam hæredibus q. Amatoris vendere, & ita decisum.

## DECISIO CIII.

### R. P. D. MERLINO.

Ariminen. Spolij.

*Veneris 9. Februarij 1619.*

*SVMMARIVM.*

1 *Actus factus post mandatum relaxatum ab ipso mandato declarationem recipit.*
2 *Stylus ordinatoria concernens probatur ex curialium attestatione.*
3 *Immissus ex primo decreto verè non possidet.*
4 *Immissus ex primo decreto acquirit detentationem, pro qua datur ei manutentio Iudicis officio.*
5 *Interpretatio fieri debet pro validitate actus etiam verba impropriando.*
6 *Detentationem habens potest impropriè & largè secundum subiectam materiam dici Dominus.*
7 *Immissus ex primo decreto, licet regulariter fructus suos non faciat, illos tamen percipit, & custodit, ac bona colit, & locat.*
*Exequutor referens se omnia fecisse vigore mandati, prout in similibus fieri solet, si mandatum erat de immittendo ex primo decreto censetur creditorem immisisse.*
8 *Vtile per inutile inseparabilibus non vitiatur.*
9 *Terminus nullus à iure statutus est ad exequutionem totaliter perficiendam in actione personali, sed potest index illum præfigere ad debitoris instantiam.*
10 *Impedito temporis lapsus nocere non debet.*
11 *Subhastatio facta pro tota summa in mandato contenta non habita ratione fructuum perceptorum ab eo, qui ex primo decreto fuit immissus dicitur excessiua, & nulla, ac spoliatiua in totum.*
12 *Testes examinati in alio Iudicio, & sine citatione partis non probant.*
13 *Fructus per triennium non præsumuntur consumpti.*
*Immissio in possessionem ex primo decreto non tenetur compensare fructus per ipsum perceptos in suum creditum, sed tenetur eos domino fundi restituere.*

14 *Subhastatio facta per pluribus prædijs, cum tamen vnum sufficeret, non dicitur nulla, sed potest appellari à grauamine.*

CAusa per qoatuor vices proposita, & maturè discussa DD. recesserunt à decisis.

Primum enim decisiooum fundamentum, quod nempe A. C. mandauerat exequutoribus, vt caperent de bonis Sebastiani, illi autem associarunt Franciscum ad possessionem, visum fuit cessare & totius relationis lectura, ex qua apparet, quod exequutor retulit, se in exequutionem mandati A. C. immisisse, & associasse in tenutam actualem, & corporalem bonorum de quibus agitur pro summa, de qua in dicto mandato, explicitè etiam recensendo illius substantiam, & tenorem seq; ad illud semper expressè referendo, & sic patet ipsum immisisse ex primo decreto ad effectum subhastandi, & non ad alium effectum, cui mandatum prædictum minime deseruiebat, & nil aliud facere voluisse,
1 quam quod in præambulo mandato cōtinebatur, à quo actus subsequens recepit interpretationem, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. ait Prætor in princ. & ibi DD. ff. de re iudic. Crauet. cons. 45. n. 4. Surd. cons. 19. num. 19. & seqq. & cons. 105. num. 30. Menoch. præsumpt. 26. num. 1. in fin. lib. 2. & in terminis Rot. decis. 397. num. 2. circa fin.*
2 *& n. 3. par. 1. recent.* præsertim attento stylo Curiæ Ariminen. qui tanquam concernens ordinatoria, fuit sufficienter probatus ex curialium attestatione pro parte D. Pauonij data, *Rot. decis. 644. nu. 4. par. 1. recent. & in*
3 *Rom. Census, 15. Nouemb. 1627. coram me,* vnde cum immissus ex primo decreto, licèt verè non possideat, *vt per Alex. in l. à Diuo Pio, §. si sup. rebus, n. 22. & ibi Ias.*
4 *n. 13. ff. de re iud.* nihilominus acquirit detentationem, pro qua etiam datur manutentio Iudicis officio, *l. 1. §. sed sine vi, ff. ne vis fiat, glos. in l. 3. §. creditores, in verb. non posse, & ibi Bart. & Ang. ff. vti possidetis, glos. quam ibi sequitur, Bald. Castr. & Rom. in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Menoch. de retinend. poss. remed. vlt. num. 18. & fuit resolutum in Anconitana Bonorum, 9. Iunij 1624. coram bo. me. Buratto,* & propterea supradictæ
5 relationis verba sunt intelligenda de huiusmodi detentatione, iuxta subiectam materiam, ad effectum sustinendi actum pro cuius validitate omnis fieri debet interpretatio, etiam verba impropriando, *cap. 1. de spons. impub. l. quoties, ff. de reb. dub. Alex. cons. 35. n. 11. lib. 4. Apostill. in verb. fallit. & cons. 129. n. 4. lib. 2. Seraph. dec. 1418. n. 21.*

Neque intellectus huiusmodi excluditur ex eo, quod exequutor mandauit Colonis vt recognoscerent Fran-
6 ciscum in Dominum, eiq; de fructibus responderent, quoniam cum Franciscus haberet detentationem poterat quodammodo dici Dominus impropriè, ac largè seundum subiectam materiam, vt bene per *Alex. in d. consil. 129. num. 2. & 4. lib. 2.* præsertim ad sustinendum actum ex allegatis, & præceptum, vt Coloni responderent de fructibus, non repugnat immissioni ex primo
7 decreto, nam taliter immissus, licet regulariter non faciat fructus suos, illos tamen percipit, & custodit, ac bona colit, & locat, *Bar. in l. si is, qui §. si antiphona, ff de pign. Specul. de primo decreto §. item de eff. Etu, n. 1. vers. vt ipsum Castr. cons. 54. n. 2. & 3. lib. 1. Neguſ. de pign. 5. memb. 5. par. n. 5. 6. & 7.*

Præterea cum exequutor se expressè retulerit ad mandatum prædictum, & in fine relationis dixerit, se omnia fecisse, prout in similibus fieri solet, apparet ipsum immisisse ex primo decreto, & alia necessaria fecisse pro eiusdē mandati exequutione iuxta solitum. Vnde dato etiam, quod præceptum prædictum facere non potuisset, sed illud faciendo, mandati fines excessisset adhuc
8 tamen præceptum ipsum, vitiaretur, & non vitiaret, cū ea in isthæc sint separabilia, vale permutile vitiari non debet, *l. Pedius ff. de arbit. l. 1. §. Trebatius, ff. de aq. plu. arcen. Tiraq. de retract. conuen. ad fin. n. 144. & 145. cum seqq. Honded. cons. 17. num. 25. lib. 2. Surd. cons. 305. numer. 48.*

Neque obstat, quod creditor steterit io tenuta per duos annos, antequam fuerit ad deliberationem deuen-
9 tum, & sic videatur voluisse verè possidere, quoniam responsum fuit, quod à iure, vel Statuto nullus reperitur præfixus creditori terminus ad exequutionem totaliter perficiendam actione personali, sed debitor debet instare, vt iudex præfigat. *glos. 1. in l. si tempora, C. de fid. instr. lib. 10. Bald. in l. ordo, n. 6. vers. non tamen nego, vbi quod Iudex potest differre vltra annum, & vers. alij dicunt, vbi quod etiam vltra biennium, C. de exequut. rei iud. Capyc. dec. 36. n. 4. Coller. de process. exequut. p. 3. c. 9. n. 58. Pract. Papien. in forma libelli pro exequutione sententiæ in glos. in ver. facienda, n. 3. in fi.*

Amplius creditor fuit impeditus per quatuor inhibitiones, de quibus in summ. vltimæ positionis n. 3. & habuit impedimenta à matre, & ab alijs creditoribus debi-
10 toris, vt in summ. n. 4. 5. & 6. quibus stantibus temporis lapsus in aliquo nocere oon debet, *iux. not. in auth. Clericus, C. de Epis. & Cler. & in l. fin. C. adult. Bald. in l. 1. n. 4. C. de iur. calcul. Rota coram Sact. me. Greg. XV. dec. 327 n. 8. & 9.*

Secundum decisionum fundamentum, quod fructus
11 per biennium percepti debuerint in sortem imputari, & consequenter subhastatio tanquam facta pro tota summa in mandato contenta, & sic excessiua, fuerit in totum nulla, ac spoliatiua, vt per *Rot. dec. 33. n. 6. par. 2. diuer. & dec. 630. n. 3. p. 2. recent. cum alijs in 1. dec. alleg.* Sublatum fuit ex testibus datis pro D. Pauonio io sum. vltimę positionis n. 7. examinatis, tamen ad instantiam Pastonij debitoris in hoc eodē iudicio spolij, ex quibus constat, quod ipsemet debitor, non autem creditor, vt supra immissus, fructus percepit, quorum testium depositio coadiuuatur etiam ex eo, quia idem debitor soluit decimas pro ipsis fructibus in bonis, de quibus agitur recollectis, vt in d. sum. o. 1. ac etiam ex eo, quod retinuit bona descripta in catastro, sicut antea retinebat in eodem summ. n. 2. non obstante quod contrarium affirmasse videantur alij testes ad instantiam eiusdem Pastonij de anno 1621. quoniam illi tanquam examinati in alio iudicio, non citato creditore, nec dicto D. Pauonio, non probant, *l. si quando, C. de testibus. c. 2. & ibi Abb. & alij DD. eod. tit.*

13 Atque vlterius etiam placuit alia responsio, quod cum simus in fructibus perceptis intra triennium intra quod oon præsumitur consumptio, dato etiam quod illi fuissent re vera per creditorem percepti, adhuc tamen in sortem imputari non debuissent, sed ipsi debitori restituendi essent, & sic immissus adhuc remansisset creditor totius summæ in mandato contentæ, licet è conuersò fuisset debitor fructuum, vt post *Cyn. Bald. & alios tradit Neguſ. de pign. d. 5. memb. 5. p. n. 11. & 18 & Borga. de tut. & cur. n. 230.*

Tertium denique fundamentum primæ decisionis 14
quod fuerint subhastata duo prædia, com tamen vnum sufficeret, corruit ex prædictis, cum enim fructuum detractio fieri non debuerit, cessant deducta ad dicis. ad probandum, quod vnum tantum prædium fuisset sufficiens, imò etiam si detractio fieri debuisset, adhuc tamen nullibi constat, quod potuisset reperiri emptor, qui vnum prædium sine alio emisset pro tanto pretio proportionabiliter. Et in omnem euentum ex hoc tantum sequeretur, quod si debitor fuisset grauatus, potuisset appellare, si voluisset, non tameo fuisset nulla subhastatio, vt in proposito post *Bar. Imol. Alex. & alios respondit Surd. in cons. 39. nu. 29.*

Neque obstat solutio scutorum 250. facta per Capitolum Laurentio filio creditoris sub die 22. Aprilis 1611.

1611. quoniam non propterea fuit diminutum creditum, pro quo fuit facta subhastatio, Franciscus enim habebat plura alia credita, pro quibus etiam obtinuerat mandata exequutiua, vt in sum. in alia positione dato, n. 3. in quorum extinctionem cedere potuit solutio prædicta, præsertim quia illa apparet facta in exequutionem mandati de consignando relaxati à Gubernatore Arimini, nulla facta mentione mandati A. C. in d. summ. nu. 4. & in quietantia dicitur, *per saldo del retroscritto mandato*, vt in summ. Pastoni n. 6. quod ad mandatum, de quo agitur continens summam scutor. 1450. applicari non potest, tum quia à tergo illius nulla legitur quietantia, tum etiam quia non fuit doctum, imò nec etiam oppositum de solutione residui.

Reliqua, quæ contra subhastationis validitatem obijciebantur, visa fuerunt satis leuia, & sufficienter sublata ex responsionibus datis per informantes pro D. Pauonio, quæ placuerunt DD.

Ex quibus fuit conclusum, non intrare spolium & sic esse recedendum à decisis vtraque parte informante, &c.

## DECISIO CIV.

### R. P. D. VBALDO.

Romana Domus.

*Veneris 30. Martij 1619.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio alicuius probatur ex subhastatione, & deliberatione facta de re ab ipso possessa.*
2 *Possessori datur manutentio.*
3 *Exequutionem, subhastationem, & deliberationem passus ex sententia Iudicis, non ritè, & rectè procedentis, qui non habuit se pro spoliato, est manutenendus.*
4 *Exequutiue agi non potest contra tertium possessorem.*
5 *Exequutio fieri potest ex debito patris super ipsius re per mulierem hæredem in dotem data viro.*
6 *Intellige si mulier fuerit hæres vniuersalis, secus si particularis.*
7 *Exequutio fieri potest contra virum in bonis sibi in dotem datis, si litem sustinuerit.*
8 *Declara secus si solum comparuerit pro eius interesse dando de nullitate subhastationis facta in re propria.*

DOmini dixerunt, Martio informanti esse dandum mandatum de manutenendo in possessione domus de qua agitur, quia de illius possessione constat
1 ex subhastatione, & deliberatione contra ipsum facta, *Aym. cons. 56. numer. 5. & 11. Rot. decis. 456. numer. 4. par. 2. in recent. & fuit dictum in Perusina Societatis, 31. Iulij 1624. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & in Romana Census, 10. mill. 21. Maij 1627. coram me* possessori
2 autem datur manutentio, *vulg. §. retinenda instit. de interd.*

Non obstat quod stante subhastatione, & deliberatione facta ad fauorem DD. de Atte, videatur Martius sua possessione priuatus.

3 Quia cum Iudex non ritè, nec rectè processerit, & D. Martius non habuerit se pro spoliato debet manutenerі, *Abb. in cap. quærenti sub num. 8. de rest. spol. Put. decis. 405. in fin. lib. 2. in nouis, Rot. decis. 801. n. 5. p. 4. diuer. & dec. 111. n. 1. p. 1. recen.*

4 Quod autem non ritè processerit, patet ex eo, quia cum Martius esset tertius possessor, nō poterat contra cum exequutiuè agere prout factum fuit, sed erat agendum remedijs competentibus contra tertios possessores, *Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, numer. 18. vers. & pro hoc benè facit, ff. de re iud. Franc. Aret. cons. 86. in fin. Sanct. me. Greg. XV. dec. 21. n. 1.*

Non obstat, quod debitum cuius vigore fuit relaxa-
5 tum mandatum, & facta exequutio, esset factum per partem vxoris Martij ante contractum matrimonium, & sic potuerit super dicta domo, quamuis in dotem data fieri exequutio, cum antea fuisset patris debitoris, *iux. dec. Seraph. 891. n. 1. & seqq.*

Quia, cum Eugenia vxor Martij non fuerit hæres vniuersalis sui patris, sed tantum fuerit instituta in dicta domo pro sua legitima, & dote, & sic in re certa dicta decisio Seraphini non intrat, cum loquatur in terminis, quando mulier heres vniuersalis patris omnia eius bona in dotem dedit, nam tunc bona illa censentur data deducto ære alieno, & potest exequutiue agi, *iux. terminos, l. mulier bona 73. ff. de iur. dot. & loquitur etiam Guidopap. dec. 447. n. 2. Capic. decis. 138. n. 4. &* 5. in quibus se fundat decisio Seraphini.

Non obstat, quod cum maritus se liti opposuerit, potuerit contra eum fieri exequutio, iuxta dispositionem *tex. in l. si non se obtulit, ff. de re iudic. Seraph. d. dec. 891. num. 10.*

8 Quia maritus solum comparuit pro suo interesse dando de nullitate subhastationis factæ in re propria, non autem se opposuit, nec se obtulit pro sustentanda lite mulieris, in quibus terminis loquuntur textus, & decisio Seraphini.

Et ita vna tantum parte informante fuit conclusum.

## DECISIO CV.

### R. P. D. MERLINO.

Tudertina Dotis.

*Mercurij 1. Iulij 1626.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Possident auctore Prætore est manutenendus prout ea.*
*Cessionarius eius cui res fuit deliberata.*
2 *Donatio intelligenda est de ducto ære alieno.*
*Vbi donatio est facta cum pacto, quod donatarius teneatur dotare filias, vel neptes donantis, donatarius fit debitor dotium, & respectum promissionis dotandi non dicitur tertius, sed obligatus dotare.*
*Et exequutio cœpta contra donantem pro dictis dotibus, potest consummi contra donatarium.*
3 *Dos debet regulari, iuxta vires patrimonij, vel bona donata.*
4 *Exceptio excessiuitatis dotis tanquam altiorem indaginem, & petitorij discussionem respiciens non admittitur in summarissimo iudicio manutentionis, sed ad petitorium reijcitur.*
5 *Immissio Iudicis auctoritate, quæ libet causa etiam colorata sufficit pro manutentione, ad quam impediendam grauaminis illatio debet esse notoria, & patens.*

PRætendentibus Dominis Comite Viuiano de Aptis, & Petro Corrado mandatum de manutenendo in possessione prædij nuncupati Cæsaris, de quo agitur, Proposui dubium cui sit dandum prædictum mandatum, & Rota censuit dandum esse Corrado.

Quoniam habet intentionem fundatam in possessione

ne iudiciali præuia subhastatione d. prædij capta per Brutum Petrignanum die 6. Maij 1624. & in cessione eiusdem prædij cum clausulis constituti, & alijs necessarijs à dicto Bruto sibi facta die 20. Octobris subsequentis, itaut propterea, vti possidens auctore Prætore, iure veniat manutenendus, *iux. not. per Fab. in §. retinendæ, numer. 7. instit. de interdict. Menoch. de retinend. remed. 3. numer. 575. cum alijs per Rotam decis. 513. n. 2. par. 1. recentior.*

Nec visum fuit obstare, quod dos in scutis 6000. pro qua deuentum fuit ad prædictam subhastationem, fuerit constituta Dominæ Violanti, & promissa Domino Corrado eius viro de anno 1617. per Comitem Tiberium, qui donauerat vsque de anno 1596. omnia sua bona dicto Comiti Viuiano filio, non autem per ipsum Viuianum, cui dictum prædium, quod fuit subhastatum, obuenerat ex donatione patris, vndè informantes pro Viuiano inferebant, eundem esse considerandum vti tertium possessorem, propterea contra illum non potuisse consumari exequutionem ex allegatis.

Quia Domini aduertebant hanc donationem fuisse factam dicto Domino Comiti Viuiano cum onere condecenter dotari sorores, & filias respectiuè ipsorum donantis, ac donatarij, & in super Comitem Viuianum agnouisse onus dictæ dotationis, & promissionis dotis factæ per patrem, ac solummodo impugnasse, prout etiam hodie impugnat illius quantitatem, necnon desuper conuenisse, quod per arbitros declararetur, vt in instrumento transactionis inter eum, & sorores initæ sub die 30. Octobris anni 1617. indeque deducebat, vel quod donatio huiusmodi censenda est deducta prius prædicta dote tanquam ære alieno, *ad l. mulier bona, ff. de iur. dot.* vel onus dotandi, proprium est ipsius donatarij, atque in neutro casu Dominus Comes Viuianus potest dici tertius possessor ad euitandam consumationem exequutionis contra se ipsum, *iux. trad. per Guidopap. decis. 447. numer. 1. & 2. Rot. apud Card. Seraph. decis. 891. numer. 3. & 4. cum alijs cumulatis in Veneta Donationis, 9. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Buratto.*

Neque applicatur excessiuitas dictæ assignationis in scutis 6000. quam summam ex parte Viuiani prætenditur
3 excedere vires patrimonij, seu bonorum donatorum, cum tamen dos iuxta illas debuerit regulari, eo quod onus circa eandem iniunctum in donatione fuerit non quidem soluendi certam quantitatem pro dote, sed simpliciter dotandi.

Etenim omisso quod hodie non agitur de solutione integræ dotis, sed de executione facta super dicto prædio subhastato dumtaxat pro primo termino scutorum 1500. in quo procul dubio nullus cadit excessus Huiusmodi distinctio DD. visa est verbalis ad effectum rescindendi subhastationes, de qua agitur, quicquid sit
4 ad effectum probandi excessiuitatem dotis, de qua, cum altiorem indaginem, & petitorij discussionem respiciat in præsenti summarijssimo iudicio manutentionis non potest agi, sed postea erit cognoscendum in petitorio, *vt fuit resolutum in Bononien. Professionis, 14. Martij 1622. coram me, & sæpè in alijs.* Interimque Corradus omnino venit manutenendus, Præsertim
5 quia immisso auctoritate iudicis sufficit quælibet causa etiam colorata, & grauaminis illatio ad manutentionem impediendam debet esse notoria, & patens, *vt plene fuit dictum in illa Romana de Bombellis, 3. Martij 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

# DECISIO CVI.

## R. P. D. ROIAS.

Perusina Spolij.

*Veneris die 4. Aprilis 1636.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommissum expellit fiscum à possessione bonorum delinquentis.*

2 *Possessio anterior est primum extremum requisitum in probando spolio.*

3 *Clausula sublata, & decretum irritans inficit titulum, possessionem rei.*

4 *Possessio iunior, & moderna est secundum requisitum in probando spolio.*

5 *Iudex siue priuatus, siue competens nulliter procedens non præiudicat.*

6 *Contra tertium possessorem agendum est via ordinaria, non exequutiua.*

7 *Subhastationis deliberatio fit maiori oblatori.*
*Et debet fieri vltra terminium mensis, & alia.*

8 *Fiscus procedere debet ad subhastationem, seruatis solemnitatibus.*

9 *Derogatio Principis non operatur vt ex tunc, sed vt ex nunc; si clausula aderit, in euentum in quem.*

10 *Licentia alienandi à Principe concessa intelligitur, seruatis, solemnitatibus à iure requisitis.*

PRopter capitale delictum, & bonorum confiscationem Mutij, Paroli, & Cæsaris filiorum, & hæredum d. Io. Antonij de Parolis prætendens DD. Comites de Vbaldis factum fuisse locum substitutioni ad illorum fauorem ex testamento dicti Io. Antonij patris fideicommittentis, coram Locumtenente Criminali Ciuitatis Perusiæ, mouerunt iudicium contra fiscum super immissione in dictis bonis, & signanter super bonis Sancti Mariani, & Beltrignanæ comprehensis in fideicommisso Io. Antonij, & fer. fer. sub die 30. Aprilis 1610. sententiam fauorabilem super immissione in prædictis
1 bonis obtinuerunt, & cum effectu expulso fisco fuerunt immissi possessione subsequuta.

Verum quia de Anno 1615. DD. de Crispoltis fideiusserunt, & se obligarunt soluere fisco Apostolico scuta 10. mill. casu, quo Cap. Mutius filius fideicommittentis statum Ecclesiasticum ingrederetur, per contrauentionem d. Mutij in surrexit fiscus, & pro solutione dictorum scutorum 10. mill. mandatum exequtiuum exequi fecit super bonis Sancti Mariani, & Beltrignanæ, quæ subhastari mandauit, & tandem deliberata fuerunt pretio scutorum 4000. Martiæ matri fideiussorum.

Propterea DD. de Vbaldis contra Crispoltos vti hæredes Martiæ, & bonorum detentores coram A. C. remedium spolij intentarunt, cui placuit mihi committere extra Rotam. An DD. de Vbaldis esset concedenda reintegratio: & dubio in Rota proposito, ex eo præcipuè denegandam insistebant DD. Crispolti, quia DD. Comites deficiebant in probanda illorum anteriori
2 possessionem, quod est primum extremum in hoc iudicio requisitum, & quod plene, & concludent er probari debet *Verall. decis. 371. numer. 2. part. 2. Rota decis. 165. num. 1. par. 2. diuers. & coram Card. Caualer. decis. 340. numer. 1.* & aliàs sepæ; Nam ante purificationem fideicommissi ad eorum fauorem iam fuerat ipsi per fel. re. Paulum V. derogatum cum clausula sublata, & decreto irritante, & alijs clausulis, de quibus in Motu pro-

tu proprio, quæ inficiunt titulum, & possessionem, vt in specie derogationis fideicommissi cum clausula sublata, *firmauit Rota coram Canaler. decis. 430. num. 2.*
3 *& 3. & in Cordaben. portionis coram Rubeo apud Curz. de benef. par. 6. cap. 3. numer. 54. in fin.* & in specie decreti irritantis, quod inficiat titulum, & possessionem, ad effectum, vt denegatur actio spolij, notarunt *Cassad. decis. 1. numer. 2. de rest. spol. Egid. decis. 535. numer. 1. Verall. decis. 15. numer. 2. par. 3. Mohed. decis. 13. numer. 1. de rest. spol. cum alijs in Terracinen. affictus 27. Iannarij 1627. coram R. P. D. meo Pirouano*, vnde inferebant informantes pro Dominis Crispoltis cessare omne prætensum spolium, quod committi non potest, vbi non adest, vel acquiri non potest possessio vt hic, stante clausula sublata, & decretor irritante.

Cæterum his non obstantibus Domini pro reintegratione responderunt, nam primum extremum nempe possessio anterior Comitum de Vbaldis, vltra subhastationem, & deliberationem bonorum, de quibus agitur contra eos obtentam, quæ ad probandum primum extremum sufficiunt, *Greg. dec. 362. in pri. & dec. 402. num. 1. Rota in Romana Siluæ 3. Iunij 1626. coram Reuerendiss. D. meo Vrgellen.* satis probatur ex instrumento immissionis iuncta possessione, de qua deponunt testes *Sum. Com. numer. 3. Rota decis. 462. par. 1. recen. Seraph. dec. 1200. n. 1. & fuit dictum in d. Romana Siluæ.*

Secundum verò extremum possessio videlicet Iunior, & moderna partis aduersæ plene probatur per
4 eosdem testes d. Sum. numer. 5. licet sufficiant leuiores probationes *Rota decis. 8. de rest. spol. in nou.* Imo sola litis substentatio sufficiat cum adminiculis *Verall. decis. 366. part. 2. Greg. decis. 362. numer. 3.* quibus probatis spolium redditur clarum ita vt Domini Comites veniant reintegrandi *ad tex. in cap. conquerente de rest. spol. Bald. cons. 357. in fin. libr. 2. & cons. 147. lib. 3. Cran. cons. 18. numer. 8. cons. 302. numer. 4.*

Non obstant, quod Comites fuerint possessione dictorum bonorum per supradictam subhastationem, &
5 deliberationem facto Iudicis priuati, quia cum nulliter, & iniuste processerit, non ideo minus intrat spolium *Abb. in d. cap. conquerente sub num. 8. de rest. spol. Rolan. cons. 6. numer. 4. lib. 2. Rota coram Illustriss. D. meo Decano decis. 97.* & spoliato à Iudice competere restitutionem sicut competeret spoliato à quocumque priuato respondit Rota *in Anconitana spolij 9. Iunij 1610. coram bo. me. Card. Sacrato.*

6 Nullitas visa fuit patens, tum quia contra Comites tertios possessores procedi non poterat pro executione mandati contra alios relaxati via executiua, sed agendum erat via ordinaria, vt docet *Alex. in l. à diuo Pio §. si super rebus numer. 28. vers. & pro hoc bene facit ff. de re iud. Greg. decis. 22. numer. 2. & fuit dictum in Romana Vineæ 24. Nouembris 1621. coram bo. mem. Buratto, & in præalleg. Romana Siluæ coram Vrgellen.* tum etiam quia ad subhastationem & deliberationem
7 fuit deuentum pro minori pretio, cum secundum iuris dispositionem deberet fieri maiori Oblatori *d. l. à D. Pio §. si pignora vbi Alex. num. 11. l. cum qui §. melior, ff. de in diem adiect. Bald. cons. 327. numer. 1. ante med. vers. nam ad hoc lib. 1. Asin. de execut. §. 6. cap. 11. numer. 4. Rota in Romana nullitatis subhastationis coram Litta registrata apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 1245. & in Romana Spolij domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiss. D. Cardin. Pamphilio & in Romana subhastationis 10. Maij 1623. coram Buratto.*

Et licet dicatur, quod alij licitatores, qui plus obtulerunt, illorum oblationi renunciauerint, ex hoc sequitur vnum de duobus, vel quod eorum renunciatio non fuit valida, ex quo remanent obligati, nec posse quemquam eorum pœnitere, nisi republicæ expedierit, firmant *Bart. in l. licitatio numer. 4. ff. de public. Asin. in d. §. 6. cap. 1. fol. 138. Rota decis. 376. numer. 5. par. 4. recent. & in Romana domus 19. Decemb. 1631. coram R. P. D. meo Verospio*, Alterum quod sequitur est, quo si fuit valida renunciatio, perinde est ac si licitatores non obtulissent, & consequenter remanet deliberatio nulliter facta non præcedentibus ad minus tribus licitatoribus *Cald. in l. ordo numer. 4. C. de execut. rei iud. Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 42. Gratian. discept. foren. cap. 739. numer. 22. & fuit resolutum in præalleg. Romana spolij domus coram Card. Pamphilio.*

Vlterius dicta deliberatio fuit etiam nulla, quia emanauit sub decreto nisi ad primam diem, quod per Iudicem fieri non potuit tam attento stilo subhastandi stabilia nisi infra mensem, de quo testatur *Salust. vbi sup. cap. 43. numer. 2. Gratian. d. cap. 439. numer. 22. Rota in d. Romana Vineæ coram Buratto, & in d. Romana spolij domus*, quam etiam attentata dispositione iuris communis secundum quod in subhastatione bonorum minorum requiritur saltem spatium 20. dierum *auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccles. Surd. cons. 49. numer. 16. ad fin. & numer. 19. Gratian. cap. 375. numer. 16. Rota decis. 406. numer. 5. par. 4* quia ex defectu subhastationis venditio Curiæ sit nulla tradit *Belluga Rub. 41. §. leges Regni numer. 43. in fine, & numer. 45. Bart. in l. Pulcinius 7. §. si quis, bona ff. quibus ex can. in poss. Franc. Leo. decis. 173. numer. 3. lib. 2.* & ita obseruari in supremis Hispaniæ Tribunalibus docet *Conar. lib. 2. var. cap. 11. numer. 3.* quia & si terminus dicatur pendere à Iudicis arbitrio, in subhastationibus tamen rerum Ecclesiæ, vel minorum augeri quidem potest, ex quo potest venire plus offerens, sed non minui, vt docent *Bart. & Io. de Platea. l. si tempora vterque numer. 1. C. de fid. instrum. lib. 10. Surd. vbi sup. n. 21. Menoch. de arbitr. casu 185. n. 22. & declarat Gratian. d. c. 375. num. 15.*

Minus obstat, quod Crispolti tanquam Cessionarij fisci pro scutis 4000. prædictas nullitates cessare, ipsosque non teneri prætendant ad obseruationem dictarum solemnitatum, cum in contrarium sint iura
8 expressa in *l. qui fundum, & l. qui diserta ff. si propter public. pensit.* vbi expresse probatur, fiscum non posse procedere ad subhastationem non seruatis solemnitatibus late *Pereg. de iure fisci lib. 6. tit. 4. num. 4. Trentacinque var. resol. lib. 1. de iure fisci resol. 6. num. 8. & seq.*

Tandem non obstat derogatio fideicommissi facta per Paulum V. in fauorem fideiussorum casu, quo Mutius contraueniret, & statum Ecclesiasticum ingrederetur cum clausula, & sublata, & decreto irritante, quoniam placuerunt responsiones datæ per informantes, quod cum Paulus V. absolutè, & simpliciter non derogauerit, sed solum in euentum, in quem Mutius ingressus fuisset Statum Ecclesiasticum, subsecuto ingressu, postquam DD. Comites vigore fideicommissi iam purificati possessionem prædictorum bonorum ser. ser. apprehenderant, vtique clausula, & decretum irritans non poterant præiudicare possession, per dd. Comites iam adeptæ, cum derogatio non operetur ve ex tunc, sed ex nunc, nec habeat locum retrotractio *Franc. in cap. si Apostolicæ Sedis in fin. de præben. cum multis alleg. per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 19. numer. 71. Affict. decis. 336. numer. 11. & 12. Paris. cons. 11. num. 83. & seq. lib. 1. Rota decis. 539. num. 7. par. 4. recent. Panormit. resolut. 26. numer. 6.* præ-

sertim

sertim cum versemur in odiosis, in quibus non fit extensio, & in omnem casum licentia alienandi à Princi-
10 pe concessa intelligitur semper seruatis solemnitatibus de iure requisitis *Rota decis. 84. numer. 4. & seq. par. diuers.* Et nunc clausulæ de quibus supra tanquam accessoriæ, & consequutiuæ nihil operantur *Rota decis. 341 numer. 3. & 4. & dec. 652. numer. 3. par. 1. recent. & coram Illustriss. D. meo Decano decis. 354. numer. 7.* Et quamuis etiam inficerent titulum, & possessionem, tamen non tollerent detentationem, & insistentiam facti sufficientem ad obtinen. reintegrationem in spolio, siue manutentionem *Card. Seraph. decis. 1471. numer. 5. & 7. Rota decis. 752. n. 6. par. 1. recent. & fuit resolutum in Forolivien. Capella 27. Nouembris 1587. coram bo. me. Orano.*

Ex quibus omnino cessare visum fuit dictum principalem obiectum deductum per informantes pro DD, de Crispoltis.

# FINIS.

INDEX

# INDEX DECISIONVM

## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

### Quæ ad Tractatum Subhastationum, & Licitationum pertinet.



Romana

# FINIS.

# INDEX
## LOCVPLETISSIMVS
### OMNIVM RERVM.

### Quæ in Sac. Rotæ Romanæ Decisionibus continentur.

Pagina, & numero distinctus.

A

B



C



Vbi

runt

fraudis

## F

G



H



In-

L



Lega-

M

afful-

## Q



## R

## S



Sen-

Sed

## T

# F I N I S.